1348



COMMENTARIA

IN PSALMVM CENTESIMVMDECIMVM-octauum, per Reuerendum P. F. Alfonsum de Auendaño Beneuentanum, Dominicani instituti, generalem Prædicatorem, ac Priorem Sancti Dominici de Guadalajara edita, in gloriam Dei & sacrosanctæ matris Ecclesiæ obsequium.

HABES in hoc opere candide Lector, & quæ ad Conciones ad populum habendas conferunt quàm plurima, & quæ ad intellectum Sacrarum literarum adiuuant non pauca.



R/2.237

CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICÆ

Apud S. Stephanũ ordinis Prædicatorũ.

M D LXXXIIII.

COMMENTARIA
IN PSALMVM
CENTESIMVMDECIMVM-
octauum, per Reuerendum P. F. Alfon-

fum de Auendaño Benedictinum, Dominicani influxus,
Generalem Prædicatorum, ac Priorem Sancti Do-
minici de Guadalajara edita, in gloriam Dei
& Sacrolanctæ matris Ecclesiæ
obsequium.

HABES in hoc opere candide Lector, & quæ ad Concionem
ad populum habendas conferunt quàm plurima, & quæ
ad intellectum Sacrarum literarum adiu-
uant non pauca.

CVM PRIVILEGIO.

SALMANTICÆ

Apud S. Stephani ordinis Prædicatorum.

M D LXXXIII.

EL REY.

POR quanto por parte de vos fray Alonſo de Auendaño, prior del cõuento de la ordẽ de Sancto Domingo de la ciudad de Guadalajara nos fue fecha relaciõ que auiades compueſto vn libro intitulado Cõmentarios ſobre el Pſalmo ciẽto y diez y ocho, y Beati immaculati in via, y nos ſuplicaſtes, os mãdaſſemos dar licencia para lo poder imprimir, y priuilegio para le vender, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mãdado ſe hizieron en el dicho libro las diligencias, que la Pragmatica por nos ſobre ello fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta en la dicha razõ, y nos tuuimos lo por bien, por la qual vos damos licẽcia y facultad, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que corran y ſe quenten deſde el dia de la data deſta nueſtra carta, vos, o la perſona q̃ vueſtro poder ouiere, podays imprimir y vender el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mencion en eſtos nueſtros Reynos, y por la preſente damos licencia y facultad a qualquier impreſſor dellos, qual vos nõbraredes, para que por eſta vez pueda vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion, por el original que en el nueſtro conſejo ſe vio que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Pedro Pacheco nueſtro ſecretario de camara de los que en el nueſtro conſejo reſiden, y con que ántes y primero que ſe venda lo traygays ante los del nueſtro conſejo, juntamente con el original, para que ſe vea ſi la dicha impreſsiõ eſta conforme a el, y traygays fe en publica forma, como por el corrector nombrado por nueſtro mãdado ſe vio y corrigio la dicha impreſsion, y eſta conforme a el, y quedan anſi miſmo impreſſas las erratrs por el apuntadas, para cada vn libro del dicho que anſi fueren impreſſos, y ſe os taſſe el precio que por cada volumen huuieredes de auer, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha Pragmatica y leyes de nueſtros Reynos. Y mandamos que durante el dicho tiẽpo perſona alguna ſin vueſtra licencia, no lo pueda imprimir, ni vender, ſo pena q̃ el que lo imprimiere y vẽdiere aya perdido y pierda todos y qualeſquier

libros y moldes que del tuuiere y vēdiere en eſtos nueſtros Reynos, y mādamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licencia no le pueda imprimir ni vender, ſo pena q̄ el que lo vēdiere e imprimiere, aya perdido y pierda todos y qualeſquier libros y moldes, que el tuuiere y vendiere en eſtos nueſtros Reynos, e incurra en pena de cinquenta mil marauedis, la tercia parte dellos para el denunciador, y la otra tercia parte, para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare. Y mandamos a los del nueſtro conſejo, Preſidente y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, y Alguaziles de la nueſtra caſa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Aſsiſtente, Gouernadores, Alcaldes mayores y ordinarios, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades y villas y lugares de los dichos nueſtros Reynos y ſeñorios, aſsi a los que agora ſon, como los que ſeran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que anſi vos hazemos, y que el tenor y forma dello, no vayan, ni paſſen en manera alguna, ſo pena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en Sant Lorenço, a veynte y ſeys dias del mes de Mayo, de Mil y Quinientos y ochenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Antonio de Eraſſo.

ILLVSTRISSIMO AC EXCELLENTISSIMO D. Domino Federico à Toleto, Albano Duci, Marchioni de Coria, Regiæ Maieſtatis à cubiculis, &c. Frater Alfonſus de Auendaño Dominicanus.

IC à natura comparatum eſt (Illuſtriſſime ac clariſſime Princeps) vt infirmiora quæque ac debiliora fortiorum ac robuſtorũ indigeant adiutorio, quo conſiſtere valeant; ſic hædera vlmo hæret, palmitẽ aſſer ſuſtinet, cæteraq; omnia validioribus ſeſe iungere ſatagunt, vt conſiſtant: imò ideo corpora hæc inferiora ſuperioribus ſubdita eſſe oportere (docent philoſophi) vt virtus eorum inde gubernetur, ab eiſque vim ac robur accipientia perſiſtere quæant. At verò homines qui omnibus his inferioribus præſtant, etſi eorum vſus nonnihil illis neceſſarius ſit, tamen nequaquam eis vt maioribus ſubſunt, ſed potius tanquam præſides dominantur; quare vel à ſuperioribus mendicant, vel ſeſe mutuis officijs iuuant. Vnde ipſemet artifex qui mundum condidit, hominem ſuper eum imperatorem conſtituit: in quo & exemplar quoddam totius naturæ depingere placuit. Quocirca licèt omnes homines inter ſe natura pares ſint, eiuſdemque conditionis ac formæ: tamen alios alijs præcellere oportuit; in quo & diſcretio pulchritudinem pareret, & ſibi inuicem adhærentes quaſi aliam totius orbis effigiem in ſemetipſis adumbrarent. Fortunæ bonis hic præcellit, alius alterum forma ſuperat, hic ſuper illum viri-

bus prævalet, alius ingenio ac ſapientia præſtat; nobiles proceresque oſſium, atque neruorum officio in hoc totius Reipublicæ humanæ corpore funguntur, quibus caro atque cartilago inhærent atque conuiſcantur. Quod ſi in eis non ſolùm opes abundent verùm etiam prudentia, ſapientia, atque virtutes effulgeant, iam non ſolum oſſa, ac nerui verumetiam baſes, fundamenta, ac totius huius mollis ſtabilimentum erunt, imò & decus omne, atque ornamentum. Nam (vt Salomonis ſententia hoc comprobem). Multitudo ſapientum: ſanitas eſt orbis
Sapien.6. terrarum, & rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt. Sed quorſum hæc? Certè vt omnibus palàm fiat quibus de cauſis opuſculum hoc celſitudini tuæ offere decreuerim, cui & nobilitas, opeſque pariter cum ſapientia ac virtute vnita contingunt. Quis enim ignorat quibus ſis natalibus ortus? nec regia tibi progenies, nec totius Hiſpaniæ vetuſta nobilitas deeſt. Quis Albanum decus non nouit? à quo veluti ex Equo Troyano tot duces, exercituumque Imperatores prodierunt: quos & corporis robur, ſed præcipuè animæ vis, clariſſimos toto orbe vno omnium conſenſu reddiderunt. Nam vt de cæteris taceam (maioris enim operis atque cultioris linguæ id negotium erat) quid de tuo clariſſimo progenitore dicere quæam, cuius & militaris prudentia, & ingenij grauitas, animique ac Chriſtiani pectoris virtus adeò eum in toto orbe mirabilem ac magnum effecerant, vt paganis ac hæreticis pauori, fortiſſimis viris admirationi, regibus ac imperatoribus in pretio ac veneratione fuerit? Cuius & recens obitus tanquàm alterius Ioſiæ & veluti communis clades ab omnibus habitus atque deploratus eſt. Qui & ſub militari veſte, velut alter martyr Sebaſtianus Chriſtianiſſimum ſimul, ac religioſiſſimum pectus gerebat, iniuriæ immemor, manſuetudinem ac pietatem (quibus maximè à Paganis Chriſtiani diſcernuntur) præcipuè coluit; Quare & benedictionibus iuſtorum, quibus in ſcriptura benedictos legimus, etiam in hac vita repletus eſt (nam

illam

illam quã ſuper plenam in alia conſequutus eſt, ſolus ipſe qui modo ea feliciſſimè fruitur nouit). Vxorem quippe prudentiſſimam ſimul & Chriſtianiſſimam animo, religione, pietate, ac amplitudine refertam ſortitus eſt, quam & ſuperſtitem reliquit, vt ſui memoriam coram Deo aſſiduè haberet, ſed eam iam nobis (proh dolor) inuida mors quàm citiſſimè ſuſtulit, neque eam multo tempore à ſuo chariſſimo coniuge abeſſe, paſſa eſt. Indignus quippe erat tanta fœmina mundus. Vidit etiam filios filiorum ſuorum, quæ eſt altera iuſtorum benedictio, at quales filios? (nam vt illos prætermittam quos immatura mors intempeſtiuè à viuentibus rapuit) te vnum quem totius domus ſuæ hæredem accepit (vt ſapientis verbis vtar) in vita ſua vidit, & lætatus eſt, & in obitu ſuo non eſt contriſtatus nec confuſus coram inimicis. Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Mortuus eſt pater tuus & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim ſui reliquit poſt ſe; hæc omnia ſapientia teſtatur. Et vt vno verbo quidquid eximium de te dici poteſt comprehendam, dignus es tanto parente filius: cuius non modo diuitias, verùm etiam & animi vim atque ſapientiam & in rebus bellicis periciam quaſi tranſfuſas inte videmus, ipſeque, vt diximus, vidit & lætatus eſt. Totque ſunt huius rei notiſſima teſtimonia, vt ſuperuacaneum exiſtimem hîc in memoriam reuocare; ego autem hic nõ aſſentatoris officium ago (ſciunt enim qui me norunt, quàm longiſſimè ab hoc vitio abſim) ſed de his quæ longo expertus ſum tempore teſtimonium reddo. Teſtor enim (idque omnibus palàm eſſe cupio vt æmulentur) me pluribus diebus in domo tua atq; clariſſimæ matris tuæ conuerſatũ fuiſſe, nec quidquàm quod non ad ædificationem eſſet, piaq; ac religioſa pectora redoleret me nec audiſſe nec vidiſſe: ita quod non in domo hominum ſecularium me fuiſſe exiſtimauerim, ſed cum viris religioſiſſimis, cum quibus ab ineunte ætate nutritus ſum me etiam tunc eſſe viderer, ecce coram Deo, quia non

Prou. 29.
Eccl. 27.
Eccl. 30.

mentior: idq; me maximè impulit, vt has meas lucubratiuncu-
las in Psalmum cẽteſimum decimum octauum celſitudini tuæ
dicarem. In hoc quippe Psalmo legis Dei egregia præconia canũ
tur, quam & rex Dauid, aſſiduè coluiſſe ac iugiter meditatum
fuiſſe teſtatur; quæ & moderatrix humanarum legum eſt to-
tiuſq; vniuerſi gubernatrix, norma etiã ac regula qua noſtras
actiones dirigere debemus exiſtit. Hãc rex, hanc princeps, hãc
Dominus, hanc ſeruus, hãc vir, hanc mulier amplecti ac deoſcu
lari debent. Doctrix eſt enim diſciplinæ Dei & electrix operũ
Sapiẽ.6. illius; ne & moderatoribus orbis illud Sapiẽtiæ dicatur, Præbe
te aures vos qui continetis multitudinẽ, & placetis vobis in tur
bis nationum: quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius non re-
ctè iudicaſtis nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ nec ſecundũ voluntatem Dei ambulaſtis. Quem ergo iuſtitiæ cultorem eſſe cogno
ui, hunc volo vt Pſalmum, in quo lex iuſtitiæ continetur, legat
atq; meditetur aſſiduè, nanq; talibus auſpicijs innixum debile
hoc paruitatis meæ opuſculum & fulcietur, & vires acquiret,
& in publicum prodire licebit. Faxit Deus Optim. Maxim. vt
celſitudinem tuam quam tam humanas quàm diuinas literas
amare cognoui, nec ſolum armis verùm & literis ornatum cor-
pus atque animum gerere, ſimul cum clariſſima vxore, in pace
animæ ac valetudine corporis in ſecula multa conſeruet.

Præſagit enim neſcio quid magni animus meus,
quem quod nec ſeipſum fallat ſpero, nec te
inuida fortuna deludet.

AD LECTOREM.



VM diu mecum animo voluerē (pie ac Chriſtiane Lector) quid potiſsimū ex laboribus meis impertiri poſſem, quo & Eccleſiæ ſanctæ Dei obſequium, vel exiguum præſtarem, filijſque eius ac confratribus meis vſui aliquantulum eſſe poſſem, à multiſque hortarer, vt ea omnia quæ apud celeberrimū Cœnobium ſancti Stephani Salmanticenſis per ſeptem ferè continuos annos in publicis concionibus dixeram, certo volumine atque per ordinem digeſta congererem, & in Latinum ſermonem tranſlata in publicum darem; cum eorum hortatibus nullatenus acquieſcere potuiſſem ea maximè ratione commotus (præter hoc quod multi hunc laborem hac tempeſtate inſumpſerunt pluresque iam libri Concionibus referti conſcripti ſunt atque in ore iam omnium verſantur) quod hic tantus labor pigris potiùs ac ſacras, & continuas lectiones aſpernantibus, quàm ſtudioſis & diuinis literis incumbentibus conueniret; illi enim omnia congeſta quærunt, & in vnum cumulum ea adunata, ne nimio labore inquirendi conficiantur, nec libros alios euoluere illis opus ſit, id autem non ſolum deſides ac ignauos ſtudioſos, reddit verum inertes, ac timidos, nec ingenia ſua exercere auſos aut periclitari contendentes, quid per ſe inueſtigare, ac inuenire poſsint, quomodo inuenta ſuis locis inſculpere atque adaptare ſcirent, ſed memoriter addiſcentes, quæ legunt & ſecum ruminantes, eo modo quo hauſerunt euomunt, aliorum potius dicta ore tenus referentes, quam ea quæ ſecum diu meditando profundoque labore excogitando quaſi propria fecerunt eructantes, quare nec ea vi, ac energia proferre poterunt quàm ſi præconcepta exerarent, cum hæc ab imo prodeant illa à ſuperficie tantum exire videantur, vnde & minus vtiles huiuſcemodi ſermones eſſe experientia teſtatur: hac ratione ſtimulatus alias mihi vias explorandas eſſe cenſui, quibus & meum in publica commoda animum propenſum explicarem, & quas in Sacris literis enucleandis, ſententijſque patrūm inueniendis operas vigiliaſque

impendiſſem,& qua ſemita, tam ea quæ ad moralem doctrinam, quæ in publicis concionibus docueram, quàm quæ ad literalem ſenſum, quem priuato labore erueram pertinerent oſtenderem, ac propalarem. Quod cum animo meo indies ego ipſe verſarem, incidit mihi conſilium bonum, vt Commentarios ſuper Pſalmum centeſimum decimum octauum conſcriberem, in quibus vtrumque hoc munus expendere poſsim: nam in literalem ſenſum enucleandum ea quæ huic labori ſtudia dedi oſtendere poſſum, atque in communem prodere vtilitatem; in eo enim quod locus vnus ſacræ Scripturæ declaratur, plura alia loca illi conſona etiam ibi interpretanda ſe intromittunt. Eſt quippè ſacrarum literarum codex veluti cithara quædam tali vocum concinnitate temperata, vt cum vna pulſatur protinus aliæ quaſi vocate ſpontaneo ſonitu illi reſpondeant, nam vna vox alias ſibi conſonas, quaſi ad ſe vocat & trahit; ſic vnus ſacræ paginæ locus alios ſibi quaſi correſpondentes excitat. Quare ſi attente legeris videbis ferè omnia teſtimonia, quæ ex ſacris Literis in hoc opuſculo accerſimus in ſenſu proprio, ac literali adduci, in quo ad confirmandas aſſertiones noſtras maiorem habent vim ac energiam. Quod ſi totus concionator eſſem id minimè facere poſſem nec oporteret, cum ad moralem doctrinam myſtici, ac tropologici ſenſus accommodatiores eſſe ſoleant, vt in Diuo Gregorio ſuper Iob intueri licebit. Tamen quoniam Pſalmus iſte totus æthicus, ac moralis eſt (vt ſancti ac interpretes docent) nō paruam nobis materiam ſuppeditat, vt plura quę cum moribus componendis tum concionibus publicis habendis conducunt afferamus. D. Hierony. ad Paulam vrbicam de interpretatione alphabeti Hebraici tom. 3. docet omnem moralem locum in hunc Pſalmum comprehenſum eſſe. Vbi more Philoſophorum ſacram Scripturam partitur in Phyſicam, Æthicam, Logicamq́; ſiue Rethoricem aut Dialecticam. Phyſica, id eſt, rerum naturalium cognitio in Geneſi, ac Eccleſiaſtes comprehenditur, Æthica, hoc eſt de moribus doctrina, in Prouerbijs, & in omnibus ſparſim libris, Dialectica vero ſiue Rethorica in Canticis & Euangelijs continetur, licet Apoſtolus quoq; ſæpè proponat, aſſumat, confirmetq́; atque concludat, quæ proprie artis Dialecticæ ſunt. Hactenus Hierony. Tamen ſecundum eius doctrinam & omniū qui hunc Pſalmū interpretati ſunt totus in morali doctrina comprehenditur: cum in quolibet verſu de lege Dei tractet, ac doceat,

quæ

quæ humanorum actuum, ac morũ moderatrix, ac directrix est. Nec tamẽ sic studium hoc assumere possumus, vt quasi integram concionem de quolibet versu faciamus hoc enim esset in immensum opus protrahere, & in eadem salebra quam euitare contendimus ruere, de hoc quippè vt statim diximus, optimi ac grauissimi viri his temporibus plura scripserunt, quæ iam prælo mãdata omnibus peruia erũt, sed sparsim ac tumultuariè, vt sese in quolibet carmine occasio offert; aliqua ad mores conferẽtia, vel dicere, vel insinuare: ita quod nullũ omnino versum reperies in quo non aliquid, etsi aliquãdo modicũ sit, ad tale pertinẽs propositũ dictũ inuenias. Habebis enim in scriptura hac veluti simbola quædam diuersarum dapum quibus lassum, ac fastidiosum animũ reficere (si libuerit) possis; Ac sicuti ille qui sata sua diuerso semine implet, vtpote si triticum simul ac hordeum, millium, piper, in agro suo seminaret, hîc videbis nonnulla tritici grana nasci, sed statim mediare hordeum, vel alia semina, at post hæc rursum alia eiusdẽ tritici grana pullulare, & sic protinus alterius speciei semina sese in medio offerunt, rursum virescere videbis triticum, ex quibus omnibus tuos manipulos triticei seminis colligere poteris: sic in hoc meæ exiguitatis opere lectori continget, in quo de misericordia, de iustitia, de humilitate, de superbia, de Christi Domini conceptu, ortu, vita, morte ac resurrectione, & de quàm pluribus alijs materijs quasi diuersa semina sparsim & tumultuariè seminata ac dicta reperiet, atque hîc nonnulla de misericordia dicta leget, sed confestim de iustitia, de humilitate, vel de alia qualibet re inueniet verba, ac post hæc de misericordia rursum germina reperiet, quæ quasi intercludi aliarum rerum sentẽtijs videbuntur, sed tandem alia, & alia vice eiusdem generis grana virorem suum experimentia habebit, ex quibus omnibus aliquos huius, vel alterius materiæ manipulos colligere, ac coadunare licebit. Igitur quoniã ad moralẽ doctrinã tradẽdam hic Psalmus mihi aptissimus visus est: illũ mihi assumpsi interpretãdũ. Vnde in glossa super hunc Psalmum sic dicitur; Hic Psalmus totus est morali doctrina insignis, omnis autẽ doctrina moralis suauis est, in qua hic Psalmus eminet cæteris. Alij enim Psalmi tãquã minores stellæ aliquatenus lucẽt, iste autẽ Psalmus quasi Sol pleni luminis meridiano calore feruẽs totus morali dulcedine splendet. Psalmus iste institutor est fidelium, paradisus omnium pomorum, apotheca Spiritus sancti, qui quanto in superficie verborũ videtur apertior, tãto mysteriorum

altitudine

altitudine eſt profundior. Acceſsit ad hoc quoniam inter cæteros Pſalmos hic communior eſt, atque à Prima vſque ad Nonam per ſingulos dies in vniuerſa canitur Eccleſia. Quare non ſolum vtile imo & neceſſarium iudicaui, vt aliquam eius elucidationem præ manibus haberent Eccleſiaſtici viri, ne ieiuni, & abſque aliqua intelligentia, quotidie illum ore tenus recitarent; Nam cui totum hunc noſtrum commentarium legere tædio fuerit, habet à principio cuiuſlibet verſus breuem, ac literalem eius interpretationem ſimul & connexionem ac conſequentiam, qua cum præcedentibus connectitur. Sed quoniam de excellentijs huius Pſalmi plura in præfatione dicenda ſunt ab his ſuperſedendum modo erit, ſi prius tamen lectorem præmonuerim circa nonnulla, quæ in hoc opuſculo forſan digna correctione videbuntur. Primùm ſtylus fortè diſplicebit alicui, vel quia tenuis ac ſubmiſsior, vel quia profluus aliquando videbitur. Huic tamen D. Hieronymi ſententiam oppono, qui Pamachio amiciſsimo ſuo ſcribens, ſic ait. Porrò eloquentiam tuam quam pro Chriſto in Cicerone contemnis, in paruulis ne requiras. Eccleſiaſtica interpretatio etiam ſi habet eloquij venuſtatem, diſsimulare eam debet & fugere, vt non otioſis Philoſophorum ſcholis pauciſque diſcipulis, ſed vniuerſo loquatur hominum generi. Imo & Damaſo Pontifici ſcribens atque parabolam filij Prodigi declarans, rethorum flores atque Poetarum luſus ſiliquis porcorũ comparat. De quibus peccator atque mundanus impleri cupit ventrem ſuum, quaſi hoc non ſit filiorum, ſed porcorum, qui relicta veritatis ſubſtantia his luſsibus gaudent, atque in ſacris literis quæ animas inſtruunt etiam lenocinia verborum, quæ aures mulciant imo, & neſcio quas phraſes, quæ voluptate carnem afficiant quærunt atque concupiſcunt. Quibus teſtimonijs adductus cum primã huic operi admoui manum, communiſsimo atque triuiali ſtylo illud decreui perficere, quatenus omnibus facilè ac peruium eſſet nec viderer potius verba, quam ſentẽtias quærere. Sed cum reuerſus ad Cœnobium Salmanticenſe (nam alibi initium huius commentarij feceram nempe cum conuentui Ciuitatenſi præeſſem) reuerſus inquam ad nobile illud monaſterium, vbi totius eruditionis ſtudium viget, ibique religioſos ac eruditos viros variaque ſcientia refertos ſimulq; mihi chariſsimos aduocaſſem, eiſque cartulas aliquas huius commentarij legendas dediſſem, viſum eſt illis, vt aliquantulum eleuarem ſtylum, vel ſaltem non adeò ſubmiſsis ac triuialibus verbis in

bis in Sacris literis referendis vterer, quorum acquiescens consilio & aliqua verba ex his quæ iam scripta erant immutaui, & deinceps maioribus atque cultioribus vsus sum verbis. Nunquam tamen induci potui vt periodos numerumque obseruarem verborum, quaque venustate sententias clauderem attenderem, hoc reputans imo & experientia noscens impossibile esse plurima quæ ad variam doctrinam pertinent dicere, & simul ornatui verborum atque sententiarum ponderi attendere, maximè cum in animo fuerit passim patrum sententias atque sacrarum literarum testimonia affere, imo vbicunque sese occasio obtulerit verbis ipsis Sacræ scripturæ, quasi ludere atque propria facere, & per ea sententias meas in medium proferre atque effari, quod in Diuo Bernardo alijsque sacris Scriptoribus familiare esse videmus. Memini me in epistola quadam D. Hieronymum Augustinum taxare tanquam profluum prodigumque verborum nec qui presso, ac succincto stylo scripta mandasset. Quem tamē excusans Erasmus in scholijs suis dicit id D. August. fecisse ex copia nimiaque abundantia doctrinæ, ac sententiarum, quæ illi in ipso scribēdi tempore occurrebant, quibus præpeditus (ne à memoria elaberentur, vel alibi non tam opportunè dicerētur) non poterat periodos ea breuitate, qua composita oratio postulabat claudere, sed longo hyperbaton prolixius eas protrahere necesse erat. Mihi (fateor) non ea copia sentētiarum, quæ Augustino occurrebat (quis enim ego cum tanto viro, aut quid formicæ cum elephanto simile?) tamen eas tenues sententias, quæ dum scriberem sese obuias offerebant, intermittere non poteram ne è manibus statim abirent, aut alibi non ita commode scriberentur, quare nulla ratione hunc in scribendo nitorem atque ornatum seruare potens fui, imo forsan, & si vellem non valerem, nec enim artem hanc erudite loquendi, ac scribendi didici nec religioso ac Christiano viro necessariam puto. Verba quippè Christi plano simplicique stylo docenda sunt nec tantæ veritatis pondus rethorum adiumentis indigere credendum est, alioquin (vt Paulus infert) euacuaretur mysterium Crucis, quod per se ad animas immutandas atque alliciendas validum ac sufficiens est, de quo plura in ipso opere Deo dante docebimus, id solum quod à natura accepi, tam in docendo, quàm in scribendo profero, nec arte loquendi id colere operepretium fore existimaui. Quare quæ occurrebant verba ea scribebam vtilius me reputans agere si sacros Doctores potius quam Latinos

legerem,

legerem,& nihilominus non ita humilem, ac contemnēdum credo ſtylum huius operis eſſe,vt non etiam ab eruditis abſque nauſea legi poſsit. Nam etſi aliquando verbis abundare videar, repetitaque faſtidium alicui generare poſsint,tamen quia ſapientibus, ac inſipientibus debitores ſumus, vt qui minus apti ſunt intelligere valeant:repetere ac inculcare imo & immutare verba aliquando neceſſium eſſe exiſtimaui. Quòd ſi iſtis qui cultum, ac ornatū in verbis nimis amant diſplicere laborem noſtrū contingat eſto, dummodo religioſis,ac pijs viris,& qui ſimpliciter ſacras diligunt literas gratum ac acceptum ſit. Aduertat etiam prudens Lector, quod ſi aliqua in hoc opere repetita ſibi videntur id fieri, vt alia iam antea dictis addantur,vel vt ea quæ ſimpliciter prius, vt propoſito congruebat fuerant dicta,altiùs ac ſublimiùs dicerentur. Quòd ſiquis forte nonnulla ex his, quæ in hoc ſcripta ſunt opere in aliquo doctore,ſiue prælo mandata,ſiue manu ſcripta reperit,ſciat me non ex meo capite loquutum fuiſſe, ſed quæ à viris doctis accepi ea hic coadunaſſe, ſecundum quod propoſito conuenire iudicaui,nec tamen ideo minoris æſtimanda ſunt, perinde enim eſſet ob hoc mea dicta contemnere ac ſi quis inueniens ortum fontis,quem in hortu ſuo habet, contemneret illum qui per aquæ ductus & fiſtulas fontem illum in domum ſuam collectis aquis introduxit. Hæc ſunt quæ videntur mihi poſſe ab alijs in hoc opuſculo taxari, plura alia erunt quæ lima ac correctione digna ſint,quæ ego agnoſcere forſan non potui cum vnicuiq; eructus ſuus bene olere ſoleat. Qui autē inuenerit obſecro, vt piè atque Chriſtiano amore taxet,corrigat, emendet,atque me certiorem faciat, vt ſi forte ſecundo edi contigerit opus hoc emendatiora,& quaſi innouata accipiat, atque omnia ſubinde ſacræ Eccleſiæ correctioni ſubmitto. Quod ſi fortè gratè acceptus ſit hic labor noſter,alia forſan cultiora atque auctiora ex officina noſtra aliquando prodient, quæ quaſi gratitudinis ob acceptum beneficium obſequium ſint.Nam & ſuper Matthæum Commentaria ſcribere in animo eſt in quibus plura,quæ hic deſunt, tam ad moralem,quam ad literalem ſenſum conferentia ſtrictiori ac breuiori ſtylo comprehendemus. Vale prudens ac Chriſtiane Lector,meque Deo Optimo Maximo tuis precibus commendatum habeto.

IN Pſalmum centeſimũ decimum octauum, ſcilicet, Beati immaculati in via, cum ſuis omnibus Octonarijs Commentaria, Autore admodum Reuerendo Patre Fratre Alfonſo Auẽdaño (Priore conuentus Diui Dominici ordinis prædicatorum ciuitatis Guadalajara) vidi & legi: in quibus nihil eſt, quod non veram doctrinam, inſignem diligentiam authoris teſtentur. Poteruntq; in publicum exire cum laude autoris. In conuẽtu Diui Philippi ordinis Diui Auguſtini 29. menſis Februarij die Anno 1584.

F. Gabriel Pinelo.

ISTI SVNT DOCTORES

ex quibus quæ in his Commentarijs ſcribuntur, ſelecta ſunt.

Auguſtinus.
Hieronymus.
Ambroſius.
Gregorius.
Chryſoſtomus.
Baſilius.
Hylarius.
Caſsiodorus.
Gloſſa ordinaria.
Lyranus.
Burgenſis.
Doctor incognitus
Dionyſius Carthuſianus.
Hugo Cardinalis.
Caietanus.
Titelmanus.
Cornelius.
Ianſennius.
Sixtus Senenſis.
Magiſter ſententiarum in Pſalmos.
Cathena aurea Puthæi in Pſalmos.
Iacobus de Valencia.
Arnobius.
Benedictus Pariſiēſis.
Ioannes Cāpenſis.

HABES IN HOC ELENcho, optime lector, inſinuationes quaſdam quibus, ea quæ in hoc opere continentur adaptare poſsis Euangelijs ac feſtiuitatibus, tam temporis, quam Sanctorum, quæ per anni circulum à concionatoribus prædicari ſolent; & vt melius inuenire poſsis, Numerum, intellige ſignare Paginã, Verbum autem quod poſt numerum ſcribitur, ſignificat ibidem incipere rem illam ad quam per numerum remiteris. Tu verò ingenio ac ſagacitate tua, alias inuenire poteris applicationes meliores forſan & aptiores, quã quæ tibi hic inſinuãtur.

DOMINICA prima Aduentus ſecundum fratres Predicatores.

Cùm appropinquaſſet Ieſus &c. De deſiderio Patrum de aduẽtu Chriſti. 117. 118. Ego tamen. 193. vſq; 195. Vero. & 359. 360. Illi quidem.

Et quia hic introitus in Hieruſalem ſignificat illum miſericordiæ, quem fecit factus homo in mundo, in quo oſtendit miſericordiæ ſuæ opera. Vide 284. verſ. 8. per totum.

Et in illud, Turbæ quæ præcedebant &c. 397. Quare cùm Chriſtus. Super illud. Quia dominus his opus habet. Intelligendo per hæc animalia peccatores, poteris tractare quomodo Deus dicatur illis indigere ad bonum electorum. 583. vſque 585. Obſerua. Et ſi vis ſuper illud Epiſt. Nox præceſsit. &c. 400. Nox præceſsit.

Quia fuit Aduentus miſericordiæ, potes agere de Dei miſericordia & eius effectib⁹. 602 verſ. 4. per totum.

Quomodo nos aliter Chriſtum expectamus, quam antiqui patres. 639. verſ. 6.

Veſtimenta quæ poſuerunt Apoſtoli ſuper aſinam, ſunt ſacræ cęremoniæ Eccleſiæ. 640. vſq; 642. Hoc eſt. Quomodo Chriſtum deſiderauerunt antiqui, & quomodo nos deſideramus. 668. vſque 670. At verò.

DOMINICA SEcunda Aduentus, quæ eſt prima ſecundum vſum Romanum.

De iudicio finali. De maledictionibus quibus feriunt impij. 114. Maledicti qui declinant. 115. 116. Hoc opprobrium.

Super illud, Leuate capita veſtra. 107. Quia iudicia. 236, verſu. 4. per totum. De pœna damnatorum. 345. 346. Confunduntur etiã. 476. Hoc eſt aliud. 502. Aliter intelligi.

Quomodo in Deo ſit iuſtitia, & quid efficiat. 540. vſque

541. Iuſtus eſt Domine.

Vult Deꝰ vt in præſenti nos metipſos iudicemus, vt ſuũ euitemus iudiciũ. 597. Obſerua. per totum verſum.

De maledictione illa. Diſcedite à me &c. 601. Longè.

Super illud. Quod apparebit tunc ſignum filij hominis. 651. Eſt enim crux.

Quomodo hunc aduentum deſiderent iuſti. 669. Eſt ergo Chriſtus. 670. De Chriſto.

DOMINICA III.

Super illud. Arundinem vento agitatam. 177. Sed non præter eundum. 411. Septimũ quod. 446. verſ. 2. per totum.

DOMINICA QVARTA Aduentus, ſecundũ fratres Prædicatores.

Super illud. Dirigite viam Domini. 41. vſq; 44. Sed vt ad moralia. 49. Itaque propheta.

IN die Natalis Domini. 117. & 118. Ego tamen, & pro Euãgelio. In principio erat verbum. 392. Poteſt vltimo.

In illud. Erat lux vera, & lux hominum. 443. 444. Vel lucerna. 446. Obſerua.

Super illud. Sine ipſo factum eſt nihil. 477. & 478. Sed quoniam. 474. vſque 476. Non deſinit tamen.

Super illud. In principio erat verbum. 613. Non deſunt.

Quomodo Chriſtus natus homo dicatur manus Dei. 968. vſque. 669. At verò.

In Circunciſione.

Quod à primordijs aſſueſcere debemus diuinis. 63. vſque 65. Secundò.

Quod ſit magnum teſtimonium amoris Dei erga nos ſanguinem fundere. 85. 86. Diuus tamen.

Quomodo circunciſio fuit ſignum Chriſti. 407. Secundò ex eodem.

IN EPIPHANIA ET in octaua Epiphan. ix. De Baptiſmo. vſque 68. Tertius ſenſus. Quomodo columbæ debemus fieri in Baptiſmo. 451. Sed aduerte. Quo tempore Chriſtus nobis apparere debuit. 502. Non deſunt. Quomodo ſtella ſtatim orto Chriſto illuminauit Magos, ſicut vix orto ſole illuminatur terra. 519. 520. Vltimò.

DOMINICA INfra octauas Epiphaniæ.

Quomodo quærendus Deus. 21. à principio paginæ. Et paulò ante.

Super illud. Erat ſubditus illis. 61. vſque ad 65.

Tribus diebus quæſierunt illum, id eſt, perſeueranter. 158.

159. Secundò. 429. Diuus Auguſtinus.

DOMINICA PRIma poſt octauas Epiphanię. Quomodo cum Deo & ſanctis conſilium ſumẽdum eſt, & eos ad noſtra opera inuitãdos. 122. vſq; 124. Auguſtinus, & quia eorum cõſilium eſt optimum. 220. Et exercetur.

Super illud. Quæcunque impetrauerit facite. 555. Dicat ergo vir iuſtus.

DOMINICA SEcunda poſt octauas Epiphaniæ.

Super illud. Ego homo ſum, habens ſub me milites. Quomodo anima nõ cato dominari debeat. 184. vſque 189. Sed Diuus Auguſtin⁹. Et in illud. Vis mundari? volo. Quomodo iuſti ad bonum vtantur libero arbitrio. 453. Sed ſecundò.

DOMINICA QVINta poſt octauas Epiphanię ſecũdum fratres Prædicatores.

Eſt euãgeliũ de eo qui ſuperſeminauit zizaniã ĩ medio tritici.

Quomodo cõſtet Eccleſia ex bonis & malis. 33. Alter.

Quomodo iuſti inter malos luceant. 353. Intelligit.

Cur deus patiatur iniquos florere, vt zizaniã inter triticum. 291. vſque. 293. in hoc octonario. 583. vſque 585. Obſerua.

DOMINICA IN Septuageſima.

Spes premij operarios ſolatur. 197. 198. Quia ſperaui. 114. Aliqui. 227. vſq; 230. Hæc, ſcilicet, Spes. Operarij leuant manus ad opus, ad quid eleuandæ manus. 220. Demum. Per illos qui vltima hora venerunt. ſignantur illi, qui in ſenectute cõuertuntur ad Deum. 572. 573. Etenim ſenum.

DOMINICA IN Sexageſima.

72. vſq; 75. Dixerat. 140. Verbum autem Dei.

Verbum Dei quomodo accipiendum vt proſit. 297. 298. Sed obſerua. Quomodo verbum Dei animã mundat. 355. Sed vltima. Quomodo verbũ Dei q̃ eſt ſemen ſit lux animę. 445. Sed tamen. Super illud. Quia nõ habebat radices. Quomodo debet eſſe radicatum verbum Dei in corde. 446. verſ. 2. per totũ. Quomodo bona opera dicãtur fructus. 445. Sed tñ.

Et ſuper illud. Qui habet aures, &c. 463. verſ. 1. per totum.

Quomodo verbũ Dei cuſtodiat cor & defendat. 466. Ecce primum. Et velut placet, Aues ſunt noxiæ cogitationes quas abigere debes, ne comedant ſemen. 469. Dæmones quippe. 470. Di. Ambroſius alia vero. 474. 479. Quia iniuſta eſt.

In lapidea terra arefcit verbū Dei, id eſt in corde duro & tumido. 516. vſque. 519. Quare etiam. Circa illud. Quod fallaciæ diuitiarū ſuffocant verbū. 528. vſque 530. Quo ſuppoſito. Cur verbum Dei dicitur, ſemen quod cecidit in terrā bonam, quam purūm eſt & defæcatum abſque aliqua mixtione mali, non ſicut quod cecidit inter ſpinas. 556. vſque 558. Hoc eſt. De grano qđ cecidit inter ſpinas, ideſt, inter curas rerum temporaliū, alienas ab homine Chriſtiano. 565. Obſerua. De virtute verbi Dei. 614 verſ. 1. ferè per totum.

DOMINICA IN Quinquageſima.

De cæco illuminato. 100. vſq; 102. Nulli dubium eſt. Quomodo ſit cæcitas mentis & donum intellectus lux. 159. & 160. Multotiens.

Super illud. Dixit illi. Reſpice, ad quid debemus leuare oculos 219. Sed aduertendum.

In illud. Fili Dauid, miſerere mei. 495. verſ. 3. per totum.

FERIA IIII. Cinerum.

De hypocritis. 25. 26. Sed obſerua. Hypocrita, ideſt, repreſentante, de ijs qui imitātur ſanctitatem, & non aſſequuntur eam. 154. Non vt hypocrita operetur Chriſtianus, ſed propter Deum. 215. & 216. Verum eſt. Item contra hypocritas. 448.

Quod ſi de humilitate. Super illud. Vt videantur ab hominibus. 178. Vel aliter. Super illud. Faciem tuā laua. 132. vſq; 134. Confeſſus ſum.

Quomodo lachrymis cordis & oculorum eſt lauanda facies. 541. verſ. 8. per totum. Lixiuiū quod fit ex aqua calida & cinere ad lauandas animas. 355. Secundum eſt.

In illud. Memento quia cinis es. 374. 375. Aſsidua ergo.

Pro exhortatione ad ieiuniū, quia ſunt hæretici modo, qui illud damnant, nunc & tempus faciendi. 501. 502. Bene ergo dicit Propheta. Et quia hac die dicit inter veſtibulum, & altare plorabant ſacerdotes, &c.

Quomodo miniſtri Chriſti flere debēt aliena peccata. 545 Sed aliqui.

FERIA SEXTA poſt Cineres.

De dilectione inimicorū. 102. 103. Vide alia. 137. Vnde laceſsitus. 173. Hoc eſt ſecūdum Auguſtinum.

Quomodo charitas magnanimos

nimos faciat homines, vt condonent iniuriam. 206. 208. Et aduerte.

Quomodo vincendi ſint inimici. 349. Hæc eſt victoria. 413. 414. Dupliciter.

Super illud. Diligite inimicos veſtros. 425. verſ. 2. per totum.

Quomodo in hoc appareat noua & mirabilis hæc doctrina. 513. Item moralia, & obſerua. Suſtinere inimicos, maxima amoris probatio eſt. 555. Obſerua.

DOMINICA prima in Quadrageſima.

Quod per tētationes pergimus ad patriam. 3. 4. Secundo.

Quomodo nos permittat tentari Deus. 55. vſque ad. 60. Etenim. 74. 55. Sed ſapiētia abſcōdita. Quomodo gerere nos debeamus in tētatione. 120. 121. Tertiò intelligitur.

Et ſnp illud, Mitte te deorſum, Quātum malū eſt deijci ab ſtatu virtutis. 147. Noli me confundere. Super illud. Expulit illum ſpiritus in deſertum, vt dicit Marcus.

Quomodo Spiritus ſanctus agiles faciat ſuos. 149. vſque 151. Sed aduertēdū. Et in illud. Hæc omnia tibi dabo, &c. 167. vſq; 171. In tria vitia.

Quomodo per ſcripturę verba reſpōdit Chriſtus. 196. hoc eſt. 198. 199. Sed minimè. Exijt in deſertum ad meditādum. 212. 213. Gratia.

Et in illo. Non in ſolo pane. 230. Quia eloquium. Et in illūd. Ieiunauit.

Quomodo ieiuniū ſit vtile, ſed cum diſcretione. 295. vſq; 297 Sed quoniam.

Poſt baptiſmū Chriſtus tentatur. 306. Acſi diceret. 307. Sed tamen.

Quomodo poſt tentationē cōſolatur nos deus. 338. 339. Sed obſerua. Omnes quinque ſenſus ieiunēt. 356. D. Gregorius.

Quomodo iuſti carnem affligunt. 369. 370. Deſecundò. hoc eſt. Quomodo iuſtus Satanam calcat. 372. Scit quidē.

Cur ſtatim poſt baptiſmum tentatus. 447. Id eſt afflictus. Famelicū cibo tentauit dæmō, ſic omnes ſuo proprio laqueo capit. 459. Obſerua. Sed fuge in alta, & deſerta loca. 659. Et meritò. Quomodo fugit à malis in deſerto, quoniam nocua eſt eorū conuerſatio. 467. verſ. 3. per totum. Quod affligenda ſit caro per ieiuniū, & alia. 481. verſ. 8. per totum. Pro exhortatione ad ieiuniū quando ſunt hæretici qui illud dānant, tunc eſt tempus faciendi. 501. 502. Bene ergo dicit propheta.

Super illud. Hæc omnia tibi dabo, &c.

Quomodo diuitiæ ſint laquei diaboli. 530. Laqueus etiã ſunt & quòd domãda ſit caro: quia cum ea nos percutit diabolus. 531. Neq; ex corporis ſalute.

Quomodo poſt tentationem acceſſerunt Angeli. 548. Vel poſt.

FERIA SECVNDA
Poſt primam Dominicã
in Quadrageſima.

Super Euangelium de Iudicio finali. Matthæi. 87. 88. Operationes. 114. Maledicti. 115. & 116. Hoc opprobrium. 236. verſ. 4. per totum.

De pœna damnatorũ. 345. 346. Confunduntur etiam. Et cur dicantur iuſtificatiões. 740

Et ſuper illud. Diſcedite à me &c. 601. Longè. 606. Vnde Rabbanus.

FERIA TERTIA
Dominicæ primæ.

Super illud. Eiecit ementes &c. Zelo domus Dei, Quis zelus ſit hic. 553. verſ. 3. per totum.

FERIA QVARTA.

Per Ionam ſignificatur aduerſitas, & per Salomonem proſperitas, in vtraque ſis æquus oportet, ne venias in iudicium. 351. 352. Sed aduerte. Et ſuper illud. Generatio adultera, quomodo peccator ſit adulter: quia donis Dei abutitur, ſicut adultera donis mariti, vt placeat alieno. 226. vſq; 228. Diuus Auguſtinus.

FERIA QVINTA
ſecundum fratres Prædicatores.

Super illud. Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahę facite. Quomodo non in ſola fide, quæ per Abraham ſignificatur, fidendũ eſt: ſed etiam in operibus. 255. Præſumptio.

FERIA SEXTA.

Super illud. Hominem non habeo. 97. 98. Sed præterea.

Quomodo ſtatim perrexit ad templũ ille qui ſanus factus fuerat. 535. Secundò.

Qui ſint claudi in Eccleſia, & quomodo diligendi. 534. Hieremia. 10. Quomodo piſcina illa pœnitentium lachrymas ſignificabat: nam per motionem Angeli turbabatur aqua, & cũ aqua turbatur ab imo, aſcendit limus vſque ad ſummũ, & per Spiritus ſancti opus commouetur cor, vt defleat peccata ſua. 541. verſ. 8. per totum. Accidiã ſignificabat claudus iſte. 619. Quarta.

DOMINICA SEcunda. In quadrageſima
ſecundum fratres Prædicatores.

De Chananea. Super illud. Miſerere mei fili Dauid, & vbi de miſericordia fit ſermo. 96. 97. Cæterum. 602. verſ. 4. per totum.

tum. Dicitur quòd erat ſpiritus fornicationis, qui vexabat filiam eius, & ideo fugit ab ea Ieſus. 173. vſque 175. Ne videam vanitatem. 176. & 177. In via tua. 184. vſque 187. Sed Diuus Auguſtinus. 471. In tertio genere. 478. 499. Quia iniuſta eſt.

Itē ſuper illud. Miſerere mei. 194. 195. Dicitur etiam. Et hic poteris tractare de vi orationis. 217. vſq; ad 221. Vel ſecūdò. 521. vſq; 524. Hoc eſt. Quomodo appropinquat, & intrat oratio ad Deum. 658. 659. Secundum. In domo & in deſerto ſecuta eſt Chriſtū: quia in proſperis & aduerſis æqualiter nos habere debemus. 351. 352. Sed aduerte.

Super illud. O mulier magna eſt fides tua. Quomodo hæc mulier eſt eccleſia, cui eſt neceſſaria fides. 538.

Hic petit, & fides magna, quę etiam ad opus ſe extendit. 339 Sed quoniam.

Et quæ in beatitudine compleatur. 340. Vel tertiò.

Perſeuerantia huius mulieris. 571. Crebra hæc. Secundum vſum Romanum eſt Euang. de Transfiguratione. vide in feſto Transfigurationis.

Quòd erat ſpiritus fornicationis ille qui vexabat puellam, & ideo fugit ab ea Ieſus. 608. Primus eſt caro. 609. Tertius Abſalon.

FERIA QVARTA eiuſdem Dominicæ.

Contra ſuperbiam. 111. vſque 114. 179. vſq; 182. Quia ignitum. 230. vſque 236. Quia ergo: & quia meminit totiēs paſſionis ſuæ, vt id Eccleſia faciat. 349. 350. Conducit tertiò.

Quanto odio Deus proſequatur ſuperbiæ vitium. 344. verſ. 6. per totum. Etiam fuit vitium ambitionis. 471. Alia ſunt ambitioſa. In illud, Neſcitis quid petatis, quoniam ſuperbia ſtultos ac amentes homines facit. 617. Superbia.

Quomodo poſt factā memoriam paſsionis filij Zebedæi petierunt ſedes, quoniam importunum tempus eſt, ad petenda dona cùm de paſsione fit ſermo. 656. 657. Vnde hoc capta.

FERIA QVINTA De diuite, & Lazaro.

Quomodo bonis malè, & malis benè contingat in hac vita. 145. Iudicia tua. 292. Hæc autem.

Super illud. Quia recepiſti bona, &c. 240. Erit etiam. 308. verſu. 6. per totum. De gula. 619. Sexta.

FERIA SEXTA.

Super illud. Auferetur à vobis regnum Dei. 430. hoc eſt. Super illud. Reddent ei fructus. Quomodo bona opera dicantur fructus. 445. Sed tamen. Quomodo anima ſit hæc vinea. 453. Tertiò animam.

SABBATO de filio Prodigo. 65. & 66. Nihilominus. Sup illud. Reuerſus in ſe. Quid fides in peccatore operet. 200 vſque 202. Certè hoc in illud. Vt paſceret porcos, æqua punitio: quia ipſe pauerat obſcenas voluptates. 335. Hieronymus. 336. vel in veritate tua humilia ſti me. 430. Hoc eſt. 454. Sed aduerte. In illud. Abijt in regionem longinquam. 551. 552. Secundo dico. & 582. Si fortè.

Quomodo peccator dicatur elongari à Deo. 600. verſ. 3. per totum. & 657. Peccator.

Quomodo ſit ei reddita ſtola prima, id eſt, gratia, & priora opera meritoria, quæ in gratia fecerat, & quomodo ſit ſterilis peccatoris anima. 626. vſque 627. Intellige etiam. 681. vſq; in finem. Prima parabola.

DOMINICA III. in Quadrageſima.

In illud. Fiunt nouiſsima peiora, &c. De recidiuo. 147. Noli me confundere. Et ſuper illud. Beatus venter qui te portauit. Fuit enim laudis exclamatio.

Quid conferat laudes Deo dicere. 346. per totum verſum.

Super illud. Alios ſeptem ſpiritus, &c. 306. Acſi diceret.

Super illud. Ambulat per loca in aquoſa &c. 412. Obſerua.

Super illud. Cùm fortis armatus. 568. 569. Ciuitas parua. 624. 625. Sicut qui inuenit. Et ſuper illud. Quòd dæmonium erat mutum: quia homines facit mutos, ne confiteantur peccata ſua. 675. vſq;. 679. Hæc ſi aliquando.

FERIA TERTIA.

Super illud. Vbi duo vel tres, &c. 365. Certè per totum ferè verſum. Et ſuper illud vſque ſepties, &c. Quid numerus ſeptenarius. verſ. 4. ſignificet. 629. per totum.

FERIA Quarta. 48. 49. Cùm ergo. 50. Itaque propheta. Pro illo. De corde exeunt, &c.

Et ſuper illud. Populus hic labiis me honorat &c. 81. 82. In labijs meis. 134. 135. Sed obſerua. Super illud. Sinite illos; Quod ſit ſcandalum Phariſæorum. 632. vſq;. 634. Verbum.

Super illud. Nõ quod intrat per os coinquinat hominem. Quomodo coinquinatur cor, & quomodo mundatur. 351. verſ. 8. per totum. Et pro illo. De corde exeunt. &c.

De cu-

De cuſtodia cordis. 466. vel vt placet Hieronymo.

FERIA QVINTA Quadrageſimæ.

Socrus Simonis ſanata miniſtrabat Chriſto. 87. 88. Operationes.

Quæ ſit ſalus aut febris animæ. Vel tertio.

FERIA SEXTA IN Quadrageſima.

Super illud. Fiet in eo fons aquæ ſalientis.

Quomodo iuſti ambulant in vitam æternam. 23. 24. Qui ambulant.

Hæc aqua, ſignificat ſpem. 222. vſque 224. Perſonã. 224. vſque 230. Hæc, ſcilicet, ſpes. 437. Super mel ori meo. & 461. Quare grauiſsime. 22.

Et ſuper illud. Voca virũ tuũ. Quomodo volebat eam attrahere, ad confitendum peccata ſua, vt ipſa ſui eſſet iudex. 269. Confeſſor. 488. obſerua.

Et ſuper idem. Voluit vt ipſe fateretur peccatum ſuum. Exigit enim Deus à nobis, vt in præſenti noſmetipſos iudicemus, vt euadamus iudiciũ ſuũ. 597. Obſerua per totũ verſum.

Super illud. Forſitã petiſſes ab eo. 405. Sed ſecundi.

Super illud. Sedebat ſupra fontem. Quomodo omnibus factus eſt fons miſericordiæ. 605. Eſt etiam miſericordia.

SABBATO DE muliere adultera.

Quomodo peccatoribus debeamus compati. 344. vel etiã. Peccatores ſunt adulteri: quia bonis Dei abutũtur, ſicut adultera donis mariti, vt placeat alieno. 126. vſque 128. Diuus Auguſtinus.

Et ſuper illud. Digito ſcribebat in terra. 543. & lachrymæ peccata.

DOMINICA IIII. Quadrageſimæ.

Pro initio ſermonis non ſiſtendum in cortice miraculorum. 26. 27. Sed obſerua.

Et in illud. Quia iuſsit illos ſupra fœnum ſedere, id eſt, ſupra carnis delicias, vt cœleſtia ædulia illis ſapiãt. 108. vſque 110. Sed obſeruandum. 129. Dicit ergo.

Et ſuper illud. Subleuatis oculis, nam eos humi depreſſos habebat. 365. Poteſt.

Et ſuper illud. Cùm ſubleuaſſet oculos Ieſus. Quomodo vt ſeipſum aſpiciat eleuat, nobiſq; propter ſeipſum miſereatur. 581. verſ. 5. per totum.

FERIA II.

Quod eiecit ementes, & vendentes de tẽplo zelo Dei accenſus. Quis zelus ſit hic. 553. verſiculo. 3. per totum.

FERIA IIII.

Super illud. In iudiciū veni, &c. vt qui vidēt cœci fiant. 69. 70. Ecce orat. 100. vſq; 102. Nulli dubium.

Quam intrepidè confitebatur Chriſtum. 210. vel Tertiò.

Et in illud. Quis peccauit, hic aut parentes eius, &c. 298. vſq; 301.

In illud. Nec hic peccauit. Quibus de cauſis Deus mala hæc pœnæ velit. 312. verſic. 7. per totum.

Quomodo lutū conuerſum fuit in oculos, ſic peccata in lucem per pœnitētiam. 356. Vt non confundar.

Reſpexit Dominus cœcum illum & viſum recepit, quid ex oculis Domini permanet boni. 526. Aſpice.

FERIA V.

Vide Dominica. 15. poſt Trinitatem.

FERIA VI.

Erat quidam languēs Lazarus. Infirmitates quas incurrimus per peccatum, inter quas eſt fomes. 126. vſque 129. Sed pro introductione.

Erat autem ligatus cum ſurrexit. Quoniam in iuſtificatis etiam remanet fomes: licet addatur gratia contra eum. Ibidē. & 130. 131. Sed aduertēdum. & 137. Iuſtus. 141. Adhuc.

Et ſuper illud. Ecce quē amas infirmatur. Quomodo bonis male, & malis bene contingat in hac vita. 145. Iudicia tua.

Et in illud. Domine ſi fuiſſes hîc, &c. Quid præſentia Dei cō ferat. 146. In primo.

Quomodo Magdalena ſtatim, vt audiuit adeſſe Chriſtum exiliuit. 149. Sed aduertēdum.

Super illud. Soluite illum. Quomodo vincula ſint peccata. 275. 276. Sed quoniam.

Et ſuper illud. Lazarus amicus noſter, &c. Quomodo iuſtus omnium iuſtorum ſit particeps & amicus. 279. verſic. 7. Per totum.

Et in illud. Fleuit Ieſus cum ſororibus flentibus. 329. Hoc eſt.

Super illud. Quia Maria corruit ad pedes Ieſu. De puro regalo de amor. 364. Et Regina Eſther. 253.

Super illud. Nonne duodecim horę ſunt diei. 400. Sed nihilominus.

Super illud. Qui ambulat in die non offendit, id eſt, in lege Dei. 423. Tota die meditatio. 445. Sed tamen. Quia verbum Dei eſt lux. 443. Vel lucerna.

Super illud. Erat quidam languēs. Quomodo cogitationes, quæ à principio languidæ apparent mortiferæ fiunt, niſi ſtatim elidantur. 471. 472. Albertus Magnus.

SAB-

SABBATO.

In illud. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris. 100. 101. 102. Nulli dubium eſt. Et 445. Sed tamen. 446. Obſerua.

DOMINICA in Paſsione.

Pro exordio ſermonis. 53. 54. Et in illud. Si quis ſermonem meũ ſeruauerit, &c. 134. Doce me.

Et ſuper idẽ. Vbi debeat ſermo dei cuſtodiri. 161. Et cuſtodiam. 162. In corde ergo.

Quomodo in memoria & meditatione cuſtodiendus ſit etiam 405. Hunc verſum.

Et ſuper illud. Qui ex Deo eſt, verba Dei audit.

Quomodo aure cordis audiẽ da ſint verba Dei. 463. verſ. 1. per totum.

Quomodo verbum Dei ſit ſcutum. 466. Ecce primum, & vel vt placet.

In illud. Si quis ſermonem meum ſeruauerit.

Quomodo non ſufficit ſcire niſi ſeruaueris. 497. Duplex eſt doctrina.

FERIA II.

Super illud. Qui credit in me ſicut dicit Scriptura.

Quomodo de promiſsis certiores facti ſumus per Scripturam. 226. In quo mihi.

FERIA III.

Erat autem Paſcha Iudæorum Scenophegia. 73. 74. Sed ſecũdum. 103. vſq; ad 106. Plura.

FERIA IIII.

Quomodo circũdederũt Chriſtum Phariſæi, ſic peccatores iuſtum. 273. 274. Rurſum ait.

Et ſuper illud. Nolite ſecundum faciem iudicare, ſed iuſtũ iudicium iudicate. 433. Iudex etiam, & prælatus.

Super illud. Nemo rapiet eas de manu mea. 454. Iuſtorum quidem animæ.

In illud. Oues meæ, vocem meam audiunt.

Quomodo qui ſunt Chriſti, manſuetudinem ouium præferunt. 491. vſque. 493. Sed aduerte. 674. 675. Primum.

In illud. Circũdederũt eum. Quomodo ſit circundatus iuſtus. 568. Literaque.

Super illud. Multa bona opera, &c. 243. In Pſalterium. Et quomodo gratis perſecuti ſint Phariſæi Chriſtum. 621. Poteſt & hoc carmen.

FERIA SEXTA.

119. Hunc verſiculum.

Quomodo mali ineant conſilia cõtra bonos. 273. 274. Rurſum ait.

Cur mali odio proſequantur bonos. 306. Ipſi autem ſatelites.

Super

Super illud. Quia hic homo multa ſigna facit.

De inuidia malorum contra bonos. 330. E cõtra verò. 618. Tertia infirmitas.

Super illud. Expedit vobis vt vnus moriatur homo, &c. 418. Item vt ſuprà.

Quomodo Chriſtus dicatur vnus. 442. Litera autem.

Et ſuper illud. Quid facimus: quia hic homo, &c.

Quomodo gratis principes perſecuti ſint Chriſtum. 621. Poteſt, & hoc carmen. 650. In fabulis eſt.

DOMINICA in Ramis.

Vide Dominica I. Aduẽtus.

De mãdato. 406. Paſcha primum. 419. At charitas. 317. De ſecunda.

Et ſuper illud. Cum diabolus iam miſiſſet in cor.

Quando mũdus plus ſæuiebat contra Chriſtum, & fœtebat mel in ore leonis inuentum eſt. Hoc eſt corpus meũ. 490. Ecce in ore. 503. Et ideo in plenilunio.

Pedibus Iudæ iacuit. 561. Hic autem præ omnibus.

Quomodo finem tũc impoſuit legalibus ceremonijs. 563. 564. Et lex tua veritas.

DE PASSIONE.

Pro illo verbo. Vt quid dereliquiſti me. 53. 54. Pro exordio. Magnum teſtimoniũ amoris ſanguinem fundere pro nobis. 85. 86. Diuus tamen.

Super illud. Deſiderio deſideraui. &c. 110. Secũdus. 119. Hunc verſiculum.

Super illud verbum. Hodie mecum eris in paradiſo. 255. Alij ſunt.

Quomodo apud Herodẽ & ſtultus reputatus eſt. 368. Dixerat.

Super illud. Conſummatum eſt. 414. In principio per totũ verſum.

In illud. Non hunc, ſed Barrabam, & inclinato capite, &c. 460. 461. Inclinaui.

Quod Chriſtus pertulit peccata nr̃a in corpore ſuo. 466. Vel vt Diuus Ambroſius.

In illud. Pater ignoſce illis. 409. Pater ignoſce illis. Et pro exordio. 493. vſque 495. Alia tranſlatio. 561. 562. Secundo intelligitur.

In illud. Domine memento mei. &c. Opportuno tẽpore petit. 656. 657. Vnde hoc capta.

DE RESVRRE-ctione.

FERIA II.

Pro eo quod loquebãtur in via de Deo diſcipuli illi. 2. & 3. Et quia perſona. 586. Item eſt propè. Et quia induit formam peregrini Chriſtus. & 665. vſque 667. D. Ambroſ. 93. 94.

Sed

Sed ſecundum. 103. vſque ad 106. Plura in principio.

In illud. Hæc dies quam fecit Dominus. 401. 402. Tertio vt placet.

Super illud quod Chriſtus diſſerebat diſcipulis eũtibus in Emaus ſcripturas. Quæ vtilitas ſit de ſcripturis loqui. 402. vſque 404. Conſiderans.

Super illud. Nonnè ſic oportuit pati Chriſtum. Quomodo mors Chriſti mortem, & labores fecerit dulces. 434. verſ. 7. per totum. 652. 653. In cruce. 650. At vero. & 650. In fabulis eſt.

SABBATO.

In illud. Currebant duo ſimul. 149. Sed aduertendum.

FERIA QVINTA Reſurrectionis.

Quãdo Chriſtus apparuit Magdalenæ.

In illud. Si tu ſuſtuliſti eum, &c. 606. 661. Hoc eſt.

DOMINICA in Albis.

Super illud quod Thomas in carne illa Deum intellexit latere. 443. Vel lucerna.

Super illud. Pax vobis, quæ ſit hæc pax. 635. vſque in finẽ verſus.

In illud. Inſufflauit in eis, & quomodo cæremoniæ Eccleſię ſint à Chriſto, & Spiritu ſancto. 640. vſque 642. Hoc eſt.

DOMINICA PRIMA poſt Octauas Reſurrectionis.

In illud. Ego ſum paſtor bonus 443. Dicitur etiam.

Quomodo tot officia pro nobis aſſumpſit. 607. Secundum iudicium tuum.

Quomodo paſtoribus ſuam Eccleſiam cõmiſit. 569. 570. Circunſpectus ergo.

DOMINICA III.

Super illud. Nunc autem contriſtabimini. 351. Sed aduerte.

Super illud. Triſtitia veſtra vertetur in gaudium. 331. Sed aduertendum. 337. Hoc eſt.

DOMINICA IIII.

Et in Letanijs. 210. Sed poteſt.

IN ASCENSIONE Domini. 216. Nam cum.

IN DIE PENTECOSTES.

In illud. Si quis diligit me, Sermonem meum ſeruabit. Quomodo nullum aliud ſignum ſit efficacius amoris erga Deum. 642. 643. Aduerte tamen.

Quomodo ſint pri⁹ repleti Spiritu ſancto Apoſtoli quam loquerentur. 79. 80. Vt tenacius.

Cur in linguis igneis, & vento valido venit. 446. Secundò.

Quod orantibus Apoſtolis deſcẽdit. 521. Quare & de corporali.

Quod debeat præcedere aduentum eius, & deſiderium, & humi-

humilitas, quæ fuit expectatio illa Apoſtolorum. 524. 525. Poteſt & intelligi.

Ideo ignitæ linguæ: quia prędicare debebant ignitum verbum, & cur ſic dicatur. 556. verſ. 4. per totum.

Et ſuper illud. Sic Deus dilexit mũdũ, &c. Quomodo mittere filium ſuum fuit magnum teſtimonium ſui erga nos amoris. 85. D. tamen Auguſtinus.

IN FESTO SANctæ Trinitatis.

In illud. Oportet vos naſci denuò. 216. Ioan. 3.

In illud. Venit ad Ieſum nocte. 276. verſ. 6. per totum.

Super illud. Scimus quia à Deo veniſti Magiſter. 289. Iuſtificationes tuas.

DE SACRAMENTO.

53. 54. Sed quoniàm. Quòd ſit memoriale: quia homo eſt obliuioſus. 91. Inter alia.

Quomodo in hoc ſacramento impleuerit vaſa vacua veteris legis. 142. Et de lege tua. 419. Tam forti amoris. 446. verſi. 2. per totũ, quod nos confirmet.

Super illud. In qua nocte tradebat, mel in ore leonis mortui. Quanto plus fœtebat mundus coram Deo, dicit; Hoc eſt corpus meum. 490. Ecce in ore. 513. Et ideo in plenilunio.

Quomodo ſit viaticum ad peragendum hoc iter. 643. vſque 645. Adhuc autem.

IN his Dominicis poſt Trinitatem aduerte, me ſequi ordinem fratrum Prædicatorum, qui aliquantulum in numero Dominicarum, diſtat à Romano, ſed faciliter ad vſum tuum applicare potes.

DOMINICA I. poſt Trinitatem.

Super illud. Vilã emi. &c. Quomodo diuitiæ impediant. 528. vſque 530. Quo ſuppoſito.

DOMINICA II.

Super illud. Murmurabãt Phariſęi. Vera iuſtitia compaſionẽ habet. 344. Vel etiam. Erãt appropinquantes ad Ieſum peccatores, quia bonitate ſua eos trahebat. 303. verſ. 4. per totum. Maximè ibi obſerua. Et quia cor iuſtorũ vſque ad peccatores rarefit, quia mole eſt. 309. & 310. Cæterum.

Erant appropinquãtes. 466. Vel adiuua. 680. vſque in finẽ verſus. Require ergo tu.

Quomodo ſua dulcedine ad ſe trahebat peccatores. 441. vſque 493. Cum filij Prophetarum.

Erant appropinquãtes. 585. 586. Vel dicitur propinquus.

Quòd infinita eſt Dei miſericordia. 606. Eſt & infinita duratione. 657. Peccator.

DOMI-

DOMINICA V.

In illud. Niſi abundauerit iuſtitia veſtra, &c. 76. vſq; 78. Non ſufficit. 173. Via quippè. 429. tantum effert. 430. Sed tamen.

DOMINICA VI.

In illud. Miſereor ſuper turbã, & vbicunque de miſericordia fit ſermo. 96. 97. Cæterũ. 284. verſ. 8. per totum.

Quomodo ſit molle cor iuſtorum, & ad alios rarefit. 309. 510. Cæterum.

Item ſuper illud. Miſereor ſuper turbam, an conferre Deum hæc bona temporalia, ſit ſignũ miſericordiæ diuinæ. 227. Et occaſione huius. Et deinceps per totum verſum.

DOMINICA VII.

Super illud. Nunquid colligũt de ſpinis vuas. 23. Ex Hieronymo.

In illud. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, &c. quod non ſufficit ſolũ credere. 138. 139. Sed aduertendum.

Super illud. Attẽdite à falſis Prophetis. 468. Græci nõnulli.

DOMINICA VIII.

De vilico. 268. 269. Iſaiæ.

Super illud. Fodere non valeo. Quomodo in præſentivita labo rare debemus, in alia quieſcere. 499. vſque 501. Defecerunt quidem.

DOMINICA IX.

Videns ciuitatem fleuit ſuper illam. Quomodo miniſtri Chriſti deflere debemus aliena peccata. 545. Sed aliqui.

Et ſuper illud. Circundabunt te inimici tui vallo. Quomodo circũueniatur iuſtus. 568. 569. Litera quæ.

DOMINICA X.

De Phariſæo, & Publicano.

In illud. Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, &c. 46. Non ſufficit. 48. Cum ergo. 511. 512. In eo quod didici. 111. vſq; ad 114. 179. vſque 182. Qui ignitum. 230. vſque 236. Quia ergo.

Quomodo Deus odio proſequatur ſuperbiæ vitiũ. 344. verſ. 6. per totum.

Quomodo nõ ſufficit carere aliquibus vitijs, vt hic Phariſæus niſi caueas omnia. 432. Hoc eſt, à via.

In illud. Ieiuno bis in ſabbato, &c. Quomodo impius ſolũ ea quæ habet bona conſiderat, non quæ nõ habet. 450. Et iudicia tua doce me.

Item ſuper illud. Qui ſe humiliat exaltabitur, & vbicũque de humilitate fuerit ſermo. 591. Sed Diuus Ambroſius. Et deinceps per totum verſum.

DOMINICA XI.

In illud. Efeta quòd eſt adaperire. 463. verſ. 1. per totum.

Et ſuper illud. Bene oĩa fecit. Quomodo creaturę teſtimoniũ reddant

reddant bonitatis Dei. 510. vſque. 513. Dicat ergo.

DOMINICA XII.

Super illud. Samaritanus autē, &c. 586. Propè eſt etiam.

Quam parua eſt hominis miſericordia. 606. E cōtra autem.

DOMINICA XIII.

De decem leproſis qui leuauerunt vocem. 22. Tertiò. 230. 231. Quia ergo. Quod lepra ſignificet luxuriā. 620. Septimꝰ.

DOMINICA XIIII.

Super illud. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 538. Alij de prælatis.

Super illud. Primum quærite regnum Dei. 82. vſque 84. Similitudo hæc. Et in illud. Et de veſtimēto, quid ſoliciti eſtis. 141. 142. Alia litera.

Item ſuper illud. Primū quęrite regnū Dei. 258. 259. Perſona.

Quomodo mane debemus ad hoc negotium conſurgere. 579. verſ. 4. per totum.

Super illud. Conſiderate lylia agri, &c. Quomodo omnia Dei verbo obediant. 386. verſiculo. 1. per totum.

Et ſuper illud. Nolite ſoliciti eſſe, &c. 451. 452. Ponere animam.

In illud. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. 470. In hoc Auguſtinus. 479. Præuaricantes. Et quod diuitiæ impediant Dei amorem ac cultum. 528. vſq; 530. Quo ſuppoſito.

DOMINICA XV.

De filio viduæ ſuſcitato. 97. 98. Sed præterea.

Et ſuper illud. Noli flere, quomodo Chriſtus lugētes conſoletur. 623. 624. Per ea verba.

DOMINICA XVI.

De hydropico, qui ſignificat auarū. 167. vſque 171. In tria vitia. Significat etiam ſuperbū ob tumorem. 230. vſque 236. Quia ergo.

In illo. Recūbe in nouiſsimo loco. 448. Quod ſi de humilitate. Et quia ſignificat auarum. 619. Quinta.

DOMINICA XVII.

Super illud. Diliges Dominum Deū tuū, &c. 9. & 10. Id autē. Cur Deum potius quam hæc terrena amare debemus. 21. 22 Beati immaculati. 27. 28. In toto corde. 35. vſque ad 40. Et quia ſoli Deo ſubeſt volūtas noſtra, ſolꝰ diligēdus eſt. 165. Pro quo notādū. 215. Nā prēcepta.

Item ſuper illud. Diliges Dominum Deum tuū, hoc eſt ordinare animum in amore. 627. verſ. 3. per totū. De dilectione proximi. 582. 583. Si fortè. 666. Quia omnia mandata.

DOMINICA XVIII.

De Paralytico, quem curauit Ieſus.

Super illud. Vt vidit cogitationes

nes eorũ. Quomodo cautè ambulandũ corã Deo, qui omnia videt, & ideo omnia ei referare debemus. 645. verſ. 8. per totũ.

DOMINICA XIX.

In illud. Quoſcũque inueneris debiles aut claudos introduc huc. Quomodo boni, & mali ſint in Eccleſia. 33. 34. Verum eſt. 480. Vel dic quod.

DOMINICA XX.

Erat quidam Regulus.

In illud. Niſi ſigna & prodigia videritis. 89. 90. Notandum.

Quomodo afflictus etiam ſi Rex ſit venit ad Chriſtum. Dei ſapientia eſt, per infirmitates, & per flagela ad ſe trahere homines. 301. 302.

Qui fructus ex Dei flagellis conſequantur. 673. Primo.

Sed quid ex hac afflictione. 312. Nam mali. 614. In hoc vigeſimo.

DOMINICA XXI.

Super illud. Dimiſi illi omne debitum, &c. Quomodo Deus tribuat pluſquam à Deo ſperamus, vel petimus. 332. Quia in verba tua.

In illud. Simile eſt regnum cœlorum homini Regi. Quomodo etiã ſi Deus dicatur Rex quod per ſe fert poteſtatem, dicitur etiam homo quod per ſe fert manſuetudinem: quia miſericordia, & iuſtitia ſimul committantur in Deo. 607. 608. Secundum iudicium tuũ. 587. Quanuis enim.

DOMINICA XXII.

In illud. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. &c. Quomodo ſit miſericordia iuſta, & iniuſta. 267. Aduertendum. 290. Vel ſi vis.

Quam iuſtus, & æquus in iudicijs ſuis eſt Deus. 335. Hieronymus.

Super illud. Cuius eſt imago hæc. Quomodo homo ſit factus ad imaginẽ Dei. 116. verſ. 1. per totum.

DOMINICA XXIIII.

In illud. Væ nutriẽtibus, id eſt, qui noxias nutriunt cogitationes. 471. In tertio genere. 478. 479. Quia iniuſta eſt.

Quomodo hic nos monet, vt caueamus à Pſeudo Chriſtis, & Pſeudo Apoſtolis. 468. Grẽci nonnulli.

IN FESTIS Sanctorum.

IN FESTO SANcti Andreæ.

Super illud. Relictis retibus, & patre. &c. Quomodo omnia cõfortia malorum relinquenda, & bonorum ſequẽda. 80. Sed aduertendum. 350. Aliter.

Quomodo ſequendus Chriſtus immitatione. 335. 336. Vel tertio ſic.

SANCTI STEPHANI
119. Intelligitur.
SANCTI IOANNIS
Euangeliſtæ. 9. & 10.
Id autem.
Super illud. Sequere me. 157. 158. Sed notandum.
Quomodo ſe debet extendere homo ad ſequendum Chriſtū. Vnū autē. 307. Sed tamen.
Quomodo ſequendus Chriſtus imitatione. 335. 336. Vel tertio ſic.
DE INNOCENTIBVS
De ira Herodis. 617. Secundo.
IN CONVERSIONE
Sancti Pauli. 101. 102.
Petit etiam.
Et in illud. Domine quid me vis facere. 155. Legem pone. 165. Pro quo notandum.
IN PVRIFICAtione.
In illud. Erat homo in Hieruſalem. 97. & 98. Sed præterea.
Super illud. Salutare tuum. 193. vſque 195. Litera verò.
Quod voluit Chriſtus ſubijci legi, vt alijs præberet exemplum. 313. Præſtat omnibus.
De ſatisfactione Chriſti qui in vlnis portabatur. 333. vſque 335. Sed ſi perſiſtimus.
Super illud. Suſcepimus Deus miſericordiā tuā. 603. Obſerua.
Super illud. Nunc dimittis, &c. Et ſalutare tuū. 607. verſ. 6. per totum.
IN ANNVNTIAtione B. Mariæ.
117. 118. Ego tamen. 474. vſq; 476. Non deſunt tamen.
PETRI MARTYRIS.
In illud. Qui vult venire, &c. 214. Et meditabar. Cætera vide in communi vnius Matyris.
IN INVENTIONE
Sanctæ Crucis.
Pro exordio ſermonis. 53. 54. 182. vſq; 184. Pro quo. 4.
Super illud. Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, &c. 489. vſque 491. Dixi non tradas. Vide etiam quamplurima. 648. verſ. 1. per totum.
PHILIPPI
& Iacobi.
Super illud. Ego ſum via. 144. Contra viam.
Super illud. Nō turbetur cor veſtrum. Quomodo etiā ſi iuſti corpore affligantur: tamen nō conturbantur. 152. Diuus Gregorius. 271. 272. Nō turbetur.
Super illud. Ego ſum via. 161. Sed obſerua. 163. Hoc ſecundum Auguſtinum.
Super illud. Philippe qui videt me, &c. Quomodo per Chriſtum, quaſi per faciem agnoſcatur Deus. 264. vſq; 267. Sed licet.
S. CATHERINÆ
Senenſis.
In illud. Simile eſt regnum cœlorū grano ſynapis. Quomodo huic

huic cõparetur fides. 497. verſ. 5. per totum.

Quomodo comparatur grano, id eſt, ſemini: quia caput, & principiũ eſt ædificij Chriſtiani fides, & ideò magnopere ſeruanda. 589. 590. Perſona.

Quomodo fides eſt arbor illa quem vidit Nabuchodonoſor. 200. Certè hoc.

SANCTI IOANNIS Baptiſtæ.

Nomina ac prærogatiuæ eius. 8. Quod autem.

SANCTORVM Petri & Pauli.

Super illud. Portæ inferi non præualebunt, &c. 397. Circa quod notandum, & deinceps vſque in finem verſus.

IN VISITATIONE Beatæ Mariæ.

Oſtende mihi faciem tuam, id eſt, Chriſtus qui eſt facies Dei. 264. vſque 267. Sed licet.

SANCTÆ MARIÆ Magdalenæ.

Super illud. Quod audiebat verbũ ad pedes Ieſu. 81. Licet ego per enfaſim.

Super illud. Vt cognouit, &c. Quid fides in peccatore operetur. 200. vſque 202. Certè hoc & pro lachrymis. 268. Iſaias. 269. Vel ſecundo.

Quomodo peccata lachrymis abluta dealbẽtur. 356. Vt non confundar.

Quales fuerunt eius lachrymæ. 541. verſ. 8. per totum.

Murmurabat ſoror eiꝰ. 367. Non deſunt.

Quomodo Deꝰ ſuſcipiat peccatores. 466. Vel adiuuat.

Vocatur, mulier peccatrix ad deſignandam vilitatem peccati: quia nihil vilius muliere proſtituta. 477. Sed quoniam ferè. 480. Vel dic.

Per totam vitam pœnitens fuit. 481. verſ. 8. per totum.

Sua mãſuetudine ad ſe trahebat peccatores Chriſtus. 491. vſque 493. Cum filij Prophetarum.

Quomodo fleuit peccatũ vt ouis, quæ errauerat. 675. Ferè vſque in finem verſus.

IN TRANSFIGURATIONE.

In illud. Reſplenduit facies eius vt ſol. 267. Hanc faciem.

In illud. Veſtimenta eius ſicut nix. 369. Rectè ergo.

In illud. Nubes lucida, &c. 445. Obſerua. 514. Chriſtus Dominus.

Super illud. Nemini dixeritis viſionem. Quomodo occultanda bona ne à maligno ſubripiantur. 610. Videtur.

IN ASSVMPTIONE Beatæ Virginis.

29. 30. 39. Sed nequaquam Martha miniſtrabat. 87. 88. Operationes.

Super illud. Sedens ſecus pedes Domini. 177. Sed nō prætereundum.

DE EXCELLENTIA vitæ contemplatiuæ, & de morte Beatæ Virginis. 361. vſque in finem verſus.

IN DECOLATIONE ſancti Ioannis Baptiſtæ.

Super illud. Saltauit Herodias. 184. vſq; 187. Sed Diuus Auguſtinus.

IN EXALTATIONE Sanctæ Crucis.

Pro exordio ſermonis. 53. 54.

Super illud. Ego ſi exaltatus fuero, &c. 131. Tertio. 182. vſque 184. Pro quo. 216. Nam cum. 409. Serpens ferit. 624. Sicut qui inuenit.

Super illud. Nunc iudicium eſt mundi, &c. 416. Vel tertio. 418. Item vt ſuprà, & alia quāplurima vide. 648. verſic. 1. per totum.

MICHAELIS Archangeli.

Super illud. Si oculus tuus ſcandalizat te. 171. 172. Secūdum. 216. Nam de malis.

S. MATTHÆI.

Qui reliquit theloneum, relinquenda conſortia malorum, & ſequenda bonorū. 350. Aliter.

IN FESTO OMnium Sanctorum.

In quo beatitudo eorum celebratur, quam omnes appetunt. 220. 221. Beati immaculati.

Quomodo cœperūt hîc eſſe beati, in quo, & quibus difficultatibus. 221. 222. 223. Sed notandum.

Super illud. Gaudete, &c. Quid ſperātiuſti, & quomodo in ſpe gaudent. 197. 189. Quia ſperaui.

In illud. Quia merces veſtra, &c. El premio al ojo. 214. Aliqui legunt.

Pro illo aperiens os ſuū. &c. 314. Lex oris tui.

In illud. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis, hic fletus, illic riſus. 331. Sed aduertendum.

Super illud. Merces veſtra copioſa, &c. Id eſt maior quam intelligere poterim⁹. 332. Quia in verba tua. 337. 338. Hoc eſt.

Et de vita beata qua fruuntur ſancti. 339. verſic. 5. per totum.

De die æternitatis. 401. Tertio vt placet.

Super illud. Aperiens os ſuū. Ibi explicatur quomodo aperiat nobis ſcripturas, quæ ſunt os Dei. 509. Nam per apertam.

IN PRÆSENTATIO Beatæ Virginis.

Quomodo ſtatim à principio debemus cōuerti ad Dominū. 63. 64. Secūdò. 573. 574. Vel ſic ſtatim.

ALIAS

ALIAS feſtiuitates potes requirere in Communibus Sanctorum præcipuè de beato Matthia, in cuius feſtiuitate canitur Euangelium, vbi dicit Ieſus. Iugum meum ſuaue eſt &c. Et de beato Thoma Apoſtolo. Require Dominica in albis. De beato Thoma de Aquino. De beato Dominico. Et de alijs doctoribus. In communi doctorum. Et ſic de alijs.

IN Communibus Sanctorum. In communi Apoſtolorum, & Euangeliſtarum.

Primo ſuper illud. Iugum meum ſuaue eſt, & Tollite illud ſuper vos. 6. vſque ad. 87. in medio. 14. vſque ad 20. Baſilio, 35. vſque ad 39.

Quomodo lex Chriſti eſt amoris. 82. vſq; 84. Ex pluribus.

Quomodo dicitur ſuaue: qa gratiam cõfert. 142. vſq; 144. Et de lege tua. 155. Sed vt inſinuaret.

Super illud. Tollite iugum, Quod voluntariè, & ex amore lex adimplenda eſt. 421. 422. in hoc octonario.

Quomodo diligẽda lex Chriſti: quia ſuauis. 424. 425. Obſerua.

Et ſuper illud. Venite ad me omnes qui laboratis &c. 434. verſ. 7. per totum.

In illud. Diſcite à me, quia mittis ſum &c. 491. vſq; 493. Sed aduerte.

Super illud. Ego ſum vitis vera omnem palmitem, &c. 70. vſque 72. Diuus Ambroſius.

In illud. Sicut palmes nõ poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite &c. 188. 186. Tractatis.

In Euangelio, Hæc mãdo vobis &c. Dicitur, Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuũ erat diligeret. 562. Diuus Auguſtinus.

In illud. Vt diligatis inuicẽ. 582. 583. Si forte.

Super illud. Intrauit in eis cogitatio, quis eorũ videretur eſſe maior. 471. Alia ſunt ambitioſa.

IN COMMVNI vnius Martyris.

Super illud. Qui me erubuerit corã hominib⁹. 45. 46. 182. vſque 184. Pro quo. 211. 212. In latitudine.

Super illud. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, &c. 100. vſque 102. Nulli dubium. & 103. Hoc ideo. 445. Sed tamen. 446. Obſerua. 457. Sed quoniam.

Super illud. Si quis vult poſt me venire &c.

Quomodo volũtariè ſequendus eſt Chriſtus. 145. Licet etiam. 114. Et meditabar. 293. Diuus Auguſtinus. 421. 422. In hoc octonario.

Super illud. Niſi granum fru

menti mortuum fuerit &c.
Quomodo vt ſtultus & mortuus appareat iuſtus hic. 368. Dixerat ſupra.
Quomodo iam mors ſit dulcis. 434. verſ. 7. per totum.

IN COMMVNI plurimorum Martyrum.

Quomodo gratis illos perſecuti ſunt tyranni. 622. Diuus Auguſtinus.
Quomodo iam mors ſit dulcis. 434. verſ. 7. per totum.
Super illud. Timete eum, qui habet poteſtatem mittere in gehennam. 179. vſque 182. Quia ignitum.
Super illud. Nolite timere & qui occidunt corpus, &c. 382. perſecutio hęc. 385. Diuus Auguſtinus.
In illud. Aperiens os ſuum. 314. Lex oris tui.
In illud. Quod canitur in cõmuni Martyrum. Qui recipit Prophetam in nomine prophe ta, &c. Quomodo iuſtiſsimè vnicuiq; retribuat Deus vt geſſit. 487. & 488. Igitur cum ſupra.
In Euangelio. Lucæ. 6. Dicitur; Virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.
Quomodo propria virtute faciebaꝫ miracula, quod erat ſignum ipſum eſſe Deum. 515. 516. Vel aliter.

IN COMMVNI Doctorum.

In illud. Vos æſtis ſal terræ. 5. Sed minimè. 25. 79. & 80. per totam, vt tenatius.
In illud. Qui cuſtodient vnũ de mandatis, &c. 134. Doce me.
Et ſuper illud. Non veni ſolue de legem, ſed adimplere. 142. vſque 144. Et de lege tua, nempe vt adimpleret vaſa vacua legis veteris. 161. & 162. Sed obſerua.
Super illud. Quod ſi ſal euanuerit, &c. 367. Vel tertiò.
Super illud. Qui fecerit, & docuerit, &c. 438. verſ. 8. per totum.
Quomodo prædicator debet etiam eſſe operator. 191. & 192. In hoc ſexto. 203. Vel aliter. 204. Mulra. Non prædicet inania verba. 377. vſque ad 378. Diuus Auguſtinus.
Quomodo de ſcripturis prædicandum. 670. De Chriſto.
Quomodo, ſcire, & facere debet doctor. 497. Duplex eſt doctrina.
In illud. Vos æſtis lux mundi, &c. Quo pacto reddere debent hanc lucem. 503. verſu. 7. per totum.
Et quia ſum lux mundi debere maximè æſtimari ab hominibus, nec deridendi ſunt. 663. vſque 665. Quanuis.

Super

Super illud. Vt videant opera veſtra bona, & glorificentur. &c. 443. Quarto animā. 662. Vel tertiò.

COMMVNE CONfeſſorum.

Pro introductione ſermonis alicuius ſancti illuſtris. 136. 137. Sed D. Auguſtinus.

In Euangelio. Ecce nos relinquimus omnia, antea dixerat Chriſtus inueni illi. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, nē pe quia via ſunt. 134. Quæ antea. Dixerat etiam ſi vis perfectus eſſe, &c. 441. Accipit perſona n.

Et ſuper illud. Ecce nos reliquimus omnia. 47. & 48. Et quod ideo dicunt omnia: quia cor prius Deo dederunt. 134. 135. Sed obſerua.

Et ibi promittitur vita æterna, quæ promiſsio eſt in noua lege. 225. & 226. Lyranus.

Item ſuper illud. Ecce nos reliquimus omnia. 407. verſu. 6. per totum.

Pro Euangelio de decem talentis. 87. & 88. Operationes.

Super illud. Metis vbi non ſeminas, quomodo de carne ſterili vult etiam Deus fructus depromere. 448. & 449. In vno perfecto.

Super illud. Negotiamini dum venio, quomodo vita præſens ſit laboris. 499. vſque 501. Defecerūt quidem. Et in idem. 485. 486. Perſonam quam.

Et in illud. Si oculus tuus fuerit ſimplex. 487. Sed vt hoc.

In illud. Sint lumbi veſtri præcincti, &c. 639. Spes quidem.

In illud. Qua hora non putatis, &c. Quomodo vigilias, & cuſtodias agere debeam⁹. 580. Interim tamen.

IN COMMVNI Virginum.

Super illud. Simile eſt regnum cælorum. 281. Extenditur.

In illud. Simile eſt theſauro. &c. 72. vſq; 74. Dixerat. 314. Mira res.

In illud. Innenta vna pretioſa margarita. 47. & 48. Cæterùm ergo. Margarita eſt charitas. 205. 206. Sed quoniam.

Et pro introductione huius Euangelij. 211. In latitudine. Margarita eſt etiam beatitudo. 340. Sed obſerua.

Item ſimile eſt theſauro. 314. Mira res.

Simile eſt homini negotiatori. 383. 384. Crebro.

Super illud. Simile eſt regnum cælorum decem virginibus.

In illud.

In illud. Quia lampades noſtræ extinguuntur. 138. 139. Sed aduertendum.

In illud. Media nocte clamor factus eſt. 276. verſ. 6. per totum.

Super totum Euangelium. 368. Dixerat ſupra. 382. 383. Poteſt & ſic intelligi oleum, quod ſumpſerũt ſecum eſt oratio. 523. Oratio gerit vicem.

PRO DEFVNctis.

341. Veniant ergo mihi. De breuitate huius vitæ. 373. 374. Obſerua. 393. 394. Quatuor. 399. Tempus.

De miſerijs huius vitæ. 564. Ideo quia. Item de fragilitate huius vitæ. 588. Et Iſaia.

FINIS.

PRAEFATIO IN PSALMVM BEATI IMMACVLATI.



SALMVS iſte inter omnes Dauidicos (iuxta grauiſsimorum Doctorum ſententiam) ſingularem ſibi vendicat excellentiam: habet enim ſpecialia quædam quæ in nullo alio Pſalmo reperies, videlicet, quòd apud Hebræos Elegiaco carmine exametro, ſcilicet, ſuis ſyllabis ac menſuris compoſitus eſt, & ſi credimus Ioſepho, (vt refert hîc Hieronymus) ſolus hic Pſalmus & Canticum Moyſi, & Pſal. 104. tali menſura metri inueniuntur deſcripti, licet Hieronymus in Prologo ſuper Iob, id etiam tribuat parti libri Iob. Secundò prolixior eſt in verſibus cæteris: continet enim 176. verſus. Tertiò ordine alphabetico procedit, & hoc ſingulari modo: non enim in quolibet verſu ſuus character eſt, vt in alijs Pſalmis apud Hebræos reperies, quem ordinem apud Threnos Ieremiæ videmus: ſed ſpecialiter, quælibet litera alphabeti Hebraici continet octo verſus: Ita vt quilibet eorum à tali litera incipiat. Primi, ſcilicet, octo verſus à litera Aleph: ſecundi octo verſus à litera Beth: & ſic de alijs. Vnde cùm viginti duo characteres ſint apud Hebræos, viginti duos octonarios continet iſte Pſalmus, quibus numerus ſupradictus perficitur: habet enim octies viginti duos verſus.

Quartò (quod minimè prætereundum exiſtimo) quòd in tanto numero verſuum nullus eſt ferè (vt prædicti Doctores adnotarunt) in quo non fiat mentio de lege Domini, vel ſub nomine legis vel teſtimoniorum, voluntatis, vel iuſtitiæ, vel iuſtificationis, vel mandati, eloquij, vel verbi, præter verſum ſecundum ſexti decimi octonarij (vt diligenter aduertit Burgenſis) vbi dicitur; Suſcipe ſeruum tuum in bonum, non calumnientur me ſuperbi: licet, vt idem doctor adnotauit, cætera verba aliorum verſuum media deſignant, quibus ad beatitudinem deducimur & ambulamus,

In omni verſu huius Pſalmi fit mentio de lege Domini ſub diuerſis nominibus.

inter quos principalem locum tenet bonitas Dei, quæ talia media ad tantum finem deſtinauit, vt ipſe Propheta fatetur hoc eodem Pſalmo dicens; Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine ſecundum verbum tuum: Et de eadem bonitate fit mentio in hoc verſu, cum dicitur; Suſcipe ſeruum tuum in bonum, id eſt, ſecundum bonitatem, qua me ad te qui es finis & beatitudo dirigis, ducis & impelliis.

Colloquiũ cum Deo tãquam cũ ſecũda perſona fit in iſto verſu.

Vltimò, idque maximè aduertendum: quod in hoc Pſalmo ferè in omnibus verſibus loquitur cum Deo in ſecunda perſona, præterquam in primis tribus verſibus, qui locum proœmij apud interpretes obtinent, & in tertio verſu ſexti decimi octonarij, vbi dicitur; Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei: in cæteris verò pſalmis, frequenter in prima, multoties in tertia, raro autem in ſecunda perſona, ſed in hoc Pſalmo, ſemper in ſecunda cum Deo colloquium miſcetur: imo, vt idem Burgenſis adnotauit, eſt in alijs Pſalmis frequens à prima ad tertiam, & à tertia ad ſecundam perſonam, in eodem verſu tranſitus, vt facile patebit intuenti, quod & iucundiſsimum, ſimul & ſuauiſsimum reputandum eſt. Quæ omnia minimè vacare myſterio credenda ſunt. Primum quod verſu elegiaco currat, neceſsitati huius doctrinæ atteſtatur, quæ tanti ponderis tantique momenti eſt, vt nunquam memoria hominum excidere debeat, & vt dulcius memoriæ illaberetur, faſtidium nauſeamque depelleret, tali genere orationis deſcriptus eſt, ea enim quæ tali menſura ficta ſunt dulcius hauri-

Rationes, quare iſte Pſalmus ſit elegiaco metro compoſitus.

mus; ſuauiùs accipimus, & ſemel hauſta diutius permanere in memoria delectat. Et quia perſona loquens in hoc Pſalmo, vt ſtatim videbimus, quilibet iuſtus viator introducitur, qui ſe peregrinum & hoſpitem fatetur ſuper terram, pergens ad futuram patriam, eiuſque deſiderio accenſus, huius periculoſæ viæ difficultates tranſilire cupiens, has cantilenas, vt reſpiret animus, ad itineris moleſtiam profligãdam, compoſito carmine profert. Proprium enim eſt viatorum, cùm quodam quaſi poſt liminium, in deſideratam patriam reuertuntur, aliqua componere carmina, vt cantus ſuauitate deluſi, labores & viarum pericula leuiùs ferãtur, quod quidem & huic noſtro peregrino, accidiſſe credendum eſt, cùm in quodam huius Pſalmi verſiculo inquit; cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Vbi Hieronymus ex Hebræo vertit, carmina mihi erant præcepta tua. Quinimo

1. Ratio.

Iudæorum vſu à tempore Dauidis receptum erat (vt tradunt Hebræi & quidam huius Pſalmi non contẽnendus nouus interpres) vt cùm filij Iſrael ad offerenda Deo ſacrificia, in ciuitatem Hieruſalem, ex pacto diuino, quibuſdam ſolennitatibus proficiſcerentur: hunc Pſalmum ſepius repeterent in via: tum, ne animus Deo ſacrandus in exteriora vanis cogitationibus dilaberetur: tum etiam, ne nimio itineris labore viatores & peregrini conficerentur: ac cùm ad primum portæ templi gradum acceſſiſſent, primũ Pſalmum ex illis quindecim, qui huic noſtro ſuccedunt, maxima reuerentia decantabant, cuilibet gradui proprium Pſalmum applicantes, donec in gradus conſummatione, ſumma animi alacritate in Pſalmum illum prorumpebant; Ecce nũc benedicite Dominum &c. Quibus terminatis, hoſtia & ſacrificia quibus placandus erat Deus offerebant. Verum eſt quòd olim ſancti quibus diuinæ contingebant reuelationes, carminibus eas ſcripto dabant. Vnde D. Thomas & alij interpretes ſic intelligunt illud Iob. 35. Iob. 35. Qui dat carmina in nocte, id eſt, qui nocte reuelat arcana ſua, quæ carminibus ſcribi ſolent. Quare & ipſe Iob carmine magnam partem ſui libri ſcriptam dedit, & hac ratione Pſalmus iſte metro rithmoque currente canitur.

Ecce quomodo iſte Pſalmus viatoris proprius eſt, qua ratione arbitror Eccleſiam hunc Pſalmum inſtituiſſe ad horas Deo dicatas ſingulis diebus decantandum: nam cum ſimus viatores & exules; opus fuit vt his canticis in moleſto itinere delectaremur, & ſic ad noſtram cœleſtem Ieruſalem recto tramite dulciſsimis refecti verſibus pergeremus.

Secundum quòd prolixior in verſibus, cæteris Pſalmis eſt, docet nos quomodo homines pluribus actionibus & motibus noſtram aſſequimur beatitudinẽ. Circa quod notandũ ex Ariſt. 2. de cœlo, & ex D. Tho. 1. p. q. 77. art. 2. ſic eſſe diſpoſitas vniuerſi naturas, ac conditiones à prima omnium cauſa, quòd ea quæ ſunt in terris infima, non poſſunt conſequi perfectam beatitudinem ſed aliquam imperfectã, paucis motibus & actionibus: vt animalia rationis expertia, plantæ, lapides &c. ſuperiora verò his qualis eſt homo, poteſt quidem conſequi perfectam beatitudinem licèt pluribus actionibus, & motibus. Adhuc tamẽ ſuperiora homini, quales ſunt angeli perfectam adipiſcuntur felicitatẽ, eamque pauciſsimis motibus, & actionibus, ſuprema verò omnium perfectio

Quare ſit prolixior. D. Tho.

in Deo ipſo eſt, imo & omnium creaturarum beatitudo integra ipſe autem vna ſimpliciſsima actione qua ſeipſum cognoſcit, (quæ actio ſua ſubſtantia eſt) feliciſsimus eſt, ſumme beatus eſt, in quo diſcretio naturarum deſcribitur: nam ſicut in ſanitate minimus eſt qui modicam ſanitatem paucis motibus acquirit, melior autem qui perfectam etiam ſi multis exercitijs & medicamentis adipiſcitur, ad huc perfectior qui hanc perfectam ſalutem, paucis remedijs conſequitur, perfectiſsimus verò qui nullo adhibito remedio, perfecta fruitur valetudine: ſic res quæ ſunt infra hominem, quædam particularia bona conſequuntur, non autem perfectam beatitudinem, & ideo perpaucas & determinatas operationes, & virtutes habent: homo autem capax eſt perfectæ & conſummatæ beatitudinis, ſed quia in infimo gradu eſt eorum qui perfectam felicitatem capeſunt, multis & diuerſis operationibus indiget. Vnde plures potentias & organa ſortitur, quibus tanquam inſtrumentis tot operationes, tot motus exerceat. Angelus quia paucis operationibus beatus eſt, quàm pauciſsimas potentias & virtutes habet: in Deo autem qui ſeipſo beatus eſt, nulla eſt potentia, vel actio præter eius eſſentiam.

Ad rem ergo. Cùm in hoc Pſalmo introducatur perſona iuſti viatoris, ſuis operationibus tendentis ad beatitudinem, & hæc opera ſint multiplicia, ad aſsignandam multitudinem motuum, multos verſus continet Pſalmus, pergimus enim per motum fidei & per motum ſpei, per charitatem & amorem, per patientiam, per miſericordiæ opera, per tentationū procellas; denique per tot diſcrimina rerum, ceſpitantes properamus. Vnde ingenioſiſsimè
Caietanus. & acutè Dominus Caietanus tria dicit in hoc Pſalmo intromitti à Propheta, ſcilicet, gratiam diuinam, legem diuinam, & motus humanos. Itaque intentio Prophetæ eſt horum trium connexionem texere, ſecundùm diuerſos motus humani animi ad Deum tendentis, quapropter tot perſonas induit, quot genera motuum, quatenus formati ſeu formandi diuina gratia & lege, & gratia quidem diuina ſignificatur diuerſis actibus, putà dirigere, docere, viuificare, ſaluare, confirmare. Lex verò ſignificatur mandato, præcepto, teſtimonio, verbo: actus autem humani deſignantur, deſiderio, oratione, electione. Itaque materia huius Pſalmi eſt homo tendens ad Deum, formatus ſeu formandus diuina gratia & lege. Vnde nunc ſperat, nunc trepidat, nunc denuo fiduciam

ciam induit, nunc ſupplex auxilium implorat, nunc hoſtium immanitatem quæritur, nunc iuſtorum gloriam, nunc impiorum miſeriam meditatur tot motibus, ergo homines ad felicitatem noſtram properamus, in cuius ſignũ, cum Dominus filios Iſrael ad terram promiſſam & fluentem lac & mel deduceret, per longiſsimos viæ circuitus, per tot manſiones, bella, triumphos, tandem adduxit & introduxit: & angelus dixit ad Eliam properantem ad montem Dei; Surge comede, grandis tibi reſtat via, proli- 3.Reg.19.
xiſsima via quæ tot tramites habet, ſcilicet, quæ tot operationes & motus in iuſto excitat. Hæc igitur ſit moralis & myſterioſa ratio numeroſitatis verſuum huius prolixiſsimi Pſalmi.

Circa tertium vero, ſcilicet, quòd ſingulari modo per ordinem literarum alphabeti Hebraici procedit, ita quòd in ſingulis octo verſibus ſint ſinguli characteres plura & abditiora dicenda ſunt: præſertim ſi literales rationes requirimus, duas in promptu accipimus à Doctoribus. Lyranus nullam aliam meditatur, niſi quod tunc erat in vſu hic modus metrificandi per ordinem alphabeticum, cuius rei duo exempla adduci poſſunt, alterum in hymno Natiuitatis Domini, qui canitur ad Laudes, vbi ſinguli metri incipiunt à literis alphabeti Latini vſque ad G. A ſolis ortus Cardine, Beatus autor ſeculi, Caſtæ parentis viſcera, Domus pudici pectoris. Enixa eſt puerpera, Fœno iacere pertulit, Gaudet chorus cœleſtium. Alterum ex Auguſt. qui 18. de ciuit. Dei ca. 23. affirmat ſe vidiſſe verſus Sibyllarum, quorum literæ capitales erant per ordinem alphabeti, quolibet verſu incipienti ab vna litera, quæ omnes dicebant Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator. Hæc eſt ergo literalis ratio. Secunda, vt pulchrior appareat, & nonnullum adiumentum eſſet ad memoriam, ſolemus enim ea quæ reminiſci cupimus, aliquibus characteribus inſignire, vt per talium literarum ordinem promptiùs memoriæ occurrant. Hanc rationem refert quidam neothericus Hetruſcus: qui lingua Italica vulgari ſuper hunc Pſalmum commentaria ſcripſit. Sed minimè credenda ſunt hæc à myſterijs expertia: in ſacra Scriptura enim iotæ ipſæ, & apices myſteria redolent: ſicut enim in auri vena etiam ipſe glebæ quæ terra videntur eſſe, aurũ in ſe continent: ſic in ſacra Scriptura, quæ vena aurea eſt; etiã ipſæ minutæ literæ diuina in ſe myſteria claudere creduntur Iob. 27. Glebæ illius aurũ. Vnde D. Hierony. ad Algaſiã. q. 10. ait, Cẽteſimus decimus octauus Pſalmus, & omnes alij,

Ratio qua re procedat per ordiné alphabeticum.

Lyræ ratio.

Auguſt.

2. Ratio.

Simile.

Iob. 27.

Hierony.

nes alij qui literis pernotantur per æthica nos ducũt ad Theologica, & ab elementis occidentis literæ quæ deſtruitur, tranſire faciunt ad ſpiritũ viuificantem. Continet ergo pſalmus iſte viginti duas literas hebræas in viginti duobus octonarijs, in quo veteris & noui teſtamenti myſteria claudit: nam viginti duo ad vetus teſtamentum pertinent, cum ſit numerus hebraicarum literarum, ſimiliter & librorum veteris legis, quos D. Hieronymus in Prologo Galeato numerat, octonarius vero numerus nouum præfefert teſtamentum, in quo veritas reſurrectionis aſtruitur, quæ octauo die completur, & in octo beatitudinibus conſecratur. Secundò quia iſte pſalmus, vt placet Caſsiodoro, eſt veluti alphabetum vel tabella abecedaria hominis Chriſtiani, in quo ceù in primis rudimentis infantuli in Chriſto primò inſtruẽdi ſunt. Continet enim plura quæ ad legis Dei excellentiam, & eius amorem excitãdum præſtant. Doctrina autem à facilioribus exordiri debet teſte Philoſopho; lex autem Dei facilis & ſuauis eſt, vt potè principia legis naturæ continens. Vnde conſulunt Doctores, vt ad catechizandum infidelem priùs à lege diuina exordiamur, quæ maximã familiaritatem, cum ratione & voluntate hominis habet. Deinde ſic affecto maiora myſteria prædicanda ſunt: nam per amorem legis præ affecta erit iam volũtas ad ſupernaturalium fidem ſuſcipiendam. Pſalmus ergo iſte prima chriſtianæ Philoſophiæ elementa docet, eritque veluti alphabetũ tirunculi. Quare tali ordine digeſtus eſt: quę ratio potiſsima fuit ad mouẽdum animum meũ, vt lucubrationes has ſuper hunc Pſalmum meditarer: nam licèt myſteria magna in ſe contineat, vt ſancti omnes fatentur, nihilominus quia de lege Dei vbicunque loquitur veluti exordia, & prima rudimenta totius Chriſtianiſmi continet, his autem temporibus fideles in becilles facti ſunt, ad maiora ſcrutãda myſteria, adeò enim terrenis dediti ſunt, vt ad cœleſtia & diuina minus apti videantur. Quare faciliora eis inculcanda ſunt, ne maioribus obruti, vel cæcutiant, vel minus vtilitatis capiant, id enim quod Paulus Hebræ. c. 5. ſcribit; eis poterit abſque iniuria adaptari, De quo nobis grandis ſermo, & interpretabilis ad dicendum, quoniã imbecilles facti eſtis ad audiendum; etenim cum deberetis magiſtri eſſe propter tempus, rurſum indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei, quibus lacte opus eſt: non ſolido cibo. Sit ergo tibi pſalmus iſte, ô Chriſtiane veluti tabella abece-

D. Hiero.

Caſsiodor.

Ratio quare autor hunc Pſal. expoſuerit.

Ad Hebrę. cap. 5.

abecedaria, in qua prima elementa totius Christianæ vitæ addiscas. Octonarius autem quilibet vna litera completur, in quo innuit (vt quidam innominatus doctor dicit) quod vnaquæque pars perfecta est, & sufficit, vt siquis eam seruet in vita septem dierum, perueniat ad octauam resurrectionis.

Aduertendum est præterea, quòd vltima litera est, Thau, quæ est in vltimo octonario, hæc autem litera est signum crucis Christi, quod præcepit Dominus Ezechieli vt signaret super frontes electorum, ad insinuandum, quòd finis omnium mandatorum legis Christus crucifixus est: imo scopus ad quem aspiciebat lex, secundum illud Pauli, Finis enim legis Christus. Roman. 10. Vnde illum aspicere debemus tanquam in remuneratorem fidei nostræ, & obseruantiæ mandatorum eius, vt docet Paulus ad Hebr. c. 11. & 12. Aspicientes in autorem fidei, & consummatorē Christum Iesum. Ille enim inchoat in nobis fidem per gratiam, & finit per præmium, ille etiam in nobis operatur ad obseruantiam mandatorum eius, & est terminus ad quem per bona opera tendere debemus: est enim principium & finis, Alpha & O. à quo omnis nostra bona operatio semper incipit, & per quem cœpta consumatur, vt ipse qui incepit, ipsemet perficiat.

Lite. Thau in abecedario hebræo signum crucis Christi. Ezech. 9. Roma. 10. Ad Hebr. 11. & 12.

Quarta verò excellētia huius Psalmi nimirū quod in quolibet versu fit mentio de lege Dei, hanc præfert significationem: insinuat enim hæc crebra repetitio legis vehementiā affectus viri iusti, ea enim quæ operosiùs amamus, frequentiùs & corde & ore nominamus, qui affectus maximè in Sacris literis exprimuntur, crebriùs in Canticis. Ecce tu pulcher dilecte mi: ecce tu pulcher & decorus. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra es. Qualis est dilectus tuus, ex dilecto, qualis est dilectus tuus ex dilecto. Hæc conduplicatio nominum magnitudinem affectus indicat erga legem Dei, de quo dicit Malach. 2. Lex veritatis fuit in ore eius, & Dominus Exod. 13. id præcipit, vt lex Domini semper sit in ore nostro. Vel secundò vt insinuet necessitatem auxilij diuini, non solùm ad singula præcepta seruanda sed ad singulas actiones, quibus lex Domini adimpletur. Totiensque loquens cum Deo repetit legē, vt eius auxiliū ad singulas actiones imploret, acsi diceret cum Augustino, Dñe da quod iubes, & iube quod vis. Vel tertiò si vis, insinuat in hac crebra repetitione desideriū, non aberrandi à via, nam cū in hoc Psalmo vt sæpè diximus, introducatur

Cant. 1.

Malach. 2. Exod. 13.

vir iuſtus tendens ad beatitudinem, poſtquam intelligit quòd via qua debet pergere, ſunt mãdata & præcepta legis, interrogat frequenter de his, ne vel vnguem quidem tranſuerſum deuiet, ſicut qui ad patriam magno deſiderio pergit, quolibet ferè tẽporis momento, omnes viatores interrogat recta nè incedat via, an non: ſic in hoc Pſalmo iuſtus frequẽtiſsimè poſcit dirigi in mandatis, non declinare ab eis, ne oculos aliorſum vertat, ne perdat viam, quaſi interrogans, an rectà incedat, vt ſic videatur conſilium illud non præteriiſſe, Interroga quemlibet de viatoribus Iob. 21. exemplo amantiſsimæ ſponſæ, quæ quos obuiã habebat omnes interrogabat, an vidiſſent delectum quò iſſet vt eum quæreret. Cant. 3.

Similitudo optima.

Iob. 21.

Cant. 3.

Quòd autem pluribus ac diuerſis nominibus lex Domini hic nominatur, præter alias rationes quas infra inſinuabimus, id etiam docemur, nempe excellentiam, ac magnitudinẽ legis diuinæ, quæ vno vocabulo nec cõprehendi, nec explicari poteſt: nam vt ex D. Tho. didiſcimus 1. p. q. 13. ea quæ celſitudinẽ quandam præſeferunt, ac ſupra noſtrum captum eleuantur, pluribus vocabulis nominamus, quia non vnitè ſicut in ſe eſt res: ſed diuiſim ſicut eſt in nobis, cognoſcimus ea. Vnde Deum pluribus nomenclaturis nominamus; ſecũdum quòd diuerſos effectus eius in nobis experimur: quare & apud Hebræos decem ad minus nomina Dei inuenimus; & Spiritus ſanctus multipliciter apud ſapientem nominatur. c. 7. Sapiẽtiæ eum dicitur; Sanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobilis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bonum, acutus qui nihil vetat bene facere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, & D. Paulus 1. Cor. 13. Plurima nomina, egregia ſtemmata exprimentia charitati imponit, quam vocat excellentiorem viam, & dicit; Charitas patiens eſt, benigna eſt, nõ æmulatur, non agit perperàm, & congaudet veritati, omnia ſuffert, omnia ſperat, &c. Ea enim quæ diuiſim in alijs cõtinentur virtutibus, vnitè in charitate reperies incluſa. Quare quoniam hæc omnia in virtute eſt, vniuerſa hæc vocabula ei conueniunt. Aloyſius Lypomanus in vita Ioannis Baptiſtæ refert orationem quandam ſancti Andreæ Ieroſolymitani Archiepiſcopi, de amputatione capitis Ioannis Baptiſtæ per Simeonem metaphraſtem tranſlatam, in qua hoc idem inſinuat, docẽs quòd quia Ioannes Baptiſta fuit magnus, & illuſtris inter ſanctos; totque in eo priuilegia, & mirabilia ſplenduerunt: non vno ſolo, ſed pluribus eſt appellatus

Sapien. 7.

1. Cor. 13.

Aloyſius Lypomanus.

nominibus,

nominibus, quæ omnia ad viginti ſex ibi reducit: quas appellationes in gratiã eorum qui eius ſunt addicti deuotioni, referre libet. Puer magnus, Ioannes, homo, Propheta, Helias, magiſter, præparator, præco, vox, Baptiſta, confeſſor, teſtis, ſubſcriptor, iuſtus & ſanctus, Apoſtolus, Euangeliſta, ſponſus, amicus, lucerna, reprehenſor, Martyr, ſacerdos, Angelus. Idem in oratione Theodori de natali Ioannis Baptiſtæ. Ad propoſitũ ergò quoniam tot ſunt legis diuinæ excellentiæ & dignitates, quæ vno nequeunt comprehendi vocabulo, hinc fit, quod diuerſis eam nomenclaturis appellet, vt ſtatim videbimus.

Ioãnes Baptiſta cur gaudeat tot priuilegijs.

Id autem quod vltimo loco poſuimus, videlicet, quòd ſemper in hoc Pſalmo loquitur propheta cum Deo, in ſecunda perſona, dulciſsimis ſcaturit affectibus: eſt enim ſignum magnæ dilectionis erga Deum: proprium enim priuilegium diuini amoris (quem charitatem appellant Theologi) eſt, Deum in ſeipſo quærere, in ſe ipſo diligere, in Deum ipſum ſecundum quod in ſe eſt, tendere: virtutes enim morales non habent Deum pro obiecto immediato, nec ſe ipſis attingunt illum: inter Theologas autem, fides Deũ attingit, non tamen prout eſt in ſe, ſed quatenus à nobis cognoſcitur, Spes quatenus bonum noſtrum: vnde ſperat eum ſibi, quod amoris concupiſcentiæ proprius quàm amicitiæ eſt. Charitas verò Deum in ſe ipſo attingit, cũ diligit prout eſt in ſe, & propter ſe ipſum, etſi bonum noſtrum non eſſet, eum diligeret propter bonitatem quam in ſe habet: quare inter cæteras comparatur aquilę, quæ ſolem ipſum in ſe ipſo in ſuis ſplendoribus micantem, irreuerberatis intuetur oculis: ſic charitas iubar ipſum inconniuentibus obtutibus reſpicit. Vnde hæc eſt ſedibus Dei aſsiſtrix, famula quæ nunquam à cõſpectu eius abeſt, nec aliud quàm ipſum Deũ in ſe ipſum, & propter ſe ipſum amat, eſt enim ouis illa dilecta, quę in ſinu eius dormit: & in domo regis commoratur electa ad conuiuendum cum Deo, & miniſtrandum ei, vt altera Abiſaac Sunamitis. Vnde de ea Apoſtolus. 1. Corint. 10. dicit. Maior autẽ horũ eſt charitas. Loqui ergo cum ipſo Deo immediatè, vt in hoc Pſalmo fit, ſignum magnæ charitatis eſt: ſunt enim hæc quidam audaces amoris impulſus (licencias y atreuimientos de amor) vt ita dicamus. Amor enim fecit hominem audacem, & confirmatæ ſpei, & neſcio quas ſibi intrepidè facultates aſſumit, quas niſi amaret, trepidaret accipere. Videmus enim illum Dei amicum atque

Laudeſcharitatis.

1. Corint.

Signũ magnũ charitatis Abrahæ

electum patrem Abraham: patrem, inquàm omnium credẽtium, quod cum vidiſſet beneuolentiam Dei erga ipſum, reuelando ea quæ facturus erat Sodomitis, & quaſi conſilium cum eo capiendo, dicens; Num celare potero Abraham quæ facturus ſum? fiduciam magnam ſibi aſſumpſiſſe, quam niſi amor conceſsiſſet intolerabilis videretur imò & temeraria nimis: & ſuperba audacia contra maieſtatem Dei. Sexties enim auſus fuit interrogare eum an propè quinquaginta, 45. 40. 30. 20. vel. 10. Iuſtos vniuerſæ multitudini peccatorum parceret, ad quæ omnia ei beneuolè reſpondit Dominus, quoniam non ex tumido ſpiritu, ſed ex humili & amantiſsimo corde procedebat talis interrogatio. Et ille ſingulari priuilegio, electus & dilectus Chriſti diſcipulus, Ioannem dico euangeliſtam, qui priuilegiò amoris à Chriſto virgo fuit electus, ac inter cæteros magis dilectus, cum Dominus in cœna dixiſſet: quod vnus ex recumbentibus eum erat traditurus, cæteris diſcipulis trepidantibus, ſolus Ioannes auſus fuit eum interrogare de proditore. Quis te prè cæteris audaciorem fecit, ô dilecte diſcipule; præſertim cum iunior alijs te modeſtiorem eſſe decuiſſet. En qui id dicitis, reſpondebit, Amor, qui amantium conditiones inæqualitateſque adæquat.

Ioan. Euangeli. adeò dilectus & eius circa Chriſtus amor. Effectus

præcipuus amor facit equales.

Alter Apoſtolorum princeps, Petrus ſcilicet, vel petra illa ſuper quam erecta eccleſia contra portas inferi in æternum victura prævalebit, cum iterum atque iterum à Chriſto interrogaretur, an ſe plùs cæteris diligeret, vt eum paſtorem Eccleſiæ ſuæ Chriſtus conſtitueret, auſus ſtatim fuit, de condiſcipulo ſuo Ioanne ipſum interrogare: quid nam de illo decreuiſſet facere, ſic nimirum anima amans quia priùs nec oculos ad cælum leuare audebat, amoris conſuetudine ſubleuata, iam cum ipſomet Deo miſcere colloquia, confabulari, delitiari, quæri, omnia ſua commoda & incommoda illi referre, imò & ſe totam effundere & reſerare, coram Deo audet, & dicere cum Dauide Pſalm. 141. Effundo coram eo orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuntio. Vnde ſponſa in Canticis, priùs veluti oppreſſa timore in tertia perſona, loquitur ad Deum dicens; Oſculetur me oſculo oris ſui, ſed ſtatim amoris confidentia eleuata, in ſecunda perſona alloquitur dicens; Quia meliora ſunt vbera tua vino. Cum ergo huiuſmodi tranſitus à tertia ad ſecundam perſonam, indicia & amoris facultates ſint, ſemper in ſecunda perſona, os ad

Exemplũ aliud Petri Apoſtoli.

Pſal. 141.

Canti. 1.

os loqui

os lòqui cum Deo, vt alter Moyſes, & in tali colloquio inceſſanter permanere, vt in hoc pſalmo fit, vehementioris dilectionis ſignum, & ardentiſsimæ charitatis argumentum erit.

HÆC ergo ad commendationis ſingularis excellentiæ huius Pſalmi dicta ſufficiant.

Nunc ergo ad ea quæ propiùs ad rem accedunt properemus.

Titulus pſalmi alleluya. i. laudate Deũ.

TITVLVS huius Pſalmi apud Hebræos eſt. Alleluiah, id eſt laudate Deum, non enim eſt dictio ſimplex, ſed compoſita, ex verbo Allelu, quod ſignificat laudate, & yah: quod ſignificat nomen ineffabile Dei per ſyncopam. Nomen enim Ieouah eſt nomen Dei, quatenus inuiſibilis fons eſſendi, Iah, autẽ eſt idem nomen cum ſyncopa cõſtans ex prima litera, & duabus vltimis. Hic autẽ titulus præmittitur primum in Pſal. 104. & hæc dictio maximè venerabilis eſt, vt ait Caſsianus, eo quòd nulla lingua aut natio auſa fuit eam in ſuo idiomate transferre, ſed in primitiuo dimiſit, veluti hæc dictio, Amen, quę ſignificat, fiat, vel firmiter, quia Chriſtus frequenter ea vſus eſt, & familiarem habuit, ob tantæ vocis reuerentiam, nunquam in alio Idiomate tranſlata eſt, ſed in proprio relicta.

Explicatio dictionis Alleluya.

Caſsianus.

Dictio, Amen, ſemp in ſuo Idiomate remã ſit ob reuerentiã chriſti.

Verum eſt, quod Diuus Hieronymus in epiſto. ad Marcellam tom. 3. dicit, ideo hæc nomina relicta, ſiue à ſeptuaginta, ſiue ab Apoſtolis vt, quoniam prima Eccleſia ex Iudæis fuerat congregata, nihil ad credentiũ ſcandalũ innouarẽt, ſed ita vt à principio imbiberãt traderet. Poſtea vero quàm in vniuerſas gentes euangeliũ ſparſus eſt, ſermo nõ potuiſſe ſemel ſuſcepta mutare. Licet Origenes dicat propter vernaculũ linguæ cuiuſq; Idioma nõ poſſe ita apud alios ſonare, vt apud ſuos dicta ſunt, & multo melius eſſe non interpretata ponere: quam vim eorum interpretatione tenuare.

D. Hieron.

Continet ergo pſalmus iſte Dei laudes & confeſsiones, quas vir iuſtus refert ei, qui & talia mãdata dedit, & mentem qua ſecundũ beneplacitum eius obſeruari poſſent. D. Hierony. in prolog. ſuper pſal. expoſitione dicit, titulũ eſſe veluti clauẽ ad intelligendũ pſalmũ, ſicut enim ſine claue non patet ingreſſus ad domũ: ita ſine intelligentia tituli non eſt additus ad pſalmi internum intellectum. Licet alij non tantum deferant titulis, præcipuè, cum in multis titulis ſint dictiones, quæ ſignificant inſtrumẽtum muſicum, ad cuius ſonitum talis pſalmus cãtabatur, vt neginoth, githith, mitham, nugiloth, &c. quæ nõ multũ videtur referre ad pſalmi intelligentiam:

D. Hieron.

tiam: ſed quia ferè omnes ſancti, inter quos Magnus pater Au-
D. Auguſtinus. guſtinus, plurima myſteria in titulis inuenerunt, nulli dubium eſt quin plurimum conferant ad intelligentiam pſalmi. Materiam ergo huius pſalmi ex tanto titulo venantes, reperimus eſſe virum iuſtum, qui totus feſtiuus & gaudens, amore beatitudinis accenſus ingreditur viam mandatorum Dei, per quam ſe beatum fore
Ambroſ. ſperat: & quia D. Ambroſius ſuper hunc pſalmum dicit, quòd omnis generis & conditionis perſonæ in eo loquuntur, coniugati, clerici, monachi, iuuenes (omnium enim eſt idem deſiderium beatitudinis, & eadem via, ſcilicet, obſeruatio mandatorum Dei, quæ quilibet in ſuo ſtatu obſeruare cupit) ideo viſum eſt mihi pſalmum iſtum diuinæ cuiuſdam ſcenæ variarum perſonarum interloquentium differentiam continentis ſpeciem, & imaginem gerere. Verùm ne pluribus interloquentibus pſalmi intelligen-
Materia huius pſalmi vir iuſtus & viator eſt. tia offuſcetur, & deliteſcat, erit tibi materia huius cantici vir iuſtus & viator, qui ſe peregrinum & hoſpitem confitetur, appetitu beatitudinis flagrans, in lege mandatorum Dei affectus, qui tamen in quolibet octonario aliam & aliam perſonam induit, nunc innocentis pueri, nunc peregrini & hoſpitis, nunc prædicatoris verbi Dei, nunc alterius aliter vel aliter affecti, vt in proſecutione eius Deo dante videbimus, in qua mirabili diſpoſitione ſapientiſsimo viro & in referendis ſacrarum literarum ſenſibus peritiſsi-
Caietan. mo Thomæ de Vio Caietano, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ meritiſsimo Cardinali adhærebimus: an autem author huius pſalmi fuerit Dauid, vel aliquis alius ex his qui in titulis commemorantur,
Caietan. non eſt modo mei inſtituti diffinire: nam licèt Beatus Pater Au-
Caſsiadorus. guſtinus, Caſsiodorus, & alij indubitanter aſſerant, omnes pſalmos compoſitos fuiſſe à Dauide, multi viri docti contrarium opinantur, nec ſine magna probabilitate. Vnuſquiſq; ergo in ſuo ſenſu abundet, dumtamen omnes à Spiritu ſancto inſpiratos certiſsimè & indubitanter teneamus.

*

PSAL-

PSALMVM IGITVR exorditur propheta, Alleluya.

א

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. 1. Aleph.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum. 2. Aleph.

Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt. 3. Aleph.

Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis. 4. Aleph.

Vtinam dirigantur viæ meæ: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. 5. Aleph.

Tunc non confundar: cùm proſpexero in omnibus mandatis tuis. 6. Aleph.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ. 7. Aleph.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque. 8. Aleph.

INCIPIT TRACTATVS PRIMVS.

HIC primus octonarius eſt veluti Procœmiū totius Pſalmi, vt interpretes volunt, in quo ponitur litera Aleph. Circa quod adnotandum ex D. Hieronymo ad Paulam Vrbicam de interpretatione Alphabeti Hebraici, & ſecundum Origenem & Ioſephum, quòd literæ alphabeti Hebraici D. Hieron. ad Paulam vrbicam.

braici hoc habēt peculiare inter literas aliorum idiomatum, quod præter hoc quòd ſunt initiatiuæ dictionum, habent ſuas peculiares ſignificationes: nam B, & C, & aliæ literæ, tam Latinæ quàm Græcæ nihil ſignificāt per ſe ſumptæ. Hebraicæ autem ſic. Aleph ſignificat doctrinam. In hoc autem octonario tanquam in Proœmio doctrina huius Pſalmi continetur, in quo & deſiderium vltimæ felicitatis, quæ eſt finis, & obſeruandi mandata Dei, quæ ſunt media, exprimitur. Vnde hic introducitur noſter peregrinus, & viator induens perſonam deſiderantis beatitudinē, & anhelantis in via mandatorum Dei.

Ecce hic prima perſona in modum peregrini deſiderātis beatitudiné.

Sed quia octonarius iſte eſt veluti totius Pſalmi argumentum, nonnulla prælibanda in eo ſunt, quædam quæ ad literalem ſpectant intelligentiam, quam diligentiſsimè exequendam promittimus, quædam ad moralem doctrinam neceſſaria, de qua plura dicenda polliciti ſumus, agimus enim in hoc Pſalmo & perſonam interpretis literalis, & concionatoris moralis, totus enim hic Pſalmus morali doctrina refertus eſt. Quare licet in ſuperficie appareat planus & lenis, profunda tamen quædam & abdita continet myſteria, quæ non mediocri indagine indigent, vt ait Augu. eſt enim (ait Caſsiodorus) veluti fluuius magnus, qui leniter videtur currere: tamen profundus & intranſnatabilis eſt, ſuaſque voragines, & periculoſos continet puteos. Sic Pſalmus iſte quia de morali doctrina tractat lenis & planus, facilis & lucidus in ſuperficie ſe oſtendit, abdita tamen & difficilia vada in viſceribus ſuis abſcondita celat. Ergo quia legem diuerſis nomenclaturis appellat, notandum breuiter ex Baſilio magno in hoc loco, quod lex Domini vocatur lex, teſtimonia, iuſtificationes, iudicia, & mandata. Legem vocat quæ à Deo data eſt per Moyſen, mandata & præcepta eandē intelligit, tanq̄ regia autoritate mandata & præcepta, iuſtificationē tanquā eum qui rectè ſeruat iuſtificare valeat. Iudicia, vt quæ ſententias Dei & meritas retributiones cùm eorum qui legitimè, tùm eorum, qui præuaricatè viuunt, oſtendat. Teſtimonia, vt quæ conteſtetur, & oſtendat, quibus præuaricatores ſupplicijs ſint ſubijciendi. Beatos itaque hoc loco eos dicit qui teſtimonia Dei ſcrutantur, & Deum toto corde exquirunt. Hæc ſunt verba Diui Baſilij. Et Caſsiodorus ait, quod teſtimonium eſt euidens & præfinita conditio, cuius ſtatuto commoniti, res præteritas non poſſumus obliniſci, vt Geneſ. 31. Labam ait, teſtimonium erit nobis

Autor promittit tum interpretationem literalē tum etiā doctrinam moralem. Similitudo.

Baſilius.

Beatos appellat qui teſtimonia Dei ſcrutātur.

Geneſ. 31.

locus

locus iſte & Ioſue. 4. duodecim lapides iubentur efferri de medio Iordanis, vt eſſent in teſtimonium filijs Iſrael: ſic nobis præcepta diuina teſtimonia ſunt; quoniam commonent, ne peccare debeamus, vt Paul. 1. ad Timotheum. 5. ait, Teſtificor coram Deo qui viuificat omnia, & Ieſu Chriſto, vt hæc cuſtodias. Dominus Caietanus dicit, quòd dicuntur teſtimonia, quia teſtimonia perhibent de Deo vt legiſlatore quatenus vera, iuſta, ſanctaque ſunt: & teſtimonium perhibent nobis ſeruantibus iſta, quod filij Dei ſumus. Sed non prætereundum, quod Alcuinus & Hieronymus dicunt legem Dei teſtimonium dici, vt intelligant homines, cum peccauerint, ſe coram teſtibus deliquiſſe. Lex enim Dei teſtimonium perhibebit aduerſus prætiaricatores, & condemnabit eos teſte D. Paulo Rom. 2. & qui in legem peccauerunt per legem iudicabuntur. Erit enim lex liber apertus, & inſtrumentum legale, per quod cauſa hominũ iudicanda & definiẽda eſt, & Moyſes Deut. 33. deſcribens Deũ venientẽ ad iudiciũ, cum ſanctis millibus ſuis ait; In dextera ei⁹ lex ignea, quaſi per illã tanq̃ per ſceptrũ regale, iudicaturus eſſet mũdũ. Vnde Pſal. 2. dicitur, reges eos in virga ferrea: lex enim Dei eſt ſceptrũ & virga regalis, qua punit impios eiuſdem legis prætiaricatores. Hæc quoad ſenſum literalẽ.

Ioſue. 4.

Præcepta diuina teſtimonia ſunt. 1. ad Tim. 5.

Dñs Caietanus.

Alcuinus

D. Hieron.

Roma. 2.

Lex Dei liber aperti⁹ & inſtrumẽtũ legale.

Deute. 33.

Pſalm. 2.

Sed quoniam ſenſum moralem auidiori animo hauriri cupio, animaduertendũ eſt, quod etſi hæc diuerſa vocabula, quibus lex Domini in hoc Pſalmo nominatur, ſint ad tollendum faſtidium, quod maximè generaret eadem vox totiens repetita: tamen vt in Prologo admonuimus hæc crebra repetitio à primo verſu vſq; ad vltimum vehemẽtioris affectus ad legem Dei eſt indicium. Quoniã lex Dei plurima habet cõmoda bona, iucũditates quibus excitetur voluntas ad eius dilectionem, eſt enim lex Dei pulcherrima, ſuauiſsima, omni ſcientia & icunditate referta. Quare non incongruè Pſalmus iſte qui legem Dei in quolibet verſu continet, comparatur arbori illi, quæ erat in medio paradiſi (ſub cuius ſimilitudine fertur hunc Pſalmum reuelatũ fuiſſe D. Auguſtino.) Etenim ſicut lignum illud dicebatur ſciẽtiæ boni & mali, fructum ferebat guſtui ſuauiſsimum aſpectu pulcherrimum & delectabilem, ita & canticũ hoc legem Dei referens qui fructus dulciſsimus eſt rectè affectæ voluntati, & ſuauis ad veſcendũ, animo diuinam voluntatem eſurienti non immerito ſignum ſcientiæ boni & mali appellatur, eò q̃ lege Dei propoſita quaſi amuſi quadã & infalli-

Senſus moralis.

bili

bili menſura, quid ſequendum, quidve fugiendum, in via mandatorum Dei innoteſcit. Tria enim debet habere lex ſecundum rectam Philoſophiam moralem, ad hoc quod tali nomine iuſtè gaudeat, & ſubditos obliget ab ſuam obſeruationem. Primum, quòd ſit iuſta, lex enim iniuſta non eſt lex, ſicut homo irrationalis, non eſt homo, adeò intimum legi eſt quod ſit iuſta, ſicut homini quod ſit rationalis. Vnde contra condẽtes leges iniquas inuehitur Deus Eſaiæ. 10. dicens, Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitias ſcripſerunt. Secundum debet habere lex quòd ſit breuis ne multitudine mandatorum obruat ſubditorum vires, ne poſſint tot onera portare. Tertiò, quòd ſit clara, quam omnes capere poſsint, rectè ordinata, ne confuſione ſua tenebras animis offundat. Quæ omnia tanta excellentia reperiuntur in lege diuina, vt nihil iuſtius, nihil breuius, nihil clarius, & manifeſtius excogitari liceat, eſt enim ita iuſta, vt ſit totius iuſtitiæ regula, & cuiuſlibet virtutis norma & perpendiculum. Quinimo hæc eſt differentia inter legem naturalem & diuinam, & illam quæ ex hominum beneplacito hominibus imponitur, quòd illa quæ lege diuina prohibentur, tam intrinſecam habent turpitudinem, vt etiam ſi non prohiberentur adhuc mala extitiſſent, vt adulterium, furtum, & homicidium: quæ verò præcipiuntur ita intimam ſortiuntur rectitudinem, vt etiam ſi non præciperentur, adhuc recta permanerent, vn de Pſalm. 18. Iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſa iuſta ſunt & intrinſecam, ac natura quadam inſitam habent iuſtitiam, quæ verò pendent ex lege humana, ex ea pendent quantum ad malitiam vel bonitatem, qua de cauſa dicuntur à Theologis mala quia prohibita, vel bona quia præcepta. Vnde illa cenſentur indiſpenſabilia, quia pro qualibet temporis & loci differentia, bonitatem vel malitiam præ ſe ferunt: hæc verò, quia iuxta temporis & loci, & aliarum rerum circunſtantiũm varietatem, variari & mutari poſſunt, multoties veniũt diſpenſanda. Cuius cauſa eſt celſitudo ſapientiæ diuinæ, quæ in immenſum humanam excedit, nunquàm enim humana omnis induſtria ipſum iuſtum in æquilibrio attingere poteſt, vt id quod præcipit vel vetat, ſemper ſit iuſtũ facere vel non facere, imo ſemper erit aliqua diſtantia à iuſto in quo iniuſtum erit obſeruare. Lex autem diuina punctum ipſum iuſtitiæ attingit adeò indiuiſibiliter, vt quidquid ab illa deuiet etſi minimum ſit, iniuſtum & iniquum ſit, eſt enim veluti lingua in bilanci, quæ

Tria debet habere lex ſecũdũ rectã Philoſophiã moralem, primò. quòd ſit iuſta. Eſaiæ. 10. Secundò breuis. Tertiò clara.

Differẽtia inter legẽ diuinam & humanã.

Pſalm. 18.

ci, quæ quocunque inclinet & ſi minimum ſit, inæqualitatem in pondere facit.

Secundò eſt iuſta, quia abſque acceptione perſonarum omnes cuiuſcumque ſtatus conditionisq; fuerint obligat. Leges quippe humanæ, vt quidam Philoſophus dicit, ſunt veluti aranearum telæ, quæ minima animalia qualia ſunt muſcæ, tantùm ligant: magna verò, potius eas rumpunt & diruunt. Sic humanę leges pauperes & imbecilles duntaxat obligant, diuites verò & opulenti quaſi à iugo earum liberi, quicquid volunt faciunt & prævalent, ſunt etiam veluti arundines longæ quibus capiuntur piſces, quæ ſolum paruos piſces apprehendunt: nam magni eas in orbem verſant & inclinant, imò aliquando frangunt. Virga iuſtitiæ humanæ magnatibus cædit & inclinatur quæ ſolùm pro paruulis eſt erecta, nō ſic autem lex diuina, ſed erga omnes recta & integra perſeuerat eſt enim virga ferrea, quæ nulli ponderi cædit; Reges eos in virga ferrea Pſal. 2. imò verò neceſſarium eſt aliquando quòd lex humana pro fragilitate hominum & conditione temporum vel inclinet & cedat vel mutetur, aut nonunquam in totum abrogetur, debet enim (ait Philoſophus) eſſe ſicuti regula Lesbia: nam in inſula Leſbia erant lapides adeò duri, vt nulli inſtrumento etiam ferreo cæderent. Quare vtebantur latomi vel lapidum expolitores, regula plumbea, vt quando lapidem, propter eius duritiam non poterant ad æqualitatem regulæ cædere, ipſa regula retorqueretur, & inclinaret ad æqualitatem lapidis: ſic lex humana debet aliquando cōuiuere fragilitati & conditioni hominum, non enim debet cum tanto eorum detrimento obligare: nam qui vehementer emungit (ait Sapiens) elicit ſanguinem Prouer. 30. incurbetur ergo aliquando vt cedat, ne homines liberos in ſeruitutem duriſsimam redigat. Sic rex Aſſuerus vt legitur in libro Heſter. c. 4. & 5. virgam aureā inclinabat aliquādo ei in quem nolebat, vt legis ſeueritas animaduerteret: nimirum quia lex humana non ſemper in eodem tenore debet perſeuerare, ſed aliquādo cedere, incuruari, vel omnino abrogari debet, vt homines ſufferre queant: lex autem Diuina cum ſit ipſamet hominum ratio & natura, adeò æquabilis eorū humeris eſt, vt abſque naturæ eorum detrimento, ſemper ſeruari poſsit nec neceſſe ſit aliquando declinari vel incuruari in aliquem. Vnde indiſpenſabilis eſt & non ſolum iuſta: ſed ipſa regula & norma iuſtitiæ qua cæterę leges iudicare debent, in tantum enim iuſtæ erūt

Similitudo.

Pſal. 2.

Lesbia regula.

Aliquādo lex humana non debet cum magno detrimento obligare. Prouer. 30. Heſter. 4. & 5.

Lex diuina indiſpenſabilis.

inquantum huic conformes ſunt: nam ſi ab ea deuient in iniuſtitiam ſtatim retorquent, rectum enim iudex eſt ſui & obliqui. Vnde de lege diuina alibi dicit Propheta Pſal. 18. Lex Domini immaculata, & iuſtitiæ Domini rectæ. Iuſtitia ergo facit hanc legem pulchram, pulcherrima enim virtus eſt iuſtitia, nam nec heſperus eſt ſicut illa, ait Philoſophus, & iuſtitia æqualitatem facit, pulchritudo autem in proportionali æqualitate partium conſiſtit, vt patet ad ſenſum.

Pſal. 18.

Secundum etiam habet lex decalogi, breuiſsima enim eſt, decē tantum verba continet in quibus omnes actus ſtudioſi præcepti, & omnes mali prohibiti ſunt: ita quòd nullus actus virtutis eſt, qui ibi nō ſit præceptus; nec vllus actus vitioſus eſt qui ibi nō ſit prohibitus. Vnde de lege Dei dicit Rom. 9. Verbū cōſummās & abbreuians inæquitatem. Habet enim lex diuina, veluti in ſumma quadam & compendio decem verborum omnem æquitatem, in quo itidem ſuperexcellentia ſapientiæ diuinæ ſupra humanam relucet, decem millia legum, decem millia librorum volumina ſuper leges humanas ſcriptas videmus, & nunquā finiuntur lites, nec abſoluitur vna cauſa. Habet lex diuina decem verba, & quicquid ad æquitatem pertinet, ibi videbis. Nam ſapiens breuiori ſermone plures ſententias comprehendit, quas ſtultus nec infinitis verbis dicere poſſet. Verùm eſt tamen quod eſt alia cauſa ex parte hominum, quare leges humanæ non ſufficiant ad eorum vitia arguenda. Sunt enim homines nouorum demoniorum adinuentores, tot monſtrua vitiorum quotidie inter eos procreantur, tot adinuentiones & nouitates peccatorum, vt quotidie opus ſit nouas leges condere, noua remedia adhibere, recentibus malis, recētes & applicare medicinas, & adhuc non ſufficerent pro eis, excedit enim lōge multitudo vitiorum multitudinem legum, & conſtitutionū humanarū, adeò vt veriſsime poſſet in eos retorqueri illud Propheticum proloquium Hierem. 30. Inſanabilis plaga tua, ideſt, neſcio tibi mederi, ad tot facinora medicamina deſunt: erit & cauſa huiuſmodi prolixitatis litium, auaritia ſcribarum, procuratorum, aduocatorum, lites in immenſum protelantium, veluti medicus medicinas vel curas vt longior ſit quæſtus, & maiores prouentus eorum. Ecce quomodo lex Dei ſit breuiſsima, & quia breuis ſuauis eſt & facilis ad hauriendum.

Roman. 9.

Cauſa quare leges humanæ non ſufficiant ad vitia hominum arguenda.

Hiere. 30.

Tertia clariſsima etiam apparet, & lucida imò eſt ipſamet lux

& ſol animarum lex diuina, eſt enim lumen illud ſignatum vel ſigillatum ſuper nos, de quo Pſalm. 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. Eleuauit manum ſuam ille optimus & primus artifex rerum, & impreſsit in animas noſtras lumen ſui vultus, ideſt, ſuæ veritatis, vt quæ agenda, quæ vitanda erant, ipſa natura magiſtra addiſceremus. Quare præcepta decalogi veluti principia ſunt ipſius legis naturæ in hoc principio incluſa, quod tibi non vis alteri non facias, quod tam vniuerſale eſt in practicis ſicut in ſpeculatiuis, quodlibet eſt vel non eſt, & de hac lege mentibus noſtris impreſſa Propheta dicit, Lex Domini immaculata conuertens animas, præceptum Domini lucidum illuminans corda Pſalm. 18. Eo quod immaculata eſt lex diuina, animas mundificat, & ad Deum qui ipſa mundicies eſt conuertit, ſed quia præceptum eius lucidum eſt, corda ideſt, voluntates illuminat, vt ſciat quid amandum, quid odio habendum ſit. Quare cum Diabolus omnino aduerſetur Chriſto & Deo, ſicut Deus robur mandatorum ſuorum in claritate collocat, è contra Diabolus in obſcuritate & perplexitate omnem ſuam virtutem ſtatuit, de quo Iob. 40. Nerui teſticulorum eius perplexi. In teſticulis eſt vis ad generationem: robur ergo & fortitudo aduerſarij noſtri in perplexitate eſt: in tenebris ambulant qui eum ſequuntur, perplexas & inquietas conſcientias, plenas illecebris laqueiſque inextricabilibus portant. At qui ambulat in via Domini quàm lucidam conſcientiam habet: tanta claritate fulgentem, vt quilibet ſacerdos quantumuis ignarus poſsit eius abdita ſumma perſpicuitate callere, vt viri etiam doctiſsimi in examinandis animorum morbis peritiſsimi: non audeant quorundam hominum corda, & conſcientiarum latibula ob ſcelerum perplexitatem inueſtigare, & perfectè intelligere: præceptum enim Domini lucidum & illuminans corda eſt.

Pſalm. 4.

Pſalm. 18.

Iob. 40.

De ordine legis diuinæ parum dicendum exiſtimo, cũ pateat ad oculum in prima tabula poni præcepta quæ ad Deum attinent, vt eũ diligere, nomen eius nõ deierare, ſabbatha ſanctificare. Statim ea quę ad proximum, in quibus poſt Deũ primum occurrunt parentes: qui principiũ noſtri eſſe, poſt primã cauſam ſunt: ac proinde poſtea eis debẽmus honorẽ, ſtatim bona propria cuiuſq;, intimior eſt vita, ſtatim vxor, poſtea res, deinde honor & hoc ordine, ponũtur præcepta, licet duo vltima actus interiores vetãt earũ

Ordo legis diuinæ.

rerū ad quæ magis cupiditas exardeſcit, ſcilicet, ad res & ad mulieres & ideo harū maximè cupiditas prohibetur. Ecce arborē ſciētię boni & mali, in qua præcepta affirmatiua & negatiua ponuntur, quæ & præcipiunt bona, & prohibent mala. Fructum eius carpe pulcherrimum ad videndum propter iuſtitiam, ſuauem ad ędendū propter breuitatem & claritatem. Hæc aliquanto prolixius proſequuti ſumus quia ad principium doctrinæ moralis, qualia ſunt diuina præcepta attinebant: de qua doctrina in toto hoc Pſalmo agere debemus. Iam cætera maiori compēdio & faciliori tractatu Deo dante exequemur.

Arbor ſciētiæ boni & mali.

Ariſtot.

Beati immaculati in via. Ariſt. facilè Philoſophorum princeps doctrinam moralem quam in ethicis ſcripſit, à beatitudine exorſus eſt, cuius conſideratio, vt ipſe refert in Prologo, ad dirigēdas noſtras actiones maximè refert. Vltimus enim finis & ſcopus eſt ad quē omnes noſtræ actiones diriguntur. Sicut ergo ſagittarius, non poteſt rectè iacere ſagittas, niſi in ſignum dirigat aciē; ſic nos non poſſumus rectè ponere noſtras actiones, niſi ad vltimū finē aciem mentis dirigamus. Agit ergo in ethicis de virtutibus & actionibus quibus ad beatitudinem peruenimus: ſic noſter Propheta in hoc Pſalmo, qui totus hanc diuinā ethicā continet, à beatitudine exordiſur, ad quam per opera moralia, ſcilicet, per obſeruationem legis & mandatorum Dei, tanquam per media accōmoda properamus, deſiderium autem beatitudinis omnibus ingenitū eſt. Vnde refert D. Aug. libro. 13. de Trinit. de quodam mimo vel paraſito, qui in emporio quodam congregauit omnes qui ibi erant, dicēs ſe velle eis dicere quid omnes in mente gererent, cumque intenti & quaſi admirantes attenderent, dixit eis hoc eſt quod in mente habetis: omnes vultis caras vendere, & viliùs emere. Quem taxans D. Auguſt. ait, melius & verius dixiſſet, ſcio id quod in mēte geritis quod omnes vultis eſſe beati, hæc enim cupiditas in omnibus intima & connaturalis eſt, adeoque intranea homini, vt niſi eius deſtruatur natura, talis appetitus ab eo diuelli non poſſit, taliter illi impreſſit illum autor naturæ, & ſicut Phidias ille artifex, figuræ Veneris taliter ſuam ipſius imaginem incluſit, vt niſi deſtructa ipſa tabula & pictura non poſſet ipſius imago diuelli, ſic naturæ noſtræ artifex ſic incluſum hunc beatitudinis appetitum in nobis ſculpſit, vt niſi deſtructa natura obliterari nequeat. Quocirca, vt ideo Auguſt. docet in hoc Pſalmo, ipſi peccatores in ſuis vitijs quærunt hanc beatitudinem,

D. Aug. 13 de Trinit. refert factum cuiuſdam paraſiti.

Simile.

D. Aug. dicit q̄ peccatores in ſuis vitijs quærunt beatitudinem.

titudinē, & voluptuosus hoc quærit in suis delitijs, & se miserū putat, si cupitis nō fruatur, & beatū se prædicat cùm adeptus fuerit. Et auarus ad hoc cōgregat diuitias, vt beatus sit, nā beatus est qui id habet quod desiderat, omnia autē quę desiderātur, per pecuniā adipiscūtur: quia pecuniæ obediūt omnia, vt dicitur Eccles. 10. Id etiā quærit iracūdus in vindicta, ambitiosus in imperio, vt aliquā similitudinē saltē habeāt illius qui summè beatus est. Voluptuosus ei vult ass imilari in vita illa beata delitijs & gaudijs plena. Auarus in summis illis diuitijs, quas Deus in seipso possidet. Iracundus in potestate puniēdi quā Deus habet. Ambitiosus in summo omniū imperio quod regit. Itaq; in omnibus similitudinē saltē beatitudinis diuinæ quærunt. Adeò intimè hoc desideriū inest, vt nec in malis ipsis absit. Errāt tamē in quærēdo, nō enim quærūt vbi debēt quęrere. Vnde idē pater Aug. multotiēs in Psalmis, & 4. cōfes. c. 1. dicit; Quære quod quæris, sed nō vbi quæris, id est, quære beatitudinē, quære delitias, quære diuitias: non ab hoc impedieris à Deo, qui te ad diuitias maximas & amplissimos honores creauit: sed quod à te petit Deus tuus est, vt nō quæras vbi quæris, quia ibi nō sunt hæc bona, nō quęras in his caducis, terrenis, propediē prętericturis: sed in cœlo vbi est illa societas plena, gaudiū sempiternū, vbi vera bona & ęterna sita sunt. Ac si tibi sitiēti, & ex ribulo lutulēto bibere volēti ego dicerē; nō bibas ex hoc luto, ex hac aquatur bida & immūditijs plena; veni & bibe ex ipso fonte, vbi aqua splēdet vt christalū, limpidissima, dulcissima, & omni carens spurcitia nūquid iniuriā tibi facerē? nūquid poteras mihi dicere dimitte me & bibā? Ego nō te impedio, quòd bibas, imò volo quòd sitim extinguas: sed nō ex riuulo lutuoso, sed in fonte ipso clarissimo. Lætare homo; affluę delitijs, & quicquid desideras hauri: sed nō ex creatis istis rebus, quæ sunt riuuli, mixti, lutuosi, immūditijs pleni, sed ex ipso fonte limpidissimo omni carēs spurcitia, qui Deus est. Vnde ait idē pater Aug. 4. confess. c. 12. Quęris beatā vitā, quæris in regione mortis, nō est illic: quomodo enim beata vita vbi nec vita? ait ergo Psalmista. Beati immaculati in via qui ambulant in lege Dñi, ac si diceret, scio quid velis, beatitudinē quæris, si ergo vis esse beatus, esto immaculatus. Hoc medio talis obtinetur finis. Hęc est interpretatio D. Aug. quam fere omnes interpretes amplectūtur.

Ecclesi. 10.

Explicatio dicti D. Augustī.

Augustī.

Sed notandū est, quòd est duplex beatitudo, altera in spe, altera in re, quā habēt illi qui iā cōsequuti sunt beatitudinē, & prima est

veluti incohatio ſecundæ. Modo autē vocat beatos in ſpe eos qui
Simile. ambulāt in vijs Dñi. Nā ſicut videtes puerū bonæ indolis & ingenioſum, dicimus illū ſtudioſum & ſapiētē: nō quia iam ſit in re, ſed quia habet ſufficientiā & principia, vt ſuo tēpore ſit, ſic qui in hac vita legē Dei cuſtodit, beatus dicitur, nō quia iam ſit in re, ſed quia in ſe habet quod ſufficit, ad hoc q̄ ſit beatus. Qui enim mandata Dei, vſque ad finē vitæ ſeruauerit, abſque dubio beatus erit. Beati ergo immaculati qui ambulant in lege Domini: quia ad beatitudinem recto tramite proficiſcuntur.

Via quę dicatur ſecūdum Baſil. Pſal. 14. Matth. 19. Caſsiodo. Hieron. (In via) ideſt, in hac vita quæ via eſt ad alterā, vt vult magnus Baſilius. In via hac qua ambulabā, abſcōderunt ſuperbi laqueū mihi. Pſal. 14. hoc eſt in hac vita. Vel viam vocat legē Dei, quę eſt via ad beatitudinē, vt infra in hoc Pſalmo. Viā mādatorū tuorū cucurri, & Chriſtus Matth. 19. Si vis ad vitā ingredi, ſerua mandata. Quaſi obſeruatio mādatorū, ſit via ad vitā æternā. Vel ſi vis vt Caſsiodo. & Hieron. per viā intellige Chriſtū, qui de ſe ipſo dicit, Ego ſum via Ioan. 14. ſumus ergo immaculati in illo & per illum, vt Paulus

Ad Eph. 1. Epheſ. 1. dicit, Benedictus Deꝰ & pater Dñi noſtri Ieſu Chriſti qui benedixit nos in omni benedictione ſpūali in cœleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mūdi conſtitutionē, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius. Ecce quomodo elegit nos in ipſo, vt eſſemus etiā in ipſo ſancti & immaculati, ſecūdū illud Pſal.

Pſal. 17. 17. Et ero immaculatus cum eo, in nobis enim ipſis omnes iuſtitiæ noſtræ, tāquā pānus mēſtruatæ. Cęterū in ipſo immaculati ſumus mūdati & loti in ſanguine ſuo lauātes ſtolas noſtras & cādidas eas facientes in ſanguine agni mundi & immaculati. Vnde idē Paul. c. 5. eiuſdem Epiſtolæ ait. Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam

Ad Eph. 5. ſanctificaret, mūdans eā lauacro aquæ, in verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiā: non habentē maculā aut rugā aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta & immaculata. In Baptiſmo ergo labamur & mūdamur, & immaculati efficimur. Vnde Cant. 4. Videt Spiritus ſanctus fideles filios ſponſæ, tāquā greges tonſarum, quæ aſcēderunt de lauacro, totōderunt enim & depoſuerūt veterē pellē, veterē Adā cū actibus ſuis & in lauacro aquæ per verbum vitæ: (nā accedit verbū ad elementū, & fit ſacramentū, vt ait Aug.) mūdantur, & aſcendunt ſic ad montē Sion, ideſt, Eccleſiā. Nā Baptiſmus eſt ianua per quā ingredimur ad Eccleſiam. Hoc hyſſopo

aſpergi

aſpergi deſiderabat Propheta, qñ Pſal. 50. dicebat. Aſperges me Dñe hyſſopo, & mũdabor lababis me & ſuper niuem dealbabor, ideſt, aſperges me ſacramẽto quod Chriſti ſanguine tingit. Dicũtur ergo immaculati in via fideles, qui in Chriſto qui via & vita eſt iuſtificãtur. ¶ Sed aduerte quod Hiero. in Epiſtola ad Principiã de laudibus Marcellę ait, quod hic Propheta magni facit immaculatos in via hac, grande quippe opus facit, qui viã ſpurcitijs plenam immaculato calle pertranſit, ſicut eſt ſol, qui cum per ſterquilinia trãſeat, nõ coinquinatur ab eis, nõ em̃ patitur peregrinas impreſsiones. Vnde in Cãticis dicitur. Quæ eſt iſta quę aſcẽdit de deſerto, de litijs afluẽs, mirabile valde eſt, quod de deſerto huius ſeculi in quo ſpinæ, & tribuli germinãtur, aſcẽdat anima delitijs & floribus fragrãs, & de terra ſterili tot fructꝰ ferat. Beatos ergo optimo iure eos appellat ac p̃dicat Propheta qui in via immũda immaculati ſunt.

Pſal. 50. Hierony. Canti. 8.

(Qui ambulãt in lege Dñi.) Obſerua myſteriũ notatu digniſsimũ. In ſanctis literis quotieſcũque fit mẽtio de ſtatu ſanctorum in termino, qui cõſiſtit in apprehẽſione viſionis diuinę, explicat̃ per terminos ſignificãtes quietem; vt eſt illud Iſa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & Matt. 20. Sedebitis vos ſuper ſedes duodecim, tribus Iſrael iudicãtes, & Paulus vocat ſanctos nomine dormitionis quæ ſignificat quietẽ. Nõ preueniemus eos qui dormierũt. In pace in id ipſum dormiam & requieſcã Pſal. 4. Cæterũ, qñ loquitur de ſtatu ſanctorũ in via, qui cõſiſtit in progreſſu virtutũ, & meritorũ, explicat per nomina ſignificãtia motũ, Sic currite cõprehẽdatis, ad Epheſ. 3. quæ retro ſunt obliuiſcẽs, ad ea verò quę ſunt priora extendẽs meipſum, ad deſtinatũ perſequor ad brauiũ ſupernæ vocationis, & Pſal. 63. Beatus vir cuius eſt auxiliũ abſte, aſcẽſiones in corde ſuo faciet, in valle lachrymarũ, & Canti. 4. laudãs ſanctitatẽ fideliũ in via cõparat eos gregibus ouiũ aſcẽdentiũ de lauacro, & hoc eſt quod dixit Dñs Samaritanę Iohã. 4. qui bibe rit ex aqua, quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſaliẽtis in vitã ęternã, gratia em̃ Spũ ſancti eſt in iuſto viatore, hic impulſus internus quo ſalit, & pergit in vitã ęternã, deſideriũ ſcilicet, proficiẽdi, currẽdi per virtutũ opera ad vitã: nã in hac vita nõ quietatur cor noſtrũ, nec iuſtus extimat ſe, cõprehẽdiſſe, vt Paulus dixit ad Philip. 3. Fratres ego nõ arbitror me cõprehendiſſe, & ideo ſemper ambulant, ſemper proficiunt de virtute in virtutem. Falluntur perfidi hæretici aſſerentes quod in hac via poſsit obtineri terminus perfectio-

Epheſ. 3. Pſalm. 63. Cant. 4. Iohan. 4. Ad Philip. 3

nis, vltra quam iam non ſit progrediendum, ponunt enim terminum in via, quod eſt maxima implicatio. Paulus non arbitratur ſe comprehendiſſe: nec vllus viatorum id dicere poteſt, ſed ſemper reſtat nobis grandis via, vſque dum perueniamus ad montē Dei. Animalia illa ſancta quæ vidit Ezech. ibant & non reuertebātur. Vnumquodque coram facie ſua gradiebatur, ſemper vltra progre
Gen. 12. dientes, ſicut de iuſto Abraham dicitur Gen. 12. Perrexitq; Abraham vadens & vltra progrediens ad meridiem, confitebatur ſe hoſpitem & peregrinum ſuper terram, & ideo ſemper pergebat vltra, verſus meridiem, ideſt verſus beatitudinem, vbi lux beatorum erit in vltimo, ad quod peruenire debet, ſicut lux ſolis in meridie eſt in vltimo, ad quod ſplendores eius lucere poſſunt. Hanc meri-
Canti. 1. diem deſiderabat ſponſa quando dicebat Canti. 1. Indica mihi vbi
Prouer. 4. paſcas, vbi cubes in meridie. Vnde Prouerb. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit vſque ad perfectum diem, hic perfectus dies erit in patria, dies, inquam, illa quæ non cognoſcit veſperum, nec occaſum, diem dico æternitatis: vbi non eſt dies procedens & fluens per momenta & horas, & tandem deficiens, quem occupet nox, aut occaſus. Sed vbi ſemper lux erit, in eodem pūcto & tenore perſeuerans. Beatitudo ergo ſanctorum, in
Beatitudo ſanctorū in hac vita nō in quiete ſed in motu cōſiſtit. hac vita non in quiete ſed in motu conſiſtit. Beati immaculati in via qui ambulant in lege Domini, adeò vt vltra non progredi, ſit reuerti, vt dicit D. Bernar. Nō progredi in via Dei regredi eſt, nam qui exiſtimat, iam ſe comprehendiſſe, nec eſſe locum in via Dei
D. Bernar. quē ipſe nō pertingerit, faſtigiū iam ac culmē virtutū aſcendiſſe: eo
Caſiodorus. ipſo peccat, ac retrocedit. Sācti ergo in hac via ambulant, qui ſemper proficiūt meritis in fide & dilectione Dei in lege Domini. Nec
Rom. 7. hoc myſterio vacare vult Caſiodorus, nam eſt alia lex quā Paulus Rom. 7. inueniebat in membris ſuis, quæ eū captiuabat in lege peccati: non ergo ille beatus qui in tali lege ambulat, imò miſer, ſed qui ambulat in lege Domini: quæ deſtruit legem peccati.

VERSVS SECVNDVS.

Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde ſuo exquirunt eum.

Auguſt. HIc verſus (vt placet D. Aug.) quaſi interpretatio precedētis eſt. Illi nimirum immaculati in via Dei ſunt & in lege Dei ambulāt, qui requirētes eū in toto corde ſuo ſcrutantur teſtimonia

ſtimonia eius, & verè ſic eſt q̃ qui ex recta volũtate erga Deũ eius mandata ſcrutantur, & exquirunt, verè beati in ſpe, & immaculati in re ſunt. Sed obſerua, quòd multi ſcrutantur teſtimonia eius, nõ tamen ex recto corde & voluntate erga Deum: ſed erga ſe ipſos, vt coram hominibus appareant docti, mirabiles ſcrutatores & doctores ſermonum Dei. Sic enim Phariſæi mandata eius exquirebant vt vocarentur ab hominibus Rabbi, & etiam quęſtus gratia, vt maiores prouentus acquirerent, exiſtimantes quęſtum eſſe pietatem. Atque ô vtinam his temporibus non etiam hæc Phariſaica calamitas ſerpſerit: ſacraq; diſciplina honoris ac quæſtus gratia à maiori parte non addiſcatur, & quia hac intentione addiſcitur, inflato animo ad temporalia erecto & attento, quanuis ipſa animum doceat rectè morigeratum eſſe erga omnes, terrena deſpicere, ad cœleſtia anhelare, peritura contemnere, permanſura amplexari, non alta ſapere, ſed humilibus conſentire. Non hoc addiſcunt, ſed ſuperbire, alios antecellere, in honoribus & prouentibus primos eſſe, contra quos Paul. 1. Tim. 6. Si quis aliter docet, & nõ acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti & ei quæ ſecundùm pietatẽ eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborũ, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitiones malæ, conflictationes hominũ mente corruptorum, & qui charitate priuati ſunt, exiſtimantes quæſtum eſſe pietatẽ, hi non acquieſcunt ei quæ ſecundùm pietatem eſt doctrinæ. Sacra quippe doctrina hæc ſobrietatem & prudentiã docet, & iuſtitiã & virtutẽ, quibus nihil eſt in vita vtilius vt dicitur Sapien. 8. Et hæc ſunt quæ ædificãt animum addiſcentis: hi autem non eam addiſcunt, vt ſcientiam quæ docet pietatem, qua ratione vocatur Prou. 30. ſcientia ſanctorũ, ſed veluti ſtudent alijs ſcientijs quæ ad oſtentationẽ & quæſtum diriguntur, de quibus dicitur q̃ tales ſcientiæ inflant. 1. Cor. 8. Tales igitur non hic prædicantur à Propheta beati, ſed qui corde puro mandata Dei ſcrutantur. Vnde Pſal. 1. cui iſte Pſalmus maximè concinus eſt, poſt primum verſum in quo dicit, Beatus vir qui non abijt in concilio impiorum, ſtatim verſu. 2. ſubdit; Sed in lege Domini voluntas eius & in lege eius meditabitur die ac nocte, quia in lege Domini fuit voluntas eius directa, ſcilicet ad Deũ, & pura, ideo die ac nocte eius perſcrutatur mandata. Vnde Prou. 20. dicitur, Cor iniqui inquirit mala: cor autẽ iuſti inquirit ſcientiã, nimirũ hanc ſcientiam

Aliquiſcrutantur teſtimonia & non ex totocorde.

1. Tim. 6.

Sapien. 8.

Prou. 30.

1. Cor. 8.

Pſal. 1.

Prou. 20.

ſanctorũ,quæ ædificat,nã primi nõ recto corde acquirunt ſcientiã ſed adulterino,ad cõmodum propriũ erecto,contra quos Paul. 2.
2.Cor.4. Cor.9.Non ambulãtes in aſtutia,nec adulterantes verbũ Dei,licèt in græco ſit nõ cauponantes vel miſcentes,vt caupones miſcent vi na quæſtus gratia,ſed purè & ſincerè annũtiantes, nõ adulterãtes. Adulter enim nõ intendit prolẽ, quæ eſt finis intẽtus ex matrimo nio:ſed propriã delectationem:ſic iſti falſi doctores non tã ſobolẽ & fructũ ſpiritus quærunt in huiuſmodi ſcientijs diuinis addiſcẽ-dis & perſcrutandis,quã propria cõmoda, prouentus, honores, & populi beneplacitum,literatorũ applauſum, & cætera quæ ad rem
Ierem. 23. non pertinent,quare optimè de talibus dixit Ierem. c. 23.In Pro-phetis Hieruſalẽ vidi ſimilitudinem adulterantium & iter menda-cij:ſimilantur enim adulteris nõ quærentibus prolẽ ſed propriam delectationẽ,quod eſt iter ad docendũ mendacium vt patet in Pha
Grego. riſæis,& hæreticis.Vnde D.Grego.ſic dicit.Nec enim hæretici aut hypocritæ inquiſitionibus ſuis veritatẽ conantur aſſequi, ſed vi-ctores videri, cumque ſe foris oſtendi ſapientes appetunt,intùs per ſtultitiam elationis ſuæ vinculis alligantur.Vnde fit vt contentio-num certamina inquirant,& de Deo qui eſt pax noſtra loqui pa-cificè neſciant.Et ex pacis negotio,rixæ inuẽtores fiant, ergo ſunt beati qui recto corde quærentes Deum,teſtimonia eius inquirunt.

Sed obſerua quòd dicit, non qui quærunt, ſed qui ſcrutantur, ideſt,nõ ſegniter(vt vult D.Hiero.)diſcere, ſed ſumma diligentia
Luc.15. ad ſimilitudinẽ ſcrutinij,quod ſumma cura fit,vt mulier illa Euan-gelica,quæ perdidit dragmã, in qua erat imago Cæſaris;& accen-dit lucernam,& euertit domũ omnem,nullũ non lapidem mouit, vt inueniret. In Scriptura ſacra eſt imago & notitia Dei,ſumma er go cũ diligentia quærenda eſt cum lucerna Chriſti accenſa, ideſt, cũ fide & dilectione Dei,lucerna ardens eſt fides cũ charitate,euer tendo domũ,omnes leges ac rationes naturales inuertendo, quas omnes ſuperat fides:hoc eſt,etiã in illis in quibus Scriptura ſacra, & doctrina reuelata videtur aduerſari rationi & legibus naturæ,
2.Cor.10. omittendo,imo ſubmittendo fidei, ſecundũ D.Paul.2.Corin.10. In captiuitatem redigentes intellectum in obſequium Chriſti.
Secũda expoſitio circa illud ſcrutari. Vel ſecundo vt ſcrutari,ſit,non ſuperficie tenus legere diuinã Scri-pturã in cortice & in litera:ſed intus vſque ad ima ſpiritus ſcrutari. In ſcrutinio etiã minutiſsimas res exquirimus,ita & tu nec apicem nec iota vnũ prætereas,ſed omnia redundare myſterijs exiſtimes.

Phariſæi

Phariſæi non ſcrutabantur Scripturas intùs in nucleo, in ſpiritu, ſed in ſuperficie & in cortice, & ideo allucinabantur. Vnde rectè dixit eis Dominus, Scrutamini ſcripturas: quia ipſę teſtimonium perhibent de me, Ioan. 15. Non in litera ſiſtatis, ſed penetrate interiora legis, quia ibi inuenietis me: Litera enim occidit, ait Paulus 2. Corint. 3. ſpiritus autem viuificat. In fiſcella viminibus ſcirpeis contexta erat clauſus Moyſes, aperi fiſcellas & ſcirpos & ibi eum inuenies. Phariſeę cæce aperi literam, tolle corticem, inuenies Chriſtũ, de quo Moyſes tot protulit teſtimonia. Pròh dolor quã multi ex orthodoxis doctoribus qui publicè ſe profitẽtur ſacrarũ literarũ interpretes, non intima nec ſpiritũ penetrant, ſed in ſcirpo & in cortice manent, ſummũ ſtudiũ exiſtimantes, ſi grammaticã & conſtructionem ſacræ Scripturæ doceant, nullũ aliud referantes myſteriũ, imo nec ipſum theſaurũ ſcripturarum abſconditum, qui eſt Chriſtus dominus inuenientes. De quibus Iſai. 24. Et erit ſicut populus ſic ſacerdos. Sicut enim popul' nõ ingrediebatur in interiora tẽpli, ſed extra velũ manebat, intra autẽ ſolus ſacerdos in vice ſua introibat: ſic iſti non ingrediuntur in interiora velaminis, ſed ſicut populus rudis abſq; ſpiritu & ſciẽtia, extra velũ manẽt, picturas & colores veli conſiderantes: non autẽ quid intus lateat penetrantes, quia non recto corde exquirunt, non humiliter procidunt ante faciem illius, qui habet clauẽ Dauid qui aperit & nemo claudet, claudit & nemo aperit; orantes & deprecantes vt illis aperiat ſenſum ad intelligendum Scripturas ſacras intus, & non in cortice, in ſpiritu, & non in litera, in litera, inquam, quæ occidit, ſed in ſpiritu qui viuificat, vt ait Paulus &c. & dicant cum noſtro Propheta, Reuela oculos meos & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Ioan. 15. 2. Cor. 3. Figura. Exod. 2. Iſai. 24. Apoc. 3. Pſal. 118.

(In toto corde exquirũt eũ) Hoc debet intelligi negatiuè, vt prę ceptũ de dilectionẽ Dei: non autẽ quod nullam partẽ cordis, ideſt, voluntatis applicent creaturis hoc enim impoſsibile eſt in hac vita, debet enim diligi propriũ corpus, vxor, filij & alia multa, ſed tamen non taliter, quod impedimentũ præſtent diuinæ dilectioni, quæ eſt in præcepto ideſt quod non ob amorẽ alicuius creaturæ, prætermittatur aliquod præceptũ diuinum. Cæterũ quòd totum cor ita Deo præbeatur integrũ, q̃ nulla alia res præter eũ ametur, hoc impoſsibile eſt in hac vita, vnde Paul. 1. Corinth. 7. loquens de nuptis dicit quòd diuiſi ſunt; quia mulier innupta cogitat quæ domini ſunt, quomodo placeat Deo vt ſit ſancta corpore & ſpiritu:

ſpiritu: quæ autem nupta eſt; cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro, & idem dicit de viro ſubdens, & diuiſus eſt. Hæc autē diuiſio cordis quoniam non eſt contra Deum, non eſt damnabilis, nec omitti poteſt ab omnibus dum ſumus in corpore. Quare præceptum illud de dilectione Dei ſuper omnia ſecundùm Aug. in ſermone Domini in monte, non poteſt in hac vita in tota ſua perfectione adimpleri, cum corporales neceſsitates aliquando nos reuocent & rapiant cor in diuerſa, quæ tunc diligere & cogitare, eſt neceſſe. Sed appoſitum eſt tale præceptum cum tanto rigore vt intelligamus, quis ſit ſcopus amoris diuini, ad quem tendere debemus; inſtantes quantum in hac vita poſsibile eſt, cor mundare & à quibus fas fuerit negotijs expedire, vt ad talem ſcopum propius accedamus, & hæc eſt omnis cura, omne negotium, omnis cogitatus perfectorum in hac vita, ab omnibus quibus poſsibile eſt; ſe abſtinere, vt expeditum cor ſoli Deo quantū potuerit inhæreat, in patria autem quando Deus erit omnia in omnibus, vbi vt dicit Aug. vacabimus, & videbimus, & gaudebimus, quando non ex parte, ſed ex toto cognoſcemus, ex toto etiam amabimus. Hæc eſt ibi ſanctorum omnium vita, Deum ſuper omnia diligere. Vnde Iſai. 31. Cuius ignis eſt in Sion & caminus ignis in Hieruſalem. Ignis amorem ſignificat, cū in pluribus eius ſimilitudinem gerat, in Sion, ideſt, in hac vita militante amor eſt. Sunt enim in ea viri perfecti in charitate. Sed caminus ignis ſphera amoris, vbi nihil aliud eſt quàm amor Dei in illa ſumma ciuitate Hieruſalem erit, vbi ignis nunquam extinguitur, ſed ſemper ardet. Vnde nunquā ab actione actuali amoris diuini ceſſatur. Dan. 7. Vidit thronū ei? igneum & quòd fluuius ignis rapidus egrediebatur à facie eius. Eſſentia diuina mirabiles ex ſe eſſlat amores, qui tanquam fluuius rapidus rapiunt neceſſariò corda videntium Deum, cunctoſque in eius amore incendit, ac tanquam fluuius raptos ſubmerſoſq; atq; in eius amore ſemper attentos tenet, ſed quia fluuius amoris eſt, omnes lætificat: non comburit, ſed illuminat, lætos placidoſq; facit iuxta illud Pſal. 45. Fluminis impetus ciuitatem Dei lætificat. Quod ſi in hac vita etiā cętera quæ amamus; in diuinū amorem referamus, iam quantum fas eſt Deū in omnibus & ſuper omnia diligimus, quod ſi aliquid amamus, quod nō propter Deū amamus, iam non toto corde Deum diligimus ſuper omnia. Nam (vt in ſuis meditationibus ait B. pater Auguſt.) minus te amat, qui tecum aliquid

Præceptū de dilectione Dei quo modo non poteſt in vita in tota ſua perfectione adimpleri. Auguſt.

Iſai. 31.

Dan. 7.

Pſal. 45.

Auguſt.

quid amat quòd non propter te amat, iſti enim diuiſum habent cor, nec integrum Deo ſeruant, cõtra quos dicitur Oſeæ. 11. Diui ſum eſt cor eorum, modò interibunt. Oſe. 11.

Sed nequaquam hic prętereundum eſt (quod ad moralem doctrinam quam hîc vt præcipuam intendimus maximè conducit) non inquam intermittendum eſt, quod plerique ex huius Pſalmi expoſitoribus adnotarunt, inter quos Innominatus, Caſsiodorus, imo & Lyranus, videlicet quòd in his duobus primis verſibus agitur de vita actiua, ac contemplatiua, in priori de actiua, in ſecundo de contemplatiua, quoniam prius debet quis ambulare in lege Domini, ſcilicet, prius in exercitijs vitæ actiuæ, in virtutum moralium actione, quàm ad contemplationis culmen erigatur, nam vita bona debet præcedere ſtudium & doctrinam. Sic de Chriſto dicitur Actuum. 1. Cœpit Ieſus facere & docere, non enim poteſt mens liberè eleuari ad contemplationis ſtudium, niſi prius paſsiones appetitus ſenſitiui per exercitium moralium virtutum fuerint moderatæ, quod D. Gregor. ſanctiſsimè vt cætera omnia lib. 6. moral. c. 17. his verbis docet. Prius ergo mens ab appetitu gloriæ temporalis, atque ab omni carnalis concupiſcentiæ delectatione tergenda eſt, & tunc ad aciem contemplationis eſt erigenda. Vnde & cùm lex Exod. 18. accipitur, populus à monte prohibetur, vt videlicet, qui infirmis adhuc mentibus terrena deſiderãt, conſiderare ſublimia nõ præſumant. Vbi & rectè dicitur Num. 5. Si beſtia tetigerit montem lapidabitur. Beſtia enim montem tangit cum mens irrationabilibus deſiderijs ſubdita ad contemplationis alta ſe erigit: ſed lapidibus percutitur, quia ſumma non ſuſtinẽs ipſius ſuperni ponderis ictibus necabitur. Qui ergo contemplationis aciem tenere deſiderant prius ſe in campo operis, per exercitium probent vt ſoliciti ſciant, ſi nulla iam mala proximis irrogãt, ſi irrogata à proximis æquanimiter portant, ſi obiectis bonis temporalibus nequaquam mens lætitia ſoluitur, ſi ſubſtractis etiam nimio mœrore ſauciatur, ac deinde perpendant cum ad ſe ipſos introrſus redeunt, in eo quod ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahant, ac fortaſsis tractas manu diſcretionis abigent, vt in circumſcriptum lumen videre cupiẽtes, cunctas circunſcriptionis ſuæ imagines deprimant, vt in eo quod ſuper ſe eſt contingere appetunt, vincant quæ ſunt. Hæc D. Gregorius. Quæ conſulto tam ad longum recenſuimus vt ſciant nonnulli, Caſsiodo. Lyra. Vita actiua & contẽplatiua. Acto. 1. D. Grego. lib. 6. moral. c. 17. & ſuper Ezechiel. hom. 14. Exod. 18. Num. 5.

nonnulli, non adeò facilem & ſcitam eſſe viam ad cõtemplationis faſtigium, ſicut ipſi faciunt, qui homines perditiſsimos illecebris, & cæteris mundi, carniſq; ſpurcitijs, & diaboli dolis & inquietudinibus deditos, per exercitium octo aut quindecim dierum, ad contemplationis culmen eos iam aduolaſſe autumant. Vixq; pedem à mundo auertunt, & iam vltimum apicem perfectionis attigiſſe affirmant, ſimiles angelis qui ab vno ad aliud extremum ſubitò tranſeunt, imo velotiores illis: angeli quippe ab vno ad aliud extremum per media pergunt, ſaltim quando mouentur motu continuo, iſti autem ſtatim ab vno extremo in aliud abſq; medio peruolant, & ſimul ſunt in termino à quo, & in termino ad quem contra omnem rectam Philoſophiam. Ex conſenſu omnium ſanctorũ per illas duas vxores Iacob Liam, ſcilicet, & Rachelẽ vita actiua & contẽplatiua deſignantur, priùs appetijt Rachelẽ Iacob, cæterũ poſteriùs eã accepit, & Lia quæ prior natu erat ei prius fuit ſuppoſita. Dixitq; ei ſocer ſuus, non eſt conſuetudinis in loco noſtro, vt minores antea tradamus ad nuptias, vt legitur Gen. 29. etiã ſi pulcherrimæ Rachelis amore capiaris, prius tamẽ tibi ducẽda eſt Lia quæ prior eſt natu etſi lippis oculis. Quoniam & ſi vitam cõtemplatiuam deſideres, quæ pulchrior eſt: tamen priùs te in vita actiua exercere debes, quæ quantum ad hoc prior natu eſt, quia priùs in ea exercendus eſt animus, etſi lippis ỏculis ſit, ideſt, ſi non adeò quiete & clarè poſſet maiora ſpeculari, ſed lippis oculis lachrymis & ſingultibus ad pulcherrimæ Rachelis caſtiſsimos amplexus peruenire debes, quòd ſi inuerſo ordine proceſſeris, nos talem conſuetudinem non habemus: ſed nec Eccleſia Dei (vt paulinis verbis vtar) quia hanc viã omnes ſancti docuerunt: & hac via ipſi ad contẽplationis culmen peruenerunt, ſi ergo in loco noſtro nõ eſt huiuſmodi conſuetudo, quis nã nouarum rerũ cupidus contra fas audet introducere? Animalia illa ſancta quæ vidit Ezech. c. 1. habebãt manus hominis ſub pennis eorũ pẽnata erãt, ſed manus hominis ſub pennis eorũ, per pennas vitã contemplatiuã, per manus hominũ, actiuã intelligimus, manus ergo erant veluti fundamentum pennarũ: nã vita contẽplatiua ſuper opera actiuæ fundatur, prius quod animale, deinde quod ſpirituale, ait Paul. 1. Corint. 15. Vita actiua reſpectu contẽplatiuę eſt veluti vita animalis, eo quod circa opera exteriora & actiones circa corpora proximorũ, vt plurimũ verſatur, licet etiã ad vitam actiuã pertineant conſilia, prædicatio, & alia

Simile.

Figura.

Gen. 29.

Ezech. 1.

Figura.

1. Cor. 15.

& alia bona ſpiritualia, ſed quia erga exteras actiones verſatur,& præcipuè quæ ad corpus attinēt,dicitur animalis reſpectu vitę cōtēplatiuæ quæ tota circa ſpiritualia verſatur, priùs ergo vita actiua deinde cōtēplatiua.In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare & in electis meis mitte radices Eccl. 24.Iacob luctator dicitur,Iſrael fortis & videns Deū.Priùs ergo Iacob deinde Iſrael,priùs in vita actiua luctator fortis,cōtra carnis illecebras, contra ferociſsimi dæmonis inſidias, cōtra maxima & aſsidua pericula quę paſsim occurrunt, deinde hæreditaberis in Iſrael,accipies velut præmiū actionū vitæ actiuæ tanquā hæreditatem ſummi Dei contemplationē, nā certè vita contēplatiua velut præmiū ſolet eſſe actiuæ, ſicut nuptiæ Rachel fuerunt veluti præmiū laborum quos perpeſſus eſt Iacob ſeruiens Labam,æſtu & gelu vrgebatur,& ſomnus fugiebat ab oculis eius.Hęreditaberis ergo in Iſrael inter eos qui quaſi ſortes vicerūt mundū,& ad Dei viſionē qualis in hoc mundo haberi poteſt peruenerunt. Et in electis meis mitte radices,id eſt inter eos qui optimam elegerūt partem cum Maria,qualis eſt vita contemplatiua, vbi maximè anima in Dei amore radicatur ad thronum Salomonis per gradus aſcendebatur, & in eis ex vna parte erant leunculi ex alia autē manus hominis ſculptæ,nam ſi vis aſcendere ad thronum veri Salomonis,ideſt, ad faſtigium perfectionis quæ in vita contēplatiua cōſiſtit,per gradus debes aſcēdere,in quibus & leunculi & manus hominis ſunt opera, ſcilicet, actiua, quibus contra mōſtra tētationū,& leones pugnare debes,leunculos vocat nō leonis: nā omnia quæ caro & dæmon contra animā moliuntur nihil ſunt,cū ſint tēporalia licèt appareāt magna ad noſtrā imaginationē, non tamen in rei veritate ſunt, quod ſpecie tenus præſeferunt. Leunculi ergo nō leones,quia facilè contra eos prę ualebimus,ſi in Deo confiſi eius auxiliū imploremus,nihilominus & monſtra vitiorū debellare,& virtutū actiones apprehendere debes, priuſquā ad cōtēplationis arcē aſcēdas. Vnde in animalibus quę vidit Ioannes vel in animali vno quod vidit Ezech.habēs quatuor facies,pri⁹ erant facies vituli, hominis, & leonis,& deinde facies aquilæ,priùs enim te exercere debes, in hominis exterioris operibus, deuincere mōſtra vitiorū,carnē tuā mactare,vt vitulū, quā aquilā imiteris, in cōtēplationis volatu.Quare in tēplo Dei,priùs erat altare in quo mactabantur carnes animaliū immolatorū,quā altare in quo adolebatur incēſum,priùs enim mortificare,mactare,& deſecare debes

Eccl. 24.

Figura.

Figura.

Figura.

carnem

carnem tuam, ieiunijs, vigilijs & alijs carnis macerationibus quam venias ad altare incenſi, ideſt, ad contemplationis ſacrificium. Vbi anima recto tramite dirigitur ad Deum, ſicut virgula fumi ex aromatibus mirrhæ, & thuris, vt dicitur Cant. 3. prius mirrha quæ eſt amara, deinde thus dulciſsimæ contemplationis. Hæc igitur doctrina ſanctorum eſt quam confirmat D. Tho. 2. 2. q. 180. art. 2.

Cant. 3.
D. Thom.

Contẽplatio Philoſophorũ in ſolo intellectu ſiſtebat.

Sed obſeruandum cum Lyrano quòd contemplatio Philoſophorum in ſolo intellectu ſiſtebat nec erat tranſitus aut deriuatio ad voluntatem, ſed in hac contemplatione perfectorum fit maxima communicatio ad voluntatem, quæ de ſpeculatione ſummi Dei delectatur, incenditur, & in eius deſiderio vehemẽter inflammatur. Vnde Propheta Pſalm. 76. Memor fui Dei & delectatus ſum, & exercitatus ſum atque exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum, cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Ex contemplatione ſummi Dei deriuabatur ad voluntatem maximus affectus erga Deum ad præparandum ei mundum cor, & ad dirigendum ſpiritum purum ad eum.

Pſal. 76.

VERSVS TERTIVS.

Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.

Diuerſæ interpretationes. circa iſtũ. 3. verſic. D. Hieron. Felix. Caietan.

VErſus iſte duo habet quę aliquantulum negotij nobis faceſſunt. Alterũ ex diuerſa trãſlatione ex interpretibus hebręis à noſtra vulgata. Hieronymus nobiſcum transfert. Felix vero, & alij aliter, ſic ſcilicet, nec enim operantur iniquitatem, qui in vijs eius ambulant. Vbi Dominus Caieta. qui huic conſentit tranſlationi, meditatur quòd in primo verſu loquutus eſt Dauid de perfectis, quos ideo vocat beatos, in ſecundo autem de proficientibus quos itidem beatos dicit, ſed in hoc tertio agit de incipientibus, ſcilicet, de illis qui abſtinere cœperunt à peccatis, non tamen ad maiora adhuc aſcenderunt, & ideo eos non dicit eſſe beatos, nec tanto nomine eos adhuc eſſe dignos exiſtimat, ſatis ducens eos collocare in numero eorum qui in vijs Dei ambulãt, qui non operantur iniquitatem. Sed meo certè iudicio, ferè in idem recidit vtriuſque tranſlationis ſenſus. Noſtra vult dicere, quòd qui operantur iniquitatem non ambulant in vijs Dei: aliorum, quod qui in vijs Dei ambulant non operãtur iniquitatem, quod idem ferè

Iudicũ & expoſitio authoris.

ferè eſt, nam ex vno ſequitur aliud, ſi enim hi qui in vijs Dei ambulant, non operantur iniquitatem: bene ſequitur, quòd qui operantur iniquitatem non ambulant in vijs Dei, ex oppoſito conſequētis ad oppoſitum antecedentis, quod bonum eſt argumentum in topicis. D. Baſilius, in hoc verſu dicit, quòd eſt ſimilimus primo Pſalmo, quod & nos ſupra diximus, ibi enim dicitur; Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Subdit: Non ſic impij, id eſt, non eadem via procedunt, qua iuſti. Sic in hoc Pſalmo poſtquam eos dixit beatos, qui immaculati in lege Domini ambulant, & qui ſcrutantur teſtimonia eius, & in toto corde exquirunt eum, ſubdit modò quòd impij diuerſa incedunt via: nam tales non ambulant in via qua incedunt immaculati, quos ſupra dixit beatos. Baſilius.

Altera difficultas eſt quam hîc mouet D. Auguſt. quomodo intelligatur, quòd qui operantur iniquitatem, non ambulant in vijs Dei, cum in hac vita omnes ſimus peccatores, & verum ſit illud verbum. 1. Ioan. 1. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Et videtur primò dicere quod forte hic vocantur immaculati, in ſpe, ſicut & beati: diximus enim ſupra quod vocantur beati in hac vita, non in re, ſed in ſpe, dicitur enim; Beati pauperes ſpiritu, quare beati? non quia pauperes, ſed quia ipſorum eſt regnum cœlorum, tale promiſſum expectant. Similiter; Beati qui nunc fletis, nō quia fletis, ſed quia habetis ſpem, quod ridebitis: ſic beati immaculati, nō quia in re immaculati in hac vita: cum ſine peccato non ſitis: ſed quia ſperatis fore immaculatos in alia. Verum eſt quod aliter ſoluit hanc difficultatem, vt ſtatim videbimus, & pro explicatione eius adnotanda eſt regula, ex eodem D. Auguſt. 3. lib. de doctrina Chriſtiana capit. 2. quod Eccleſia hæc quæ eſt corpus Chriſti per mixtam habet mixtionem, malorum cum bonis, & ita dicit Eccleſia de ſe ipſa Cant. 1. Nigra ſum ſed formoſa. Nigra propter fœditatem peccatorum, formoſa propter ſanctitatem iuſtorum. Dubiū ex D. Aug. circa intellectum iſtius verſ. 53. 1. Ioan. 1. Matth. 5. Lucæ. 6. Regula notāda ex D. Auguſt. Cant. 1.

Sed ſecundò notandum eſt, quod aliquando Eccleſia denominatur à digniori & excellentiori parte, ſicut ciuitas denominatur à nobiliori parte nam quando ſenatores & nobiles aliquid determinant, dicitur quòd ciuitas decreuit, vbi à nobiliori parte denominatur ciuitas, nobilior autem pars, & excellentior huius ciuita- Secundum documentum.

tis Dei quæ eſt Eccleſia, iuſti & ſancti ſunt, quare aliquando vocatur Eccleſia tota pulchra à digniori parte, ſcilicet, à ratione iuſtorum, vt in Cant. 4. Tota pulchra es amica mea: ſed tunc ſe ingerit difficultas præſens, nam ſecundum doctrinam Catholicam Concilij Mileuitani. tom. 5. concil. capit. 5. can. 6. & 7. etiam ſancti viri non carent venialibus peccatis ſolus Chriſtus Dominus, & immaculata mater eius excepti ſunt à peccatis venialibus, cæteri comprehenduntur in illa communi ſententia ſupra citata. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, &c. ſancti ergo habent aliquot peccata venialia, & ita non ſolum ex humilitate, ſed ex veritate dicunt quotidie in oratione Dominica: dimitte nobis debita noſtra. Sed ſolutio eſt, quòd quia peccata venialia non ponunt maculam auferentem pulchritudinem animæ, quia non demoliuntur gratiam, nec contrariantur charitati, ſed ſolùm eius feruori, nec tollunt ſanctitatem ab Eccleſia. Itaque immaculati dicũtur, qui carent mortalibus criminibus, ita tenet Diuus Hierony. ſuper primũ verſum huius Pſalmi his verbis. Dicit, immaculati, quia ſine minutis peccatis homo eſſe non poteſt, ſicut S. Ioan. dixit; Si dixerimus, quia peccatum non habemus, & propheta dicit Pſal. 14. Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam, ſine macula, hoc eſt ſine mortalibus criminibus. Sed tamen diſcretionem facit inter maculam & maculam, id eſt, quia ſine minutis eſſe non poſſumus tamen in maiora incidere non debemus. Hæc Hieronymus. Vnde illud Epheſ. 5. quod ſupra citauimus, Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam, vt eam exhiberet ſibi ſine macula & ruga, aliqui ſatis probabiliter explicant de Eccleſia ſecundum ſtatum præſentem ratione iuſtorum qui tantum habent peccata venialia, quæ maculam non ingerunt auferentem nitorem & pulchritudinem gratiæ & charitatis. Vnde cum ipſis ſtat decor hic & pulchritùdo animæ.

Cant. 4.

Cõcilium Mileuita.

1. Ioan. 1.

Solutio.

Hierony.

Pſal. 14.

Epheſ. 5.

VERSVS QVARTVS.

Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis.

ID eſt, quid mirum, quod in vijs tuis ambulemus: teſtimonia ſcrutemur, & in toto corde exquiramus, cum tu præceperis mandata tua cuſtodiri nimis. Supra dixit teſtimonia, hic mandata, quia mandata dicuntur in iubendo, teſtimonia in prohibendo,

bendo, vt ait gloſſa. Itaque per mandata, præcepta affirmatiua, per teſtimonia, negatiua intelligit: pro maiori huius verſus explicatione nota, quod poteſt iungi illa particula, nimis, vel cum verbo mandaſti, vel cum verbo cuſtodiri, ſi primo modo iungatur, ſenſus erit. Tu nimium & cum maximo rigore mandaſti, vt cuſtodiantur mandata tua. Si ſecundò modo hunc facit ſenſum, Tu mandaſti, vt nimis cuſtodiantur mandata tua, & licet ſecundus hic ſenſus magis conſonet, primus tamen non eſt abijciendus. Ipſe enim Deus nimio rigore, & ſumma diligentia ſua nobis proponit mandata ſeruanda: & præcipuè ea quæ dicuntur decalogi (nam præter hoc quòd ea impreſsit in hominis intellectu, tanquàm radium quendam ſui veri luminis) quando ea dedit populo Iſraelitico, ſolenniſsimè pronuntiauit. Sanctificatus eſt priùs populus, deſcendit Dominus in Sinai in flamma & fumo, & ſonitu buccinæ fulgurante monte, & vſque in cælum flammas vomente, ipſe ſuo ore vel angelico vicè ſui oris, audiente vniuerſo populo, hæc decem protulit verba: & in tabulis lapideis ſuo digito ſcripſit: nam cætera ſoli Moyſi in ſilentio montis intimata ſunt: nimio ergo rigore ſumma ſolennitate, grandi cura, atque diligentia hæc nobis præcepta mandauit. Quem ſenſum videtur amplecti Diuus Ambroſius ſuper hunc locum, ait enim quod in paradiſo, mandauit quidem Dominus homini, vt cuſtodiret mandata ſua, ſed fortè non nimis, & ideo flexus ad preces mulieris præterijt mandatum, non multum penſans, quòd aberraret à via Dei, ſed quoniam inimicus extra viam eum inuenit; expoliauit & cæſsit, poſtea ſeuerius & vrgentius Deus præcepit mandata ſua ſeruari, per ſe ipſum in monte, per prophetas per Apoſtolos, per Pontifices, ſeuioribus minis, maioribus præmijs, & auctioribus promiſsis. Nimio ergo rigore mãdaſti, vt cuſtodirentur mandata tua. D. Ambro.

Verùm ſecunda conſtructio, magis conſona videtur, vt ſit ſenſus Deum præcepiſſe, vt mandata ſua nimis cuſtodirentur. Vbi notandum, quod hæc dictio (nimis) ſignificat aliquando grandem exceſſum, id eſt, pluſquam oportet, vt. 1. Reg. 25. Cor Nabal iucundũ erat, erat enim ebrius nimis, hoc eſt biberat pluſquã oportebat, ſignificat etiam valde. 1. Reg. 18. dicitur de Dauide, celebre factum eſſe eius nomẽ nimis, ideſt valde, aliquando ſignificat Nimis, quomodo accipiatur. 1. Reg. 25. 1. Reg. 18.

Pſalm. 96. ficat exceſſum infinitum, vt Pſalm. 96. Nimis exaltatus es ſuper
Pſalm. 91. omnes Deos, id eſt, infinitè, & Pſalm. 91. Nimis profundæ factæ
ſunt cogitationes tuæ, id eſt, infinitè. Stando autem in ſua primiti
Caſsiodo. ua ſignificatione, idē eſt quod à nulla re nimius, ſic Caſsiodorus,
hoc eſt homo conſtans & perſeuerans, & ob nullam rem dubitās
aſſequi quod intendit, quomodocunq; ſumatur poteſt in propo-
ſito verificari. In hac vltima ſignificatione perſpicuū eſt: quoniā
ob nullam rem creatam prætermitti debet, nec minimū quidem
1. cor. 13 mandatorum Dei iuxta illud Pauli. 1. Corinth. 13. Nec mors nec
vita, nec angeli, nec creatura alia poterit nos ſeparare à charitate
Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Sumendo autem pro valde, clarus eſt
etiam ſenſus & euidens, quòd mandata Dei valde ſeruanda ſunt,
hoc eſt in gradu ſuperlatiuo, multum per omnem modum ſuper
Auguſt. alia, ſcilicet, ſeruanda ſunt mandata Dei. Ita intelligit Auguſtinus
nimis, id eſt valde, Voluntas ergo tenax conſtans & in nulla re du
bia debet permanere in obſeruātia mandatorū Dei ſuper omnia.

Sed de ſecūda ſignificatione, ſcilicet, infinitè poſſet eſſe dubiū,
Dubium aliud quomodo mādata Dei infinitè obſeruāda ſunt? ſed ceſſabit du-
quomodo mā- bitatio, ſi animo attenderis, quod plenitudo legis Dei eſt dilectio,
data dei in vt ait Paulus. Ita quod omnia hoc verbo inſtaurātur, Diliges pro
finitè ſeruāda ſunt. ximum tuum, & hoc præceptum fundatur in illo, Diliges Domi-
num Deum tuum ex toto corde tuo, & ideo lex tota hoc verbo
Rom. 13. comprehenditur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto cor-
de. Quomodo ergo infinitè? primo ex parte diligibilis, quia
Deus infinita dilectione dignus eſt, quia ipſe infinitus eſt, in cu-
ius ſignum Deus ipſe cuius actio eſt infinita, ſe ipſum infinitè di-
ligit. Secundò ex parte diligentis, vt diligat infinitè, ſcilicet, ſine
Bernard. menſura & modo: nam modus charitatis, ait Bernardus eſt ſine
modo diligere, propter exceſſum infinitum ipſius Dei qui dili-
Eccleſ. 43. gitur. Exaltate eum quantum poteſtis, ſuperualebit adhuc. Vbi
obſeruanda eſt doctrina Philoſophi, communis quod appetitus
Doctrina finis eſt infinitus appetitus mediorum non, ſed ad menſuram fi-
philoſ. no- nis, deſideras ſanitatem, nunquid cum menſura & termino tot
tanda & ſi cōmunis. gradus ſanitatis volo & non amplius? minimè gentium, ſed ſine
modo tantā vis quantùm tibi poſsibile fuerit euenire. Medici-
nam verò, quia medium eſt ad ſanitatem, non deſideras abſque
menſura, ſed eam ſolum quæ neceſſaria eſt, non enim omne reu-
barbum, quod habent Pharmacopolæ vis ſumere in potione, ſed

id præ-

id præciſè, quod ad expellendam choleram ſufficiens eſt. Deus ergo finis eſt omnium rerum, à quo tanquam à principio efflu-xerunt, & ad quem tanquam ad finem pergunt. Cætera omnia media ſunt, nec vlla alia res vltimus finis ſimpliciter eſt niſi ipſe ſolus, qui de ſe dicit ego ſum alpha &.O. principium & finis. Diligendus eſt ergo ſine modo, dilige quantum potes, non ſuperabis, imò nec pertinges ad metam. Cætera omnia cum modo diligenda ſunt, quia media ſunt non finis. Vnde in forma ipſius præcepti hoc inſinuatur: Deus iubetur diligi ex toto corde, ex tota mente, ex totis viribus, nullus apponitur modus: ſed in dilectione proximi dicitur, ſicut te ipſum, ecce modum, non infinitè, ſed cum modo & menſura ſicut te. Officit nimius amor aliarum rerum, tam ex parte diligibilis, quàm ex parte diligentis: ex parte diligibilis, ſi amas equum ſicut filium tuum; quid ſtultius, quid peius? non tanta dilectione dignus eſt equus. Ex parte diligentis, ſi tanto amore cibi capiaris, vt eſſet tibi vel in interitum vel in aduerſam valetudinem. Amor autem Dei etiam minimus non obeſt, imò prodeſt ex parte diligibilis, quia dignus eſt amari ſuper patrem, ſuper vxorem, ſuper filios, ſuper te ipſum, quia melior eſt tibi Deus centum liberis, ſi id potuit dicere Helcana Annæ vxoris ſuæ. 4. Regum. 1. quanto magis Deus? ideo dicitur Matthæi. 22. Qui reliquerit patrem aut matrem aut vxorem aut liberos, centum pro vno accipiet, quia loco illorum accipiet Deum, qui præſtat centum patribus & liberis. Sed nec ex parte diligentis obeſſe poterit Dei amor, imò prodeſt maximè, quoniam ſumma perfectio creaturæ eſt; ſuo appropinquare creatori, ſicut cuiuſlibet rei maior perfectio, in maiori appropinquatione ad ſuum principium conſiſtit, veluti calidum illud in tali genere perfectius erit, quod propinquiùs ad ignem, qui eſt principium caloris, acceſſerit. Deus autem primum principium omnium rerum eſt, in maiori ergo approximatione ad Deum tota hominis perfectio conſiſtit. Charitas autem inter cæteras virtutes hanc propinquitatem facit: proprius enim effectus amoris eſt vnio, cùm ergo charitas ſit amor diuinus non erit expers talis effectus, imò maximè Deo nos vnit ſecundum illud. 1. Corinth. 4. Qui manet in charitate in Deo manet. Quapropter Paulus ad Coloſſen. 3. charitatem appellat vinculum perfectionis, nam tali vinculo noſtro principio iungimur,

1 4 Reg. 1.
Matth. 22.
1. Corin. 4.
coloſſ. 4.

in quo tota noſtra perfectio cõſiſtit. Deus ergo infinitè diligẽdus eſt. Vnde omnis amor quantũuis magnus quàm creatura poteſt preſtare: exiguus eſt & deficiẽs maximè, nec æquiualẽs tantæ maieſtati: quod cernẽs & humiliter agnoſcẽs ſponſa dicebat Cant. 1. Nuntiate dilecto meo, quia amore langueo, hoc eſt (quedo muy flaca y muy corta en el amor que le deuo). Languidus enim & exilis ſui creatoris, qui amore infinito dignus eſt.

Cant. 1. Languidus eſt amor creaturæ reſpectu creatoris.

Si autem in alia ſignificatione ſumatur hoc aduerbiũ, nimis, vt ſignificet pluſquã oportet nõ videtur poſſe adaptari diuino amori, in quo nuſquam eſt pluſquã oportet, imò ſemper plus vltra niſi aliquantulũ duriuſcule velimus ſic interpretari, vt intelligamus Deũ, pluſquã oportet diligere cæteras creaturas, alias quippe non debemus diligere nimis, Deũ autẽ ſic, in alijs ſeruanda eſt ſentẽtia ſapientiũ, ne quid nimis, cæterũ in Dei amore, nihil redũdat, nihil eſt nimis, imò quicquid Deo præſtiteris, erit minus, dilige ergo Deũ pluſquã oportet diligere cæteras creaturas quas debes diligere cũ modo, Deum autẽ ſine modo, ſine mẽſura, deniq; pluſquã oportet cætera diligere, ideſt, ſuper omnia: nam amor Dei ſuper omnia ſe ſuper poſuit, ideo cõparat oleo, quod ſuper omnes alios liquores eleuatur, Super omnia charitatẽ habete. 1. Corin. 4. Man dauit ergo Deus mandata ſua cuſtodiri nimis: hoc eſt pluſquam oportet ſeruare omnia alia mãdata, ideſt, ſuper omnia alia mandata, quod Dñs inſinuauit dicens Matth. 11. Tollite iugum meũ ſuper vos: ſup vos, ait, ideſt ſuper capita veſtra, ſuper oculos veſtros, ſuper omnes alias leges mandata & traditiones hominũ. Lex Dei ſuper omnes alias leges obſeruari debet. Leges Iuſtiniani iniuſtæ iudicabuntur: niſi legi diuinæ cedant & ei ſe ſubmittãt, mandata Dei ſuper omnia mãdata hominum, quicquid præcepit princeps cõtra Dei mandata, nõ eſt faciendũ, ſed tunc dicendũ, quod Apoſtoli reſpõderũt principibus ſacerdotũ & Pontificibus: qui præceperant illis ne prędicarẽt Ieſum. Obedire, oportet magis Deo quã hominibus Act. 5. nec tunc arbitrari debes te cõtraire mandato principis: imò tunc maximè ſeruas. Vt cũ proconſul, vel dux inferior aliquid præceperit militi, contra mandatum imperatoris, ſi non obedit ei tunc maximè obediens eſt, nam diſciplina militaris eſt, vt ſub imperatoris mandato cæteris obtemperetur, hoc poſcit doctrina Chriſtiana, vt ſub mandatis ſummi Dei, mandatis principum obſequamur: etiam ſi à principis gratia & amicitia decidas, &

In dilectione creaturarum, ne quid nimis in Dei vero amore, nihil eſt nimis. 1. Cor. 4.

Matth. 11.

Act. 5.

das, & te bonis tuis priuet, & de te tanquam de ingrato seruo querelas publicet, & si in damnum temporale vtriusque redundet. Quod & asina Balaam nos docuit Numer. 22. nam cum vidisset angelum Dei stantem contra eum euaginato gladio etiam si Dominus ei insidens percutiebat eam, nolebat iter peragere, quasi nolens contra Dei voluntatem pergere, imo & attriuit sedentis pedem, & concidit ad pedes eius, nam seruus contra Dei voluntatem non debet obedire Domino: sed verbera & damna potius perpeti: etiam si Domino noceat, etiam si mori necesse sit, & concidere ad pedes eius. Super vos ergo tollite iugum meum, nimis custodite mandata mea, id est, super omnia alia hominum mandata: sed heu miseri prorsus mortales inuerso proceditis ordine pluris præcepta mortalium, quàm Dei viuentis facitis: si ad eorum voluntatem explendam opus est Dei voluntati contraire, centies vel millies nihil pensi habetis. Principū mandata, qui tantum modo occidunt corpus, & non habent amplius quid faciant, super collocatis, legem Dei viuentis qui postquàm occiderit corpus, habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam, sub pedibus conculcatis. Præcipit iudici ecclesia, vt dimittat clericum, vel immunitatem seruet ecclesiæ, excommunicationis iaculo eum ferit, pulsantur Campanæ, extinguuntur candelæ, interdicuntur ecclesiæ, diuinæ obmutescūt laudes, cruces nigro velo cooperiuntur, & nihil pensi habet, irridet, irascitur, contumax in sua inobedientia perseuerat: sed venit regale mandatum à consiliaribus Regis, vt obediat ecclesiæ, restituat quem vi eduxerit, se à causa inhibeat, accipit literas de osculatur eas, super caput imponit, & cedit statim, miser incredule & infidelis, Deo & eius ecclesiæ obedire contumaciter repugnasti, calcasti literas eorum, & hominum præcepto statim acquieuisti? non tollis iugum Domini, super te sed sub te, onera vero hominū imponis super te, quod Dominus apud Hieremiā nobis tā rebellibus & ingratis obijcit, nā dicit ad Hieremiam, vt vocaret Rechabitas, id est, filios Ionadab filij Recab, & daret eis vinū ad bibendū, ipsi autē noluerūt bibere, sed responderunt quod pater suus præceperat eis ne biberēt vinum, nec plantarent vineas, nec semētem sererent, nec in ciuitatibus, aut populis habitarent, sed in tabernaculis extra oppida, & ita fecerunt vsq; in diem illum, & cū hæc mādata aspera viderentur, obsequētes tamen fuerunt filij Ionadab patri suo. Nunquid non recipie-

Num. 22. Figura

Hierem. 35.

tis disciplinam, vt obediatis verbis meis dicit Dominus. Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs suis, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque in diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui. Ego autem loquutus sum ad vos de mane consurgens & loquens, & non obedistis mihi &c. Leges mundi iniustissimæ difficilimeque maximè sunt: quoniam vt eas seruet homo aliquando domum, filios, vxorem, rem omnem, imò corpus & animam perdit, & tamen hæc omnia suffert vt seruet: & legem Dei suauissimũ iugum, onus leue, cuius obseruatio vitam parit æternam, contẽnit, opus istud extremæ dementiæ est. Hæc & his similia, tu qui concionem habes ad populum tuis verbis poteris ampliare, exẽplaria enim quædam tibi in hoc opere ob oculos ponemus, ad quorum similitudinem, tu similia addiscas proponere & effari, nam nisi tale esset propositũ nostrum, etiã incipiẽtes & nouitios exercere, pro prouectioribus suffeciſſet tãgere & eos ponere in via.

Leges mundi iniustissimæ & acerrimæ.

Burgensis circa, nimis, documentum.

Sed tamen minimè prætereũdum censeo, quod hîc Burgensis adnotauit, quia & ad literalem & moralem intelligentiam huius versus attinet, nimirum, quod hęc dictio, nimis, veluti modum imponit præcepto de dilectione Dei: non intelligo per modũ, mensuram, sed intelligo per modum, promptitudinẽ, & deuotionem, qua præcepta Dei custodiri debent: hoc est non solũ vult Deus, vt præcepta eius custodiamus quantum ad substantiam & materiam, sed vt in modo prompte & delectabiliter adimpleamus. Maledictus enim est homo apud prophetã, qui opus Dei facit negligenter, id Philosophus in suis ethicis docet, ait enim; operari iusta nõ est difficile, sed operari vt iustus operatur, hoc difficillimũ est, scilicet promptè, deuotè, delectabiliter quasi ex habitu, deuotio enim quæ est promptitudo quædã ad diuina obsequia, & est effectus charitatis, & est veluti causa conseruãs eam & augens, cõparatur pinguedini corporis quæ & calore naturali gignitur, & eum conseruat, nam est cibus eius: sic deuotio à calore diuini amoris gignitur, & est veluti pinguedo quæ eũ pascit, auget, & cõseruat. Quod etiã noster Propheta Psal. 72. petebat dicẽs: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meũ, id est, prompte & delectabiliter operabor, quæ ad laudes Dei pertinent, si pinguedine deuotionis saginata fuerit anima mea. Quæ doctrina est D. Thomæ. 2. 2. quæst. 82.

Ierem. 48.

Aristotel.

Simile.

Psalm. 72.

D. Thom.

VERSVS

VERSVS QVINTVS.

Vtinam dirigantur viæ meæ: ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

CVM accepiſſet propheta à Deo, quòd eius mandata debent nimis cuſtodiri in huiuſmodi deſiderio exarſit dicēs; Vtinam ſic ego faciam Domine Deus vt nimis cuſtodiam mandata tua, præcepiſti quidem, vtinam quod præcepiſti fiat mihi. Vbi ait Auguſtinus, vbi audis, vtinam, vocem optantis agnoſce: & agnita voce optantis depone ſuperbiam præſumentis. Quis enim ſe dicat optare quod ſic habet in arbitrij poteſtate: vt nullo indigens adiumento id poſsit efficere, ergo ſi optat homo quod præcepit Deus, vt det ipſe quod præcepit, rogandus eſt Deus, à quo enim optandum eſt, niſi ab illo patre luminum, à quo omne datum optimum & omne donū perfectū (ſancta ſcriptura teſte) deſcendit? Hæc Auguſt. imò addit, quòd propter aliquos malè affirmantes, nos ſolum indigere auxilio Dei, ad hoc quod præcepta Dei nobis innoteſcant, deinde nos ſine vlla Dei gratia, ſolis noſtræ volūtatis viribus impleamus, ideo propheta petit & optat dirigi vias ſuas ad cuſtodienda Dei mādata, poſt quam iam verſu præcedēte, acceperat notitiā illorum, acſi dicat. Te magiſtro didici quod neceſſe ſit ſeruare mādata tua: modo te adiutore poſco, vt ea opere implere poſsim, tu enim das & velle & perficere pro bona voluntate tua. D. Auguſt.

De hoc cōſule D. Tho. 1. 2. q. 109. art. 4. vbi differit quid poſſit homo ſine gratia in ſtatu naturæ integræ, & in ſtatu naturæ corruptæ, quoniā in vtroque indiget ſpeciali Dei auxilio, ad hoc quòd meritoria & in ordine ad vitam æternam præcepta Dei adimpleat: licet in ſtatu naturæ integræ quantum ad ſubſtantiam poſſet adimplere omnia præcepta ſimul vel collectiuè etiam ſine ſpeciali auxilio, quod non poteſt in ſtatu naturæ lapſæ, ſed aliqua tantum & non omnia collectiuè. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, rectè, & diuino afflatu, noſter propheta petit à Deo, vt dirigat vias ad cuſtodienda præcepta diuina: tanquam qui ſine eius ſpeciali auxilio adimplere non poſsit. D. Tho.

Sed vt ad moralia tranſeamus per vias ſuas intelligit propheta ſuas actiones humanas. Quæ ſecundū Caſsiodorum poſt lapſum primi parentis tortuoſæ ſunt, & procliues, imitantur enim ſerpētis Moralis expoſitio. Caſsiodor.

ſemitam, qui nũquam recto tramite pergit, ſed tortuoſam nimis, & varijs circulis curbam ſemitã derelinquit. Hæ ergo viæ dirigendæ ſunt per regulam & normam mandatorum Dei, hoc vociferabatur vox illa clamantis in deſerto: Ioannem dico Baptiſtam, Dirigite viam Domini, ſicut dixit Eſaias propheta, dirigẽdæ ergo ſunt viæ noſtræ per ſemitam mandatorum Dei: nam hæc eſt via quæ ducit in Bethſames, quæ dicitur ciuitas ſolis, hæc eſt via quæ nos ducit ad ciuitatẽ lucis, vbi iuſtitiæ ſol Chriſtus Deus noſter ſplendet. Hac via recta incedebant vaccæ illæ quę portabant arcam teſtamenti: ibant in directum vaccæ per viam quæ ducit ad Bethſames, & itinere vno gradiebantur, & non declinabant nec ad dexteram nec ad ſiniſtram, ſic & nos qui arcam teſtamenti in qua erat lex, id eſt legem Dei noſtri portamus in humeris noſtris, recto calle pergere debemus non declinantes ad dexteram aut ad ſiniſtram, ſed dirigentes vias noſtras, ad Bethſames per normam legis diuinæ, quæ recta eſt, nam iuſtitiæ Domini rectæ, Pſal. 18. rectum autẽ iudex eſt ſui & obliqui, vt ſupra diximus: ſed quia lex Dei conſiſtit in charitate, ideo norma & regula qua viæ noſtræ dirigendæ ſunt, charitas debet eſſe. Rectum ſecundũ Philoſophos perſpectiuos eſt, cuius medium non exit ab extremis, mediũ enim ſubſiliens ab extremis, curbitatem & gibboſitatem efficit in re: vt patet ad ſenſum, medium ergo in noſtris vijs eſt charitas; extrema ſunt Deus & proximus, qui diligendi ſunt ex charitate: eleuatius extremũ eſt Deus, demiſsius proximus, medietas ergo talis ſeruanda eſt inter hæc duo extrema, vt nec Deus minus iuſto diligatur, nec proximus plus æquo ametur, nam ſi vel minus Deus vel plus proximus iuſto diligatur, iam mediũ exit ab extremis, gibbum & curbitatem facit, non eſt recta via. Eſt enim charitas veluti centrũ, quod emittit lineas ad extrema ſecundũ eorũ diſtãtiam, illi quod longiùs diſtat longiorẽ etiã lineam emittit, propinquiori minorẽ, longiſsimè eleuatur Deus ſuper nos: altiſsimam ergo lineam petit maximam & infinitã dilectionẽ, modo poſsibili creaturæ. Vnde ſine modo diligitur Deus, proximus propinquior eſt, minorem exigit lineã, minorẽ, ſcilicet, amorẽ cum mẽſura & modo, vt ſupra diximus. Cum ergo ſic fuerit directa charitas, tũc iam poterit eſſe norma ad dirigẽdas noſtras vias. Zacha. 1. legimus. Extẽdetur ſuper Ieruſalem perpendiculum. Licèt ad literam locus iſte intelligatur de reædificatione Ieruſalem, quam prophetauit Zacharias, vt legitur.

Ioan. 1.

Figura. 1. Reg. 6.

Pſal. 18.

Lex Dei conſiſtit in charitate.

Zachar. 1.

legitur. 1.Esdræ.5. tamen perpendiculum dicitur funiculus ille, cui suspenditur pondus plumbeum(quod Hispanæ vocatur plomada)quo proiecto mensurãtur lapides, si æquali proportione in ædificio sunt positæ,an verò aliæ alijs plus æquo subsilientes appareant:cum ergo charitas est in medietate dicta,erit perpẽdiculum ædificij spiritualis,tam Ecclesiæ,quàm actionum singulorũ hominum, actiones enim nostræ lapides sunt, quibus fabricamus hoc spirituale ædificium,vt ergo rectè sint cõpositæ & pulchrũ ædificiũ,non deformè faciant,mensurãdæ sunt charitate,veluti perpendiculo & regula.v.g.venit in mentẽ tibi solitariã vitã agere, omnẽ hominum conuentũ declinare,te solum saluum facere, cæteri sibi consulant,soli Deo & saluti animæ tuæ vacare;extende perpendiculũ, & vide si aliud charitas exigit, si enim homo frugi es alijsq; prodesse potes,nec abundant alij qui id faciant, iam charitas tunc petit vt non abscondaris: sed exeas, lapis iste non tantum demittatur intus,sed foras educatur,alioquin fedum & tortuosum ædificium constituet: sic Beatus Martinus; Domine si adhuc populo tuo sum necessarius,non recuso laborẽ, id est, si charitas exigit vt ego seruiã fratribus meis non renuo,sed id ego volo.Et ille doctor gentium hoc dicebat ad Philippen. 1.Coarctor nimis è duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo multo magis melius: permanere autem in carne magis necessarium propter vos acsi diceret, illud quidem mihi vtilius,abscõdi à conuictu hominum cum Christo in quo abscondita est vita mea in gloria, sed quoniam aliud exigit charitas,vt appaream inter vos, & doceam, subdit & hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum & gaudium fidei, vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me per meum aduentum iterum ad vos. Item aliquis habet filios aut filias, vult eis prouidere vt pater, decernit apud semetipsum thesaurizare pro eis, sumptibus parcere, nec plura elargiri: extendat perpendiculum,videat quid tunc poscit charitas, quæ est suarum actionum mensura: nam si tunc instant graues necessitates,abundant egeni & pauperes, præcipit charitas vt tunc eis elargiatur: nec tunc tempus erit thesaurizandi, cum esurientium multitudo pulsat ianuas tuas, exeat pecunia ad eos, aliàs curbum facies ædificium & gibbosum.Signanter diuites qui sunt veluti lapides angulares, qui ocpent in ædificio eminere non se abscondere,vt non videant eos pauperes,

1.Esdrę.5.

Actiones nostræ lapides sunt quibus ędificam' hoc ædificium spirituale.

Similitudo

Extremum B.Martini.

Ad Phil.1.

Contra diuites.

pauperes, ſed ſeipſos prodere, ſe in publicum dare, vt obuijs ſubueniant egenis, tunc ergo erunt ſemitæ tuæ rectæ & pulchræ cum hoc perpendiculo dirigantur, & tunc diriges viã Domini, quæ eſt via recta hac menſura regulata, tuæ autem ſemitæ tortuoſæ ſunt,

Ezech. 18. Ezech. 18. Et dixiſti nõ eſt æqua via Domini: audite ergo domus Iſrael, nunquid via mea non eſt æqua, & non magis viæ veſtræ

Oſeæ. 14. prauæ ſunt? & Oſeæ. 14. Rectæ viæ Domini & iuſti ambulant in

Prouer. 3. eis. Et Prouer. 3. Viæ eius viæ pulchræ & omnes ſemitæ illius pacificæ, quia directæ & regulatę amore, qui eſt autor pacis, pax autem eſt tranquillitas ordinis, ordo autem pulchritudinem parit. Sed vos ô mortales peruerſi, ideo viæ veſtræ tortuoſæ ſunt quia non dirigũtur amore diuino, ſed proprio, hæc eſt regula & norma actionum veſtrarũ amor proprius. Si in commodum tuũ aliquo modo cædit, obliuiſceris iniuriæ, amicitiam conflabis, etiam cum illo cum quo nunquam habuiſti: ſin verò inde nihil lucri aut vtilitatis ſperas, nihil minus. Si detrimẽtum debes pati, vel minimum in tuis delicijs vel in rebus tuis, non adiuuabis amicũ; etiãſi minima iactura facienda ſit, non patieris. Quando vel ex re tua fuerit, vel ſaltim nihil dãni accipiendũ, tunc fortè facies, amore ſed proprio gubernaris, & ideo nõ ædificas ciuitatẽ Ieruſalem quæ Dei amore ædificatur, ſed ciuitatẽ Babyloniam quam amor proprius ſtruit,

D. Auguſt. vt ait Magnus Auguſt. in libris de Ciuit. Dei. Sic ergo optat propheta vt dirigantur viæ ſuæ.

Tráſlatiõnes diuerſæ ſuper hunc verſ. D. Hiero. Felix. Caietanus. Caſiodor.

Supereſt in calce huius verſus explicare diuerſas tranſlationes: nam aliqui loco iuſtificationũ vertunt præcepta vt D. Hierony. Felix vertit ſtatuta, quem ſequitur Caiet. & alij: Caſiodorus dicit iuſtificationes vocari ea præcepta quæ ad bonum regimen reipublicæ pertinebãt, vt ſi ſeruus Hebræus ſe vendiderit tibi, ſex annis ſeruiet, ſeptimo verò liberum dimittes abire. De colendis ſacerdotibus & alijs, ſtatuta (ſecundum Caiet.) ſunt præcepta cæremonialia, in vtroque docemur quod iuſtus etiam minima obſeruat præcepta, & in minimis etiam vult placere Deo, ne ſi minima negligat

D. Hiero. paulatim defluat, nam vt ait Diuus Hieronymus in epiſtola ad Cælantiam; Satis prodeſſe ad cautionem dicimus etiam minima pro maximis cauere, tantò enim faciliùs abſtinemus à quocunq; delicto, quantò illud magis metuimus, nec cito ad maiora progreditur, qui etiam parua formidat, & ſanè neſcio an poſſimus aliquod leue peccatũ dicere, quod in Dei contẽptum admittitur:

eſtque

estque prudentissimus, qui non tam considerat quod iustum sit, quàm illum qui iusserit, nec quantitatem imperij sed imperantis cogitat dignitatem, hoc vt caueamus à venialibus.

VERSVS SEXTVS.

Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.

ID est, tunc non erubescã, cum in omnibus mandatis tuis, quasi in speculo me inspexero, vt omnia nullo excepto obseruem. Notandum, quod verecũdia vel erubescentia (secundũ Arist. 4. Ethicor. & D. Tho. 2. 2. q. 144.) non est propriè virtus, sed quidam color vel apparentia virtutis, est enim timor ingloriationis, id est, cum aliquis timet peccare, vel fugit conspectus publicos, ne deprehendatur in vitio, & confundatur, & nomen & famam perdat, incidens in opprobrium hominum. Quare signum est non amare turpitudinem super omnia: sed quod multotiens desinet homo peccare, ne deprehendatur vel verecundetur. Vnde est illud Terentij. Erubuit salua res est: nam verecũdia in iuuene fucus quidam virtutis est, abstinebit enim aliquando à vitijs ne iterum deprehendatur & erubescat, quo contra in verecundia signum extremè perditionis est, quia procedit ex nimio amore turpitudinum, contra quos Dominus. Ierem. 3. Frons meretricis facta est tibi, erubescere noluisti, ergo verecundia timor turpitudinis est nec est virtus propriè dicta sed opus quodam laudabile, nec cadit in perfectis viris, à quorũ cordibus longè distãt quicunq; turpitudinis actus, nec apprehendunt vt possibilẽ, vel propinquũ. Quare dicit Philosophus, quod verecundia est ex suppositione actus studiosi, sunt enim dispositi studiosi vt si incidissent in aliquod turpe erubescerent. Qui ergo omnia Dei mandata respicit ad seruandum, cum omni actione turpi opponantur & eam excludant, tales non erubescunt, nec verecundantur, & hoc maximè cum Christicola per fidem apprehendat summam gloriam & honorem in confessione veræ fidei, & obseruatione mandatorum Dei consistere. Vnde non erubescunt Christum coram hominibus, etiam si propter hoc in opprobrium hominum incidant, vt olim Martyres quando Christi nomen vituperabile & infamiæ plenum habebatur apud homines. Quare Paulus Romanorum. 1.

Aristot. D. Tho.

Terentius. Verecũdia quidam fucus virtutis est.

Ierem. 3.

Rom. 1.

Non

Non erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti, scio enim per fidem, summam gloriam & honorem in opprobrio Christi consistere. Vnde non erubesco Euangelium, in quo Christus crucifixus prædicatur, imo mihi absit gloriari in alio quàm in eius cruce. Quare Petrus grauissimum perpetrauit scelus erubescendo Deum magistrum & Dominum, coram pueris & puellis Pontificis, nisi postea amarissimis lachrymis tantum facinus expiasset. Quare cor iusti fiducia plenum & confidentia est, non timore alicuius turpitudinis aut confusionis abiectum. Charissimi, ait Diuus Ioannes, Si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum 1. Ioannes tertio. Non erubescet ergo iustus qui in omnibus mandatis Dei respicit.

Matth. 26. Lucæ. 22. Ioan. 18. Mar. 14. 1. Ioan. 3.

Non sufficit ad iustitiam quædam Dei mandata obseruare, nisi omnia nullo dempto custodias. Deuteronomij. 27. Maledictus homo qui non permanserit, in vniuersis sermonibus legis huius, in vniuersis dicit, & Iacobus Apostol. capite. 2. suæ Canonicæ. Quicunque enim totam legem seruauerit, offenderit autem in vno factus est omnium reus. Ratio huius est, quia peccatum consistit in auersione à Deo, & virtuali contemptu legislatoris, qui videtur contemni, quando lex eius non obseruatur, sed idem est legislator omnium præceptorum, qui ergo vnum mandatorum transgreditur, iam auertitur in illa transgressione à legislatore, & eum contempsit eius mandatum prætermittendo. Hic est germanus sensus huius sententiæ, quem ipsemet Apostolus explicat subinferens, qui enim dixit non mechaberis, dixit & non occides, quod si non mechaberis, occideris autem, factus es transgressor legis. Hoc est, si in illo peccato non transgressus es legem, in hoc alio prætermisisti. Licet Beatus Fulgentius dicat, quod Apostolus hic condemnat errorem quendam qui apud Phariseos circunferebatur, scilicet, quod si quis seruaret maiorem partem legis licèt in alia peccata laberetur, non imputabat Deus illa delicta propter maiorem obseruantiam legis, contra quos militat quod modò citauimus ex capite. 27. Deutero. & hæc sententia Iacobi. Verè ergo iustus dicit; Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis: nam si vel vnum præteriero confusus & conuictus sum, me prævaricatorem esse legis.

Deut. 27. Iaco. c. 2. Rationem reddit. B. Fulgen.

Cæterùm

Cæterùm pro maiore explicatione & doctrina aduertendum, quod ſecundum Philoſophos, morales virtutes omnes inter ſe habent connexionem. Ita quod in gradu perfecto non poſsit vna ſine alia haberi, eo quod ſine prudentia non poſsit aliqua virtus moralis conſiſtere, nam ea eſt virtus; quæ medium ponit in cæteris virtutibus, in medio autem conſiſtit ratio virtutis. Sed prudentia requirit omnes virtutes morales, quia habet ex officio, rectè iudicare, & præcipere de omnibus rebus agibilibus in vniuerſo, quod non poſſet facere ſi ei aliqua virtus deeſſet, quia prudentia ſicut ex principijs, procedit ex finibus agibilium, ad quos aliqui rectè ſe habent per virtutes morales. Quare ſicut ſcientia ſpeculatiua non poteſt haberi ſine intellectu principiorum: ita nec prudentia ſine virtutibus moralibus. Hæc Philoſophus moralis docet, Chriſtianus autem aliter philoſophatur, nam licet hæc ita ſe habeant, tamen fides catholica nos docet, omnes virtutes in Chriſtiano viro connecti in vna charitate, ita quod ſine illa nulla virtus eſt, quæ hoc nomine apud Theologos gaudeat, cum nullus actus virtutis abſque charitate ſit meritorius vitæ æternæ: nam licet maneant ſubſtantiæ & habitus fidei & ſpei ſine charitate in Chriſtiano exiſtente in mortali, non tamen manent in ratione virtutis, manent ergo virtutes omnes connexæ in ſuprema charitate, ipſa quippe eſt regina, & imperat actus omnium aliarum virtutum, in ordine ad finem ſupernaturalem, cæteræ virtutes ancillantur illi ſecundum illud Prouerbiorum. 9. Vocauit ancillas ſuas ad arcem, id eſt, ordinabit actus earum ad beatitudinem, quæ eſt arx & faſtigium ſupremum, quo aſcendere poſſumus. Eſt enim fibula aurea, qua cæteræ connectuntur virtutes, ſecundum illud Pſalmi. 44. Omnis gloria eius abintus in fimbrijs aureis circum amicta varietate, nam omnis decor animæ conſiſtit in interiori charitate Dei & proximi, quæ eſt fibula aurea: nam ſicut aurum præcellit inter metalla, ſic charitas inter virtutes ſecundum illud Pauli primæ Corinthiorum decimotertio. Maior autem horum eſt charitas, & eſt fibula qua varietas cæterarum virtutum, quæ circundant animam connectuntur. In cuius figura cortinæ quæ in ornatu tabernaculi erant, quibuſdam fibulis iungebantur, taliter quod vna cortina alias cortinas trahebat, virtutes ſunt ornamentum animæ,

Virtutes inter ſe habent connexionem.

Virtute cum charitate connectuntur in Chriſtiano viro.

Prouer. 9.

Pſalm. 44.

1. Cor. 13.

Figura.

animæ, quæ eſt templum & tabernaculum Dei viuentis, vt ait
1.Cor. 3. Paulus primæ Corinth. 3. & 2. Corinth. 6. Iſtæ ergo cortinæ ſunt
2.Cor. 6. connexæ hac fibula aurea, id eſt charitate, talitet quod ipſa omnes virtutes alias trahat, & ipſa properante ad Deum, vt finis eſt ſupernaturalis actus aliarum virtutum, ad idem trahat & ordinet: eſt quippè charitas veluti ſponſa, cæteræ virtutes veluti iuuenculæ & adoleſcentulæ ſodales ſponſæ, & quia ipſa currit poſt ſponſum, ad illum etiam aliæ virtutes tanquam ſodales currunt. Vnde
Cantico. ipſa charitas veluti ſponſa dicit ad ſponſum in ſingulari. Trahe me poſt te, & ſubdit in plurali. Curremus in odorem vnguentorum tuorum, id eſt, ſi ego poſt te curro, cæteræ virtutes quæ ſunt in meo ſodalitio properabunt etiam poſt te, & ita omnes es curremus poſt te, ipſæ enim quærunt dilectum cum ipſa, & charitas actus earum dirigit ad Deum.

Cum ergo virtutes omnes ſint connexæ in charitate, charitas autem per tranſgreſsionem cuiuſlibet præcepti pereat, hinc eſt quod qui in vno offenderit factus ſit omnium reus, id eſt, omnes alias virtutes amittit, quatenus virtutes Chriſtianæ ſunt (vt ita loquamur) id eſt, meritoriæ. Vnde confuſus remanet tali accepto
Eccle. 4. detrimento niſi in omnibus mandatis Dei per obſeruantiam perProuer. 4. ſpexerit. Quapropter dicitur Eccleſiaſt. 4. Qui in vno offenderit, multa bona perdet. Et idem ſapiens obnixè nos admonet Prouer
D. Gregor. biorum. 4. dicens; Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit vbi D. Gregorius. 19. Moral. capit. 2. ponderat, quod omni cuſtodia dixerit ſeruandum eſſe cor, id eſt omnibus præceptis ſeruatis, omnibus virtutibus munitum. atque circundatum, vt nullibi pateat aditus hoſti, nam ſicut ciuitas ab inimicis
Similitudo obſeſſa ſeipſam munit, omnes claudens portas, cuniculos omnes obturans, nè additus pateat inimico: nam ſi vel vnum foramen apertum reliquerit, per illum ſe hoſtes intrò dabunt & ciuitatem capient, prædaque & ſanguine perdent ſic nimirum ſi animam tuam quæ ſemper à prædonibus obſeſſa eſt, omni cuſtodia non ſeruaueris. & vel minimum quidem additum apertum dimiſſeris,
Lucæ. 10. hoſtibus illuc capieris ac prædæ & internitioni patebis, ſicut ille Phariſæus Lucæ. 10. Qui ieiunabat bis in Sabbatho, ſoluebat decimas, nec adulteria nec furta perpetrabat, munitus vndique videbatur: ſed quia ſuperbia intumuit, publicanumque deſpexit per illum ſolum additum captus eſt, & deſcendit alter iuſtificatus

ab illo,

ab illo,omni ergo custodia serua cor tuũ,nullũ prætermittas damnatum nec in vnum quidem declines vitiũ. Ait ergo psalmus.Tũc non confundar,cum perspexero in omnibus mandatis tuis. Perspicere est perfectè inspicere, iterum atq; iterum in mandatis Dei tanquam in speculo,se & omnia sua perspicere,vt ea secundùm legem Dei componat,sicut Iacob.2.c. Esto te factores verbi non auditores tantum fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi & non factor,hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, considerauit enim se & abijt,& statim oblitus est qualis fuerit.Si accipis speculum,vt neuas vel maculas quas in facie tua perspexeris mundes, si postquam eas ad speculum vidisti statim obliuiscaris & non abstergas,quid tibi prodest speculum?Lex Dei est animæ speculum in quo sua errata prospicit homo, vt abstergat, si hoc non facis quid tibi contulit Euangelium, vel contio, vel sacræ Scripturæ lectio? perspice ergo perfectè in legem Dei,vt eam opere adimpleas.Vnde subdit Apostolus. Qui autem perspexerit in legem perfectę libertatis, & permanserit in ea,non autem obliuiosus factus, sed factor operis,hic beatus in facto suo erit. Non ergo confundar, videlicet cum perspexero in omnibus mandatis tuis,ante enim in Adam confusus eram & nudus,& cooperui me folijs fici, quia confundebar & abscondi me à conspectu tuo quia erubescebam,cũ autem perspexero in omnibus mandatis tuis,quasi securus venio in conspectu tuo.

Iacob.2.

Símile.

VERSVS SEPTIMVS.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

DIVVS Augustinus ait in hoc loco cõfessionem sumi,pro gratiarum actione vel pro laudum decantatione, vt est illud Matth.11. Confiteor tibi pater Domini cœli & terræ, ideſt,gratias refero tibi. Duplex enim est confessio & laudis & criminis,ista luget,illa gaudet;ista medico vulnus ostendit,illa medico de sanitate gratias agit:sed hęc debet fieri corde directo ad Deũ, non incuruato ad temporalia. Vnde notandum est, quòd supra Propheta petierat,vt viæ suæ dirigerentur ad custodienda mandata Dei quorum notitiam ab ipso Deo acceperat ab eo oculos mutuans,vt perspiceret in omnibus mandatis eius.De vtroque beneficio

Augusſt.

Matth.11.

Duplex cõfessio laudis & criminis.

ficio ergo in hoc versu gratias refert, confitendo quòd tã directio cordis, quam notitia mandatorum eius esset ipsius Dei singulare beneficium (In eo quod didici iudicia iustitiæ tuę) A quo didicisti ô homo? ab ipso Deo, qui mihi magistros præparauit, qui docerẽt primũ dilectũ filium suum, quem voce de nube delapsa præcepit, vt audiremus, deinde Apostolos, deinde Ecclesiã, & ministros eius prædicatores, à quibus didici iudicia iustitiæ Dei, non ab hæ-
Cassiod. reticis nec à prauo sensu suo, vt Cassiodorus insinuat hic. Itaq; Propheta in hoc versu humiliter cõfitetur & agnoscit, quod Deus totam animã suã perfecerit, intellectũ docendo & voluntatẽ dirigendo: nã hæ duæ potentiæ sunt principales partes animæ, memoria
Aristo. enim pars est intellectiuæ partis, vt docet Philosophus. 3. de anima. Dirigit ergo Deus intellectũ per fidem, voluntatem vero per amorẽ, & spem. Túc dicimus directè dirigi sagittam, cum recto tramite pergens attingit scopum. Scopus & finis animæ rationalis Deus est, tunc directa est anima cum eum recto itinere attingit, deprimitur autem intellectus, cum inferiora ab eo intelligit, per quæ non directè attingit ipsum Deum, nisi remotissimè & per varios circuitus, per fidem autem ipsum Deum immediatè attingit.
2. Cor. 1. Quare fides intellectum dirigit. Vnde Paul. 2. Cor. 1. Fide statis, idest, fides vos erigit vt directe aspiciatis in Deũ, cognitio quippe Dei per creaturas, (præterquam quod multis solet esse erroribus mixta, & à paucis attingitur & per longum tempus) minor est & contractior quam sit necesse, vt docet D. Thom. 1. par. quæst. 1.
D. Thom. a. 1. cum plurima alia doceat fides ad quæ pertingere ratio naturalis non potest. Iuxta illud Eccles. 3. Eccles. 3. Plurima super sensum hominis ostensa sunt tibi. Voluntatem dirigit per spem & amorem, deprimitur enim amando & sperando inferiora à se: erigitur autem
Ierem. 17. & eleuatur sperando & amando superiora se. Vnde Ierem. 17. dicitur. Hæc dicit Dominus, Maledictus vir qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum, & erit quasi miricæ in deserto, mirica enim inter arbores demissior est & terræ vicinior, & subdit. Benedictus vir qui confidit in Domino & erit Dominus fiducia eius, & erit tanquam lignum quod plantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, talia ligna proceriora solent esse, & cacumina vsque ad nubes ferè pertingentia videntur habere. Erigit ergo animas spes Christiana, & amor etiam desiderium super omnia creata eleuat. Nam Deum in se

ipso

ipſo diligit. Vnde lampades eius dicuntur ignis atque flammarum Canticorum. 8. flamma quippe recto itinere ad cœlum dirigitur & de anima plena dilectione dicitur Canticorum. 3. quod aſcendit quaſi virgula fumi quæ ex prunis ſuccenſis aſcendit, ſic charitas, quæ igni comparatur, dirigit animam recto tramite veluti virgulam fumi, ad Deum, totam ergo animam ſuam fatetur homo à Deo eſſe directam, cum dicit. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici iudicio iuſtitiæ tuæ. Vbi cor pro tota anima accipitur vt Actuum. 4. Fide purificans corda eorum, ideſt, animam, cuius vita maximè per actus voluntatis oſtenditur, ſicut & vita corporis per motum cordis, ideo à corde denominatur tota anima, ideſt, confiteor quod totam animam meam ad te direxiſti, atque adeo gratias ago, in cuius ſignum ſanauit Dominus mulierem, quæ erat inclinata nec omnino poterat ſurſum reſpicere, annis. 18. cui cum impoſuiſſet manus erexit eam Lucæ. 18. & ideo Eccleſia quotidie nos admonet in præfatione dicens ſurſum corda, ideſt, animas ad Deum dirigite. Cant. 8. Cant. 3. Acto. 4. Luc. 18.

(In eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ) Dicũtur iudicia (ait quidam doctor innominatus) quia per illa iudicantur tranſgreſſores dicuntur iuſtitiæ, quia per illa iuſtificantur obſeruatores, vel dic quod iudicia dicuntur, quaſi iure dicta. Deribatur enim iudicium à verbo iudicare, quod eſt ius dicere, iudicia ergo dicuntur iura, quæ dicit & promulgat iuſtitia Dei. Quæ ſunt hæc iura, niſi ea quæ in lege Dei continentur? Iura etiam dicuntur peculiaria quarundam ciuitatum. Iura Romanorum erant parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Hoc etiam eſt ius Euangelicum, Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles, Lucæ. 2. Qui ſe humiliat exaltabitur, & qui ſe exaltat humiliabitur Lucæ 10. Deus Superbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Iacob. 4. Qui hæc didicit iura & obſeruat dirigit cor & eleuat, eleuare autem idem eſt quod aſcendere, quod autem eleuatur & aſcendit ab imo eleuatur, locus iuſtorum eſt humilitas, à quo loco eleuantur diriguntur & aſcendunt in cœlum. Vnde in Scriptura frequenter motus iuſtorum vocatur aſcenſio, de Chriſto Domino multotiens dicitur quod aſcendit Hieroſolymam. Et ad Iacob dicitur Geneſ. 15. Aſcende in Bethel & habita ibi. Et Canticorũ. 3. de anima iuſti. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto. Et de iuſto Luc. 2. Luc. 10. Iacob. 4. Geneſ. 15. Cant. 3.

Psal. 83. Ascensiones in corde suo disposuit. Semper ascendunt iusti, quia de imo loco humilitatis ad profectum virtutum eleuãtur, qui ergo hæc iudicia didicerit, eleuabitur & dirigetur ad suprema. Et notandum quod alij legunt, confitebor tibi in directione cordis, cum didicero iudicia iustitiæ tuæ quod in idem recidit. Nam postquã didicit homo iudicia iustitiæ Dei, ea ipsum docet quomodo dirigere cor ad Deum, & pro omnibus ei gratias referre debeat.

VERSVS OCTAVVS.

Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

NON immemor Propheta, singularium munerũ Dei sibi collatorum, quæ suprà retulit nimirum quod eum docuit mandata sua & iustificationes, quod gratiam & lumen cõtulit quibus dirigeretur in semitis mandatorum eius, quasi in tanti muneris remunerationem, firmo & constanti animo proponit, se indesinenter obseruaturum imperia & mandata eius. Sed quia tã pertinax propositum absq; Dei auxilio se exequi non præsumit, supplex petit nõ omnino imo neq; ad momentum derelinqui ab eo, cuius virtute omnia potest, & sine cuius auxilio statim deficiet.

Titelmanus. Vbi notandum est ex Titelmano, super hunc versum & alios huius psalmi, quod hoc verbum, custodiam, est futuri indicatiui modi, non autẽ est sic accipiendum, quasi vaticinium futuri, scilicet, quod vir iustus sciat certè, se nunquã prætermissurũ mãdata Dei, & ita quasi rem certã prophetet, quis enim hominũ scit, quid sibi superuentura pariat dies? Vnus Paulus hoc ex reuelatione didicit, se nunquã à charitate Dei se iungendum, quod priuilegium nescio an alteri concessum fuerit, sed hoc sic intelligendum est, tanquam quod in proposito tunc gerebat iustus, idest, hoc modo mihi firmum propositum adhęresc it, atq; propono & pronuntio, me semper obseruaturum tuas iustificationes, firmitudinem ergo nostræ volũtatis declaramus, quã adiuuante Dei gratia confidimus cõseruari, & sic intellige istos versus huius Psalmi, scilicet, In ęternũ non obliuiscar iustificationes tuas, & custodiam legẽ tuã semper. &c.

Ambro. Sed quoniam D. Ambro. super hunc locum, non absre per iustificationes intelligit, abditiora mysteria, scilicet, ea quæ ad Christi passionem attinent, quæ fuit nostra iustificatio, & quæ ad sacra-

menta

menta quæ à passione Christi mutuant virtutem iustificandi, vt dixit Dominus Ioanni quãdo petijt baptizari ab eo. Sic decet nos implere omnem iustitiam Matthæi. 3. In hoc pauliſper immorandum est. Proponit iustus in hoc versu secundum D. Ambros. se semper in armariolo suæ memoriæ custodire clauos, lanceam, flagella, & spinas, crucem, opprobria, & contumelias, quas propter iustificationem nostram Christus Dominus perpessus est, vt vel sic consilium illud Sapientis obseruet, Eccle. 29. Gratiam fidei iussoris tui ne obliuiscaris, posuit enim pro te animam suam. Christus Dominus fidei iussor noster fuit, sed quia nos soluere non poteramus, ipse sanguine suo debita nostra soluit, & tulit de medio chyrographum peccati, quod aduersus nos erat, & de leuit sanguine suo, & rupit, affigens illud cruci, vt dicit Paulus ad Colossens. 2. Hanc tantam gratiam obliuisci nefas esset, & intollerabilis ingratitudo, quod cernens ipse Dominus Iesus iuge sacrificium corporis & sanguinis sui in memoriam tanti beneficij nobis relinquit, vt ipse insinuauit dicens Lucæ. 22. Hæc quotiensc unque feceritis in mei memoriam facietis, vt quotidie tanti operis commemoratio renouaretur, cuius typum etiam gerebant illi duo agni qui quotidie immolabantur in templo, vnus mane & alter ad vesperum, quod appellabatur iuge sacrificium, vt omni tempore tanti sacrificij reuiuisceret memoria & quando tanti muneris memoria à fidelium mente abolita fuerit, fiet comminatitius sermo quem Dominus Daniel. 2. dixit. Et auferetur, idest, deficiet iuge sacrificium. O ingrata tempora talia calamitosa & mala, caliget oculus meus ne videat obsecro Domine Iesu vllo tempore tanti muneris recordationem à fidelium cordibus diuulsam, oleum enim incentiuum & conseruatiuum lampadis amoris, sanguis Christi est. In cuius signũ præcepit Dominus vt arderet semper ignis in templo, neque vnquam extingueretur, & vt conseruaretur apponerent sacerdotes ligna oliuarum, quibus ignis ille nutriretur. Ignis diuini amoris nunquam ab Ecclesia, neque à nostris animabus (quæ templum Dei sunt, vt multotiens docet Paulus) nunquam inquam debet deficere vel extingui, ad quem nutriendum lignum oliuæ submittendum est. Hoc est memoria crucis Christi, quæ fuit lignum illud quod in se pertulit oliuam vberem, scilicet, Christum Dominum. Qui in ea veluti in prælo expressus, talem ac tantum

Matth. 3. Ambros. Ecc. 29. Ad Col. 2. Luc. 22. Num. 28. Figura. Dan. 2. Figura. Leuit. 6.

licorem eliquauit nobis, oleum videlicet ſui ſanguinis, quo libores hominis qui incidit in latrones linirentur & melius haberent,
Ierem. 11. de qua oliua dicitur Ierem. 11. Oliuam vberem ſpecioſam & fru-
Myſteriũ crucis. ctiferam vocauit Dominus nomen tuum, beata crux benedicta & fidelis arbor, vna nobilis, nulla ſylua talem profert fronde flore germine, dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus ſuſtinet, beata cuius brachijs talis oliua pependit, de qua oleum ſanguinis
Auguſt. proluit quod noſtra vulnera lauit. Vnde beatus pater Auguſtinus, in libro qui vulgo circumfertur & Manuale nuncupatur cap. 22. ſic dicit, Cum me pulſauerit aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Chriſti, cum me præmit caro mea, recordatione vulnerum Domini mei reſurgo, cum diabolus mihi parat inſidias, fugio ad viſcera miſericordiæ Domini mei, & recedit à me, ſi ardor libidinis mouet membra mea, recordatione vulnerum Domini noſtri Ieſu Chriſti extinguitur: in omnibus aduerſis actibus non inueni tam efficax remedium, quàm vulnera Chriſti, in illis dormio ſecurus, & requieſco intrepidus. Chriſtus mortuus eſt pro nobis, nihil tam ad mortem, quod Chriſti morte non ſanetur, & cap. præcedenti. Patent mihi viſcera per vulnera, quoniam miſericordia affluunt, nec deſunt foramina, per quæ affluant, per foramina corporis patent mihi arcana cordis, patet magnum pietatis ſacramentum, patent viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Hæc breuiter perſtringimus (prolixiùs enim verbum tam grandis materia poſcebat) vt ſequeremur Di-
Ambroſ. ui Ambroſij interpretationem, quæ minimè viro Chriſtiano diſplicere debet.

(Non me derelinquas vſquaque) Auguſtinus vſque valde. Burgen. vſque nimis. Alij ex Hebræis prorſus Lyranus in interpretatione videtur exponere nec ad momentum, ait enim iuſtificationes tuas cuſtodiam, ideſt, opere adimplebo. Et quia ad hoc requiritur aſsiſtentia diuinæ gratiæ quæ facit opus meritorium, ideo ſic dicitur (Non me derelinquas vſquequaque) quaſi dicat, ſi me ad momentum, dimiſſeris non potero cuſtodire.

Cæterum pro maiori explicatione aduertendum eſt, quod eſt duplex derelictio, altera electorum, altera reproborum, inter quas maxima eſt intercapedo. Electi enim derelinquuntur adeo, ſed non vſquequaque, non vſq; valde, non vſq; nimis, non prorſus, nõ in finem, ſed ad momentum, vel ad tempus pro maiori profectu, vel vti-

vel vtilitate eorum. Talis enim derelictio de qua nunc facimus ſermonem, nihil aliud eſt quam permiſsio tentationum, qua traditur diabolo & ſatellitibus eius poteſtas contra electos, vt eos varijs tribulationibus ſubdant, perſequantur, affligant, ac tanta poteſtate in eos ſeuiant, ac ſi nullum haberent adiutorem. Tali modo loquendi, dicitur Deum dereliquiſſe filium ſuum in cruce, ac talem ſenſum faciunt illa verba, quæ Chriſtus protulit in cruce dicens, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Hæc enim dereli- Matth. 27.
ctio patris erga filium nihil aliud fuit, quam copia conceſſa inimicis aduerſus eum, Iudę vt eum traderet, miniſtris vt eum comprehenderent, quod ipſemet Dominus eis dixit, cum eum caperent in horto, Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarum, ſeruo vt eum colaphizaret, carnificibus vt flagellarent, militibus vt illuderent, Pilato vt condemnaret, nam & ei dixit Chriſtus; Non haberes poteſtatē aduerſum me vllam, niſi tibi data eſſet de ſuper. Tandem vt eum cruci affigerent, vt clauis & lancea perforarent, Hæc ergo traditio, & non protectio à tantis doloribus fuit hæc derelictio. Vnde elegantiſsimè vt omnia Sanctus Leo Papa ſermone. 17. de paſ- S. Leo.
ſione Domini nos admonet, vt non ad literam vt ſonant intelligamus hæc verba Chriſti, quaſi pater, nec ad momentum dereliquiſſet filium quaſi abſens ab eo, nec filius patrem tali modo loquēdi dereliquit. In tantam enim vnitatem (ait) vtraque cōuenit natura vt nec paſsionibus potuerit dirimi, nec morte ſeiungi, manente enim in ſuis proprietatibus, vtraq; natura, neq; Deus reliquit ſui corporis paſsionē, nec caro Deū fecit paſsibilē, quia diuinitas quæ erat in dolēte nō erat in dolore, non ergo aberat à patre filius, nec à filio pater, quia illa in cōmutabilis Deitas & inſeparabilis Trinitas nihil ſui à ſe potuit habere diſcretū. Nihil aliud ergo hęc derelictio fuit, niſi paſsioni tradere, & à dolore nō protegere, nec immunem reddere carnē. Sic derelinquere electos & iuſtos aliquādo, hoc ſolū eſt tētationi permittere & tradere non protegendo, quin patiātur licet defendendo aliquando, ne vincātur. Sic tradidit Iob, copiam Iob. 1. & 2.
faciēdo aduerſario, vt in eū omnibus modis ſæuiret perdendo bona, occidendo filios, percutiendo eū lepra à planta pedis, vſque ad verticem capitis, ita vt teſta ſaniem raderet, commouēdo aduerſus eum, & amicos, & propriam vxorem, vt dolorem ſuper dolorem adderent non protegendo eum, quin talia pateretur, licet adiuuando, ne per talia laberetur. Sic Paulum tradidit angelo Satanæ

vt eum colaphizaret, nec deprecantem exaudiuit vt tolleret, ſed reſpondit, ſufficit tibi gratia mea, quæ te protegat ne in impatientiam, vel in conſenſum labaris, nam virtus mea (vt aliqui interpretantur) in infirmitate perficitur, ſplendet enim virtus Dei adiuuans infirmiora noſtra, vt poſsimus ſuſtinere, & ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis (vt diuerſis vtar Paulinis verbis) tunc autem & ſi videatur abeſſe, quia dimittit eos tentari & affligi, non tamen abſentat ſe maieſtas à ſuis, quin inuiſibiliter eos confortet, corroboretque, atque confirmet. Permiſsit Dominus Ieſus beatum Antonium ſæpè ſæpius tradi in poteſtatem dæmonum, vt aperto marte cum eo dimicarent, eumque affligerent, cumque aliquando poſt longam concertationem cum eis habitam, de qua quanuis victor, afflictus tamen valde atque attritus conſtitiſſet, & vidiſſet Dominum Ieſum coram ſe aſtantem, & ei dixiſſet quaſi quæreretur, quòd cum tanto certamine reliquiſſet; O bone Ieſu, vbi eras? reſpondiſſe fertur Dominum Ieſum, Antoni hîc eram, ſed expectabam videre certamen tuum. Ecce quomodo non omnino dereliquit Dominus iuſtum in conflictu cum hoſtibus, nec ab eius auxilio ſe abſentat, ſed veluti imperator expectãs & ſubmittens auxilia quàm fortiter, vel ignauiter ſe quiſque gerat conſpiciens, vtriſque ſecundùm merita parat. Vnde & ſponſa in Canticis cap. 2. dicit, En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. Nõ omnino ſuam tollit præſentiam Dominus à ſuis, ſed quaſi agens zelotipum virum per cancellos & rimulos, quaſi inſidiatur animæ, vt videat quàm honeſtè ſe gerat, an carni blanditijs ſuis delinienti conſentiat, an è cõtra viriliter repellat, caſtigetq; atq; ſeruũ ferocientem ſubigat, cæteroſq; procos pulchritudinis ſuæ abigat, atq; deturbet, vel potius admittat, præſentiſsimuſq; ſemper & in anguſtijs ſuppetias fert, & in proſperis humilitatem confert.

Exemplũ D. Antonij

Cant. 2.

Ipſe ergomet Dominus Ieſus qui in tentationem te coniecit, ipſemet licet ſecreto ab ea te auxilijs ac copijs ſuis omnino defendit, ſicut fecit cum Cananea Matthæi. 15. Ipſe ex vna parte repellebat eam à ſe durioribus verbis agens cum ea, interdum canem, eam appellans, interdum terga contra eam vertendo, nec reddendo ſermonem veluti ſuam petitionem deſpiciendo, ſed ipſemet intrinſecus ſuſtinentiam illam atque patientiam ſuggerebat, adminiſtrabatque conſtantiam, ne deterreretur atque deficeret,

Matth. 5. Cananea.

deficeret. Veluti videmus quod mare ipſum in quo omnia confluunt flumina atque abſorbuntur, ipſum met mare inquam, quod ex vna parte omnia flumina abſorbere atque conſumere videtur, ex alia parte per abditas & ſecretiores venas & poros terræ, eiſdem fluminibus ſubminiſtrat aquam vt iterum fluant: ſic ſic diuina mageſtas, quæ ex vna parte abſorbere atque conſumere animam in tentatione videtur, ex altera per abditas rimulas, eius interioribus illabitur, gratiam ſuam ſuggerendo, qua & per patientiam ſuſtinens, & per perſeuerantiam victrix, atque triumphans euadat. Quod Paulus. 1. Corint. 10. docet his verbis, Fidelis Deus qui non permittit vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſsitis ſuſtinere. Et ſicut pater aliquando filium tenerum infantulumque quem in delitijs habet, quaſi ludens cum eo accipiens in manibus videtur eum tradere alteri vt eum percutiat, & quando eum alter iam iam percutere videtur ſuſtollit, atque iterum ad ſe trahit, ipſeque puellus pediculis ſuis quantum poteſt ſe infirmiter defendit, auxiliumq; paternum balbutiendo implorat: ſic Dominus aliquando videtur dilectos & electos ſuos quaſi tradere in manus hoſtium, vt perdãt, ſed quando iam iam eum perditum iri conſpicit, ipſe ſuſtollit, licet iuſtus ſuis veluti infantilibus viribus quantum poteſt etiam ſe defendit quod in ſe eſt faciendo, diuinum implorãdo auxilium. Itaque qui ex vna parte videtur eum dimittere, ex altera ſeruat conſeruatque ne pereat. Sic cum Iob ca. 2. videtur egiſſe. Ex vna parte tradidit eum Sathanæ ad perdendum dans copiam non ſolum ſuper bona & liberos, verum etiam ſuper corpus & carnem ſuam, ſed ex alia parte ſeruabat eum, cùm dicit, veruntamen animam illius ſerua, non omnino eum tuæ poteſtati relinquo, ſed quod optimum in illo eſt, mihi ſerua ne tangas, nec perdas animam eius. Quare de iuſto dicit alibi noſter Pſalmiſta Pſalmo. 36. cum ceciderit non collidetur, quia Dominus ſupponit manum ſuam, nimirum ne confringatur, vel ne cadat ad mortem, vel vt ſtatim reſurgat à peccato, quia Dominus ſupponit manum ſuam, vel quando iam iam ad caſum properat appræhendendo manum ne cadat, vel erigendo ſtatim vt cæcidit, vnde Felix ſic vertit. Cum cœperit cadere, non erit penitus proiectus, quia Dominus ſupponit manum ſuam. Legitur in Hebræo, quia Dominus ſuſtinet, vel ſuſtentat manum eius ne cadat. Hoc ergo petit

Simile. 1. Cor. 10. Similitudo Iob. 2. Pſal. 36. Felix.

noſter Propheta.(Ne me derelinquas vſquequaque,)ideſt, nec ad momentum, nec ad inſtans auertas auxilium tuum à me, ideſt, nunquam me derelinquas vt cadam, etiam ſi me dimittas vt tenter.

Quare nullus debet deſpondere animum cum ſe videt valde afflictum in tentatione, & apparet ſibi, quod tardet auxilium
Pſal. 9. diuinum, non enim tardat, ſed tempore opportuno accedit, ideo dicitur adiutor in opportunitatibus, Pſalm. 9. Præcepit Samuel Sauli vt eum expectaret ſeptem diebus, ſeptimo autem die expectante Saule non veniebat Samuel, quare ipſe Saul auſus eſt per ſe ſacrificium offerre Deo, & cum compleſſet ſacrificium, ec-
1. Reg. 13. ce apparuit Samuel veniens, & iratus eſt contra eum Saul, vt legi-
D. Grego. tur. 1. Regum. 13. Vbi Diuus Gregorius lib. 5. ſuper. 1. lib. Reg.
Reg. c. 3. cap. 3. ait quod hoc accidit multis in tentatione oppreſsis, quia videtur ſibi quod tardet diuinum auxilium, & deficiunt, quòd ſi
Eccleſ. 20. vel illo momento expectaſſent, iam adderat diuina manus, vnde Sapiens Eccleſ. 20. nos admonet dicens, Si ſpiritus poteſtatem
Abac. 2. habentis ſuper te aſcenderit, locum tuum cito ne demiſſeris, &
Eccleſ. 2. Abac. 2. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet & non tardabit, & Eccleſiaſt. 2. Ve illis qui perdiderunt ſuſtinētiam. Derelinquere ergo electos Deum aliquando, nihil aliud eſt quam eos permittere in tentationem, non autem dimittere vt cadant non nūquam vero permittit, vt cadant, ſed ſtatim erigit per pœnitentiam, vt fecit cum Petro qui permiſſus eſt in tentationem
Matth. 26. prolabi, ſed ad tertiam vocem galli, ſtatim quaſi expergefactus ſurrexit & egreſſus foras fleuit amarè, & hoc petit Pſalm. Non me derelinquas vſque valde, vſque nimis, ne me derelinquas vt cadam, vel ſtatim porrige manum, vt ſubleuer. Derelinqui enim vſ-
Auguſt. que valde eſt dimitti prolabi in peccatum, ſed plus valde & nimiū eſt nunquam erigi à peccato. Vnde beatus Auguſtinus ſic interpretatur dicēs; Si, ne ſuperbirem, & diceremin abundātia mea non mouebor in æternum, tentari me voluiſti, non tamen me derelinque vſque valde, ideſt ſi me dereliquiſti, vt ſine adiutorio tuo infirmus appaream, noli vſque valde, ne peream, intelligo quod ex voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem, & quòd ſi auertis à me faciem tuam ſtatim conturbabor, ne me derelinquas vt peream &c. His ergo modis dicitur Deum derelinquere iuſtos & electos &c.

Aliter

Aliter verò dicitur derelinquere impios & reprobos, derelinquit enim eos vsquequaque, vsque nimis, vsque valde, vsque in finem, denique prorsus derelinquit eos, non quòd eis neget sufficiens auxilium, vt resipiscant quo si voluissent possent ad meliorem frugem conuerti, imò & offert eis auxilium superabundans, vt aliquando docuit Diuus Thomas, licèt illi non acceptent tantum auxilium, sed verificatur in eis, quod dicit Iob. 24. Dedit eis locum pœnitentiæ, ipsi autem abusi sunt eo in superbiam, & diuitias bonitatis patientiæ & longanimitatis eius contemnunt vt dicitur Romanorum. 2. Quapropter in pœnam talis indurationis dimittit eos in desideria cordis eorum vt vadant in adinuentionibus suis, vt dicitur Psalm. 70. Sicut eos, quos medici diffidentes suæ saluti dimittunt vt comedant & faciant quicquid voluerint, sic isti qui à Paulo vocantur filij diffidentiæ Ephesiorum. 2. & 5. & Colossenses. 3. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudititiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam eos dimittit vt sequantur cæcitatem cordis sui. Sed notandum est ex Magistro Soto primo de Natura & gratia cap. 18. quod Deum subtrahere auxilium suæ gratiæ peccatoribus dupliciter considerari potest, primo quod Deus destituat hominem peccatorem suo fauore & studio, ita quòd prolata sententia & firma statuerit amplius ei non subuenire, & in hoc sensu certissime tene nullum in hac vita à Deo derelictum. Alio modo subtrahit Deus auxilium suæ gratiæ permittendo quempiam agere liberè secundum desideria cordis sui, paratus tamen semper ei suppetias ferre, si per ipsum non steterit, quod fit cum reprobis, paratissimus est enim Dominus eis succurrere, sed ipsi nihil pensi habent, nihil minus curant, pepigerunt enim fœdus cum morte Isaias. 27. & dicunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus Iob. 21. Quapropter ipse recedit ab eis dimittit eos. (Dales de mano, alçala mano dellos.) Psalm. 87. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorum non es memor amplius, & ipsi de manu tua repulsi sunt, vel excisi sunt vt legit Hieronymus, tanquam membra putrida & seiuncta à Deo, iustorum enim animæ in manu Dei sunt & ideo non tangit eos tormentum malitiæ vt dicitur Sapientiæ. 5. & Ioannes. 10. De electis ouibus dicit Christus. Et nemo rapiet eas de manu mea, nec de manu patris mei, hos autem repellit,

Quomodo derelinquat impios.

Iob. 24.

Rom. 2.

Psalm. 70.

Eph. 2. & 5 Ad Colo. 3

Soto. 1. de Natura & gratia ca. 18.

Isai. 27.

Iob. 21.

Psal. 87.

Sapien. 5.

Ioan. 10.

pellit, & abſcidit à manu ſua, & ideo eos lupus deuorat. Hoc ergo petit Propheta non me derelinquas prorſus, ſicut reprobos repellis à manu tua, ne me derelinquas in finem vt peream. Vę enim illis, iterum vę, & in æternum vę erit illis quos à manu tua repuleris, miſeros, prorſus miſeros, & in æternum miſeros, quos à manu tua abſcideris, ſola enim manus tua poteſt ſaluare & ideo illi in æternum peribunt.

Burgẽſis. Sed breuiter ad notandum puto, quod Burgenſis legit non me derelinquas vſque nimis, & ſic interpretatur, quòd ſicut antea dixerat, tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, deuote, prompte, & perſeueranter: ſic modo petit non derelinqui quo vſq; prõpte, & cum perſeuerantia vſque in finem mandata ſua cuſtodiat. Et hæc de prima litera, primo octonario, cum quo finit primus tractatus.

SECVNDVS OCTONARIVS.

ב

1. Beth. In quo corrigit adoleſcẽtior viam ſuam: in cuſtodiendo ſermones tuos.

2. Beth. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis.

3. Beth. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

4. Beth. Benedictus es Domine, doce me iuſtificationes tuas.

5. Beth. In labijs meis, pronuntiaui omnia iudicia oris tui.

6. Beth. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum: ſicut in omnibus diuitijs.

In man-

In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas. 7. Beth.

In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. 8. Beth.

INCIPIT SECVNDVS tractatus super secundum octonarium.

IN primis prælibandum est vt sequamur ordinem à principio insinuatum, quòd iste secundus octonarius apud Hebræos incipit à litera Beth, quæ significat Domum, nam domestica doctrina traditur in ea per quam adolescentes, & domestici domus, Dei, à malis arceantur & in bonis assuescant, ne pessimis assueti, difficilior sit correctio. Licet Diuus Ambrosius aliter interpretetur hanc literam hîc, scilicet, quòd significet confusionem, confunditur enim hic adolescens de pessima via sua, ne in æternum confundatur, hæc enim confusio in præsenti peccatorum deuitat illam futuram damnatorum: induit autem hic Propheta aliam personã nempè adolescentis viri volentis corrigere viam suam, sicut in primo egit personam viantis & peregrini desiderantis inuenire viam quæ ad patriam pergeret cœlestem. Plurima autem per hunc adolescentem intelligunt interpretes, vel hominem pronum ad peccandum, vel populum gentilem cum Iudaico, vel hominem renouatum per baptismum & gratiam, hæc ergo tria primùm exequemur, nec prætermittemus alia si videtur expedire.

Octonarius iste incipit à litera Beth. quæ significat domũ.

Ambrosi.

Induit per sonam adolescentis.

Reuocãda in memoriam est diuina illa & artificiosa distinctio quam Diuus Paulus Rom. 7. In vno & eodem homine finxit, faciens duos homines in vno homine alterum interiorem, alterum exteriorem, & plusquam ciuile bellum quod inter istos duos homines versatur, vel inter hominem quatenus secundùm animam concupiscit, & se ipsum quatenus cõcupiscentijs corporis impellitur, vel interdum vehitur, adolescentiores autem vt plurimũ partes cor-

In vno duos ponit homines & Paul. Ad Rom. 7

tes corporis agunt, easque sequuntur, primum propter abundantiam sanguinis & caloris multiplicationesque spirituum, quæ eos faciunt voluptatum auidiores audatioresque ad quodcumque facinus aggrediendum, viget enim ætas & calor concitatque in inferiori parte vehementiores impetus, ac sicut concupiscibilis maior est, ita & irascibilis propter eandem rationem, audatior concitatiorque ad quæuis pericula subeunda. Secundo etiam propter defectum experientiæ omnia eis tentanda videntur, nec experti damna, vllum timent, omnia quantumuis ardua facilia sibi & peruia apparent, vnde dicit Aristoteles. 2. Ethicorum quod propter has rationes iuuenes sunt maioris spei & audatiæ. Labilis etiã inconstansque natura, quæ nondum in eis consedit, sed mobilis semper ad perfectum eorum augmentum contẽdit, eos sic inquietos diuersarumque rerum cupidos efficit, quapropter prona magis ad libidinem in iuuenibus natura est, quod Dominus Gene. 8. videtur expressisse, Noe cũ benedixisset iam ab arca egressso nequaquam vltra (ait) maledicam terræ propter hominẽ, sensus enim & cogitatio hominis in malum prona sunt ab adolescentia sua, ab adolescentia dicit, vel quia id quod nobis naturale est ab incunabulis habere dicimur, vel certe quia pronitas in adolescentia magis apparet, ob relatas rationes, frenanda est ergo hæc ferocitas, nec aliud aptius frenum, quàm obseruatio mandatorum Dei, vt hic nos docet magnus Basilius quare prima pars huius versus est interrogatio, secunda responsio, ac si diceret, in quo emendauit viam suam iuuenis? respondet custodiẽdo sermones Dei, quod clarius Diui Hierony. versio indicat, in quo corriget iuuenis semitam suam? cum custodierit verba tua, quod videtur Dominus indicasse iuueni illo qui ab eo quesiuit, quid faceret vt vitam haberet æternam, dixitque illi, Si vis ad vitam ingredi serua mandata, nam licet hæc sit regalis communisque omnibus illuc pergentibus via, tamen iuuenibus alijs rationibus proprior, propter ferotiores impetus, quos nisi freno legis Dei domare non possent. Inferiora enim, & infirmiora semper superioribus & fortioribus subdit natura. Videmus enim mundum hunc inferiorem subditũ superiori, à quo & mouetur & sustinetur, vnde Aristoteles. 2. de cœlo, ait. Necesse esse mundum hunc inferiorem subditum & contiguum esse lationibus superiorum, vt virtus eius inde gubernetur. Iuuenilis ætas imbecillior est, & propter naturæ tenuitudinem,

Aristot. 2. Ethicor. Iuuenes maioris spei & audatiæ.

Gen. 8.

Basilius.

D. Hiero.

Matth. 19.

Aristot. 2. de cœlo.

Natura iuuenilis imbecillis est.

dinem, & propter rerum in experientiam, adhæreat ergo & subdita sit superioribus & fortioribus, legi sancti Dei,& maiorum, vt virtus eius inde gubernetur, quod Dominus suo exemplo nos docuit, Lucæ. 2. Nam puer duodecim annorum dicitur ibi, quod erat subditus suis parentibus, & in græco est dictio quædam quæ ad verbum expressa significat, quod erat subordinatus illis. Ac si in seipso exprimere voluisset hanc naturæ prouidentiam, qua minora, in quolibet genere voluit esse subordinata maioribus. Sit etiam illis in exemplum & terrorem Roboam qui derelicto seniorum consilio accepit quod dederūt iuuenes qui cum eo erant nutriti, quapropter maiorem partem regni sui amisit. 3. Reg. 12. maioribus semper ad hæreſcat minor, ne imbecillitate naturæ deficiat, & quia cum iuuenibus loquimur, gratiora eis adducamus exempla, insanum nempè Phaetontem qui voluit per se currus solis regere, & ideo ipse præceps perijt & aridā magno calore confecit. Sic iuuenis qui seipsum vult regere, nec alteri subijci, præceps ruet nec sibi soli, sed pluribus etiam alijs nocebit ferotiores quibuslibet æquis indomitis sunt iuuenū motus, quos vt cicures & domesticos reddat, & in officio contineat, necessaria est ei obedientia legis & mandatorum Dei & superiorum consilio ac dictis optemperare, hæc enim frena sunt quibus sensualitatis motus sub ratione quæ auriga est contineantur, in hoc ergo corrigit adolescentior viam suam in custodiendo sermones Dei.

Lucæ. 2.

3 Reg. 12.

Similitudo Phaetōtis.

Secundò quia vt dicit Ambrosius in hoc loco, melius est præuenire iuuentutem correctione, quàm post lapsum recordatione deflere & dicere Delicta iuuentutis meæ ne memineris Psal. 23. Hoc est debilitatis remedium illud robur salutis, hæc est res in periculo quia graue est, consueta repellere, magnum enim in se consuetudo vinculum habet. Facilius est enim retrahi ab ingressu, quàm ab incepto itinere prauę consuetudinis reuocari. Vnde Trenor. 3. dicitur. Bonum est viro cū portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit quia leuabit se super se: à primis annis, est bonum legi Dei assuescere, ideo enim octauo die à Natiuitate infans circuncidebatur, vt ab ipsis incunabulis legis Dei rigorē assumeret & si iugum Domini suaue est & leue, cōsuetudine leuius & suauius fit, si enim lex Dñi naturæ nostræ consona est, consuetudo est etiam altera natura, hæc ergo suauitas

Ambros.

Psal. 23.

Graue est consueta relinquere.

Tren. 3.

faciet

faciet eum solitariè sedere,& mundo & aliis tacere,sibi & soli Deo loqui,& sic solitarius meditari quomodo momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum
2. Corin. 4 gloriæ pondus operatur in nobis, vt dicitur. 2. Corinth. 4. Ex quo alius effectus sequitur, quia leuabit se super se hoc est altiori vita viuet quàm sua,super se eleuabitur,seipsum præcellet & ante ibit non enim iam viuet vita hominis sed vita Dei, vt est illud Pauli.
Ad Gal. 2. Viuo ego iam nō ego,viuit vero in me Christus, & statim. Quòd autem nunc viuo in carne,in fide viuo filij Dei. Et obseruantibus
Ezech. 20. præcepta Dei dicitur Ezech. 20. Quæ faciens homo viuet in eis. Leuabit ergo se super se,quia altiori vita viuet non carnis sed spiritus,non hominis sed Angeli,imò nō Angeli sed Dei, quoniam in operibus vitæ Deum ipsum imitabitur, Deum ipsum merebitur. Vel secūdo ex consuetudine pristina ad legem Dei affectus, leuat se super se hoc est iterum atque iterum super seipsum reflectitur & multotiens se circunspicit,& respicit ne quid fœdum cōtra legem Dei appareat, nam quæ iterum atque iterum respicimus emendatiora facimus: sicuti ea quæ sæpius relegimus secundum illud
Ouidius. Ouidij;

Cum relego,scripsisse pudet,nam plurima cerno
Me quoque qui scripsi iudice digna lini.

Vnde religiosi,quia si eleuant se super se,idest,super seipsos, & in suas actiones reflectūtur,citiùs etiam à casu leuantur, quare de eis dicitur cadunt rarius,surgunt velotius. Vel leuāt se super se in lege Domini meditantes,super se, & omnia creata eleuati,omnia tanquam inferiora à se despiciunt. Sic enim Paulus vsque ad tertiū cœlum euectus omnia creata veluti stercora reputabat, ea enim quæ à longè prospicimus minima apparēt,lex ergo Dei has plusquam ciuiles dissensiones componit,& docet hominem, quomodo & carni & spiritui prouideat,tribuendo vnicuique quod suum est,quod pœnitus se ignorare ingenuè fatebatur sapiens dicens,
Prouer. 30 Prou. 30. Tria sunt difficilia mihi & quartū pœnitus ignoro. Viā Aquilæ in cœlo,viam colubri,super terram, viam nauis in medio maris,& viam viri in adolescentia, vbi alia litera non aspernenda habet viam viri in adolescentula; quod & si multi non abs re imò propriſsimè ad mysterium Christi in vtero adolescentulę virginis clausi referant non erit extra rem ad nostrum,nos transferre propositum.

poſitum. Vir enim in homine eſt anima, caro adoleſcentula, quæ contraria ſemper viro ſuo eſt, nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem, caro ima petit, ſpiritus ad altiora ſubleuatur. Quis ergo has lites componet? per quam viam incedendum viro, vt & carnis neceſsitatibus ad ſit, & animæ curam non derelinquat? quomodo nenias huius adoleſcentulæ ferat, & ad ſeriora ſpiritus euehatur? qua via inter hæc tam aliena incœdet? quid inter hæc tam oppoſita faciendum? Hæc moleſtia maximè afficiebat Paulum Rom. 7. quando dicebat. Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in mẽbris meis. Et iterum. Ego ipſe mente ſeruio legi Dei, carne autem legi peccati. Vnde præ nimio dolore & moleſtia clamabat. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? ideſt, quis has componet lites? quis hæc bella placabit? reſpõdet ipſe. Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Hęc docet viam viri in adoleſcentula, quomodo hæc tam ſeiuncta coniungantur, quomodo hæc tam diuerſa, imò auerſa cõueniant, hæc autem gratia per Ieſum Chriſtum conceditur obſeruanti mandata Dei, in hoc ergo corriget adoleſcentior viam ſuam in cuſtodiẽdo mandata Dei. Hæc dicta ſunt ſequendo Caſsiodorum, qui per adoleſcentiorem iſtum, pronitatem & pondus noſtræ naturæ ad peccandum intelligit, quæ pronitas & inclinatio in adoleſcẽtibus magis apparet & difficiliorem facit rem, vnde aliqui totum hunc verſum legunt ſub vna interrogatione, quaſi cum admiratione atteſtantes difficillimum eſſe, iuuenes obſeruare mandata Dei, & ideo oportet eos aſſueſcere in obedientia mandatorum Dei, vt faciliùs poſsint proſequi ſecundum illud Eccl. 6. Fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vſque ad canos inuenies ſapientiam.

Rom. 7.

Caſsiodorus.

Eccleſ. 6.

Nihilominus beatus pater Auguſtinus altiores alios duos ſenſus adinuenit, alter vt per hunc adoleſcentem intelligamus populum Gentilicum, qui deſignatus eſt, Lucæ. 15. per illum filium iuniorem, qui omnem ſubſtantiam ſuam obliguriuit, & perdidit cũ meretricibus & in commeſationibus viuendo luxurioſe, ſed tamẽ poſtea reuerſus in ſe & reuocans in memoriam abundantiam panis, quæ etiam pro mercenarijs erat in Domo patris ſui, ad patrem reddit à quo beneuolè receptus eſt & indutus ſtola prima & cum ſymphonia & choro vitulus ei ſaginatus mactatus eſt, nam populus Gentilicus eggreſſus à veri Dei cultu & cognitione, omnem

Auguſt.

Lucæ. 15.

Filius prodigus.

ſubſtantiam prodegerat, ideſt, bona naturalia, & quæ à Deo acceperat conſumpſerat in idolorum cultura, & commutauerat gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem hominis corruptibilis
Rom. 1. & quadrupedum & ſerpentū, vt Paul. ait Rom. 1. Propter quæ in alia maiora facinora venerat quæ ibi Paulus ad longum commemorat, ſed per prædicationē Apoſtolorum conuerſus, ad veri Dei cognitionem redijt, à quo benigne ſuſceptus, gratiam tribuit & participem ſacrificij Chriſti fecit, qui fuit vitulus ſaginatus pro eis & omnibus immolatus, alter filius qui ſenior erat, & ſemper domi manſerat in obſequium patris, hoc egrè tulit, & de patre coram eo conqueſtus eſt, hic eſt populus Iudaicus qui non poterat ferre populum Gentilium, ſic adeo dilectum iri ſuamque priſtinā obſeruantiam legis opponebat, quod altiſsimè ſimul & luculentiſsimè Diuus Paulus in progreſſu Epiſtolæ ad Roman. tractat. Ea etiam erat murmuratio illa qua aduerſus patremfamiliàs inſurrexerunt mercenarij illi, quibus in mercede æquati ſunt illi, qui hora
Matth. 20. vndecima venerunt ad laborem vineæ, Matth. 20. & dicebant. Hi nouiſsimi vna hora fecerunt, & pares nobis illos feciſti qui portauimus pōdus diei & æſtus. Sed obſtruatur omne os quoniam hoc gratia Dei eſt quam nulli debet, & voluit hunc filium perditum reuocare, & tantam cōferre gratiam vt ſeniorem antecelleret, gaudeat ille potius & æpuletur, quia hic frater eius mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt, correxit enim hic adoleſcentior filius vias ſuas, quia iam cuſtodit mandata Dei & ſermones, & iugo legis nouę ſubmittit ceruices ſuas & ad panem patris ſui, ideſt, doctrinam legem & veritatem eſſuriens & cupidus venit.

Auguſt. Tertius ſenſus quem Diuus Auguſtinus cæteris anteponit ſic ſe habet vt ſenior agnoſcatur vetus homo, & nouus iunior. Senior qui portat imaginem terreni, iunior qui cœleſtis, quia priùs quod
1. Cor. 5. animale, deinde quod ſpirituale. 1. Corint. 5. Sed vt melius intelligatur obſerua, quod per baptiſmum regeneratur homo in nouum hominē. Antea erat filius veteris Adæ, ſed nūc iam eſt filius Chri-
Ad Eph. 2. ſti, quem Paulus Epheſ. 2. vocat nouum hominem dicens. Vt duos condat in ſemetipſo in vno nouo homine, nam in eo vetera & noua conuenerūt, & renouata ſunt in baptiſmo. Ergo deponit homo veterē hominem cū actibus ſuis, & induit nouū qui ſecūdū
Epheſ. 4. Deū creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, vt dicitur Ephe. 4. oportet enim nos naſci denuo ex aqua & Spiritu ſancto. In illo

ergo

ergo ſacro fonte vetus homo iuueneſcit. Hinc enim ortum habuit fabula quæ inter Chriſtianos circunfertur quod qui in Iordanis fluuio lauabant ad iuuenilem ætatem reddibant. In ſpiritualibus enim verum eſt quod in baptiſmate quod in Iordane inſtitutum eſt; homo renouatur in ſpiritu, regeneratur, reuiuiſcit, vetera in eo tranſeunt & facta ſunt omnia noua, quia configuratur morti & ſepulturę Chriſti, cum ſumergitur, ſed quia etiam Chriſto reſurgẽti aſsimilatur cum ab aqua exit, etiam quantum ad corpus verificatur quod tunc iuueneſcit homo, licet vſque ad reſurrectionem nõ appareat viror ętatis iuuentutis, ibi tamen eam meretur, per Chriſtum abſque dubio conſequuturum, ſi in tali nouitate vſque in finem permanſerit. Renouatur ergo homo in baptiſmo & depoſita imagine terreni cœleſtem induit ſimilitudinem ſicut ſi ferrũ vetus & eruginoſum ſi igni adhibetur erugine conſumpta, mundum nouũq; apparet, ſic in baptiſmate vbi baptizatur homo Spiritu ſancto & igne vt ait Baptiſta erugine vetuſtatis conſumpta noui cœleſtisque figuram refert. Maximum enim interſtitium eſt inter hominem ſic renouatum & alios, cæteri enim minimã habent ſimilitudinem cum Deo, eam nimirum ſolam quã habet domus cum artifice qui fabricauit illam, quæ minima quidem eſt, quoniã artifex eſt homo, domus, lapides & ligna, ſed ſolum ſimilatur ideę & formæ, quam ipſe habuit in mente quando fabricabat eam, ſic illi qui non ſunt renouati in Chriſto aſsimillantur quidem Deo, tanquam res artificiatæ artifici, conueniunt enim cum idea, quam Deus cũ rebus à ſe fabricatis in ſe habet, cæterum in alijs nulla ſimilitudo eſt, imò maxima diſparitas, cum Deus iuſtus, mundus, & ſanctus ſit, è contra ille iniuſtus, præuaricator & immundus, at verò ſic renouatus aſsimilatur Deo, ſicut carbo, vel ferrum, ignitum igni, qui cum in ſubſtantia ferrum ſit, in effectibus tamen & proprietatibus ipſiſimus ignis apparet, comburit enim, illuminat, exſicat, cæteroſque effectus ignis efficit, ſic ſic ablutus in Iordanis fonte, vbi ignis Spiritus ſancti eſt, etiam ſi homo in ſubſtantia perſeueret, in effectibus tamen ipſum Deum refert, ipſique mirificè aſsimillatur; ardet enim amore ſicut Deus, reſplendet iuſtitia, munditiesq; mentis eius illam mundiſsimã ſubſtantiã omni carẽtẽ labe diuinitùs adũbrare videtur. Ignis enim in aquis illis ardens talem confert aſsimillationẽ. Hoc deſiderio flagrabat Iſa. cũ 64. c. dicebat. Vtinã aquæ arderẽt igni: vt inde

Fabula.

Simile.

Effectus ignis.

Iſai. 64.

renouatus homo,te qui ignis conſumens es tanquam vera imago redderet. Vnde qui nunquam vidiſſet ferrum, quando videt illud à fornace ex euntem, certè exiens, ignem eſſe: adeò enim ignis illi adhereſcit,adeò penetrat,& intrà viſcera eius reconditus,& inuiſceratus eſt,vt nihil aliud quàm ignis appareat. Si animam vidiſſemus alicuius baptizati, diuinam omnino crederemus potiùs imaginem,quàm hominis formam vel partem,ſi anteà non agnouiſſemus eam;adeò enim deificata & penetrata abipſo Deo prodit,vt nihil aliud quàm Deus in ipſa appareat.Iſte ergo iunior eſt, qui cuſtodit ſermones Dei,quos in ſe inuiſceratos geſtat, hoc eſt verbum fidei quod prædicamus, & ipſa eſt fides, quæ per dilectionem operatur,ait Auguſtinus.Et ſubdit. Sed iſte iunior populus gratiæ filius,homo nouus,cantor noui cantici,hæres teſtamenti noui,iſte iunior non Cain,ſed Abel,non Iſmahel,ſed Iſaac, non Eſau,ſed Iſrael non Manaſſes,ſed Ephraim,non Eli,ſed Samuel,nõ Saul,ſed Dauid.Quid adiungat,attendite.

Auguſt.

Verſ. 2.

VERSVS SECVNDVS.

In toto corde meo exquiſiui te, nè repellas me à mandatis tuis.

Burgenſis.

NOtandum eſt pro contextu horum verſuum ex Burgenſi ſuper hunc Pſalmum,quòd hîc deſcribitur iuſtus deſiderans cuſtodire nimis mandata Dei, hoc eſt deuotè & perfectè,quod maximè difficile eſſe iudicauit cum dixit. Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.Sed ad hoc tam arduum opus exequendum diſponitur homo per opera vitæ actiuæ & contemplatiuæ, & primò per obſeruantiam mandatorum Dei.Vnde adoleſcentior ideſt incipiens in via nondum perfectus in ea,ſed deſiderio & opere tendens ad perfectionem, incipit hanc viam corrigendo ſe per obſeruantiam mandatorum Dei. Sed quia vt hoc perfectè fiat,requiritur rectitudo intentionis erga Deum,ideo in hoc verſu ſubdit, In toto corde meo exquiſiuite. Idem enim eſt quærere Deum in toto corde,& habere cor directũ ad Deum,nã qui alia præter Deum amat,retorquet cor,& incurbat ad alia,vnde de peccatoribus dicitur, non habere rectum cor Pſal.77. Cor autem eorum non erat rectum cum eo, & è contra Pſal.96. iuſti vocãtur recti corde in pluribus locis Pſal.96.Lux orta eſt iuſto,& rectis corde lætitia,ſed de hac rectitudine & integritate cordis plura

dis plura in ſuperioribus à nobis dicta ſunt. (Nè repellas me à mandatis tuis.) Auguſti. Ecce orat vt adiuuetur ad cuſtodienda verba Dei: in quo dixerat viam ſuam corrigere iuniorem, nam vtiq; hoc eſt nè repellas me à mandatis tuis. Quid eſt eum adeò repelli, niſi non adiuuari. Mandatis quippe eius rectis atq; arduis humana nō contemperatur infirmitas, niſi præueniens eius adiuuet charitas. Quos autē non adiuuat, hos meritò perhibetur repellere, & tāquā frammea fiammea prohibeantur indigni, nè manum tendāt ad arborē vitæ. Hæc Auguſtinus. Vult clarè dicere, q̄ repellere Dei, eſt non adiuuare, ſed igneo gladio eos prohibere à vita. Quod clariùs explicat D. Hieron. tranſlatio dicens. Nè ab errare me facias à mandatis tuis. Dicitur enim in Scriptura ea facere Deus, quæ permittit vt fiant: quale eſt illud, Iſa. 63. Quare errare nos feciſti Domine de vijs tuis? induraſti cor noſtrum, ne timeremus te? ideſt, permiſiſti errare. Et illud. Tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, vt faciant ea quæ non oportet: ideſt permiſit eos tradi.

Auguſt. Adeo rē-pelli nó eſt enim non adiuuari. D. Hieron. Iſai. 63.

Circa quod notandū eſt ſemel pro hac materia, quæ multotiēs occurret tractāda, q̄ multipliciter ſancti explicāt, quomodo Deus dicatur excæcare, indurare, tradere in errores &c. Primò non q̄ impertiatur malitiam, vel duritiam, vel errorē, ſed quoniā non impertitur gratiū qua homines illuminarentur, & emollirentur eorū corda: gratiam inquam, quam non debet eis, & ob ſua demerita negat. Itaq;, vt diximus, dicitur excæcare & indurare, quia id permittit. Sic D. Aug. lib. ad Simpli. & Epiſt. 205. In quod etiam conſentiunt Hierony. & Ambro. Rom. 1. ſed Origenes. 3. lib. Periarchon. cā. de libero arbitrio. Alio modo procedit, dicit enim, quòd Deus non aliter indurat peccatorem quàm patienter tollerando, tali tropo & figura loquendi quali ſolet dicere pater, vel Dñs benignus in ſeruos qui deteriores fiunt licentia, ego vos perdidi, mea begninitas fuit cauſa tantæ inſolentiæ. Vt Paulus Rom. 2. An ignoras inquit quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? tu autem ſecundum duritiam tuam & impenitens cor, theſaurizas tibi iram &c. Quod etiam videtur inſinuare Dominus Iſa. 46. vbi commemorans quanta cura & amore populū illum ingratum & inſolentem educauerit, quaſi in ſeipſum retorquens occaſionem malitiæ eorū, quæ fuit ſua benignitas, & ingens cura erga illos dicit, Ego feci, & ego ferā: ac ſi diceret, ſi mea benignitate vos abuſi eſtis, & me deſeruiſtis ſeruientis Idolis, portabo vſq; ad ſenectam,

D. Aug. Ambroſ. & Hierony. Origenes. Ad Ro. 2. Iſai. 46.

ideſt, modò tacebo, ac ſi mea lenitas erga vos eſſet in culpa. Hanc
Auguſt. de Pharaonis in duratione. & 3. lib. contra Iulian. c. 3. rationē ſequitur Auguſtinus lib. De Pharaonis induratione. Tertium modum explicandi habet Auguſt. 3. lib. contra Iuli. ca. 3. q Deus dicitur excæcare, primò non illuminando, deinde occaſiones & offendicula adminiſtrando, quibus mens humana magis, ac magis excæcatur iuſto Dei iudicio, ſed ſuo malo vitio. Poterat ex illis occaſionibus elicere coronam meriti, ſed ob ſuam malitiam & procliuem ad malum voluntatem proficit in peius. Sed quartum
Hierony. modū docet D. Hierony. Epiſt. ad Heluidiam. q. 10. dicit enim q ſicut idem calor ſolis li quefacit cæram, & indurat lutum: ita eadē Dei benignitas quendam emollit & manſuetum reddit, alium ferocem, & induratum. Sed hoc in idem reddit cum prima, quia boni benignitatem Dei in bonum conuertunt, reprobi abutūtur ea. Vltimò dicitur indurare, quoniam ad exequenda opera ſuæ vindictæ vtitur miniſtris Sathanæ, qui excæcant mentes hominum, & ideo dicitur Deus excæcare, quoniam dicitur facere quod miniſtri eius ſua autoritate faciunt. Sicut dicitur percuſiſſe Iob vlce-
Chryſoſto. re peſsimo, quia ſua autoritate eum percuſsit Sathan. Chryſoſtomus Homil. 3. ſuper Epiſtolam ad Rom. dicit, quòd ſicut cōtingit transfugis ad alienum regem transfugientibus, ſi rex ille eos affligat, expoſcunt à primo rege auxilium, ipſe iuſtè denegat, quia ad alienum regem transfugerunt: ſic & Deus cum impijs aliquando facit, qui ad alienum fugerunt, licet ſufficiens auxiliū ſemper præbeat. Dicit ergo; Ne repellas me à mandatis tuis, ideſt, ne permittas me aberrare ab eis, ſic enim & alij transferunt, ne ſinas me aberrare à mandatis tuis.

Ambroſij expoſitio. Diuus Ambroſius ſuper hunc verſum aliter procedit, intelligit enim illum de malis paſtoribus & prælatis quos ab officio docendi ſua mandata, propter eorum demerita ipſe Dominus repellit, ſe
Oſeæ. 4. Ambroſ. cundum illud. Oſeæ. 4. Quia tu ſcientiam repulliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Sed in hoc ait D. Ambro. potius reſpicit Dominus Eccleſiæ ſuæ, & membrorum ſuorum commodū. Nam
Simile. ſi medicum qui tibi medicamina plura applicat nec melius habes, ego repellam, & adducam alterum qui tibi ſalutem comparet, nūquid non melius tibi cōſulo? Si artificē qui conſumptis lignis, lapidibus, & alijs quæ ad domū ædificandam requirūtur, adhuc opus infirmum & inſtabile facit, ego repello illum, & alium adciſco qui perfectū conſtruat ædificium, non ne commodiorem rem feci, &

meliorem?

meliorem? ſic Deus ſi repellat malum ſacerdotem qui potius officit, quàm medeatur animabus, & alium loco illius ſufficiat qui eas ſanet, nonne melius ſuæ Eccleſiæ conſulitur? Si peſsimum ædificatorem propellat, qui potiùs deſtruat quàm ædificet, alium optimũ trahat qui vt ſapiens architectus firmiſsimum fundamentum iaciat, aurumque & lapides prećioſos non paleas, vel fœnum ſuper ædificet, nonne maiorem vtilitatem capiet Eccleſia? Sic ergo Deus aliquos repellit à ſuorũ mandatorum ſchola, vt alios vtiliores pro eis ſufficiat, idque petit Propheta, ne ob ſua demerita repellatur à doctrina mandatorum ſuorum. Quod etiam poſſumus ad omnes malos Chriſtianos transferre, qui ob ſua demerita à Deo repelluntur à cuſtodia mandatorum Dei, & alij eorum loco ſtatuuntur ſecundum id Iob. 34. Cõteret multos & innumerabiles, & ſtare facit alios pro eis. Et Apoc. 3. Tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam. Sunt enim ficus illa inutilis, quam Dominus Luc. 13 præcepit præſcindi: ne terram alterius fructuoſi arboris occupet. Vt quid enim terram occupat? vnde beatus pater Auguſt. ſuper Pſal. 30. in illum verſum; Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis valdè, dicit quòd mali Chriſtiani adhuc peiores & inutiliores ſunt quàm pagani. Comparantur enim pagani, & infideles alijs lignis ſcilicet vel quercubus vel alijs quæ ligna, etſi infructifera ſunt, ex truncis tamẽ eorũ poteſt fabricari domus, vel ſculpi imago: Chriſtiani verò comparantur ligno vitis Ioan. 15. Ego ſum vitis vera, vos palmites. Palmites vitis dum ipſi viti adhærent dulciſsimum proferũt fructum, ſi autem ab ea præſcindantur inutiliſsimi ſunt, ſolùm ad ignem ſunt apti: Sic pagani etiam ſi ſine fructu fidei ſint, ad alia tamen vſui eſſe poſſunt: peſsimus verò chriſticola, ſi ob peccatum mortale non adhæret viti per charitatem & Chriſti ſugat humorem, ad nihil vtilis eſt niſi ad gehennam & tartareum ignem. Sic Ezech. 15. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum quę ſunt inter ligna ſyluarum, nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus vt pendeat ex eo quodcumq; vas? ecce igni datum eſt in eſcam, vtramque partem eius cõſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauilam, nunquid vtile erit ad opus? Et Dominus vbi ſuprà. Sicut palmes non poteſt ferre fructum, niſi manſerit in vite, ſic nec vos niſi in me manſeritis, &. 2. Petri. 2. dicitur de his; Facti ſunt illis poſteriora deteriora prioribus,

Iob. 34.
Apoc. 3.
Lucæ. 13.
Auguſt. ſuper Pſa. 30
Solicitudo malorum Chriſti amorum.
Ioan. 15.
Ezech. 15.
2. Petr. 2.

melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt cognitionem retrorſum cõuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij. Canis reuerſus ad ſuum vomitũ, & ſus lota in volutabro luti. Deteriora quippe ſunt Chriſtianorum peccata quia magis ſcãdaloſa. Vnde ſubditur. Factus ſum opprobrium vicinis meis valde & timor notis meis. Scandalizantur enim valde alij de peccatis Chriſtianorum, exiſtimantes, vel timentes, ne alij qui talem religionem profitentur, ita ſint omnes. Pagani ergo ſunt veluti alia ligna quæ ab arbore abſciſſa, ſi dolentur vſui eſſe poſſunt, ſic illi ſi ab erroribus arceãtur & doctrina fidei expolientur, vtiliſsimi erunt, vt vidimus in plurimis ethnicis qui ex gentilitate ad fidem venerunt. Tu autem ſcãdaloſe Chriſtiane es lignum vitis, qui præciſſus à vite nihil amplius vales, niſi ad ignem & ad præbendum ſcandala, & offendicula alijs, & quòd de te quæratur Dominus Iſa. 42. & Rom. 2. Et nomen meum iugiter blaſphematur propter vos inter gentes. Exquire, ergo. Deum in toto corde tuo, ne expulſus à mandatis eius, in ignem æternum pereas. Hæc quia moralia erant bono animo à Diuo Ambroſio, & beato Auguſtino accepi.

Iſai. 52. Rom. 2. Ambroſ. Auguſt.

VERSVS TERTIVS.

Verſ. 3.

In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi.

DIxerat in præcedenti verſu adoleſcens, quòd ſumma diligẽtia in toto corde ſuo exquiſierat Deum, qua propter obnixe obſecrabatur, ne repulſam pateretur à mandatis ſuis, ſed quia vanum eſt rem quærere diligenter niſi eam in tuto collocaueris, ne furripiatur, ideo ſubdit in hoc. 3. verſu. In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Ac ſi diceret, non ſolum ingenti cura tua mandata quęſiui, ſed etiam grandi diligentia ſeruaui in penetralibus, ſcilicet, cordis mei, ſic Burgenſis connectit hos duos verſus, ſed Diuus Baſilius ſic explicat, quod quem admodum ea quæ inter nos prætioſiſsima ſunt in penetralibus & abditis domus noſtræ recondimus, ne pateant prædonibus, ſic vir iuſtus qui verba Dei theſauros ineſtimabiles reputat, in cordis ſui penetralibus ſeruat, ne vel inani vẽto vanæ gloriæ exuſſentur, vel à prædatore Diabolo ſubripiantur. Sunt enim qui verba Dei ore tenus ſeruant tantum prædicant, ſcribunt, legunt, cum nihil rẽmotius

Burgenſis. Baſilius.

motius à corde habeant,contra quos Ieremiæ. 12. Prope es tu ori eorum & longe à renibus eorum,Iſai.29. Populus hîc labijs me honorat,cor autem eorum longe eſt à me. In his ſemen,quod eſt verbum Dei, cadit ſecus viam & conculcatur à prætereuntibus, & aues cæli deuorant illud,non enim cecidit ſemen in locis vbi ſulci erant aperti,& terra præparata, ideſt, in terra culta ad fructificandum. Terra verbi Dei anima eſt, non caro, cor, non lingua. Quid garrule Chriſtiane, verba Dei ore tenus profers, cum animæ tuæ terra plena ſit ſpinis & tribulis? ſimilis ciſternis, & paludibus qui ripas habent plenas herbis virentibus & diuerſi generis floribus,ipſe autem referte ſerpentibus & immunditijs, & lutuoſis & ſalſiſsimis aquis, ſic lingua tua laſciuit verbis omni decore rethorum virentibus,intus autem,ciſterna plena ſpurcitijs. Et ſimilis etiam fatuis virginibus quæ ſolum in lampadibus ſumpſerunt oleũ,non intus in vaſibus cordis ſed in exteriori duntaxat apparẽtia,non igitur in ore ſed in corde ſeruanda ſunt verba Dei. Vnde Dominus Matth. 13. Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. Phraſis Scripturæ eſt imo idiotiſmus Hebræus, pretioſa vocare abſcondita, ea ſimilitudine qua ea quæ magni pretij ſunt, in abditis abſcondemus, quæ vero parui facimus in propatulo dimittimus. Vnde proloquium græcum dimanauit; Hydria in foribus,hydria quæ ex auro eſt,in triclinijs ſeratis & clauſis ſeruamus. Sed hydria ex luto pro foribus dimittimus, quia neque tranſeuntes rem tam vilem concupiſcent, nec ſi perierit tantum intereſt. Pretioſa ergo abſcõdita dicuntur phraſi Hæbrea,vnde illud Pſalmi. 16. De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum, multi ex Hebræis transferunt de theſauris tuis. Chaldaica paraphraſis ſic habet Theſaurus tuus bonus adimpleuit tecas eorum vbi theſaurum ponit vbi ſeptuaginta dicunt abſcõditis. Et puella virgo & incognita viro vocatur apud Hebræos, A alma, hoc eſt abſcondita quaſi res maximè extimabilis, quæ in abditis obſeruatur. Dicitur ergo verbum Dei theſaurus abſconditus,ideſt,maximi pretij, maximè obſeruabilis, quod non inforibus, vt hydria, ſed in intimis penetralibus cordis obſeruari debet. Quare optimè dicit noſter adoleſcens, in corde meo abſcõdi eloquia tua, ideſt, quaſi theſaurum pretioſum & ineſtimabilem in abditis viſcerum meorum recondi, in cuius ſignum omnia vaſa templi erãt ſuis faſcijs & coopertorijs abſcondita & obſeruata & aurum

Iere. 12.
Iſai. 29.
Luc. 8.
Simile.
Matth. 25.
Matth. 13.
Pſal. 16.
Figura.

& byſſus tabernaculi cooperta erant pellibus caprinis, quia omnia pretioſa etiam animæ obſerata & obſeruata, cooperta & abſcondita debent eſſe.

Vel per hoc ſignificatur, quod verbum Dei erat fixū & radicatum in corde eius, non ceciderat ſuper petroſa, vbi non poterat radices altas emittere, ſed in terram bonam & optimam, vbi radices
Epheſ. 3. multas habebat ſecundùm illud Pauli, Ephe. 3. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, vt det vobis ſecundū diuitias gloriæ ſuæ, virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiori homine, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati, hoc eſt, habere Chriſtum in corde per fidem viuam, quæ per charitatem operatur, quæ occupat non ſolum intellectum verum etiam voluntatem, quæ ſignificatur per cor, eſt eſſe in charitate radicatos & fundatos. Ibi ergo fixerat Propheta verba Dei, vt neque mors, nec vita, nec gladius, nec fames, nec altitudo, nec profundum poſſent diuellere illum à charitate
Iob. 23. Chriſti. Vnde Iob. 23. id faciebat dicens. A mandatis labiorū eius non receſsi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius, ſed ſapientia abſcondita & theſaurus inuiſſus quæ vtilitas in vtriſque, ait ſapiēs,
Eccl. 20. Eccleſ. 20. Ideo ſubdit, vt non peccem tibi. Ideo mandata & verba tua intus in corde meo reconditā geſto, vt cum opus fuerit ex tali theſauro proferam, quæ oportet contra peccatum. Hac potiſsimum de cauſa vir iuſtus in corde recondit verba Dei, vt habeat vnde reſpondeat diabolo & propellat illum, ſicut Chriſtus Dominus tribus ſacræ Scripturæ verbis reſpondit diabolo in deſerto, &
Matth. 4. vicit illum, atque à ſe profligauit & deterruit, Matth. 4. Sunt enim
Figura. illi limpidiſsimi lapides quos de torrente elegit Dauid, & miſsit in peram paſtoralem, vt inde educens eos cum illis percuteret Phili-
1. Reg. 16. ſtæum. 1. Reg. 16. Sunt enim Dei verba arma ad feriendum aduerſarium. Nonne verba mea quaſi ignis, & quaſi malleus conterens
Ierem. 23. petram? Ierem. 23. Elige ergo tibi de torrente Scripturarū aliquot ſententias, & abſconde in pera paſtorali, hoc eſt in interioribus carnis tuæ, in corde, ſic licet, & anima, vt cum aduerſarius aduerſus te ſteterit, de corde exeras verba Dei, quibus eum ferias & eneces. Deberet enim orthodoxus quiſque ex his quę in contionibus audiuit, legit vel meditatus eſt, aliquot verba in armariolo ſuæ memoriæ ſeruare, & quaſi faſciculos ex eis facere quibus cōtra tentationes,

tationes,& diabolicas ſuggeſtiones ſe defendat.Recurrat ad cor,& ibi inueniet quid aduerſario reſpondeat.Vnde ſponſa Cant. 1.Faſciſculus mirrhæ dilectus meus mihi,inter vbera mea commorabitur.Solēt mulierculæ odoriferos flores in faſciculos alligare,ac inter vbera ponere,vt ad eas accedentes fragrantia boni odoris afficiantur,ſic anima deuota & veri Chriſti ſponſa debet, vt diximus, ex Dei verbis faſciculos componere,ac inter viſcera ponere, vt accedentes ad ſe aduerſarios procul tali odore, veluti ſerpentes depellat. Bene ergo dicit Propheta, In corde meo abſcondi eloquia tua,vt nō peccem tibi. Et hoc eſt habere prę paratum cor ad Deū, vt ſemper inueniat in eo quid in oratione proferat, vel meditetur. 2.Reg.7. dixit Dauid orans. Propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum,vt oraret te.Nihil fugatius humano corde niſi ſanctis conſiderationibus retineatur, qui autem eis habet refertum,cor habet præparatum,& ideo facilè inueniet illud ad orandum, habet enim cor domi in ſe ipſo talibus fragrās meditationibus nō foris vagās, qui autè cuſtodiuit inuenit, vt dicitur in prouerbio Hiſpano(quiē guardo,hallo)quia ergo iſti cuſtodiūt verba Dei in corde,cū opus eſt inueniunt cor,quod tātis meditationibus in officio domi cōtinetur,velut alter Iacob,& ideo ſurripit benedictionē quia citius inuenitur coram Deo quā Eſau vagans, & erga plurima diſtractus.

Cæterū quoniā omnes interpretes alia via procedūt,operepretiū exiſtimaui, etiā eorū addere ſentētiā,dicunt enim,ꝙ multotiēs oportet abſcōdere verbū Dei nec illud exerare,vel proloqui,quando,ſcilicet,nō eſt admittendū vt verè verbū Dei,ſed contēptui habendū,quod Dominus docuit,Matt.7.dicens, Nolite ſanctū dare canibus,nec mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus ſuis,& cōuerſi diſrūpant vos, quod Dominus Ezech.3.cap. his verbis manifeſtauit.Et tu fili hominis ecce data ſunt ſuper te vincula & ligabūt te in eis, & nō egredieris in medio eorū,& linguā tuā adhærere faciam palato tuo,& eris mutus nec quaſi vir obiurgās quia domus exaſperās eſt,hoc eſt,quia conculcāt verba tua vt porci,inſuper aduerſum te vertūtur & in vinculis ligant: ne loquaris eis verbum nec vitia carpas, quia non ſunt digni verbis meis,& linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quod etiam eis comminatur Iſaiæ. 5. Nubibus meis mandabo ne pluant ſuper eos,nubes autem prædicatores ſunt,vt ipſemet Propheta.c.60.eos vocat dicens, Qui ſunt hi, qui vt nubes volant, Et

Cant.1. Simile.

Quid ſit in uenire cor.

2.Reg.7.

Interpretes alia via procedūt.

Matth.7.

Ezech.3.

Amos.8.

Amos. 8. Amos. 8. Mittam famem in terram, non famem panis nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Cum ergo ſermonis Dei prædicatores viderint homines contemptores verbi Dei, quibus non ſolum non proficit, verum officit veritas deterioreſque facit, memores ſint illius ſententiæ Prophetæ, Amos. c. 4. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quoniam tempus malum eſt. Vide Diuum Gregorium 22. moral. cap. 16. &. 3. part. paſtor admonitione. 15. &c. Abſcondit ergo Propheta interdum eloquia Dei in corde, nec exarare lingua audet, ne iniuriam offerat verbo Dei propter auditorum malitiam.

Amos. 4.

Gregor.

VERSVS QVARTVS.

Benedictus es Domine, doce me iuſtificationes tuas.

NON ſufficit diſpoſitio quam homo ex ſe facit, niſi præſto ſit auxiliū diuinum, cum ergo homo fecerit quod in ſe eſt corrigendo viam per declinationē à malo, & adhærēdo bono, inquirendo, & ſcrutando, ſeruando mandata Dei, adhuc deſiderat Dei operam qua in obſeruatione eorum inſtruatur, eo modo quo iuſtificetur, ideſt, doce me ſic ſeruare mandata tua vt iuſtitiā quam ex Deo eſt per eorū obſeruationē conſequar. Hanc ego ipſe meditatus ſum interpretationem, licet aliquo modo videatur hîc eā inſinuare D. Auguſt. pro quo notandū eſt, q̄ vt colligitur ex doctrina D. Pauli in tota epiſtola ad Romanos, ad hoc quod homo iuſtificetur ea iuſtitia quę corā Deo iuſtitia eſt, ideſt, ea quę verè reddit animā iuſtam & acceptā Deo non ſufficiunt opera ipſius hominis, etiam ſi quoad ſubſtantiam ſint iuſta & moraliter bona, ſed requiritur quod fiant in fide & charitate Chriſti per auxilium ſupernaturale, & ſpeciale Dei, itaque etiam ſi quis ſeruet præcepta omnia legis, niſi modo ſupra dicto ſeruauerit, non imputatur ei eorum obſeruatio ad iuſtitiam coram Deo, & hoc eſt argumentum epiſtolæ ad Romanos, in qua Diuus Paulus diſſerit contra exiſtimantes, q̄ opera legis quatenus procedebant à volūtate hominis abſq; alia relatione ad ſupernaturalia, & abſq; ſpeciali auxilio Dei, ea iuſtificabant, & optimis argumentis probat hoc eſſe falſum, diſtinguēs duplicē iuſtitiā, alteram ſecundū homines, alterā ſecundū Deū. Qui ex viribus naturæ abſq; ſupernaturali auxilio operatur bona moraliter, eſt iuſtus, non quidē corā Deo, ſed coram

Auguſt. Paulus.

coram hominibus,eſt enim imbutus habitu iuſtitiæ,à quo poteſt denominari iuſtus vt multi Philoſophi,ſicut qui eſt imbutus habitu ſcientiæ, vocatur ſciens, ſed tamen talis non eſt ſimpliciter iuſtus,quia coram Deo iuſtificatus non eſt, eſt quidem iuſtus iuſtitia hominum,ſed non iuſtitia Dei,quod Paul.Rom.4.ſic clarè aſſe Rom.4.
uerat dicēs. Si ergo Abraham ex operibus legis iuſtificatus eſt,habet gloriam,ſed nō apud Deum,& cap.10. Ignorantes enim iuſti Et cap.10.
tiam Dei,& ſuam quærentes ſtatuere,iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. Vbi hanc duplicē iuſtitiam vides,aliam Dei,aliā hominis.Sola Sola iuſti-
autem Dei iuſtitia iuſtificat,iuſtitia autem Dei eſt iuſtitia Chriſti, tia Dei iu-
quæ nobis communicatur per fidē charitate formatā, ſic Paulus ſtificat.
2.Cor.5. Eum qui nō nouit peccatū pro nobis peccatum fecit,vt 2.Cor.5.
nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo,ideſt,quod Deus pater filium ſuum qui nunquam experientia alicuius criminis peccatum nouit,pro nobis fecit peccatum, hoc eſt hoſtiam pro peccato. Scri- Diuina ſcri
ptura enim ſacra hoſtiam pro peccato vocat peccatū, iuxta illud ptura hoſtiam pro
Oſeæ.4.Peccata populi mei comedent ſacerdotes,hoc eſt hoſtias peccato vocat pecca-
& oblationes quæ offeruntur pro peccatis.Fecit ergo Deus Ieſum tum.
hoſtiam pro peccatis diffiniendo & præcipiendo homini Chriſto, Oſeæ.4.
vt ſe in ara crucis offerret in ſacrificiū & hoſtiā pro peccatis,& etiā vtendo humana natura ſibi vnita perſonaliter tanquam organo coniuncto (eo modo quo nos vtimur lingua,aut manu)vtēdo inquam illa pro materia ſacrificij ad reconciliandū nos Deo,& hoc ideo vt nos efficeremur iuſtitia Dei in illo.Iuſtitia Dei in Chriſto, eſt ipſum meritum Chriſti ſufficientiſsimū ad ſatisfaciendū pro peccatis noſtris,& ad iuſtificandū nos, dicitur autē iuſtitia Dei, & quia eſt Dei perſonaliter, & quia apud diuinum tribunal eſt vera iuſtitia ad differentiā noſtrarum iuſtitiarum, quæ corā Deo ſunt ſicut pannus menſtruate. Cum ergo cōmunicatur nobis Chriſti meritū,tunc efficimur iuſtitia Dei in Chriſto, quia efficimur iuſti non iuſtitia propria,hoc eſt ex proprijs viribus, ſed Chriſti cōmunicata nobis. Nam ſi efficimur iuſti coram Deo,eſt ex merito & reconciliatione Chriſti,hæc autem ſatisfactio, & hæc merita Chriſti non communicantur nobis niſi per fidem charitate formatam. De qua loquitur Paulus Rom.4.Credidit Abraham Deo:& repu Rom.4.
tatum eſt illi ad iuſtitiam. Hæc autem iuſtitia eſt quæ verè coram Deo iuſtificat,& de iniuſto iuſtum facit, de qua diffinit Paulus, quod nulla merita præcedentia hanc primam iuſtitiam efficiunt,

ſed

ſed merè gratis nobis conceditur per Chriſtũ, licet poſtea nos adepta iam iſta iuſtitia & gratia Chriſti per opera noſtra bona mereamur eius incremẽtũ. Sumus ergo iuſti iuſtitia Chriſti, nõ quidẽ ea, quæ eſt in Chriſto formaliter & nõ in nobis, ſed ea iuſtitia quã efficit Chriſtus in nobis efficienter, inhæret autẽ formaliter in nobis, ſicut aer eſt lucidus per lumẽ ſolis non per illud quod eſt in ſole & nõ in aere, ſed per lumen quod eſt formaliter inhærẽs aeri, licet ſit efficienter cõmunicatũ à ſole, vt in Concil. Trid. Seſsio. 6. c. 8. diffinitũ eſt cõtra hos nouos hæreticos. His præmiſsis dico q̃ hãc iuſtiConcilio Triden. tiã petit Propheta in hoc verſu, aliquid enim eximiũ & ſingulare in eo petit, ſcire autẽ quomodocunq; iuſtificationes Dei, non eſt quid magnũ, præcipuè cũ ipſe iam dixerit ſupra q̃ didicerit omnia iudicia iuſtitiæ Dei, quid ergo modo poſcit doceri, ſi antea didicerit? poſcit ergo quid eximiũ & ſingulare, ſcilicet, ſcrire, & experiri Dei iuſtificationes eo modo quo iuſti ſciũt, hoc modo prædicto ſupernaturali in fide & dilectione Chriſti iuſtificatoris noſtri, vnde prius blanditur Deo dicens. Benedictus es Domine, nam quando aliquid eximium volumus ab hominibus expoſcere prius eis blandimur & aſſentamur vt concedant, volebat petere hanc grandem rem propheta à Deo, prius ei blanditur dicẽs. Benedictus es Domine doce me iuſtificationes tuas, ideſt, inſtrue me ſeruare mandata tua, eo modo quo ſeruata iuſtificant. Hæc eſt enim ſcientia ſanctorum, de qua dicitur Sap. 10. Et dedit illi ſcientiã ſanctorum, eã Sap. 10. ſcilicet notitiam practicam exequutiuam mandatorum Dei quæ eos ſanctos efficit. Hunc altiorem ſenſum huic verſui accommodauimus, quia certè exiſtimo id voluiſſe Prophetam intelligere petendo tam obnixè Deum vt ſuas iuſtificationes doceret, & quia hæc myſteria quæ ad Chriſtum Dominũ attinent, in Pſalmis maximè recondita ſunt, quid mirum ſi vbicunq; huius theſauri venam reperimus, per conſiderationem in ea fodientes, quidquid inuenerimus pandamus? præcipuè cum beatus Auguſtinus hunc Auguſt. ſenſum videatur inſinuare dicens, quoniam in Pſal. 83. legitur. Benedictionem dabit qui legem dedit, cum dicit etenim benedictionem dabit legiſlator, ideo benedictus es Domine doce me iuſtificationes tuas, quia enim in corde meo abſcondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi, ſcilicet, legẽ dediſti, da etiã benedictionem gratiæ vt faciendo diſcã quod intimando iuſsiſti, vbi inſinuat Auguſt. Pro-Auguſt. phetam petere obſeruationẽ mandatorũ Dei, per gratiam Chriſti.

Quæ

Quæ obſeruatio eſt quæ iuſtificat.Burgenſis tamen clarius videtur hunc inſinuare ſenſum, ſed notandum eſt, quod dicit benedictus es Dñe,& ſtatim poſtulat doce me iuſtificationes tuas,nam qui de acceptis beneficijs gratus extitit: maiora & plura meretur percipere,ſecūdū quod in quadam collecta dicit Eccleſia,vt de perceptis muneribus gratias referentes, beneficia potiora ſumamus.

VERSVS QVINTVS.

In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui.

VT tenatius præcepta Dei memoriæ & volūtati inhæreant, opus eſt ea proloqui & effari nō ſolū in corde verū etiam in oreverſare quo modo ex abūdātia cordis os loquitur.Licet D.Ambro.& Caſsiod.& alij hūc verſum de prædicatoribus interpretentur,qui poſtquā imbuti fuerint diuinis præceptis & intelligētijs ea exerare alijs nō formident.Sed aduertēdū hoc dixiſſe Prophetā poſtquā faſſus fuerat ſe didiciſſe iudicia iuſtitiæ Dei,in toto corde exquiſiſſe atq; in viſceribus recondiſſe, itaq; poſtquā imple tos intellectum & voluntatē hac diuina ſcientia fatetur, tunc pronuntiaſſe ea dicit,quia nimirū verus Dei verbi prædicator,prius to tā animā ſuā imbuere,implere, & ſaginare debet diuinis inſtitutis, quā alios doceat itaq; ea quæ ſuperabundant miniſtret alijs,exemplo Chriſti Domini qui poſtquam ſaturatæ ſunt turbæ præcepit colligi fragmēta,ne perirent,ſed pauperibus erogarentur vt moris erat apud illū.Poſtquā ſatiatā habueris animā,ea quæ ſuperabundant miniſtra.Vnde Pſal.62.Sicut adipe & pinguedine repleatur, anima mea & labijs exultationis laudabit os meū. Hoc eſt ſaginetur prius anima mea,diuinis cōſolationibus repleatur, fiatq; ſicut adeps,qui ex ſuperabundantia pinguedinis liquefit, & diſtilatur. Deinde quod ex nimietate ceciderit,in aliorū vſum cōuertāt ideſt dicere, verus verbi Dei concionator,prius ſit operū quæ docet factor, exemplo ſui magiſtri qui prius cœpit facere, deinde docere. Vnde D.Bernar.dicit ꝙ nō debet eſſe prædicator ſicut tegula quę ſtatim vt recipit aquā eā emittit,ſed ſicut olla,vel chōca,quę prius ipſa repletur aqua,quā effundat,aliàs cōtinget illis quod de vxore Loth legitur quæ verſa eſt in ſtatuā ſalis,Gen.19.& animalia quę præteribāt lābientes ſalē reficiebātur,ipſa ſtatua fixa permanebat: ſic prędicatores qui dicūt & nō faciūt,ſi veritatē prædicāt,ſal terræ ſunt,vt dicit Dominus Matth.5. Sed tamē alij lābunt ſal, ipſi verò ſtatuæ

Ambroſ. Caſsiod.

Ioan.6.

Pſal.62.

Bernard. Simile. Figura.

Gen.19.

Matth.5.

ſtatuæ perſeuerant, quia nihil eis ſed alijs proficit, ſi militudinem q; tantum gerunt in dictis non ipſam veritatem in factis, cùm ſe ad operam non moueant, ſed immobiles in ſua tepiditate perſiſtant.

Iob. 9. De quibus dicitur Iob. 9. Cuius meſſem famelicus comedet, vt bene ibidem adnotauit Gregorius, quòd alij qui eſuriunt verbũ Dei meſſem peſsimi prædicatoris comedunt, nam ex eorum labore proficiunt, ipſis ſine fructu permanentibus. Quare Diuus Gregorius.

Gregor. 19. moral. c. 5. dicit; Lex quippe eſt ipſis prædicatoribus poſita, vt viuendo impleant quod loquendo ſuadere feſtinant, nam loquendi autoritas perditur, quandò vox opere non adiuuatur. Fingebant antiqui celeberrimum illum poetam Homerum, tãquam ebrium ab ore euomentem carmina, & alios poetas inde in ſuis vaſib⁹ colligẽtes. Sic ſic prædicatori cõtingat ex vbertate nimia qua repletus eſt diuinarum rerum, alij colligant, nam quod euomitur,

Pſal. 44. ſuperabundat. Vnde Pſal. 44. Eructauit cor meum verbum bonũ, eructus enim ex ſuperabundantia ciborum emittitur. Quare Salo

Prou. 30. mon Prou. 30. Verba congregantis filij vomentis, prius congreget doctor: deinde congregata euomat. Et Prouer. 5. Bibe aquam de ciſterna tua & fluenta putei tui, & deinde deriuentur aquæ tuæ foras poſtquam biberis tu, & pecora tua, & tuam irrigaueris domum hoc cœleſti rore, tunc deriuentur aquæ tuæ foras, & alios tuæ feracitatis participes efficere poteris.

Sed aduertendum eſt quod dicit pronuntiaui, non docui, quia prædicator verba exteriùs pronuntiare, ſed audientis mentem do-

Gregor. cere non poteſt, vt docet Gregorius. 19. moral. cap. 16. Quilibet prædicator verba auribus dare poteſt, corda verò aperire non poteſt, & niſi per internam gratiam ſolus omnipotens Deus prædicantium verbis ad corda audientium aditum præſtet, incaſum prædicatio aure audientis percipitur, quia peruenire ad intima ſurdo corde prohibetur &c. Quod notans Pſalmiſta non ait docui,

Acto. 16. ſed pronuntiaui. Vnde Acto. 16. dicitur quòd credidit Lidia purpuraria, cuius Dominus aperuit cor. Prædicauerat quidem Paulus, ſed non ipſe corda ad credendum mouebat, ſed Deus. Et ipſe

1. Theſſ. 2. Paulus. 1. Theſſal. 2. ait; Cùm accepiſſetis verbum auditus Dei; accepiſtis illud nod ſicut verbum hominis, ſed ſicut eſt verè verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidiſtis. Ipſi Deo attribuit opus

Epheſ. 2. credendi, nam fides (vt alibi ait Paulus) eſt donum Dei. Quare comparatur prædicator piſcatori; qui retia quidem explicat in mari,

in mari, ventus autem eſt qui piſces ad retia trahit, explicat prædicator retia Euangelij, non tamen ipſe trahit credentes & operantes, ſed flatus Spiritus ſancti qui à principio ferebatur ſuper aquas. Vnde Paulus 1. Corinth. 3. Ego plantaui Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Itaque nec qui plantat eſt aliquid, nec qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus. 1. Cor. 3.

(In labijs meis.) Qui dixerat in corde ſuo eloquia Dei habere recondita, operæpretium erat vt labia exararent quod in corde abſconditum habebat. Debent enim labia conſonare cordi, & illi concinna eſſe, aliàs vel labia, vel cor mentirentur. Quod beatus pater Auguſtinus his verbis docet ſuper Pſal. 39. Dicant labia quod habet cor, habeat cor quod dicunt labia, habeant labia quod credit cor, conſentiant labia cordi tuo quærens pacem à Deo, tibi ipſi eſto paccatus, non ſit inter os tuum, & cor tuum mala rixa. Vnde ibi Pſalmiſta, Et legem tuam in medio cordis mei, labia mea non prohibebo Domine, tu ſciſti. Exterior quippè confeſsio fidei, tempore neceſsitatis in præcepto eſt, corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem, vt dicitur Romanorum 10. Sed Diuus Auguſtinus, & Diuus Ambroſius magnam hinc mouent difficultatem & longam, quomodo Pſalmiſta auſus fuerit dicere pronunciaſſe in labijs ſuis omnia iudicia oris Dei. Nunquid non iudicia Dei abyſſus multa? Pſalmo. 35. nunquid non Paulus clamat Romanorum. 11. O altitudo diuitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius? Et Dominus Ioan. 16. ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo. Quomodo ergo Dauid omnia iudicia Dei protulit, comprehendit ne quod incomprehenſibile eſt? Sed facilimè ſoluitur ab eis hæc quæſtio, quia Dauid non dicit omnia iudicia Dei protuliſſe, ſed iudicia oris ſui, hoc eſt ea duntaxat quæ ipſemet Deus ore ſuo nobis reuelauit, & voluit palàm fieri, ea etiam labijs ſuis reſerauit Propheta. Licet ego per emphaſim hæc dicta intelligam, cùm dicat protuliſſe omnia iudicia oris Dei, acſi Propheta ſic penderet ab ore Dei, vt verba omnia quæ ab illo cecidiſſent veluti gemmas & margaritas colligeret, & in cordis intimo reconderet, vt poſteà ſummo cum gaudio etiã alijs propalaret. Ipſe enim propheta alibi dicit, Pſal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Optimus diſcipulus

D. Aug. Pſal. 39. Rom. 10. Quæſtio D. Aug. & D. Ambr. Pſal. 35. Rom. 11. Ioan. 16. Soluto quæſtiõis. Pſal. 84.

qui ab ore magiſtri pendet, placidamque & attentiſsimam aurem eius verbis accommodat. Quod Fabius Quintilianus optimus oratorum magiſter in libro ſuarum inſtitutionum his verbis docet. Pendeat, inquit, ex iudicio præceptoris diſcipulus, atque id rectè dixiſſe putet, quod ab eo prolabitur: vultum præceptoris intueatur cùm audit, & cùm aliquid ipſe dicit, abſit à tumore diſcipulus & à bona de ſeipſo perſuaſione, ex magiſtri iudicio diſcat & dicat.

Quintilianus.

VERSVS SEXTVS.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum ſicut in omnibus diuitijs.

EX pluribus conſimilibus actibus (aiunt Philoſophi) generatur habitus, qui autem ex habitu operatur, promptè & delectabiliter operatur. Delectatio autem (ait Philoſophus) perficit operationem ſicut decor iuuentutem. Qui ergo tot modis mandata Domini meditatur, ea in corde recondit, opere adimplet, verbis effatur, quid mirum ſi ex tot conſimilibus actibus habitum generet, qui promptè, & delectabiliter eum faciat operari, & dicat in via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum? Hoc eſt in exequutione mandatorum tuorum quæ ex conſuetudine verſa eſt mihi in naturam. Operationes autem naturales delectabiles ſunt. Nam vt Philoſophus in moralibus docet, delectationes ſunt propter operationes, vnde operationibus magis neceſſarijs maiores delectationes ſagax natura appoſuit, vt eas iucundiùs homines exequerentur, vt patet in ſumptione cibi qui ad conſeruationem indiuidui pertinet, & in actu generationis qui ad conſeruationem ſpeciei humanæ ordinatur. Hæc autem philoſophia vera eſt ſed infima, nec in ea ſiſtere debet ſpiritualis homo, ſed ad altiora auolare. Amor diuinus qui charitas dicitur, hic delectabiles facit operationes, ea enim quæ magis voluntariè operamur, iucundiùs & delectabiliùs operamur. Quid autem magis voluntarium, quàm amor, qui eſt propenſio voluntatis in rem amatam? Quia ergo iuſtus ex charitate operatur, hinc eſt quòd delectabiliter & iucundiſsimè operatur. Vnde in Canticis Salomonis, vbi iſti diuini amores deſcribuntur, omnia quæ ibi narrantur ad iucun-

Ariſtot.

ad iucunditatem & delectationem pertinent, ſcilicet vnguenta, flores, horti, vineæ, ligna pomifera, fragantes roſæ, vinum conditum, fauus mellis, lac, pulchritudo, & cætera omnia quæ ad delectationem & iucunditatem pertinent, ad inſinuandum quòd amor eſt parens omnium rerum delectabilium & iucunditatem afferentium. Vnde amor non omninò ſecum compatitur triſtitiam, adeò quòd ipſa mors amanti ſit delectabilis, vt in martyribus videre eſt perſpicuum. Imò inter ipſa dira tormenta iubila & mirabiles conſolationes experiebantur. Dicat ergo iuſtus; Lætabor ego ſuper eloquia tua, id eſt, amore exequor, & ideò affectus ſemper ſum lætitia. Ideo quippè (ait Beatus Auguſtinus) quòd iugum nouæ legis ſit ſuauæ, quoniam lex noua eſt lex amoris, amor autem omnia ſuaue reddit. Vnde ſancti lætiſsimam & iucundam vitam agebant. Sic Paulus 2. Corinthiorum. 7. Repletus ſum cõſolatione, ſuperabundo gaudio; & Actor. c. 17. Implens lætitia corda eorum, quare nos admonuit. 2. Corinthiorum. 9. vt læti & hylares operaremur bona, quaſi tunc ex amore & charitate fierent opera, quando cum lætitia & exultatione fiunt, non ex triſtitia, aut neceſſitate ait, hylarem enim datorem diligit Deus, & Eccleſiaſt. 35. Fili in omni dato hylarem fac vultum tuum. Sed qualis vel quanta eſt iucunditas tua, ô Propheta Dei? indica nobis ſi potes. Sicut in omnibus diuitijs. Similitudo hæc non adæquat rem comparatam, maiores quippè ſunt delectationes ſpirituales quàm corporales, etiam quæ dicuntur naturales vt dicunt philoſophi, & multò pluris habenda delectatio ſupernaturalis quam vir iuſtus ambulans in via Dei experitur. Ariſtoteles dicit quòd minimum de diuinis deſiderabilius eſt, & maioris etiam æſtimationis quàm multum de rebus creatis, vnde Prouer. 3. Pretioſior eſt cunctis opibus, & omne deſiderabile huic non valet comparari. Sed quoniam nos res ſenſibiles non trãſcendimus, ex eis venamur has ſimilitudines, & certè inter omnia concupiſcibilia ſenſus, pecunia maximè rapit affectũ, vnde eam facit Paulus 1. Timoth. 6. radicem omnium malorum. Et ratio huius eſt quoniam appetitus beatitudinis ſupremũ locum occupat inter omnia appetibilia (vt à principio huius Pſalmi ex D. Auguſt. retulimus) pecunia autem maximam ſimilitudinem habet cum beatitudine, beatitudo autem ſtatus eſt omnium bonorum, in quo nihil quod

Amor parés omniũ rerũ delectabilium. D. Aug. 2. Cor. 7. Actor. 17. Eccle. 35. Ariſtot. Prouer. 3. 1. Tim. 6.

concupiſcitur deeſt beato, inter omnia verò ſenſibilia, pecunia eſt quæ omnia deſiderabilia aucupat, eſt enim pretium omnium re-
Eccl. 10. rum, & ſic intelligitur ad literam illud Eccleſiaſt. 10. Pecuniæ obediunt omnia, quia omnia concupita ſenſibilia per pecuniam habentur. Quare cùm hanc ſimilitudinem habeat cum beatitudine, mutuatur etiam ab illa aliam proprietatem beatitudinis, quæ eſt rapere maximè & trahere ad ſe affectum, vnde inter
Similitudo ſenſibilia nihil tam concupitum, ſicut pecuniæ. Altiſsima ergo eſt ſimilitudo, quomodo ſicut inter ſenſibilia qui poſsidet diuitias, omnia poſsidet, cùm omnia obediant pecuniæ, multò magis inter ſpirituales delectationes, qui Deum poſsidet, omnia poſsidet, & verè beatus eſt hîc in ſpe, & in futuro in re, quidquid
Sapien. 7. enim deſiderari poteſt, in Deo inuenies. Vnde Sapiētiæ. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius, infinitus enim theſaurus eſt hominibus. &
Ibid. c. 8. capite. 8. Si diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius, quæ operatur omnia? & ſi iuſtitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes, ſobrietatem enim & prudentiam docet & iuſtitiam & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus. Etſi multitudinem ſcientiæ deſiderat quis, ſcit præterita & de futuris eſtimat: ſigna & monſtra ſcit antequam fiant, & euentus temporum & ſeculorum, ſcit verſutias ſermonum & diſſolutiones argumentorum. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores iuuenis, & multa alia quæ ibi dicit de ſapientia diuina, quæ eſt ipſe Deus. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam & gaudium. Omnia ergo bona poſsidentur cum Deo, quem poſsidet iuſtus qui ſeruat eius mandata, vnde
2. Cor. 1. Paulus iuſtis. 1. Corinthiorum. 3. omnia (ait) veſtra ſunt. Quod
Sancti patris Franciſci oratio. intelligens beatus pater Franciſcus hoc ſolùm in oratione profe-
2. Cor. 1. rebat per integram noctem, Deus meus & omnia mea, Deus meus & omnia mea. Et Paulus. 1. Corinthiorum. 1. Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei noſtri, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo & omni ſcientia, ita vt nihil vobis deſit &c. Quòd ſi
D. Tho. legeris. D. Tho. 2. 2. quæſtione. 82. articulo vltimo, inuenies quòd lætitia eſt effectus deuotionis per ſe, eò quòd oritur ex termino ad quem, hoc eſt ex Dei conſideratione qui eſt terminus ad

quem

quem tendit animus deuotione promptus & alacer. Dei autem conſideratio delectationem parit ſecundum illud Pſalmi. 76. memor fui Dei, & delectatus ſum, quare ex tot rationibus diligens mandatorum Dei obſeruatio delectationem & iucunditatem gignit, idcirco meritò Propheta dicit; In via teſtimoniorũ tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. Pſal. 76.

Diuus tamen Auguſtinus adhuc altiùs locum iſtum interpretatur, dicens; Viam teſtimoniorum Dei, nihil verius, nihil certius, nihil breuius, nihil grandius intelligimus quàm Chriſtum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, vt dicitur Coloſſenſes. 2. Inde iſte ait ſe iucundatum in hac via ſicut in omnibus diuitijs. Teſtimonia quippè Dei ſunt, quibus quantum nos diligit probare nobis dignatur, commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt; Romanorum. 5. Cùm ergo ipſe dicat, Ego ſum via. Ioannis. 14. & humilitas eius carnalis natiuitatis atque paſsionis, euidentia ſint teſtimonia diuinæ erga nos dilectionis, proculdubio via teſtimoniorum Dei, Chriſtus eſt. Hæc Auguſtinus. Itaque vult dicere Diuus Auguſtinus, quòd quæ Chriſtus (qui via dicitur) in carne pro nobis perpeſſus eſt, euidentia teſtimonia ſunt quòd nos diligat. Vnde crux eius, flagella, ſpinæ, claui, lancea, acætum, ſputa, alapæ, cæteraque tormenta, quæ pro nobis tulit, maximam fidem ſui amoris nobis faciunt, imò & euidentiam, nam nullum fortius euidentiusve teſtimonium amoris eſt, quàm damnum perpeti propter amicum, cætera enim, quæ te non tangunt, non tantam faciunt fidem tui erga me amoris, quàm ea quæ tu ipſe pateris. Vnde nihil fuit ſatis diabolo, vt crederet, quòd Iob diligeret Deum niſi in ſeipſo, in ſua carne aliquid pateretur. Perdiderat quidem omnem rem familiarem eius, oues, aſinos, camelos, ſubuerterat domum, oppreſſerat filios, & nihilominùs conſtans in tot aduerſis nihil ſtultum protulit contra Deum: operæpretium videbatur, vt iam diabolus eius innocentiæ conuictus eam fateretur. Sed cùm Dominus ei rurſum dixiſſet, nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd non ſit ei ſimilis ſuper terram, ſimplex & rectus, ac timens Deum & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerem eum fruſtrà. Reſpondit

D. Auguſt. Altior expoſitio. Coloſſ. 2. Rom. 5. Ioan. 14. Iob. 1.

adhuc pertinax & incredulus Satan; Pellem pro pelle, & omnia quæ habet homo dabit pro anima ſua, alioquin mitte manum tuam & tange os eius, & carnem, & videbis quòd in faciem benedicat tibi. Pellem pro pelle, hoc eſt vitam ſuam anteponet homo vitæ vxoris & filiorum & omnium, quantumvis coniunctorum; potiuſque patietur, vt pelles illorum patiantur quàm ſua: tanta vis eſt proprij amoris. Sed cùm Dominus copiam Satan feciſſet, vt id faceret, percuſiſſetque Iob vlcere peſsimo à planta pedis vſque ad verticem capitis, ita vt teſta ſaniem raderet ſedens in ſterquilinio, eumque integrum conſtantemque gratias adhuc agentem Deo vidiſſet, confuſus conuictuſque tantæ innocentiæ abijt. Nullum enim efficacius teſtimonium veræ amicitiæ eſt, quàm aliquid perpeti propter amicum. Vnde Sapiens Prouerbiorum. 12. Qui negligit damnũ propter amicum, hic iuſtus eſt; & Paulus Hebræorum. 12. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, id eſt, nondum manifeſta inditia veſtræ charitatis exhibuiſtis, cùm adhuc nihil propter amicum paſsi eſtis. Ad propoſitum ergo, multa quidem & maxima beneficia à diuina bonitate acceperat homo, quæ teſtimonium certiſsimum dabant eius erga hominem beneuolentiæ, ex nihilo enim condiderat eum, ſuper omnia opera manuum eius conſtituerat, in paradiſo voluptatis collocauerat, capacem ſui fecerat, & compotem ſuimet & ſuarum actionum, aliaque innumera ei contulerat beneficia; ſed hæc quid nam damni Deo afferebant? Quid impendij aut laboris, vel doloris addiderant? Ipſe dixerat, & facta ſunt, præter verba nullos alios ſumptus fecit: at poſtquam noſtra indutus carne mortali, dolores & patibulum tulit, & à planta pedis vſque ad verticem capitis, velut alter Iob, percuſſus eſt: iam maiora teſtimonia accepit homo tanti ac tam diuini amoris. Hæc ergo teſtimonia maximo gaudio iuſtum afficiunt, & idcirco dicit; In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, hoc eſt in Chriſto, quia via eſt & teſtimonium euidens tui erga hominem amoris, Per hæc enim teſtimonia ait Auguſtinus, quæ in illo videmus impleta, etiam futura erga nos, quæ ſempiterna promiſſa ſunt, expectamus & ſperamus implenda, qui enim proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo & non cum illo omnia nobis donabit? Romanorum. 8.

Nullũ amicitiæ efficacius teſtimoniũ quã aliquid perpeti pro amico. Prou. 12. Ad Heb. 12.

Gen. 1.

D. Aug.

VERSVS

VERSVS SEPTIMVS.

In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas.

OPerationes delectabiles frequentiùs operamur, quàm alias iucunditatis expertes. Cum ergo iuſtus ſe maxima lætitia affici in Dei mandatis faſſus fuerit; quid mirum ſi in re tam delectabili & ſibi iucundiſsima frequentiſsimè exerceat? Vnde dicit; (In mãdatis tuis exercebor.) Præterea, qui ex habitu operatur, crebriùs etiam operatur, rapimur enim ad ſolita, nec ita inſolita frequentare gaudemus, præcipuè quòd qui ex habitu operatur, per modum naturæ operatur, quæ nunquam à ſuis operationibus conquieſcit, ſemper enim ignis comburit & illuminat, & aqua infrigidat, & ſol lucet, cœlum mouetur, & quia habitus eſt ſicut parens, operationes vt ſoboles, cùm ergo generans ſit præſens, quid mirum ſi ſoboles frequenter appareat?

Sed obſerua, quòd cùm ſint duæ iuſtitiæ partes, nempe declinare à malo & facere bonum, primum eſt diſceſsio à termino à quo, ſecundum autem acceſsio ad terminum ad quem. Itaque qui mouetur, priùs diſcedit à termino à quo, deinde per motum adquirit terminum ad quem, vt in motu locali magis manifeſtum eſt, ſi enim ab hoc pariete ad illum moueri vis, priùs diſcedis ab hoc pariete, deinde per motum localem accedis ad alium, itaque non ſatis eſſet diſceſsio ab hoc pariete, ſi ſtatim quieſceres & non moueris verſus alium. Similiter in motibus animæ priùs eſt diſcedere à termino à quo, quod fit per declinationem à malo, per quam deſeritur peccatum; ſed neque hoc ſufficit ad completam iuſtitiam, niſi per motum, nempe per exercitium mandatorum Dei & bonarum operationum mouearis verſus terminum ad quem, qui eſt Deus. Vnde non ſatis eſt, vt ſaluus ſias, quòd non pecces, niſi etiam bona opera cùm oportet & valeas, exerceas. Quare dicitur Eſaiæ. 1. Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, quaſi vtrumque neceſſarium ſit, & neminem lædere, & quibus oportuerit benefacere. Multos homines inuenies, qui nemini vnquam iniuriam fecêre, neminem damno affecerunt, nec vitam, nec ſubſtantiam, nec vxorem, nec famam alicuius vſquam per iniuriam abſtulerunt; tamen nec bonum alicui fecerunt vnquàm, nec vſui ſunt proximis, nec in temporalibus, nec in ſpiritualibus, & mundus perfectionis ignarus

Duæ iuſtitiæ partes, declinare à malo & facere bonũ.

Eſaiæ. 1.

tales ſtatim catalogo Sanctorum aſcribit, cùm tamen dimidium facti teneant, potiſsimaque pars iuſtitiæ eis deſit quæ eſt facere bonum. Quapropter ego valde eos timeo, imò pluſquam alios. Nam qui male faciunt, eorum mala opera conſcientiam eorum accuſant, nec eos ſecuros viuere patiuntur: iſti verò, quia nemini nocent, nec aliquem laceſſunt iniuria, ſecuri viuunt, iamque metam perfectionis ſe exiſtimant attigiſſe, cùm tamen ſolùm diſceſſum fecerint, nec acceſſum proſequantur.

Apoc. 3. Contra quos Dominus, Apocalypſis. 3. Vtinam frigidus eſſes aut calidus, ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Aqua tepida aliquid habet caloris, licet minimum, & ideo non patitur eam ſtomachus quia nec cum calore, nec cum frigiditate ſatis conuenit: ſic iſti parum habent admixtum iuſtitiæ, nempe declinare à malo dumtaxat, cæterum nec cum frigidis, nec cum calidis conueniunt, quia nec opera charitatis exercent, nec ſe tanquam peccatores agnoſcunt, idcirco non eos patitur Deus ſed euomit, quia nec tanquam iuſti operantur bona, nec tanquam peccatores cognoſcunt mala. In vltima retributione poſt fulminatam terribilem illam ſententiam contra impios ab

Matth. 25. omnium iudice Chriſto; Ite maledicti in ignem æternum, nullam aliam rationem tam rigidæ ſententiæ contra eos adducit iudex, niſi quia bona opera non fecerunt, non enim dicit, adulteri fuiſtis, homicidæ, blaſphemi, fures, ſed eſuriui & non dediſtis mihi manducare, ſitiui, & non dediſtis bibere, hoſpes eram & non collegiſtis me, infirmus & in carcere, & non viſitaſtis me, quia quoties vni ex minimis meis nō feciſtis, nec mihi feciſtis. Ecce quàm præcipua pars iuſtitiæ eſt facere bonum. Iuſto ergo non ſatis eſt declinare à malo, nec dixiſſe, abſcondiſſe in corde eloquia Dei, vt non peccaret, niſi ſimul adderet acceſſum ad terminum ad quem per exercitium virtutum & obſeruationis mandatorum Dei, & di-

Simile. ceret; In mandatis tuis exercebor. Exercitium in corporalibus, aiunt medici, & efficit & conſeruat ſalutem, in debilibus enim excitat calorem emortuum & per membra diſpertit, vt viuificentur, in his qui recta valetudine gaudent eam conſeruat, nam malos humores conſumit & bonis vires ſuſcitat vt præualeant, fæceſque & alia melius egeruntur. In ſpiritualibus bonorum operum exercitium maximè confert, nam per ea imbecillibus deuotio penè extincta excitatur, atque per animæ

potentias

potentias diſpertitur,vt viuificentur:perfectis augetur calor, ſcilicet, charitas quæ per exercitium bonorum operum coaleſcit, ſecundum illud celeberrimum dictum Diui Auguſtini; Charitas meretur augeri vt aucta mereatur & perfici,deinde feces immunditiæque melius egeruntur, nam per talia exercitia maximè declinatur à peccatis, & ea minora quæ non poſſunt euitari per talem feruorem charitatis & exercitium bonorum operum delentur. Denique expertos in hac re aduoco teſtes, quantum emolumenti per talia exercitia experiantur indies in ſe ipſis. Dicat ergo iuſtus,in mandatis tuis exercebor. Mandata Dei amoris & pietatis ſunt,qui ergo in exequutione mandatorum Dei exercentur,operibus pietatis vacant. Vnde Paulus. 1.Timoth.4.Exerce temetipſum ad pietatem, nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis eſt,pietas autem ad omnia, promiſsionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ; Et Iacobi. 3. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc eſt,viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum,& immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo; Et Iſai. 58. Frange eſurienti panem tuum & egenos vagoſque induc in domum tuam, cùm videris nudum operi eum, & carnem tuã ne deſpexeris. Et alijs huiuſcemodi teſtimonijs referta eſt omnis ſcriptura.

D.Auguſt. 1.Timo. 4. Iacobi. 3. Iſaiæ. 58.

Sed notandum, quòd Diuus Auguſtinus legit(in mãdatis tuis garriam,vel de mandatis tuis loquar,cuius diuerſitatis eſt in cauſa verbum græcum quod hìc eſt adoleſcheſo, quod latini nonnulli interpretãtur garriam,vel loquar : alij verò exercebor,ſed in idem recidit loquar,vel exercebor, nam etiam ſæpè loquendo de mandatis Dei, exercetur in eis iuſtus, eo modo loquendi quo dicitur ſcientia exercitari in loquendo,in diſputando. Sic Dei ſeruus debet ſe exercere in mandatis Dei diſputando de illis,non dubitationis gratia, ſed ad confutandos hæreticos errores ſecundum illud Paul.ad Titum. 1.Amplectentem eum,qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana & eos qui contradicunt arguere; Et 1.Petr. 3. Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem de ea quæ in vobis eſt ſpe.Itaque oportet ſeruum Dei aliquando exerceri in diſputationibus legis Dei,vt & poſsit de ea rationem reddere cùm exquiritur, docere indoctos rebelles & contradicentes reuincere. Diuus Thom.2.2.quæſt.2.arti.10.quærit,an exquirere rationes in fide

D.Auguſt. Titum.1. 1.Petr. 3. D.Thom.

minuat meritum fidei. Reſpondet, quòd rationes præcedentes fidem, minuunt eius meritum, ſubſequentes verò augent. Hoc eſt dicere, requirere rationes vt credas, infidelitatis indicium eſt, fides enim non innititur rationi demonſtrantis, ſed authoritati di-
D. Gregor. centis, ſecũdum illud dictum Diui Gregorij homil. 16. Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimẽtum; ſed poſt quàm firmiter authoritati diuinæ credidiſti, inquirere rationem vt firmiùs & delectabilius fidei inhæreas, & alios poſsis docere, vel reuincere, maximum meritum eſt. Et idem eſt dicendum de ſignis. Petere modò ſigna vt credas, incredulitatis ſignum eſt, poſtquam autem credidiſti, gaudere quòd fiant ſigna, quæ te confirment, & infideles confundant, licitum imò meritorium eſt.
B. Luciæ oratio. Vnde beata Lucia dicebat; Rogaui Dominum meum, vt ignis iſte non dominetur mihi, & impetraui à Domino inducias martyrij mei, vt credentibus timorem auferam paſsionis, & non credentibus vocem inſultationis. Ecce ad quid beata puella petebat fieri ſigna & miracula à Deo. Hæc propter diuerſam tranſlationẽ Diui Auguſtini dicta ſufficiant.

(Et conſiderabo vias tuas) Inueſtigabiles ſunt viæ Dei ait Pau-
Roma. 11. lus Roma. 11. & Iſaiæ. 55. Sicut ſeparantur cæli à terra, ſic ſe-
Iſaiæ. 55. paratæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, ſed nos ſolùm veſtigia quædam viarum Dei meditamur, intuentes quibus vijs, quibus ſemitis electos ſuos ad patriam perducat, hunc per aduerſa, illum per proſpera, hunc in coniugali ſtatu, illum in cælibatu, quod & in die iudicij admirationem & extaſim in electorum animis faciet, videntes ex quibus periculis eruti ſunt, per quas difficultates per Dei manum ad ripam ſalutis appulerunt. Quomodo niſi tali tempore Dominus ab eo eriperet ſalutem, vel ſubſtantiam, vel ea quæ ſibi videbantur commoda, in perpetuum interijſſet, illi fuit neceſſaria tentatio, huic ſubuentio; illis ſubſtantia, huic paupertas; vni ſalus, alteri infirmitas. Nunc talem admirationem efficiebant diuerſi modi eundi per viam Dei in beato Anguſtino, qui talem diuerſitatem ambulandi in via Dei mirabatur, in qua alius ſic, alius ſic ibat, tunc quando cla-
Iob. 26. riùs patebunt quid erit niſi dicere, cum Iob capit. 26. Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius, & cùm vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitrum magnitudinis eius intueri?

VERSVS

VERSVS OCTAVVS.

In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

INter alia incommoda quæ ex originali peccato contraximus, vnum fuit obliuio, vt ait Caſsiodorus. Ad obuiandum ergo huic malo Propheta dicit ſe meditari in mandatis Dei, ea enim quæ frequenter meditamur, fortiùs memoriæ inhærent, nec ita facilè obliuiſcimur. Sed aduertendum, quòd verſu præcedenti dixit, in mandatis tuis exercebor, hîc autem, in iuſtificationibus tuis meditabor. Diuus Ambroſius meditatur diſcrimẽ quoddam inter mandata & iuſtificationes, vt mandata ſint, quæ ſimpliciter traduntur in decalogo, vt honorare parentes, non occidere, non mechari, & hæc exercenda ſunt in opere, nec tanta indigent meditatione, quia de ſe ſunt clara. Alia verò ſunt mandata myſtica & figurata, ſicut ꝙ Aaron & filij eius haberent fœminalia quãdo ingrederentur templum Domini, & quòd abſtinerẽt ab vxoribus, ad ſignificandum mundiciem & caſtitatem & honeſtatem, quæ debent pollere ſacerdotes. Similiter Deuter. 15. Si venditus fuerit frater tuus Hebræus, ſex annis ſeruiet tibi; & in ſeptimo dimittes eum liberum: per quod figurabatur, quòd electi in hoc mundo (qui per ſex dies ſignificatur, in quibus fuit conditus) oportet ſeruire carnis neceſsitatibus, ſed in ſeptima ætate quæ erit reſurrectionis, à tali ſeruitute erunt plenè liberi, & hæ vocantur iuſtificationes quas oportet meditari, vt myſteria in eis recondita intelligamus (Non obliuiſcar ſermones tuos) Summum genus ingratitudinis eſt non recordari accepti beneficij, & tanquam ſi non fuiſſet acceptum obliuioni tradere. Homo autem inter cætera mala maximè obliuioſus eſt. Vnde apud Hebræos inter alia vocabula quibus homo nominatur, dicitur, Enos, quod ſignificat hominem vilem & obliuioſum, à verbo, naſco, quod ſignificat obliuiſci. Et aiunt quòd in Pſalmo. 8. vbi nos legimus, quid eſt homo, quòd memor es eius, apud Hæbreos eſt, Enos, ad maiorem emphaſim exprimendam, hoc eſt, quid eſt, hoc quòd immemoris & obliuioſi memineris & recordaris? Sanctus ergo propheta huic malo mederi cupiens, proponit ſe nunquam obliuiſcturũ eius mãdata, ſequutus optimũ D. Iacobi cõſiliũ; Nõ auditor obliuioſus factus, vt vel ſic ipſi Deo rependamus vices,

Caſsiodorus.

D. Ambroſius.

Deute. 15. Simile.

Pſalm. 8.

Iacobi. 1.

Iſaiæ.49. vices,qui talem ac tantã noſtri memoriã habeat,vt per Iſaiam dicat, Nunquid poteſt mulier obliuiſci infantis vteri ſui? & ſi illa Oſeæ. oblita fuerit,ego tamẽ nõ obliuiſcar tui. Aliâs quæritur de nobis Deus,Oſeæ.4.oblita es legis Dei tui,contra quod propheta; Non obliuiſcar ſermones tuos. Sed aduerte, quòd aliqui ex Hebræo tranſferunt,in mandatis tuis delitiabor, ſed idem eſt meditari & delitiari, cùm meditatio rei dilectæ, delectationem pariat. Et hæc de ſecunda litera, Secundo octonario,& ſecundo tractatu.

TERTIVS OCTONARIVS.

ג

1. Gimel. Retribue ſeruo tuo,viuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos.

2. Gimel. Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.

3. Gimel. Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.

4. Gimel. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas, in omni tempore.

5. Gimel. Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.

6. Gimel. Auferà me opprobrium, & cõtemptum quia teſtimonia tua exquiſiui.

7. Gimel. Etenim ſederunt principes & aduerſum me loquebãtur,ſeruus autẽ tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis.

8. Gimel. Nam & teſtimonia meditatio mea eſt & conſiliũ meum iuſtificationes tuæ.

INCIPIT

INCIPIT TRACTA-tus tertius.

VERSVS PRIMVS.

Retribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.

IN hoc tertio octonario ponitur tertia litera Alphabeti Hebræi, quæ dicitur, Gimel, ſiue Gimal, quæ interpretatur retributio, ſiue plenitudo, hic enim Pſalmiſta conſiderat multiplicem indigentiam humanam, vt eſt infirmitas carnis, ignorantia mentis, pronitas ad malum, exilium à patria, hoſtium multiplicitas, & propter hæc incommoda gratiam Dei quærit, quæ infirmitatem carnis, & vulnera naturæ ſanat: & ſine qua anima non viuit, vt per gratiam viuificata cuſtodire poſsit omnia mandata, nam contra infirmitatem carnis poſtulat vitam gratiæ quæ viuificando animã, & carnem etiam corroborat, contra ignorantiam mẽtis, petit vt illuminentur eius oculi: in verſu ſecundo aduerſus pronitatem ad malum, vult concupiſcere bona, verſu .4. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas &c. cõtra multiplicitatem hoſtium, quæritur verſu. 7. dicens; Etenim ſederunt principes &c.

Sed ſecundum aduertendum eſt, q̃ in hoc octonario propheta induit perſonam peregrini & hoſpitis dicens verſu. 3. Incola ſiue peregrinus, vt alij legunt ex Hebræo, ego ſum in terra, vt ſupra Pſalmo 38. dixerat; Aduena ego ſum apud te & peregrinus ſicut omnes patres mei, & Hebræ. vltimo. Non habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus, & capit. 11. de ſanctis illis patriarchis dicit, quòd morabantur in terra aliena, in caſulis habitando, confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram, imò ſic loquebantur ipſi, & hic erat modus loquendi apud eos, vt patet Geneſ. 47. quando Pharaoni interroganti Iacob, quot ſunt dies annorum vitæ tuæ, reſpõdit. Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt parui & mali, quandiu enim ſumus in corpore (ait Paulus. 2. Corint. 5.) peregrinamur à Domino, illam petimus ciuitatem in qua Dominus eſt quam expectabant iſti verè peregrini, vt Paulus Heb. 11. expectabant enim fundamenta

Indult per ſonam peregrini. Pſalm. 38. Hebr. vlti. Ibid. ca. 11. Gene. 47. 2. Cor. 5. Hebr. 11.

damenta habentem ciuitatem cuius artifex, & conditor Deus, pe
D. Bernardus. regrinus (vt ait D. Bernardus ſerm. 7. de quadrageſima) via regia incedit, non declinat ad dexteram nec ad ſiniſtram, ſi forte iurgantes viderit, non attendit. Si nubentes, aut choros ducentes, aut quodlibet aliud facientes nihilominus tranſit, quia peregrinus eſt & non pertinet ad eum de talibus, ad patriam ſuſpirat, ad patriam tendit, veſtitum & victum habens non vult alijs onerari, nihil curat de huiuſmodi delitijs, qui taliter ſe peregrinum æſtimat ea quę
1. Petri. 2. in patria ſunt ſperans ad ea toto animo tendit. Vnde. 1. Petri. 2. ait Apoſtolus; Obſecro vos fratres tanquam aduænas & peregrinos abſtinere à carnalibus deſiderijs, tanquam nihil ad vos pertineant, qui maiora petiſtis, & ad altiora pergitis. Hæc enim deſideria aliena ſunt à vobis, non propria, nam quæ in peregrinatione contingunt, aliena ſunt, quæ in patria propria, ideo in ſcriptura peccatores qui huius mundi bona quærunt, prædones &
Iob. 12. fures vocantur, vt Iudas qui fur erat. Iob. 12. de peccatoribus di-
Thren. 3. cit. Abundant tabernacula prædonum, & Threnorum 3. Oculus meus deprædatus eſt animam meam, hoc eſt eam fecit in alienis delitiari. In cuius ſignum Chriſtus Dominus, inter duos latrones crucifixus eſt, hoc eſt inter duo nequam, vt adimpleretur va
Iſaiæ 53. ticinium Eſaiæ. 53. cum iniquis deputatus eſt. Vbi iniquos, vo-
Pſal. 16. cat latrones, & Pſalmo. 16. vbi nos legimus, Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras, dicit alia litera, vias latronis, id eſt, peccatoris, fuit enim cum peccatoribus deputatus & tanquam peccator punitus. Ecce vbi peccatores vocat latrones, ſurripiunt enim huiuſmodi bona quæ aliena ſunt ab eis, non propria. Hæc enim proprietas patria æterna eſt, quare vocatur hæreditas iuſtorum & merces eorum, multotiens in ſcriptura, ob quam etiam rationem vocantur adulteri. Iudicio adul-
Iſaiæ 38. terarum contendam tecum Iſaiæ. 38. quoniam alienis ac extraneis fruuntur voluptatibus, quaſi à pecudibus furentur eas.
Prouer. 9. Vnde eſt illud dictum peccatorum Prouerbiorum 9. Aquæ furtiuæ dultiores ſunt, furantur enim has voluptates à beſtijs. Peregrini ergo, & hoſpites ſumus in cuius typum fortè inſtituta eſt ſolennitas Sceno phegiæ, hoc eſt tabernaculorum in qua filij Iſrael per aliquot dies in tabernaculis habitabant, vt intelligerent ſe eſſe hoſpites & peregrinos, nec habere hic manentem ciuitatem, &
Ierem. 17. quod Ienadab filius Recab præcepit filijs ſuis Ierem. 17. ne habitarent

tarent in oppidis, ſed in deſertis in tabernaculis, vt ſe peregrinos agnoſcerent, quod & longiſsima illa peregrinatio filiorum Iſrael quadraginta annorũ per deſertum etiam videtur expreſsiſſe, induit igitur in hoc octonario noſter Pſalmiſta peregrini perſonã.

Sed obſeruandum cum Domino Caietano hic, quòd hæc perſona peregrini deſcribitur dupliciter, primò relata ad bonum deſideratum, ſecundo relata ad malũ præſens quod patitur, ad triplex autem bonum deſideratum refertur, primò ad præmium, etenim illud petit tanquam mercedem dicens; Retribue ſeruo tuo, vocatur enim corona iuſtitiæ. 2. Tim. 4. primum enim concupitum à peregrino in terra eſt hæc retributio æternæ beatitudinis, ſed ſecundum bonum, quod concupiſcit eſt continuum meritum continuè obſequi Deo, & ideo dicit, viuifica me & cuſtodiam ſermones tuos, Tertium concupitum eſt à peregrino exercitatio mentis in conſideratione diuinorum, & ideo dicit, reuela oculos meos &c. Sed referendo ſe ad malum quod patitur ait verſu. 6. Auer à me opprobrium & contemptum. Exercitatio ergo peregrini in hoc exilio, hæc eſt, æternum deſiderare præmium, & conſequenter meritum quo adipiſcitur, exercere ſe in conſideratione diuinorum, claris & apertis luminibus opprobria quæ pro Chriſto, vel pro peccatis ſuis patitur, vel patienter tolerare, vel non reputare, vt opprobria, dicit ergo propheta, retribue ſeruo tuo, viuifica me & cuſtodiam ſermones tuos, hoc eſt, hoc mihi obſecro dona ſeruo tuo cupienti tibi ſeruire, vt gratiã conferas qua viuam & præcepta tua obſeruare valeam. Vbi aduertendum eſt ex Titelm. ſuper hunc locum, quòd hoc verbum, retribue, hic non ſignificat retributionẽ quaſi ex viciſsitudine reddendam pro aliquo prius exhibito ſeruitio, vel merito, ſed ſimpliciter ſignificat retribue, vel dona liberaliter, nã retribuere aliquando ſolũ ſignificat tribuere, ſicut retributiones vocãtur etiã ea beneficia quæ dantur liberaliter, nõ quaſi mercedes, vel viciſsitudines aliorũ præcedentiũ, quod patet Pſal. 115. verſ. 3. vbi dicit. Quid retribuã dño pro omnib⁹ quę retribuit mihi, nã licet priori loco retributio ſignificet quaſi debitũ ſoluere, pro accepto beneficio viciſsitudinẽ reddere: poſteriori tamen loco hunc ſenſum facere nõ poteſt cũ dicit, pro omnibus quæ retribuit mihi, nam Deus nihil nobis debet, ipſe enim oẽs noſtras retributiones anteuenit, ſicut Paul. dicit Rom. 11. Quis prior dedit illi & retribuet ei? quare ibi pro tribuere ſimpliciter accipitur, & ita

Caietanus.

2. Timo. 4.

Titelmanus.

Pſal. 115.

Roma. 11.

D.Hieron. tur, & ita in præſenti. Vnde Hieronymus ſic vertit, tribue, & alij iuxta ſententiam vertunt, benefac ſeruo tuo, id eſt, damihi gratiam quæ ideo dicitur gratia, quia gratis datur non in retributionem aliorum operum, alioquin gratia iam non eſſet gratia: ſi in Roma.6. retributionem operum daretur, vt infert Paul. Roma. 6. Cæterùm licet hæc ita ſe habeant tamen non prætermittendum, quod Di-D. Auguſt. uus Auguſt. ſuper hunc verſum dicit, ſcilicet, quòd ſunt quatuor retributiones, aut enim mala pro malis retribuuntur, ſicut Deus ignem æternum retributurus eſt impijs, aut bona pro bonis, ſicut regnum æternum retributurus eſt iuſtis, aut bona pro malis, ſicut Chriſtus per gratiam iuſtificat impium, aut mala pro bonis, ſicut Iudas & Iudæi ſua malitia occiderunt Chriſtum. Harum quatuor retributionum duæ priores pertinent ad iuſtitiam, ſcilicet, bona pro bonis, & mala pro malis retribuere, quartã Deus neſcit. Nulli enim malum pro bono reddit, ſed eſt proprium ingratorum. Tertia vero pertinet ad miſericordiam, ſcilicet, bona pro malis reddere, & hæc primitus neceſſaria eſt, niſi enim Deus retribueret bona pro malis, nullo modo eſſent quibus retribueret bona pro bo-Titum. 3. nis. Sic Paulus Tit. 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum 2.Timo. 1. regenerationis, &. 2. Timoth. 1. Qui prius fui blaſphemus, & perſequutor, ſed miſericordiã conſequutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate mea. Ecce quomodo in illa Dei miſericordia qua iuſtificat impium reddendo bona pro malis, fundantur reliquæ retributiones iuſtitiæ. Quapropter miſericordia Dei eſt veluti fundamentum omnium operum eius imò & ipſius iuſtitiæ, nam vt D.Thom. author eſt Diuus Thom. 1.p.quæſt.21.arti.4. in omnibus operibus Dei reſplendent eius miſericordia & iuſtitia, imò ſunt fundaPſal.100. mentum omnium operum Dei ſecundum illud Pſalmi. 100. MiPſalm. 24. ſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine, & alib. Pſalm. 24. Omnes viæ Domini miſericordia & veritas, id eſt, iuſtitia; tamen ipſa etiã iuſtitia fundatur in miſericordia, nàm ſi iuſtitia eſt quòd Deus prouideat rebus ſecundum quod cuiuſque conditio efflagitat, hæc tamen iuſtitia in miſericordia fundatur, miſericordia quippe Dei fuit res ſic condere & conſeruare, & ex beneplacito ſuo id fecit & facit, & ſi iuſtitia eſt iuſto mercedem æternam retribuere, fundamentum tamen talis iuſtitiæ fuit miſericordia volentis tale præmium talibus operibus decernere, quod ſi iuſtitia Chriſti

Chriſti ſaluamur, ſumma tamen miſericordia eſt, talem nobis iuſtitiam gratuitò donare, igitur primum fundamentum omnium operum Dei eſt miſericordia. Vnde Pſalm. 98. Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam. Vbi tanquam primum fundamentum ponitur miſericordia, quale ergo erit ædificium, cui tale ſubſternitur fundamentum; nam ſi radix ſancta, & rami, vt dicitur Roma. 11. Si fundamentum miſericordiæ, & ædificium etiam, vnde nullum opus Dei inueniemus expers à miſericordia, nam & in ipſa punitione malorum miſericordia Dei adeſt; potuiſſet enim duriora & grauiora ſupplicia pro eorum peccatis decernere, id quippe eſt, quod dicunt Theologi, quòd Deus punit citra condignum. A tali fundamento opera Dei eriguntur miſericordiam redolentia, in cuius odorem ſponſa cum adoleſcentibus currit. In cuius ſignũ ipſum tabernaculum, parietes & omnia vtenſilia eius oleo linita ſunt, Exod. 30. ad inſinuandum, quod omnia opera Dei tã maiora quã minora, hac miſericordia liniũtur. Vnde Pſal. 144. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius, nõ ſolũ miſericordia eſt fundamẽtum, verum etiam ædificium quod inde conſurgit, hanc ergo retributionem hic petit homo nõdum iuſtificatus deſiderans tamen viuificari per iuſtitiam & gratiam Dei, retribue ſeruo tuo, hoc eſt retribue bona pro malis, me iuſtificãdo gratis, viuifica me & cuſtodiam ſermones tuos, ſiue viuã, vt legit Auguſtinus & alij transferunt ex Hebræo, licèt in idem vtraque lectio recidat, ſi viuam, dicamus eſſe optatiui modi, nam verbum optantis implicitè eſt petentis, ea enim petimus quæ optamus ſicut cum dicimus, vtinam hoc fieret, implicitè id petimus ab eo qui poteſt præſtare, ſic in propoſito.

Pſalm. 98. Roma. 11. Exod. 30. Pſal. 144.

Sed præterea aduertendum, quòd Diuus Auguſtinus vult, ꝙ in hoc verſu loquatur homo infidelis, qui petit viuificari per fidem, nam iuſtus ex fide viuit, vt dicitur Roma. 7. Hæc autem fides eſt quæ per charitatem operatur, nam hæc eſt fides iuſtificãs, ſed nos maioris claritatis gratia intelligimus, hic loqui quemlibet peccatorem, qui non ſolum peregrinatur à patria verũ etiam à gratia Dei, per quam petit iuſtificari, peccator enim mortuus dicitur, quia non viuit vita hominis, ſed vita bruti, eſt enim beſtia viua, ſed homo mortuus, nam operationes quas operatur non ſunt hominis, ſed animalis, ſolum comedere, viuere, augeri, ſentire, hãc vitam viuit brutum. Cæterùm ſecundum rationem operari, quod

D. Auguſt. Roma. 7.

eſt proprium hominis inquantum homo, nihil minus. Vnde pec
Peccator à philoſophis viua mors appellatur.
cator à Philoſophis vocatur viua mors, cadauer ſenſitiuum, in cor
pore enim viuo portat animam mortuam, cadauer etiam eſt cor
pus, quod ſine anima eſt, anima autem in peccatore nō viuit, quia
vita per motum dignoſcitur & per operationem, ſed anima pecca
toris, nec operatur, nec mouetur in proprias operationes animæ,
ſed corporis, cum eius motibus, & voluptatibus trahatur: & ſecun
do quia ſicut vita corporis eſt anima, ſic vita animæ eſt Deus, de
ipſo enim dicitur quod eſt vita noſtra, vnde ſicut corpus moritur
per ſeparationem animæ ab eo, ita & anima mortua dicitur, quan
do Deus qui per gratiam eam inhabitabat, propter peccatum ſe
D. Auguſt. abſentat ab ea. Vnde Diuus Auguſtinus dicit; Non ſunt in te vi
ſcera miſericordiæ frater, ſi luges corpus à quo receſsit anima &
nō luges animam à qua receſsit Deus, quare dicitur peccatū mor
Iacobi. 1. tale, quia per illud anima incurrit mortem ſuam, & Iacobi. 1. Pec
catum cum conſummatum fuerit generat mortē. Cum ergo pec
cator ſine Deo ſe mortuum agnoſcat; petit gratiam qua viuat, &
operationes talis vitæ operetur, quæ ſunt obſeruare mandata Dei
dicens: Viuifica me & cuſtodiam ſermones tuos, per gratiā enim
iam homo cooperatur hæc opera meritorie, gratia enim viuificat
totam animā & ex ea tanquā ex radice procedit charitas: quæ eſt
habitus, opera eius & cætere virtutes quæ ancillantur illi.

Sed non prætermittendū quod quidā ex Hebrææ linguæ peri
tis hic dicūt, quod verbū, Gamel quod hic ponit in Hebræo ſigni
ficat mercedē ſoluere & viciſſitudinē retribuere, & Gimal ſignifi
cat hāc mercedē & retributionē, vnde dicunt q̄ propheta hic pro
mercede ſuorū operū nihil aliud petit, niſi vitam quā in obſequio
diuinæ legis impendat, quod cōmuniter dicitur in noſtro vulgari
Pſal. 117. (viuir para ſeruir a Dios) ſecundū illud Pſalmi 117. Non moriar
Pſal. 118. ſed viuam, & narrabo opera Dñi, & illud Pſalm. 113. Non mortui
laudabūt te, nec omnes qui deſcendūt in infernū, ſed nos qui viui
mus benedicimus Dño, ex hoc nūc, & vſq; in ſeculū, quaſi cōfeſ
ſio iuſtorū, quæ in hoc ſeculo incipit in alio perſeueret, vnde ſecū
dum iſtos perſona loquēs in hoc verſu nō eſt infidelis nec pecca
tor, ſed iuſtus qui deſiderat viuere vt Deo ſeruiat, quare ſic legūt,
(Retribue ſeruo tuo vt viuā, & cuſtodiā verbū tuū) aſi dicat, ſi q̄d
merui corā celſitudine tua, hanc peto viciſſitudinē & retributionē
vt viuā ad obſequēdū verbis tuis, & certè vita p̄ſens ad nihil aliud

deſide-

desiderāda venit,nisi vt in ea seruiamus Deo, si quid eñ veri boni hæc vita habet hoc solum est, quod est trāsitus ad futurā,& quod per actiones quas operamur in curriculo quo vita præsens voluit meremur eternā.Deus enim omniū artifex omnib⁹ creaturis, quę ipsius Dei fruitione capaces sunt,suos terminos ac periodos cōstituit,in quibus ipsum possent mereri atq; lucrari vnicuiq; secundū suæ naturæ cōditionē. Angelus quia immobiliter apprehēdit, & id cui semel adhæret inuiolabiliter tenet,breuiorē morulā & periodū quo mereret statuit,instans scilicet illud quo liberā operationē habere posit,qua mereretur,vel demereret, nā si meritoria fuisset, in illa semper esset permāsurus, similiter, si demeritoria,quare superflua esset maior expectatio tēporis;vnde & post tale instās, statim præmiati boni,statim & puniti mali sunt. Homo verò (quia vertibilis arbitrij est, nec vnquā in eodē statu permanet, sed sicut foliū arboris quolibet vento circūfertur,sic homo diuersis rapitur desiderijs,& nūc hoc,nūc oppositū eius quod statim desiderabat, appetit)longiorē viæ terminū efflagitabat, nā à quacūq; operatione euolui poterat in cōtrariā,& ideo vniuersus cursus vitæ præsentis ei traditus est in terminū,hic curriculus tēporū qui in tot vicissitudines inuoluitur, vt si fortè deliquisset haberet tēpus quo in melius verti posset,si meruisset eius perseuerātia,vel flexibilitas agnosceretur.Angelus ergo ex ære inflexibili est cōditus,& ideo in sua prima plenè libera actiōe pertinax semper perseuerat,homo verò ex massa luti ex qua trāsferri posset in vas honoris de vase contumeliæ,vt Magdalena,& Petrus & Iatro,& è cōtra,in vas contumeliæ de vase honoris vt Iudas,cū igitur vita præsens trāsitus sit ad futurā ad hoc solū eā appetit iustus vt in ea mereatur æternā obsequendo mandatis Dei & omnes actiones suas in obsequiū eius dicādo,vt siue comedat siue bibat, siue quid aliud faciat in gloriam Dei faciat,sicut cōsulit Paulus.Dicat ergo iustus secūdū illumvltimū sensum,hāc solū opto in hac vita retributionē,vt viuā nō mihi nec mūdo,nec hominibus, sed tibi soli cui in omni vita mea obsequi debeo, vt dicat cum Paul. Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus.Et illud.Quod autem nūc viuo in carne,in fide viuo filij Dei,ideſt,opera quæ facio, per quæ manifestatur vita qua viuo opera sunt fidei Christi, per quæ omnibus manifestū est me viuere non mihi,nec mundo,sed Christo,quare & ipse sperabat & in conscientijs hominum manifestum se esse. 2.Corinth. 5. Galat. 2. 2.Cor. 5.

VERSVS SECVNDVS.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Duplex lumen in homine Christiano.

NVlli dubiũ est quin hic lumen supernaturale postulet ad penetranda mirabilia de lege Dei, circa quod aduertendum, quòd in homine Christiano duplex lumen intelligere possumus, alterum naturale & proprium, alterum supernaturale & excellens, primum est lumen naturale adeò proprium, adeoque intimum homini vt sine illo non sit homo, quod lumen etsi aliæ creaturæ etiam homini inferiores communicent plus, vel minus, secundum quod cuiusq; conditio & natura efflagitat, omnes enim mutuatum suum lumen habent ab illo patre luminum apud quem non est trãsmutatio nec vicissitudinis obũbratio, vt ait Iacobus, suasque lucernullas in illa diuini luminis fasce inflamant, vt tali illuminati luce suos fines naturales attingant, etsi, inquam, ita sit quòd hoc lumen naturale omnes creaturę etiã infimæ participant, est tamen maximum interstitium inter illas & hominem, nam homo, quia ad imaginem Dei est formatus lumen vultus eius communicat, secundum illud Psalm. 4. Multi dicunt quis ostendit nobis bona, signatum est super nos lumen vultus tui Domine, non desunt inquisitores, qui nos interrogant à quo discimus, quod tu Deus sis, qui tot & tam magnifica donnobis contuleris, quibus respondemus tanquam sygillum habere super nos lumen vultus tui quo & faciem tuam cognoscimus in hac vita quidem velatam, sperantes in alia reuelatam cernere. Cætere verò creaturæ minores homine non communicant lumen vultus Dei, quo ipsum, vt finem supernaturalem attingant, eius faciem sperent contemplandam, sed lumen tantum pedum eius. Sunt enim non Dei imagines sed vestigia, nam sicut per vestigium in puluere, vel arena impressum non cognoscitur vultus transeuntis, nec si fuit Petrus aut Ioannes, sed duntaxat quòd homo aliquis per illam transierit viam. Sic per cæteras creaturas, solum intelligimus quòd Deus per illas per transierit, ac perfectiones illas, veluti vestigia in eis impressa reliquerit, verum hæc vestigia Dei adeò à nobis sunt abscondita, vt nec ea intelligere possimus, nec enim quidditates aut naturas rerum, etiam minores nobis penetramus. Vnde Iob 12. Forsitan vestigia Dei comprehendes, homó igitur hoc lumen naturale, tanquam proprium accepit

Iacobi. 1.



Psalm. 4.

Iob. 11.

à Deo,

à Deo, ſed quoniam minus ſufficiens erat ad omnia neceſſaria ad ſuum finem, aliud lumen ſuperaditum, & ſuperexcellens ab ipſo Deo accepit cuius nō omnes creaturæ compotes ſunt, nec ipſi homini proprium eſſe poteſt, ſed gratuitò communicatum, & hoc dicitur lumen gratiæ ſuper infuſum, quod animam Deificat & in quā maximā ſimilitudinē Dei transfert ſecundum illud. 1.Petr. 1. Per quem maxima & pretioſa promiſſa nobis donauit, vt diuinæ ſimus conſortes naturæ. Hoc ergo lumen poſtulat hic noſter peregrinus, nimirum lumen ſupernaturale quod oculos, mentis illuſtret reueletq; quatenus tot ſuæ legis mirabilia nullo impediente velamine videre & contemplari poſsit. Hoc enim pro ſuis clientulis poſtulabat Paul.cū ſcribens Epheſ.c.1.dicebat. Non ceſſo gratias agens pro vobis in orationibus meis, vt Deus Dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater gloriæ det vobis ſpiritū ſapientiæ & reuelationis in agnitionem eius illuminatos oculos cordis veſtri vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis veſtræ, & quæ ſint diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis. Ecce ad quid vult illuminari oculos noſtros, vt cōſidere mus hoc mirabile legis noſtræ, ſcilicet, quæ ſit ſpes vocationis noſtræ: & quę ſint diuitiæ glorię hæreditatis quā ſperam⁹. Talia præmia, nulla lex ſuis obſeruatoribus vnquā promiſit, quid ſperat obſeruator legis Dei? hæreditatē immaceſsibilē incōtauinatā & ęternam in cælis, videre Deū facie ad faciē, deniq; ipſum regnū cælorū, oportebat quidē oculos illuminatos habere hoc ſuper infuſo lumine, vt hæc mirabilia præmia nobis reſeruata ſperare poſsimus, nec ad hoc lumē noſtrū naturale ſufficiēs erat, nec intelligere valebat talē ac tantā ſpem nos habere poſſe, vt oculꝰ noſter cerneret diuinū lumen, qui & ad ipſa manifeſtiſsima naturæ cecutiebat, ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis, vt ait Ariſtot. in ſua metaphyſica. Petit etiam reuelari oculos ſuos, ne ſicut perfidus Iudæus adhuc ſit velamen poſitū ſuper cor eius, ne poſsit intueri in faciē Chriſti Ieſu, nam vt ait D.Paul. 2. Corint. 3. cum legitur Moyſes apud illos velamen quo ipſe operiebat faciem ſuā (quia abſq; illo non poterāt intendere filij Iſrael in faciē Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur) adhuc velamen illud, inquā, cum legitur hodie Moyſes apud illos eſt ſuper cor eorū, vt non poſsint videre faciē Chriſti Ieſu, quā figuræ ille & cæremoniæ ſuæ legis veluti ſub velamine cōtinebant, in cuius ſignū cum eū torquerēt in domo ſacerdotis Caiphæ velauerunt faciem eius quaſi nec volentes, nec

1. Petri. 1.

Epheſ. 1.

Ariſtotel.

2.Corin. 3.

Lucæ. 23. Velauerũt facié Christi in domo Caiphæ.

tes, nec valentes præ ſua malitia in tam præclaram lucem intueri, ſed veluti obruti eius ſplendoribus velamen poſuerunt ſuper faciem eius, vt olim Moyſes, vnde & eccleſia in die Paraſceues etiam pro ipſis perfidis Iudæis orat, vt Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, auferat velamen à cordibus eorum quo impediũtur ne in tam micãtes ſplendores oculos ſuos defigere poſſint, ipſe enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus eſt qui hæc velamina abſtulit, vt quæ tecta erant omnibus patefacta prodirent, in cuius signũ cum ſanctiſsimum illam animam cum lachrymis & clamore valido efflaret, velum templi ſciſum eſt in duas partes à ſummo vſq; deorſum, quaſi iam velamen Moyſi ablatum eſſet & reuelatum, vt ea quæ faciem Chriſti tegebant ſub vmbraticis illis cæremonijs illuminata patefierent. Vnde Diuus Hieronymus ſuper hunc eundem verſum, ſic ait. Abſterge ab oculis meis velamen literæ & face me ſpirituali ſenſu legis tuæ mirabilia cõtemplari, in lumine enim tuo videbimus lumen, hæc Hieronymus. Hoc autem lumen Chriſtus Dominus eſt, lumen ad reuelationẽ gentium, & lux vera quæ illuminat tenebras noſtras, cuius mirabili lumine, ea quæ in cortice & figuris continebantur referata videmus, vnde vt ait D. Ambroſius, cũ ad Paulum neophytum adhuc nouiter ad Euangeliũ conuerſum mitteretur Ananias dixit ad illum. Act. 9. Saule frater Dominus Ieſus qui apparuit tibi in via qua veniebas miſit me ad te vt videas & impleatris Spiritu ſancto, & ceciderunt tanquam ſcammæ ab oculis eius, hæc erant veluti duriora & aſperiora legis ea ſolum quæ in cortice literæ cõtinebantur quæ velabant veritatem ſpiritus. Et Lucæ. 24. Cum duobus diſcipulis euntibus in Emaus aperuiſſet ſcripturas, & docuiſſet eos aperti ſunt oculi eorum & agnouerunt eum, denique diſcipulis ſuis aperuit ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, ipſe ergo Ieſus eſt lumen oculorum noſtrorum qui eos illuſtrat, vt conſideremus mirabilia de lege Dei, quæ ſunt hæc mirabilia? quis effari poſſet, aut compendio perſtringere queat, æquitatem illam maximam, & æquabilem, quã habet lex Dei de qua in primo verſu huius Pſalmi, etſi breuiter deſeruimus? præmia grandia de quibus ſtatim diximus ſupplicia horrenda, nec vnquam inter mortales audita quibus tam præmijs, quàm ſupplicijs ab eius tranſgreſsione, vel deterremur, vel maximè ad eius obſeruantiam allicimur. Vide alia mirabilia renuntia omnibus quæ poſsides & veni ſequere me, nam beati pau-

Velũ templi ſciſum eſt in duas partes.

D. Hieron. oratio.

Ambroſius

Actuũ. 9.

Lucæ. 24.

Mirabilia legis Dei.

peres.

peres. Vbi Cassiodorus ait. Nō in opulētia, sed in indigentia est regnū Dei, diligeinimicos tuos, hoc est redde bona pro malis, quis Philosophorum hoc vnquam docuit? audi Ciceronem in suis officijs. Vir iustus est qui nulli nocet nisi lacessitus iniuria, audi Christum contra illum in mōte prædicantē. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderent vos &c. Mirabile in lege Dei qui docet inimicis quatenus inimici, hoc est, quatenus nobis nocent obuiā ire possumus cum moderamine inculpatæ tutelæ, id est quod innoxios nos seruare possumus, sed quatenus Dei facturæ quatenus hoīes nobis similes, quia hæc bona, à Deo sunt; diligere in corde & in opere benefacere, cū eorū necessitas postulauerit, teneremur. Hoc enim facientes aiunt Salomon & Paulus carbones ignis congeremus super caput eorum. Ad ipsum ergo Iesum lumen nostrum cum fiducia properemus dicentes. Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Rationē autem indigentiæ huius luminis subdit statim dicens.

Cassiodorus.

Diligere inimicos.

Roma. 12.

VERSVS TERTIVS.

Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

HOc est ideo hoc lumine indigeo, quia in terra hac in habito tenebris velut alter Egyptus offuscata à principio enim tenebræ erāt super faciem abyssi, abyssus autē terram cooperiebat, vsque dum diuisæ sunt aquæ, vnde & terra ipsa tenebris obducta erat & modo in eadem permanet tenebrositate nisi desuper per fundatur lumine. Tenebrę ergo sunt super faciem terræ, tenebræ ignorantiæ, errorum, peccatorum, dæmonum, & hominum mente corruptorum, nisi de supernis illustrentur tenebræ, adueniatq́; nobis ille qui diuisit lucem à tenebris dicamusq́; cum nostro Psalmista, Domine illumina tenebras meas, adueniat ille qui illustret animę nostrę noctē: oriaturq́; in cordibus nostris Lucifer ille, vt ait Petrus, qui profligatis ignorātiæ & antiquæ legis tenebris in admirabile lumē suū nos reuocet quo & cōsiderare possimus mirabilia de lege sua & recondita mādata eius affectu & effectu penetrare, vnde subdit, non abscondas à me mandata tua.

Genes. 1.

Plura in principio huius octonarij loquuti sumus de peregrinatione iustorum in hac vita, sed nihilominus non prætereundum puto, quòd hic Diuus Augustinus & Ambrosius adnotarunt, nimirum quòd hæc vox sit iustorum, qui verè peregrini &

D. August. D. Ambrosius.

hoſpites ſunt in hoc mundo, quippè qui ad ciuitatem ſupernam Ieruſalem aſpirant, nec ſuper arenam huius fluidi & inſtabilis mũdi ædificant domos ſuas ſcientes propè diem ſubuertendas, vel à flantibus ventis, vel ab inundantibus aquis, vel certè à dæmonum poteſtate qui filiorum Iob domos proſternuit, ipſoſq; viuos cadẽtibus interruptionibus obruit, vnde & noſter ꝓpheta ſupra Pſalmo 38. Aduæna ego ſum in terra & peregrinus, ſicut omnes patres mei, de peregrinatione iuſtorum loquitur, qui ſanctos patriarchas nominat, cum enim iuſti certiſsimè per fidem ſciant paratã ſibi ciuitatem cæleſtem, ſi vſque in finem in ſua iuſtitia perſtiterint, iam veluti ad aliam regionem adſciti tanquam hoſpites ſe in hac vita gerunt, ſicuti cum rex aliquem epiſcopum extraneæ regionis Indiæ. v.g. nominauit & iam omnem ſupellectilem ſuam illuc tranſtulit, domum propriam diuiſit, vel locauit, vel vendidit, in aliena domo moratur, tanquam hoſpes in omnibus ſe gerit, intelligens iam ſibi alibi aſsignatam eſſe perpetuam habitationem, iuſti per fidẽ ad illud perenne habitaculũ deſtinatos ſciũt ſe eſſe à Deo, iamq; ſe expediũt, illuc commeatũ omnẽ, illuc ſupellectilem ſuã tranſmittunt, vel omnino dimittendo ſicuti religioſi, vel pauperibus erogando, vel ſaltem ſine affectu eas poſsidendo, parati dimittere vbicunque legis diuinæ ratio poſtulauerit. Vnde bene de eis beatus Paulus Hebr. 11. ſic ait; Loquens de priſcis patribus ad quorum ſimilitudinem fatetur ſe prophetam incolam & peregrinum, iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti non acceptis repromiſsionibus, ſed à longe eas aſpicientes & ſalutantes & confitentes, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã, qui enim hæc dicunt, ſignificant ſe patriam inquirere, & ſi quidem ipſius meminiſſent de qua exierunt, habebant vtiq; tempus reuertendi, nunc autem meliorem appetunt, ideſt cæleſtem, ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum, parauit enim illis ciuitatem. Ecce ad literam quæ præfati ſumus. Sic filij Iuda, cum in Babylonem ducti fuiſſent captiui, tanquam extranei in omnibus ſe habebant, ſuper flumina Babylonis ſedẽtes & flentes memores Sion ciuitatis ſanctæ ſuſpendẽtes organa & lætitiæ inſtrumenta nec in terra aliena cõcinentes, quod iuſti in hac miſera peregrinatione faciunt vt noſter pſalmografus Heu mihi, quia incolatus meus prolõgatus eſt memoriam ciuitatis ſancte Sion deplorabat, quod ſi aliquãdo leti appareãt & gaudentes, nõ huiuſmodi gaudio perfuſos credas nec inani læ-

Pſal. 38.

Simile.

Hebr. 11.

Pſal. 136.

Pſal. 119.

inani lætitia affectos,ſed ſpe ſubleuati ad æterna, hoc ſibi maximi gaudij ratio eſt, quòd ſe ad talem ciuitatē credunt adſcitos. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus, ſtantes erāt pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalem, adeò feſtini illuc properant, vt iam ſibi videantur in liminibus eius figere pedem. Lætantur ergo cum Ieruſalem & conuentum faciunt omnes qui diligunt eam exultantes & ſaciati ab vberibus conſolationis eius, guttulas enim quaſdā in hac vita ſugūt iuſti, illius vberrimæ matris Ieruſalem, conſolationes quaſdā & occulta ſolatia accipiunt, quaſi præguſtātes modo quod pleno poculo poſtea propinabūt. Pſal. 121.

E contra iniqui & peccatores non tanquam hoſpites & peregrini ſe gerunt in hac vita, ſed tanquam municipes, qui ſe ciues Babylonis conſcripſerunt, ædificant domos luteas, quæ terrenum habent fundamentum, & palatia ſibi parant & arces conſtruunt, turreſque in immenſum erigunt, tanquā in æternum victuri, vnde primus Cain qui typum geſsit omnium peccatorum primus ciuitatem in terra ædificauit. Iuſti ergo ſunt ciues Ieruſalem, hoſpites autem & peregrini imo & captiui qui inuiti detinentur huius myſticæ Babylonis, impij verò eiuſdem Babylonis ciues cui & nomen dederunt, hoſpites autem & peregrini ſanctæ ciuitatis Ieruſalem, quippè quam vel non ſperant vel tanquam nō ſperantes ſe habent. Vtrumque mirificè expreſsit Paulus, Ephe. 2. Loquens enim de infidelibus, antequam ad fidem adſciti eſſent, inter alia eis dicit; Eratis illo in tempore ſine Chriſto alienati à conuerſatione Iſrael & hoſpites teſtamentorum, promiſsionis ſpem non habentes & ſine Deo in hoc mundo. Ecce quomodo hoſpites & alienos à rebus diuinis & cœleſtibus promiſsionibus eos vocat. Malus enim & tæpidus Chriſtianus tanquam hoſpes vnius diei ſe habet erga diuina, hodie enim peccata ſua confitetur ſacramque accipit Euchariſtiam, cras autem ad aſſueta reuertitur ibique pertinaci animo pedeq; fixo perſeuerat. At è contra, poſtquā eos iam iuſtificatos per Chriſtū aſſerit, propeq; factos qui longè erāt, dicit; Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici Dei, nam cū per fidē certiſsimè ſciant ſe ad regna cœleſtia conſcriptos memores illius promiſsionis Saluatoris, in hoc gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis, iam quaſi eius municipes & habitatores ſe habēt, ſicuti qui alteri ciuitati præſes deſtinatus eſt, etiā abſens ſe habet tāquā ſit præſens, ordinat enim & Peccatores nō peregrini ſunt in terra ſed ciues. Gen. 4. Ephe. 2. Ephe. 2. Simile.

Ad Phil. 3. præcipit acſi iam inter eos eſſet, vnde Paulus alibi. Cõuerſatio noſtra in cœlis eſt, nam ſi corpore abſentes ſunt à Deo, mẽte autem
Simile. & cogitatione præſentes ſunt. Sicuti ſponſa quæ manum dedit ſponſo, quaſi iam in amplexibus eius ſit, ita gaudet, quare Sponſa
Cant. 2. Cant. 2. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Finxit enim ſponſa habere ſponſum lęua apprehenſum mentum ſponſæ, quaſi eleuando faciem vt ſe aſpiciat, dextera ſuper collum ipſius ſponſæ iactata, quoniam ſic contingit iuſtis in hac vita in qua proteguntur læua Dei quę erigit faciẽ mẽtis per fidem vt videãt & cognoſcãt Deũ, eo modo quo in hac vita cognoſcibilis eſt, aſpiciũt enim in autorẽ & cõſummatorẽ fidei ſuæ Ieſum, vt
Hebr. 12. ait Paul. Hebr. 12. Et hæc eſt vox ipſius ſpõſi Chriſti. Reſpicite &
Luc. 21. leuate capita veſtra quoniã appropinquat redẽptio veſtra. Per fidem ergo & ſpem eleuat manu ſua læua ſponſus dilectæ ſponſæ faciẽ, vt eum per fidẽ agnoſcat & per ſpem & charitatẽ quęrat: ſed tranſacto peregrinationis tempore dextera ſua teget illos vt ait propheta, & mutuo cõplexu cõſtringentur indeficienti & ęterno nexu, ita vt poſsit ſponſa cõfidenter dicere. Tenui eum neque dimittam. Cum ergo peregrini & hoſpites ſe fateantur in terra non
1. Cor. 7. in rebus eius affectũ figunt nec mẽte hærent, ſed quaſi pertranſenam vtũtur hoc mũdo tanquã non vtantur, emunt tanquam non ementes & qui habẽt vxores tanquã non habentes ſunt, præterit
Simile. enim figura huius mundi. Si vidiſſes viatorẽ aliquẽ aut peregrinũ qui auidiſsime ad patriã ſuã properat diuertentẽ ad diuerſorium, ibiq; diu manentẽ vel in lecto, vel in ſella oſcitantem, acſi nulla ei cura eſſet iter peragẽdi, quid nam illi diceres? quid hic ſtas viator? An diuerſoriũ hoc domus vel patria tua eſt? heccine erat auiditas proprios viſſendi lares, ac genios viſitãdi? quid ſedes? quid dormis? quid improuidus paras? ſurge velociter aſcẽde equum, calcaribus preme, perfice iter, propera vt ad cõcupita diu celer iamiam ingrediaris. Sic nimirũ tepidis Chriſti cultoribus qui per fidẽ & ſpem ad cœleſtẽ patriã pergunt, tamen hic oſcitãtes diu detinentur his præpeditis nenijs caducisque rebus dicere poſſumus, quid hic ſtas otioſus, ô Chriſtiane, cum te Deus tuus auocet ad cœleſtia? illic proprios lares & genium habes, illic theſauri tui recõditi, illic omnia deſiderabilia te expectant, Surge qui dormis aſcende equum anima videlicet ſit eques, animal cui inſidet corpus, præme illud & punge calcaribus, depone ab eo pondera vt cælerius currat,

non

non repleto ventre,non auro onuſtum, aut varijs curis diſtentū, ne ſuccumbat oneri & ſub pondere cadat, nec te ad patriam perducat,ſed ieiunijs præſſum, flagellis punctum inceſſanter currat, bonis ſemper operibus inhærēdo, ſic enim ſancti viri faciebāt de quibus Iob.9.dicit;quod trāſierūt quaſi naues portātes poma. Ad celeritatē quippè itineris exprimendam, dicit,q̄ nauis erat leuiter onuſta,pomis videlicet quæ nimirū pōderoſa nō ſunt tñ odorem poſt ſe relinquūt,ſic iuſti expediti rebus huius ſeculi,cælerius quā nauis onuſta pomis ad portum æternæ felicitatis per ſpumantes aquas huius mūdi trāſuolant,odorē, id eſt,exemplū poſteris relinquētes vt poſt terga eorum ad communem patriam properemus. Iob.9.

Sed aduerte,q̄ alia litera habet, aduena ego ſum in terra vel inquilinus,quæ omnia in idem recidūt,inquilinus quippè eſt,qui in aliena habitat domo pretio pro locatione ſoluto, iuſti in hoc exilio nō in propria domo vitā agūt, ſed ad illā domū nō manufactā toto conatu pergūt,ſciētes quod in domo patris ſui māſiones multæ ſunt,interim tamen domū locatā incolunt, nam omnia quibus in hac vita vtimur nec propria ſunt nec gratioſè proueniūt nobis, ſed vel nimijs curis,vel magno ſudore,vel multo pretio ſoluto (no comemos el pan de balde.) Sed in ſudore vultus noſtri adquirimus.(Non abſcōdas à me mandata tua.) Eo ipſo q̄ incola in terra deſerta ſum & tenebris offuſcata, peto vt reueles oculos meos, ne abſcondas à me mandata tua.Scio quòd hæc abſcondiſti ſapientibus & reuelaſti paruulis,idcirco paruulum & accolam & exulem me fateor in terra eſſe,ne abſcondas à me mādata tua, ſuperbis reſiſtis humilibus autem das gratiam,non ſuperbiam profero qui me incolam confiteor ne abſcondas à me mandata tua. Alia litera. Matth.11.

VERSVS QVARTVS.

Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas in omni tempore.

PEtierat noſter peregrinus præcedentibus carminibus vt dignaretur Dñs illi reuelare mādata ſua nec ab eo abſconderet, ſed cōſiderans deinceps nulli ſe Deū reuelatū iri,niſi ei qui ſe concupiſceret(nam iuxta beatiſsimæ virginis propheticū canticū eſurientes Deus replet bonis & per Eſa.35. ſitiētes vocat ad aquas & ipſe Chriſtus Dominus in templo clamat.Si quis ſitit veniat Eſa.35.

ad me & bibat) ideo dicit ſe concupiſcere valde mandata eius, vt ille qui bonis auſpicatur deſiderijs hoc in eo impleat, quod inſpirauit, præoccupat enim qui ſe concupiſcunt vt illis ſe prior oſtendat ait. Sap. 6. Nimirũ quia ipſe anteuenit vota noſtra præuenitq; nos in benedictionibus dulcedinis, ſemperque primus artifex in pijs operibus nobis aſsiſtit, & vt vno vulgari ſermone dicamus, (Siempre nos gana por la mano Dios.) Nullus enim tam mane ad eum vigilat, quin iam in foribus ſuis aſsidentem inueniat Sapientiæ. 6. Quaſi ipſe fuerit qui eum à ſomno excitauerit, ad ianuam ſedens eius præſtolatur aduentum, vt non neceſſe ſit portas eius effringere, nec vanas prætexit excuſationes vt aliquando peccator, ſed iuxta Eſaiæ vaticinium, ſtatim cùm ad eum clamauerimus, exaudit nos.

Sapien. 6.

Sapien. 6.

Eſai. 65.

D. Augu.

Sed obſeruãdum cum Diuo Auguſtino in hoc loco, quòd verbum hoc, concupiſcere, ſolitariè ſumptum, in malam partem accipitur; iuxta illud, non concupiſces, de mala & euitanda concupiſcentia loquitur. Sed quando additur, aliquid bonum, pro bona concupiſcentia accipe. Vt eſt illud Sapientiæ. 6. Concupiſcentia ſapientiæ perducit ad regna cœleſtia; niſi adderet, ſapientiæ, in malam partem acciperemus. In hoc autem carmine cum exprimatur obiectum concupiſcentiæ eſſe deſiderium iuſtificationum Dei, in bonam partem accipimus. Secundò aduertendum eſt, quòd ſicut actus intellectus ſupra ſeipſos reflectuntur, ita actus voluntatis. Vtraque enim eſt potentia animæ hoc valentis. Nam ſicut intellectus intelligit ſe intelligere, hac reflexione, pari modo voluntas vult ſe velle. His ſuppoſitis, verſus iſte duplicem patitur intellectum, alter vt vox iſta ſit imperfectorum qui nec dum opere exequuntur mandata Dei, verum nec id in votis adhuc habeant. Ita carnis delitijs, & illecebris dediti ſunt adeò diſtracti, vt nec intelligere velint mandata Dei, ne eorum deſiderio rapiantur, tantum abeſt vt ſeruent. Hi ſunt qui nolunt intelligere vt benè agant, qui quaſi de induſtria receſſerunt à Deo, & ideo dicunt Deo; Recede à nobis, ſcientiam viarum tuarum nolumus, nec dum intelligere, nec dum velle deſiderare. Qui nec contiones audiunt, ne per eas alliciantur ad amorem præceptorum Dei, ſed cùm viderint in ſuggeſtu ſtramen poſitum, quod eſt ſignum concionis habendæ, ſtatim quaſi arræptitij terga vertunt, nec ea quæ ædificationis ſunt legunt, audiunt,

Duplex ſenſus huius verſus.

Sapien. 3.

vel

vel colloquuntur: ſed ea quæ in interitum mergunt, obliuionemque diuinorum pariunt. Afflatus ergo aliquis diuino ſpiritu conſideranſque ſe à diuinorum concupiſcentia adeò elongatũ & alienum, in hoc vel leue deſideriũ initiale prorupit & dicit; Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas. Non adhuc deſidero, ſed ſaltim deſidero deſiderare. Sic proteruus ac durus peccator aliquãdo deſiderat velle nõ peccare. Nam, vt hîc docet Diuus Auguſtinus, cõtingit frequẽter homini infirmo, qui faſtidit edulia, nec vllum appetitum habet ciborum, vt anima deſideret quòd corpus appetat cibum, hoc eſt vt tollatur ab eo huiuſcemodi faſtidium nauſeaque ædendi. Sic contingit aliquãdo, vt anima quæ faſtidit diuina, deſideret tali nauſea carere, quod eſt concupiſcere, deſiderare bona. Faſtidiebant filij Iſrael manna illud pretioſiſſimum & cœleſte edulium omni ſuauitate repletum, quod vniuſcuiuſque volũtati deſeruiebat, anhelabãtque ad cœpas, pæponeſque Ægypti. Hoc contingit hominibus Bacho Veneriq; deditis, vt talibus repletus animus cibis faſtidiat diuina, veluti ſtomachus plenus alijs cibis etiam viliſsimis, allijs cæpiſq; ac pæponibus, etiã pretioſiſsima condimenta reſpuat, & quæ aliàs maximè appetitum allicere ſolẽt. Anima enim ſaturata calcabit fauũ; Prouer. 27. Ideò huiuſcemodi carnalibus hominibus nauſeam generant diuina, quæ aliàs maximè rapere ſolent amorem & ad ſe blanditijs cœleſtibus attrahere animum, quippè de quibus ſcriptum eſt Sapientiæ. 8. Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius. Talis ergo ſaltem concupiſcat deſiderare, vt tali initio paulatim ad maiora euehatur. Videbis homines adeò tæpidos frigidoſque in alios, atque in ſemetipſos ſolos adeò conuerſos, vt videatur poſſe de illis aptari vaticiniũ Apoſtoli, qui de nouiſsimis temporibus prophetans ait, quòd erunt homines ſine affectione, (Deſamorados) vt illis dicere poſsimus; concupiſce ſaltem amare, ne omnino expers affectionis ſis. Initiũ ergo vel tenue talium eſt concupiſcere deſiderare Dei iuſtificationes, vt per ſuos gradus ad altiora ſubleuentur. Prius enim eſt intelligere diuina, nec hoc ſufficit, niſi intellectum ſequatur affectus quod rarò contingit, vt hic ait Auguſtinus; præuolat intellectus, & ſequitur tardus aut nullus affectus. Poſtremò quod intelligitur & amatur, opere adimpletur, vt ſic dicat cum Iob. 31. Per ſingulos gradus meos pronuntiabo illum, prius intellectu capiendo, deinde amore

D. Aug. Simile. Exod. 18. Prou. 27. Sapien. 8. 2. Tim. 3. D. Aug. Iob. 31.

deſide-

deſiderando,tertiò opere adimplendo.Ecce quis ſit primus ſenſus huius verſus.

Secundus è contrario,vt ſint verba vehemẽtiſsimum affectum indicantia per reduplicationem deſiderij, quale eſt illud. Luc.22. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, hoc eſt nimio ac flagrantiſsimo deſiderio hoc cõcupiui. Eſt enim modus loquendi Hebræis vt maiorem emphaſim orationi addant. Hæc interpretatio eſt Diui Ambroſij in hoc loco,& adducit illud, vita viuet,& dicit plus eſſe vita viuere quàm ſolùm viuere.Nam in hac vita viuimus ſed non vita ſed morte, cùm vita præſens non ſit aliud quàm appropinquatio ad mortem, quantò enim plus viuimus,tantò magis morti appropinquamus. Sed beati viuunt vita, hoc eſt maxima vita, quæ vera & pura vita eſt,cùm nihil habeat admixtum mortis. Vita ergo viuere eſt maxima & perenni vita frui, ſic deſiderio deſiderare & concupiſcere,eſt maximo & perpetuo deſiderio appetere. Vnde ſubdit;(In omni tempore,)id eſt, tam tempore proſperitatis quàm aduerſitatis. Nam eſt amicus ſocius menſæ & in tempore tribulationis recedit, ſed omni tempore diligit qui amicus eſt. Eternum ergo deſiderium & maximum iuſti explicat, vt quia opus amoris non poteſt eſſe, perpetuum,ſit deſiderium,id eſt quia non ſemper opere exequi poſſumus mandata Dei,quia non ſemper materia ſeſe offert, ſaltim deſiderio & amore ſemper ea impleamus, non ſolùm in præparatione animi, ſed ſummopere appetentes, vt paſsim ſeſe offerat occaſio eius mandata exequendi.Huic interpretationi fauet tranſlatio Felicis,qui ſic transfert; Fractus ac contritus ſum præ deſiderio iudiciorum tuorum omni tempore,id eſt,adeò affectus ſum iudicijs tuis, vt penè deficiat ac tabeſcat anima mea præ deſiderio eorum. Vbi & aduertendum eſt,quòd non dicit ſe timere Dei iudicia, ſed deſiderare & diligere, adeò enim afficitur vir iuſtus rebus diuinis, vt etiam ipſa tremenda iudicia amet. Vnde Diuus Paulus; Non ſolùm autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius, non dicit qui timent, ſed qui diligunt aduentum ad iudicium. Quid autem interſit inter mandata,iuſtificationes,legem, iam à principio huius operis pro captu noſtro præli-bauimus.

Luc.22.

D.Ambr.

Vita appropinquatio ad mortem.

Eccleſi.6.

Prouer.17.

Felix.

Vir iuſtus etiam tremẽda iudicia amat. 2.Tim.4.

*

VERSVS

VERSVS QVINTVS.

Increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.

INter alia impedimenta quæ peregrinum noſtrum ab ingreſſu patriæ prohibent, ſuperbia principem locum tenet præſignata in gigantibus illis filijs Enachin proceræ ſtaturæ, quibus comparati filij Iſrael quaſi locuſtæ videbantur. Horum enim audita fama, adeò timore percuſi ſunt filij Iſraël, vt potiùs reuerti in priſtinam captiuitatem, quàm terram promiſſam ingredi eligerent. Gigantes iſti ſuperborum typum gerunt qui ſe ſuper omnes alios extollunt, omneſque flocipendunt, & inferiores eſtimant, ac quaſi locuſtas calcant, nec ſuo contubernio eos dignos exiſtimant, etiamſi pijs boniſque moribus ſint præditi. Horum auſum adeò deprimit Deus vt impoſsibile ſit illis cœleſtē patriā ingredi. Cætera quippè vitia, etſi aduerſa ipſi Deo ſunt, aliquid tamē aliud immediatius aſpiciunt, vtpote auaritia pecuniam, luxuria carnis voluptates, gula delicias ciborum &c. etſi conſequatur ad hæc Dei contemptus. Cæterùm ſuperbia ipſum Deum immediatè reſpicit, ipſique in ſeipſo bellum ingerere nititur, atque facie ad faciem cum eo contendere. Quod ſic explicat Iob; Tetendit aduerſus Deum erecto collo, & contra omnipotentem roboratus eſt. Et diabolus qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ dicebat Eſa. 14. In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſsimo. Et de Antichriſto tantæ ſuperbiæ imitatore dicit Paulus, quòd in templo Dei ſedebit, oſtendens ſe tanquam ſit Deus. Cùm ergo ſuperbum ipſi Deo bellū inferre non pudeat, Deus quaſi contra pugnando & tanquā ſe defendendo aduerſus eum agit, vnde dicitur Deus ſuperbis reſiſtere, reſiſtitur autē illi qui aduerſum me pugnat meq; deturbare cōtendit. Vnde Iob. 40. Quaſi docēs modū quo contra ſuperbos pugnare ſolet Deus ait. Diſperges ſuperbos in furore tuo & reſpiciens omnem arrogantem humilia, reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo, abſconde eos in puluere ſimul, & facies eorum demerge in foueam. Ex quo antiqui Poëtæ ſumpſerūt fabulam, quòd gigātes qui erant in terra, Iaphetus, ſcilicet, & alij voluerunt ipſi Ioui bellum inferre, ipſumque à cœleſti ſolio depellere, mōteſq; ſuper montes erigebant, vt aſcendentes

Superbia.

Num. 13.

Iob. 19.

Eſai. 14.

2. Theſſ. 2.

Iob. 40.

Fabula gigantum.

dentes in cœlum ipſum Iouem præcipitem darent. Sed Iupiter fulminibus eos deturbauit, conflagrauitque. Quare noſter Pſalmographus ait; Increpaſti ſuperbos, increpationibus enim, & conuitijs agit Deus cõtra ſuperbos, aſperrimis & irriſorijs verbis eos deturbãs. Vnde ſi attentè perſpexerimis, inueniemus in literis ſacris frequentiſsimè vbi de ſuperbis agitur, verbis increpatorijs eos agitari & conuitijs percuti, dureq; & irriſoriè Deũ cum illis agere. Superbia elatus peccauit Adam credens ſerpentis mẽdacio, quòd futurus eſſet ſicut Deus, venit Deus ad eum vociferando, ac vocibus deterrendo eum, ita vt præ timore ſub ficu delituerit, ibique
Gen. 3. ficorũ folijs à facie Dei ſe operiri contẽderit, Adam Adam vbi es? clamabat Deus, quaſi eum iam increpãdo & deterrẽdo, & tanquã irridẽs eum ait; Ecce Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt, ipſumq; de paradiſo deturbauit, extorrẽq; facit, flammeum gladiũ euaginando poſt eum, maledictaq; in eum & vxorẽ cõgerens, paradiſi colonum terræ mancipiũ dedit, vt in ſudore vultus ſui veſceretur pane ſuo, & qui inter flores lignaq; pomifera vitã delitioſam agebat, nunc inter vepres & tribulos, pungenteſq; ſpinas cõmoraretur. Vide quomodò ſuperbos increpat Deus. Et in teſtimonio
Eſa. 14. modò citato ex Eſa. 14. Poſtquàm diaboli ſuperbiam depinxit, ſtatim verbis increpatorijs agit contra eum dicẽs; Verumtamẽ ad infernũ detraheris, & in profundũ laci, qui te viderint ad te inclinabuntur, teq; proſpicient, nunquid iſte eſt vir qui conturbabat terrã, qui percuſsit regna? Et poſt pauca; Tu autem proiectus es de ſepulchro, quaſi ſtirps inutilis pollutus & obuolutus cum his qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad profunda laci, quaſi
Idem. 22. cadauer putridũ. Et ca. 22. Væ coronæ ſuperbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguiſsimę errantes à vino. Ecce validus & fortis Dominus ſicut impetus grandinis turbò confringens &c. pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens
Eccl. 10. gloriæ exultationis eius, & cætera quæ ibi inuenies. Et illud; Quid
1. Timo. 6. ſuperbis terra, & cinis? Et 1. Tim. 6. Si quis autẽ aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei qui ſecũdùm pietatẽ eſt doctrinæ, ſuperbus eſt nihil ſciẽs, ſed languẽs circa quæſtiones & pugnas verborũ, ex quibus oriũtur contẽtiones, inuidiæ, &c. Vide quam durè agat cõtra ſuperbum. Et clariùs
Apoc. 3. Apoc. 3. Quia dicis q̃ diues ſum, & locupletatus, & nullius egeo, & neſcis

neſcis quia tu es miſer,& miſerabilis,& pauper,& cæcus,& nudus, & Dominus verbis increpatorijs agebat contra dæmones,dicens; Obmuteſce & exi ab eo, & tentatorē increpādo deterruit dicens; Vade retrò Satan. Vnde Paulus ad Titum. 1. de ſuperbis loquens qui nōdum ſanæ fidei per humilitatē adhærebant ait,Increpa eos durè vt ſani ſint in fide.Rectè ergo regius Propheta dicit;Increpa ſti ſuperbos, & non ſolum verbis verum etiam factis hanc duram increpationem contra ſuperbos oſtendit Deus propter ſuperbiā. Angelum è cœlo præcipitē dedit:hominem è paradiſo eiecit.Dauid qui ſuperbia elatus populum numerauit,poſtquam verbis increpauit, peſtem deuoratricem in populum emiſit.Pharaonem ſibi reſiſtentem plagis percuſsit, ac demum aquis obolutum & circumuentum enecauit.Nabuchodonoſorem cum belluis commorari fecit ſeptem annis,vt cognoſceret ſub Dei poteſtate ſceptra,regna omnia contineri, Antiochumq́; , blaſphemias contra Deum ſuperbiſsimè iactantem, inteſtina plaga ſubito percuſsit, ita vt ex eius fetore ipſe & exercitus eius grauarentur & diceret, Iuſtum eſt hominem ſubditum eſſe Deo & mortalem non paria Deo ſentire. Herodem ſe Deum acclamare conſentientem vermibus conſumptum interemit,ecce duriſsimas increpationes,quibus contra ſuperbos verbis & factis agere ſolet Deus,vnde rectè Propheta increpaſti ſuperbos. &c. Marc.1. Exempla ſuperborū & eorū fines.

Econtra autem cum de humilibus loquitur Scriptura, ſemper blanda & proſpera eis precatur,Iudic. 9. Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio,Iob. 5. Ponit humiles in ſublime. Et Pſalm. 17. Populum humilem ſaluum facies. 33. Humiles ſpiritu ſaluabit.81. Humilem & pauperem iuſtificauit. 101. Reſpexit in orationem humilium,Prouer. 15. Gloriam præcedit humilitas. Et quando Achab humiliatus eſt coram Domino, cum antea nimis aſpera minatus ei fuiſſet Dominus ſubdit ad Heliam ſermo Domini dicens. 3. Reg. 21. Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me,quia igitur humiliatus eſt mei cauſa,non inducam malum in diebus ſuis, ſed in diebus filij ſui inferam malum domi eius. Et. 2. Paralipomenon. 22. Cum Dominus per Semeiam,plura mala imprecatus eſſet Iſrael, & principes pœniterent & humiliarentur coram Domino,ſubdit ſtatim. Quia humiliati ſunt non diſperdam eos daboque eis pauxillum auxilij, & non ſtilauit furor meus ſuper Ieruſalem per manum Seſec. Et Iſai. 57. Hæc dicit Humilitas. Iudic. 9. Iob. 5. Pſal. 17. 33 81. 101. Prou. 15. 3. Reg. 21. 2. Para. 22 Iſai. 57.

excelſus & ſublimis habitans æternitatem & ſanctum nomen eius in excelſo & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorũ, &
Matth. 11. cor humiliatũ Deus nõ deſpicies. Matth. 11. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris,
Luc. 2. & Lucæ. 2. Beatiſsima Virgo cecinit. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, non ob virginitatem, ſed ob humilitatem, ait Ber-
Bernard. nardus. Nam virginitas ſine humilitate non placuiſſet Deo. Maledicti qui declinant à mandatis tuis, maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus ſermonibus legis huius, Deuteronomij
Deute. 17. & 18. 17. & 18. Quot maledicta congerit in transgreſſores legis, quæ omnia in illa vltima maledictione comprehenduntur, quam Dominus contra impios fulminauit, qua audita in infernum cum diabolis in ſeculis ſempiternis permanſuri detrudentur; illa nimi-
Matth. 25. rum irreuocabilis ſententia eſt qua eos maledicens dicet; Ite maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Væ miſeram ſortem, qua irreparabile damnum in perpetuum incurrent. Hæc igitur maledictio vniuerſas alias maledictiones eminenter comprehendit, nam per illam omnia ſimul mala imprecatur impijs. Vnde Deuteronom. 32. Congregabo ſuper eos mala,
Deut. 32. & ſagittas meas complebo in eis. Beatitudo congregatio eſt omnium bonorum, miſeria congregatio omnium malorum. Dicit autem ſe exinaniturum pharetram, & omnes ſagittas ſuas in eos ſe completurum, quoniam vindictæ quæ in hac vita inferuntur à Deo, ſingulares ſunt, illa autem vindicta erit vniuerſalis omnes particulares comprehendens. Quaſi vnam ſagittam è pharetra emiſsit Deus, cum totum orbem aquis diluuij ſuffocauit, alteram quando Sodomam & finitimas ciuitates igne de cælo emiſſo conflagrauit, aliam quando Pharaonem in aquis maris rubri perdidit cum vniuerſo exercitu ſuo, ſed in vltima vindicta, quam contra impios exequuturus eſt Dominus, omnia ſimul mala eis incutiet
Iob. 24. ad aquas niuium tranſibunt à calore nimio, aqua, ignis, terra, aer, triſtitia, dolor, gemit⁹, irremediabiles lachrymę, infructuoſa ſuſpiria, noui & inauditi cruciatus, nec à Phalari, nec à tyranno aliquo vnquam excogitati damnatos cruciabunt, affligent, vulnerabunt, comburent, incredibiliq́ue dolore afficient, perimentur, ſed non morientur, ardebunt, ſed non comburentur, dolebunt, plan-

gent

gent, vlulabunt, ſed nullus eis miſeribitur: deſiderabunt mortem & non veniet, imo & fugiet mors ab eis & conclamabunt illud Iob. c. 3. Quare miſero data eſt lux & vita ei qui in amaritudine animæ eſt, qui deſiderat mortem & non venit. Maledicti ergo qui declinant à mandatis tuis. Iob. 3.

Sed aduerte cum D. Auguſt. quòd nō dicit qui declinauerunt, ſed qui declinant, nam multi declinauerunt, qui tamen poſtea per veram pœnitentiam à maledictione liberati, benedictionem Domini conſequuti ſunt, vt Petrus, Paulus, & reliqui peccatores iuſtificati, qui autem declinant à lege Dei iſti ſub maledicto ſunt. Auguſt.

VERSVS SEXTVS.

Auſer à me opprobrium & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui.

HOC opprobrium & contemptū quem maledictionis nomine impijs imprecatur Deus, petit Propheta à ſe auferri, hoc eſt quòd non incurrat in illud, cum ipſe mandata Dei exquirat quæ impij abiecerunt & ideo in tale opprobrium & contemptum deiecti ſunt. Inter cæteras miſerias quas damnati ob ſua demerita incurrent ignominia maxima opprobrium & contemptus computantur, nulla enim hominum ſors miſerabilior, aut cōtemptibilior illa, quippe qui à facie Domini repulſi & in baratrū inferni detruſi viliſsimis creaturis ſubiecti ſunt. Huius miſeriæ effigiem primum hominis peccatum nobis oſtendit, nam qui antea præerat dominabatur q; omnibus creaturis, quæ quaſi ſubiectionem profitentes ad eum veniebant prone feritate deiecta, vt eis nomina, vocabulaque propria imponeret, & omne quod vocauit Adam, ipſum eſt nomen eius, poſtquàm à Deo per peccatum auerſus eſt, creaturæ ille quę antea dictu obſequentia erant, contumaci auſu ipſum infeſtare, vulnerare q; cœperunt, ita vt qui antea, nec ſerpentem quidem metuebat ſed cum illo loquebatur, murem modo vulpeculāque paueat, culicē q; minimū pertimeſcat atq; ab eo miſer fugiēdo declinet, iam enim veluti altera Agar, quæ antea Dño ſeruiebat ipſummet contēptui habent, atq; inſequūtur, ignominioſa certè & contēptibilis vindicta, quam etiā multo maiorem ſentient dānati, cum enim tunc intelliget ſuā dignitatem anima videatque ſe viliſsimis creaturis, igne, videlicet & alijs, tanquam Nulla ſors hominū miſerabilior illa qui à facie Domini repellūtur.

repagulis contineri ab ipſiſque impediri ne quo voluerit auolet, pro ſumma ignominia opprobrioque ducet ſeque in miſerrimam
Gen. 3. ſortem incidiſſe cognoſcet. Increpauit Dominus Caim propter fratricidium perpetratum, eumque à facie ſua profligauit; tremebundus ac pauidus miſer videns ſe à facie Domini repulſum omnibus creaturis ſe contemptui forè exiſtimabat, & ideo dicebat. Ecce nunc me eijcis à facie tua, omnes ergo qui viderint me, interficient me, omnes me deſpicient & me paruipendentes contra me inſurgēt. Sic damnati poſt illam terribilem repræhenſionem qua maledicti in æternum ignem deputabuntur, omnibus creaturis etiam viliſsimis contemptui erunt, infames, ignominiaque pleni, in æternum viuent exoſi, opprobrium & vilipendium facti. Vnde
Ierem. 20. Ierem. 20. Dabo vos in opprobrium ſempiternum. Et Pſalmiſta noſter volens nobis deliniare ignominioſam & infamen vitam
Pſal. 77. malorum, ait. Et percuſsit eos in poſteriora opprobrium ſempiter-
*Alias Philiſteos. num dedit illis. Viros *Bethſamitas qui in arcā Dei auſi ſunt aſpicere; percuſsit Deus in podice, vt legitur. 1. Regum. 5. Vbi & dolor
1. Reg. 65. vulneris vehementior eſt, quia delicatior ibi caro, & ignominioſa plaga propter turpitudinem loci vbi eſt, vt ergo nobis inſinuaret Propheta dolorem ſimul & ignominiam reproborum in inferno
*Philiſteorum. meminit vindictæ, & correctionis *Bethſamitarum dicēs, Percuſſit eos in poſteriora, ideſt in vltima retributione malorum, quando nulla vltra remanebit ſpes. Quam multotiens comminabatur
3. Reg. 16. & 21. Deus impijs dicens ad Baaſa & Acham. 3. Regum. 16. & 21. Demetam poſteriora veſtra, ibi enim id quod metitur in æternum & vltra amplius non redibit, nam in hac vita poſſunt per pœnitentiam opera mortificata redire, ſed ea trāſacta, nulla eſt ſpes. Quare vera comminatio ibi eſt, quando nulla bonorum expectatur reditio, tunc ergo ingenti plaga ſimul & ignominioſa percutiet impios, opprobrium quippe ſempiternum dedit illis, tale ergo opprobrium, talemque contemptum quod maledictis illaturus eſt Deus petit à ſe auferri iuſtus quia Dei mandata exquirit, quare de eo dicitur. In memoria æterna erit iuſtus, quia in ſummo faſtigio honoris & gloriæ ab auditione mala non timebit, ab illa, ſiclicet ite maledicti in ignem æternum, quam tantum opprobrium, tantaque
Eccl. 13. ignominia conſequitur, vnde iuſtus ſic deprecatur, Eccleſ. 23. Domine pater & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in conſilio eorum (ſcilicet, peccatorum ſic intellige) nec ſinas me cadere in illa

expro-

exprobatione.¶ Alij hoc intelligunt de opprobrio & contemptu quem in hac vita ab impijs patiuntur iuſti, habent enim illos inderiſum, & in ſimilitudinem improperij: vitam illorum extimant inſaniam & gaudium eorũ ſine honore, vt dicit Sap. 5. & Iob. Deridetur iuſti ſimplicitas lampas contempta apud cogitationes diuitum. Petit ergo iuſtus quòd cum ipſe mandata Dei exquirat, nõ ad tantam deueniat gloriæ humanæ cupiditatem, vt propter opprobria hominum euitanda mandata Dei, quæ modo exquirit, aliquando amittat imo pro ſummo honore & gloria ducat hominum opprobrium & contemptum, vt Apoſtoli ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et Paulus gloriabatur in tribulationibus, & ignomiam crucis ſummum decus exiſtimabat dicens. Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Diuus Auguſtinus (ne vnquam prætermittamus eum) extimat hanc eſſe petitionem corporis Eccleſiæ deprecantis pro infidelibus, qui in opprobrium & in contemptum Chriſti fideles agebant, ne in errorem diutius permanerent, ſed vt illuminarentur oculi eorum, nec ignomiam exiſtimarent deinceps fidem & myſterium crucis, vnde per teſtimonia intelligit martyria propter fidem, quæ eis à tyrannis inferuntur: quia hoc in condemnationem infidelium cædit, charitatis immenſitate, quæ etiam ad inimicos extenditur, ſuccenſi fideles Deum obnixè deprecantur, vt iam non ſint amplius in opprobrium infidelibus, ſed etiam ipſi conuicti nobiſcum proni adorẽt myſterium crucis.

Sap. 5. Iob. 12. Act. 5. Galat. 6. Auguſt.

Ego tamen (vt non nihil hic myſterij Chriſti inſeram, quod cũ poſſum ſumma auiditate facio.) Exiſtimo quòd fortè Propheta in hoc verſu Dei incarnationem implorat, ideſt, vt noſtræ humanitati, diuinitas copuletur, qua in tantum euehatur honorem, vt quæ antea cõtemptui omnibus expoſita erat, in ſummo deinceps habeatur pretio. Natura humana poſt peccatum contemptibilis valde permanſit nam (vt ſtatim diximus) etiam infima animacula ei aduerſari præſumebant, præterea in tantum diaboli contemptũ deuenerat homo, vt illi tanquam Deus imperitaret, ſupplicemq; faceret, diuinos ſibi exhibere honores, atque pronum ipſum dæmonem adorare in lapidibus, lignis, ſerpentibus cæteriſq; gentilitatis ſpurcitijs, vt ergo homo priſtinum honorem recuperaret, imo ad altiorem proueheretur, oportebat vt Deus homini per hu-

Senſus authoris in hoc verſu.

manitatis assumptionem iungeretur,& sic permutata sorte diabolus ipsum hominem,vel eius naturam in persona verbi Dei, vel in uitus adoraret, & iam non auderet homini tam sublimiter eleuato exprobrari,cessaretque hominis opprobrium & contemptus, quod desiderium his verbis explicuit spōsa,Cantic.7.dicens;Quis mihi det te fratrem meum suggentem vbera matris meæ, vt inueniam te solum foris & deosculer te,& iam me nemo despiciat?Fratrem desiderat eum, fratres enim dicuntur, qui ab eadem progenie descendunt, desiderābat Salomon, illius libri autor, ipsum Deum fratrem suum,idest,filium Dauid patris sui, & Abrahæ aui sui,cupiebat vehementissimè legere initium Euangelij secundum Matthæum,Liber generationis Iesu Christi,filij Dauid,filij Abraham,suggentem vbera matris meæ,gestiebat eum videre infantulum vnius diei in vlnis pudoratæ puellæ suggentem vbera matris, ac virginei lactis pauculas guttas expectantem, ille per quem nec ales quidem esurit, vt inueniam te solum, non vtique patrem,aut spiritum sanctum, sed filium, assumptio quippe humanitatis ad filium terminata est, solus enim filius carne humana indutus est, non pater,nec spiritus sanctus, foris,hoc est extra diuinitatis latibulum,nobis vt appareas visibilis, & deosculer te. Per oscula mutua fit communicatio spirituum,per vnionem hanc mirabilem naturæ nostræ cum diuina persona fuit communicatio facta idiomatum & proprietatū,dicitur enim homo Deus immortalis,æternus,omnipotens, dicitur autem Deus homo mortalis, passibilis, nam ibi solum est vna persona, & vna hypostasis, scilicet, persona verbi,actiones autem Philosophi omnes personæ & supposito attribuunt non naturæ,desiderium ergo sponsæ est Deum deosculari,idest,tali vnione ei vniri vt communicentur diuina humanis, & humana diuinis,& sic fiet vt iam me nemo despiciat,imo & angeli ipsi iam hominem aliter venerentur,maiorique prosequantur amore,tremunt enim videntes angeli versa vice mortalium. Vnde cum Ioan. Euang. vidisset angelum pronusque voluisset eum adorare,prohibuit eum dicens; Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum Apoc. 22. Frequentioremq; familiaritatem habent iam cum hominibus angeli quàm antea, vt patet in nouo testamento, & in multorum actibus sanctorum. Adeò per hāc diuinam vnionem,nostra natura prouecta est, vt dicat Diuus Augustinus in lib. de prædestinatione sanctorum. Eleuata est natura

Cant.7. Et explicatur ista autoritas.

Apoca.22.

tura noſtra in Chriſto tam excelſa & tam ſublimis euectio, vt quo altius attolleretur non haberet.

VERSVS SEPTIMVS.

Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis:

HVNC verſiculum primũ de Chriſto intelligunt interpretes, contra eum quippe ſurrexerunt non ſolum vulgus hominum, ſed etiam principes Synagogæ, vt eum morti traderent, & adhuc principes terræ contra eum in ſuis membris deſeuiunt, Pſal. 2. Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius. Principes autem Synagogæ contra Chriſtum aſtiterunt in domum Caiphæ pontificis, quando collegerunt concilium, vt decernerent de morte eius, & ſedens pro tribunali pontifex ſententiam protulit aduerſus eum dicens, Expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo & non tota gens pereat, & in ipſa nocte qua Dominum comprehenderunt, ante ſuum tribunal fecit eum ſtare Caiphas, & pontificia autoritate eum interrogauit de doctrina & prædicatione eius, atque adiurabit corã alijs ſi eſſet filius Dei benedicti, quod cum ſimpliciter faſſus eſſet Ieſus, eum tanquam blaſphemũ morti damnarunt dicentes, reus eſt mortis, quem poſtea ad prætoria Pilati & Herodis præſentarunt falſaq; teſtimonia aduerſus eum congeſſerunt, & denique cruci tanquam ſeductorem affixerunt, ſed ipſe patienter & voluntariè pertulit: propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. Meruit enim Chriſtus propter obedientiam paſſionis ſui nominis exaltationem, & vt celſitudo eius omnibus manifeſta fieret, & omnes linguæ, populi & tribus agnoſcant eum iudicem viuorum & mortuorum; & ante tribunal ſuum ſtent accepturi prout in corpore geſſerunt, vt ait Paul. adimpleaturq; in illo illud Iob. Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudiciumque recipies. Et illud Zachar. 12. Videbunt in quem pupugerunt. Ipſi tamen in iuſtificationibus Dei exercebatur cum pro crucifixoribus exoraret dicens. Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.

pſal. 2.

Matth. 25. & 26. Luc. 22.

Iob. 60.

Zach. 12.

Intelligitur etiam verſiculus iſte de martyribus conſequenter ad præcedentẽ vbi poſtulauerant iuſti, ne propter opprobria hominũ ipſum erubeſcerẽt, aut abnegarent, cõcederetq; infidelibus,

ne contemptui haberent fidem eius, Etenim (ait iuſtus) ſederunt principes & aduerſum me loquebantur, ita contingit martyribus vnde verſus iſte canitur in officio prothomartyris Stephani, qui primitiuus martyrum appellatur, mortem enim quam Saluator dignatus eſt pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit Saluatori, ſed cum lapidaretur ab impijs in iuſtificationibus Domini exercebatur, iuſtificationes quippe intelligere poſſumus iuſtitiam nouæ legis, qua abundat ſuper iuſtitiam Scribarum & Phariſæorum extenditurq; vſque ad inimicos, & ſic beatus Stephanus inter lapidum procellam poſitis genibus orabat dicens, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.

Verſus iſte etiã intelligitur de impugnatione dæmonum.

Tertiò intelligitur carmen iſtud de impugnatione dæmonum, qua iuſtorum machinantur ruinam ſecundum illud Pauli. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates contra mundi rectores tenebrarum harum contra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Vocatur enim diabolus princeps huius mundi Ioan. 10. Nunc princeps huius mũdi eijcietur foras, ſed facillimè repellitur à iuſto, qui ſe in lege & in iuſtificationibus Dei exercet, ſic enim profligatus eſt à Chriſto Domino in deſerto teſtimonijs legis, in quibus ſe exercebat Chriſtus. Cum enim contra aliquod legis præceptum peculiariter contra te inſurgit diabolus, vt te alliciat ad inobedientiam eius, tunc fortiùs inſtandum eſt in obſeruatione illius. v. g. ſi te ad impudicitiam inſtigat atque ad mulierum amorem allicit, tunc fortius contrapugnandum eſt aduerſus tale vitium, tunc magis fugienda conſortia mulierum, tunc vehementiùs ieiunijs, vigilijs incumbendum, orationi ferventius acquieſcendum, armaq; omnia bellica contra ipſum proferenda, ſicuti ciuitas ab hoſte obſeſſa ſemper vigilat & pugnat contra inimicum, tamen quando pleno agmine & maioribus viribus ab hoſte impugnatur, tunc & ipſa fortius contranititur maiori conatu ad ſui defenſionem ſe parat, quid ſi tunc abijceret arma? ſegnius iaceret tella? incautius à iactatis ſe defenderet? hoc ſuccumbere eſſet & ſe manibus prædatorum dare. Sic & tu de te ipſo in tentatione fer iudicium, vnde Paulus. Cum infirmor tunc fortior ſum, ideſt, cum ex infirmitate carnis meæ me aggreditur inimicus, tunc fortiùs cõtra eum inſiſto, ac ſi diceret, quod in noſtro vulgari fertur (ſaco fuerças de flaqueza) ipſam fragilẽ carnẽ ieiunijs & orationibus ſolidam fortemque reddo contra hoſtes,

Ephes. 6. Ioan. 10.

Simile.

2. Cor. 12.

tunc

tũc ergo debes te exercere in Dei iuſtificationibus,nec à bonis & conſuetis ceſſare operibus:ſed inſtantius illis incumbere,hoc enim eſt veluti paruipendere diabolum, ſicuti cũ quis conuitijs laceſsitur ab alio ille tamen operi quod faciebat intendit nec ab eo deſiſtens,quaſi irridens,ac paruipendens inimicum ſe habet: ſic tu ſi cum à dæmone agitaris,tua non omittas opera conſueta, ſed illis intendas,quaſi flocipendere inimicum videris,quapropter confuſus & pudore affectus auertet ſe,vnde Eccl.20.Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcenderit,locum tuum ne dimiſſeris, quia curatio facit ceſſare peccata maxima,ideſt,ſi diabolicus ſpiritus te adoriatur,ne conſuetas operas dimittas, hæc enim curatio faciet hoſtem pedem referre atque ab impugnatione tua ceſſare, qua te in barathrum peccatorum nitebatur intrudere & Iacob.4. Reſiſti te diabolo & fugiet à vobis,per hoc ſolũ quod reſiſtatis ei trophea & palmam ex eo portabitis,ſolum non conſentiendo, nec admittendo illum reſiſtitur,& terga vertit, cum enim ſuperbiſsimus ſit & ſuperioris naturæ ab homine,ſi ipſe vincere nõ poteſt hominẽ, tanquã victum ſe habet & fugit. Hoc enim eſt te gerere cum tentatore quaſi aliud agens, nec illum attendens,nec timens,nec eſtimans. Vnde Pſal.34.Ego autem cum mihi moleſti eſſent inuebam me cilicio,humiliabam in ieiunio animam meam,ideſt, aliud opus faciebam quaſi nec aduertẽs, nec audiens tẽtatorem ipſe me in delitias & corporis voluptates nitebatur allicere,ego autẽ adeò illi non attendebam,nec audiebam,vt potius contraria niterer operari.Et Pſal.108.Loquuti ſunt aduerſum me lingua doloſa,& ſermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis, ego autem orabam. Quaſi aliud faciẽs nihil mihi curæ de illo erat, ſed nec audiebam imò flocipendebam illum.Quod Dñs.Ioan.8. videtur nobis ſuo expreſiſſe exemplo, nam cum Phariſæi ad illũ adduxiſſent mulierem in adulterio deprehẽſam,vt illam damnaret,dixit.Qui prius ſine peccato eſt veſtrũ,primus in illã lapidem mittat.Et quaſi aliud agẽs,nec illis attẽdens inclinabat ſe & digito ſcribebat in terra,& ſic profligati ſunt aduerſarij & vnus poſt vnũ exierũt,& dimiſſerũt mulierẽ ſolã.Si quaſi aliud agens bonis operibus incũbens non attenderis inimicũ, ſolum te dimittet & fugiet. Dicat ergo noſter pſaltes.Et enim ſederunt principes,& aduerſum me loquæbantur:ſeruus autẽ tuus exercebatur in tuis iuſtificationibus,nec dimittebam meas operas,nec ad illos attendebam, alijs

Simile.

Eccleſ.10.

Iacob.4.

Pſal.34.

Pſal.108.

Ioan.8.

ſtudioſius incumbens, & aduerte quòd dicit, Sederunt, ideſt, non repentino impetu, ſed excogitato conſilio, principes ſederunt contra Chriſtum, contra martyres, & contra iuſtos &c.

VERSVS OCTAVVS.

Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & cõſilium meum iuſtificationes tuæ.

Auguſt. AVguſtin⁹. Cõſiliũ cõtra cõſiliũ, qm̃ principes cõtra iuſtos cõſiliabãtur, vt eos pderẽt, juſti vero cõſiliũ ſumẽtes cũ Dei iuſtificationibus quæ docẽt inimicos diligere, cõſiliabãtur quomodo eos ſaluos facerẽt. Cõſiliũ ſumpſerũt ſummi ſacerdotes, quomodo Ieſum pderẽt & occiderẽt, ipſe autẽ cogitabat quomodo eos ſaluaret, & redimeret nõ em̃ viæ ſuę, viæ nr̃æ, nec cogitationes ſuę, cogitationes nr̃æ. Cui & põt adaptari quod ſtatim diximus ex Pſal. 108. Cogitauerũt aduerſum me lingua doloſa & ſermonibus odij circũdederũt & expugnauerũt me gratis, ego autẽ orabã, nimirũ dicẽs, Pater ignoſce illis quia neſciũt qd faciũt, idẽ martyres & cęteri iuſti, cõſiliũ cõtra cõſiliũ accipiũt peccatores & iniqui cogitãt cõſilia aduerſus iuſtos, quomodo eos perdant, iuſti autẽ quomodo eos lucrẽtur & ſaluos faciãt, cogitabãt cõſilia mortis cõtra Paul. Iudæi, ipſe autẽ cogitabat quomodo eos lucraretur, & ſaluos faceret aliquos ex illis. Meditatur iuſtus in Dei mãdatis & cõſiliũ capit cũ eis, prudẽter vterq; facit nã vt ſapiẽs dicit Prou. 11. & 24. Salus eſt vbi multa cõſilia ſunt, in lege Dei decẽ præcepta ſunt, hos decẽ cõſiliarios aſſumat orthodoxus quiſq; & cũ eis habeat myſteriũ cõſilij ſui, hos habeat tãquã dearchos & ꝺcuriones quos accerſat, vbicũq; operãdũ ſit, nec ab eorũ cõſilio deuiet hãc vniuerſalẽ normã fidelis in oĩbus operibus atque negotijs obſeruare ſummopere debet, vt antequã negotiũ aggrediatur, cõſulat, an ſit ſecũdũ legem Dei, vel cõtra aliquod pręceptũ illi⁹, quod ſi inuenerit cõtrariũ eſſe omnino à negotio abſtineat, nã poſt patratũ ſcelus ſumma cũ difficultate curat, qm̃ ſi iã ex iniquo lucro cõgeſiſti pecunias & eas in arca ærea cõcluſiſti, vel oculos tuos pri⁹ erues, quã inde eas extrahas vt reſtituas, ideò dicebat Saluſtius priuſquã aliq̃ rẽ aggrediaris op⁹ eſt cõſulto, cõſiliũ autẽ Chriſticolę cũ mãdatis Dei debet eſſe, vñ Felix ita vertit hũc verſiculũ. Eteñ mãdata tua ſolatia mea & iuſtificationes tuæ viri cõſilij mei (el entretenimiẽto y deſenfado del juſto es la meditaciõ dela ley de Dios.) Vñ gaudiũ iuſtorũ in hac

Pſal. 108. Luc. 22.

prouer. 11. & 24.

Saluſtius.

Felix.

vita

vita occultū eſt, qm̄ internū, q̄re ſtulti gaudiū eorū reputāt ſine ho
nore, quia nō lętātur, cū male fecerint, nec exultāt in reb⁹ peſsimis, Sapien. 5.
nec gaudent ſceptris, nec diuitijs nec in obſcœna volutātur carne,
ſed in lege Dñi eſt volūtas & voluptas eorū, in lege eius meditātur pſal. 7.
die ac nocte. Eſt quippe gaudiū eorū theſaur⁹ abſcōditus inter ve- Matth. 13.
pres & ſpinas, quē necvidere, nec capere poſſūt impij, in obſeruātia
cm̄ mādatorū Dei in cōtēptu ſui & in alijs, quæ aduerſant carni &
ſanguini, eſt gaudiū eorū. Bene ergo dicit mandata tua ſolatia mea
etiā ſi carnis cōcupiſcięt̄ię cōtrariæ videātur, & iuſtificationes tuæ
viri cōſilij mei. Habet hō aliquos ſelectos amicos cū qb⁹ & negotia
ſua pertractat & cōſilia capit cū illiſq; cōfabulari pro ſummo ſola
tio reputat, loco horū iuſt⁹ aſſumit mādata Dei. Tale cōſiliū acce-
perūt illi qui ad nuptias ſuas vocauerūt Ieſum & matrē eius & di- Ioan. 2.
ſcipulos, tales cōuiuas habeat fidelis ſecū. Chriſt⁹ & diſcipuli eius,
ſimul cū matre ſint in omnibus negotijs tuis, tā in proſperis quā in
aduerſis eos ad nuptias inuita, eos ad cænā voca, eos etiā ad lachry
mas & luctus accerſe, vt omnia negotia tua eorū cōſilio dirigātur,
vt videas ſi iuxta doctrinā Chriſti & Apoſtolorū eius ſint directa.
Quòd ſi ab eis videris deuiare, itērū ad eorū lineā reducas. Cōſilia
quippe hominū incerta ſunt, & fallacia. Nā vt ait Sap. Cogitatiōes Sapien. 9.
mortaliū timidæ, & incertæ prouidētiæ noſtræ. Vñ Eccl. 37. Noli Eccleſ. 37.
cōſiliari cū ſocero tuo & à zelātibus te abſcōde cōſiliū, omnis cōſi-
liarius prodit cōſiliū, ſed eſt cōſiliari⁹ in ſemetipſo: iſte ſcilicet qui
mādata Dei abſcōdita geſtat in pectore & cū eis ſua tractat cōſilia.
Nā cōſilia hominū prēter hoc q̄ ſunt incerta, iniqua vt plurimū ſo
lēt eſſe, quare Tobias 14. filium ſuū docebat vt cōſilia ſua in Deo Tob. 14.
pmanerēt, firmiter, & inuiolabiliter eis adhæreret. Amici ſint tibi
plurimi, (ait Sapiēs) cōſiliarius autē vnus de mille, quis eſt iſte mil- Eccl. 6.
lenus, niſi Chriſtus Dñs qui magni cōſilij Angelus dicitur, & inter
cætera nomina eū vocat. Iſa. c. 9. admirabilē cōſiliariū. Qui vnus Iſai. 9.
de mille eſt, qm̄ electus ex millibus. De quo & idē Salomō, virum Eccleſ. 7.
de mille vnū reperi. In hoc permaneāt ſemper conſilia tua, vt pro-
ſperos & certos ſortiātur effectus. Dauid paſsim conſulebat Dñm
lege primū, ſecundū libros Regū, & videbis quod ſex vicibus ſcri-
ptum ſit conſuluiſſe Dauid Dñm. Poſthæc conſuluit Dauid Do-
minū, & cōſoluit Dauid Deum &c. Quo cōtra quia Ioſue os Dñi
non interrogauit ſeductus eſt à Gabaonitis, vide quibus verbis, cō
queratur Deus per Iſa. ca. 30. Væ filij deſertores dicit Dominus, Iſai. 30.

vt face-

vt faceretis consilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per spiritum meum vt adderetis peccatum super peccatum, qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Ægypti in cõfusionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam. Non prosperè cædunt prauorum cõsilia, & qui eis innititur cõfundetur, infatuat enim Dominus consilium malorum sicut infatuauit consilium Achitophel & proditoris Iudæ ita vt in desperationẽ & suspendiũ vterque veniret, quoniam Deus dissipat consilia gentiũ reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum, consilium autem Domini manet in æternum, quia res æternas & non propediem perituras consulit, quare rectè respõdit ei Petrus cum eis diceret Dominus. Nũquid & vos vultis abire, quo ibimus Domine, verba enim vitæ æternæ habes, non caduca cõsulis, sed quæ in æternum permansura durabunt. Vnde & Hiero. ita interprætatur hunc versum dicens. Et consilium meum iustificationes tuæ, quia vitam pollicentur æternam. Bene ergo concludit noster peregrinus suam sententiam dicens. Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuę. Iam peregrinus suam egit personam suaque dicta compleuit ad aliã iam transeamus quæ alios octo versus decantabit.

2. Reg. 17.
Psal. 32.
Ioan. 6.
Hiero ny.

QVARTVS OCTONARIVS.

ד

1. Daleth. Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.

2. Daleth. Vias meas enuntiaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

3. Daleth. Viam iustificationum tuarũ instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

4. Daleth. Dormitauit anima mea præ tedio: confirma me in verbis tuis.

Viam

Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miſerere mei. 5. Daleth.

Viam veritatis elegi: iudicia tua nõn ſum oblitus. 6. Daleth.

Adhæſi teſtimonijs tuis Domine: noli me confundere. 7. Daleth.

Viam mãdatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum. 8. Daleth.

TRACTATVS QVARTus ſuper quartum octonarium.

ADhæſit pauimento anima mea, viuifica me ſecũdũ verbum tuum. In hoc quarto octonario Propheta induit perſonam hominis mentæ quidem ſeruiẽtis legi Dei, carne autem legi peccati, vt dicit Paulus. Rom. 7. Vnde & in iſto octonario præponitur litera Daleth, quæ ſignificat timorem, vel natiuitatem. Nã ex hoc quòd homo in carne fragili naſcitur, timet caſum, ex carne ipſa in qua naſcimur prodit timor labendi. Vnde Paulus timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri. Carnis ſenſibus fuit ſeducta Eua allecta viſu & ſapore pomi, ita timeo ne per ſenſus carnis veſtræ corrumpamini: ex eo quòd video vos in carne fragibili eſſe, timeo lapſum veſtrum. Ideo monet nos vt cum timore & tremore noſtram ſalutem operemur, quia habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus qui quàm facile franguntur, tam cito perit quod in eis eſt. Quare neceſſarium habemus auxilium diuinum, vt Deus ipſe manum porrigat cadenti & emortuam carnẽ viuificet. Vnde dicit in hoc verſu. Adhæſit pauimẽto anima mea, ideſt, carni quæ eſt pauimentum animæ ex terra nempe facta. Quare alia litera habet ex Hebræo, adhæſit pulueri anima mea, ideo peto vt me viuifices ſecundùm verbum tuum. Vnde Caſsiodorus dicit. Timẽti lapſum ex infirmitate carnis, lex Domini ſubue-

Induit perſonã hominis mentẽ ſeruiẽtis legi Dei, carne autẽ legi peccati. Roman. 7.

2. Cor. 11.

Philip. 2.

2. Cor. 4.

Caſsiod.

ni ſubleuat, quæ ad omnia ſufficit, ſcilicet vel interpretatur timor & natiuitas, quia ex timore Domini incipit ſpiritualis natiuitas
Prouer. 1. ſecundùm illud. Initiũ ſapientię eſt timor Domini, & illud Iſa. 26.
Iſai. 26. A facie tua Domine concepimus & quaſi paturiuimus ſpiritum ſalutis.

Sed pro introductione materiæ totius huius octonarij, operepretium exiſtimo id adnotare quod ex Platone didicimus. Fingit
Fictio Platonis. Plato hominẽ animal quoddam prodigioſum chimericũq;, quippe quem ex diſparatis naturis confictũ videmus, nempè ex carne, & ſpiritu, ex corpore & anima: quarũ vna cum belluis cõmunem, alteram dijs ſimilem accepimus, vt ait Saluſtius. Hę autem quàm diuerſæ ſint ex earum natura liquet. Spiritus immortalis, ęternus, inuiſibilis, intractabilis, nulloque ſenſu perceptibilis eſt: at caro fragilis, caduca & mortalis, ſenſibusque corruptibilibus patens. Cum ergo diuerſa ſit vtriuſque natura, diuerſa eſt etiam operatio & inclinatio, anima quæ cœleſtis & ſpiritualis eſt alta petit, caro quæ ex terra eſt ad ima inclinatur, altera ſupernè tendit, altera infernè mouetur. Hæ autẽ inclinationes & appetitus aduerſi ſibi ipſi ſunt,
Ad Gal. 5. ſicut motus ſurſum, & motus deorſum. Caro enim ait Paulus concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ, ex quo oritur inter eos pluſquam ciuile bellum, vt & noſter poeta Hiſpanus
Poeta Hiſpanus. his verbis dixit (Cãta tu Chriſtiana muſa, la mas que ciuil batalla,)
Lucanus. quod deſumpſit ex Lucano in enarratione belli inter Pompeium & Cæſarem,

Bella per Emathios pluſquàm ciuilia campos.

Ciuilior pugna eſt inter carnem & ſpiritũ in homine. Nec enim ſolum eſt inter conciues & municipes eiuſdem ciuitatis, nec inter leuirum & ſocrum, vt Pompeius & Cæſar erant: ſed inter eundem & eũdem, vt ita dicamus inter me & me ipſum, egomet mihi bellum ingero, eiuſdem ad ſeipſum, eſt duellum. Diuiditur homo in duas partes in hac conſideratione belli, & ſecundum portionem animæ inferiorem quæ carnem vegetat animatque, & ſecundum portionem animæ ſuperiorem, quæ dicitur ſuperior ratio, & independentes à tẽpore operationes habet. Hæ duæ operationes ſunt, quæ inter ſe militant. Nam cum ad ſuperna tendere vult ſpiritus,
Chryſoſt. caro eum deprimit ad inferna, nec eum eleuari, nec diu durare inſuperis eum ſinit. Imaginemur (ait Chryſ.) paſſerem alligatum filo
Simile. breui

breui vni ex digitis meis, extendit quidem alas ſuas paſſer vt volet, ſed vix quatere alas aeremque ferire incipiet, & iam cadet recedet, & ad manum reuertetur, quia offendit in digito vbi erat alligatus. Sic miſella anima dum huic corpori inhæret alligata illi eſt, quòd ſi expanderit mentis alas vt altiſsima per deſiderium & meditationem volitet, ſtatim caro deprimet, eiuſque neceſsitatibus ſuccumbere oportebit. Nam vel ſomnus obrepit & animam inclinat ad ſoporem, funeque iſto, hoc eſt colligantia qua iungũtur caro & ſpiritus ad ſe attrahit atque diuertit. Vult legere aliaq; animæ propria exercere officia, neceſsitas ſumendi cibũ, vel quærendi, vel ſe calefaciendi, vel veſtiendi, vel aliæ innumerabiles indigentiæ eum auocant, ne quod velit bonum illud agat. Corpus enim quod corrumpitur; aggrauat animam & deprimet terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Inuenio enim ait Paulus Rom. 7. legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet, inuenio autem aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ captiuantem me in lege peccati, quę eſt in membris meis, ecce aliud maius malum. Quoniam non ſolum rapit ad diuerſas oparationes: verũ etiam ad peccata. Loquitur enim Paulus & noſter Propheta de carnis & concupiſcentiæ fomite, qui peccatum dicitur, vel quia ortum habuit à peccato, conſequens enim eius fuit, vel quia inclinat ad peccatũ. Hic autem fomes eſt hæc peruerſa inclinatio & rebellio carnis contra ſpiritum, quæ peruicatia quadam ſemper contra eum inſurgit: & ad peccatũ aliquando nolentem & repugnãtem videtur quòd trahat. Huius typũ fuerunt illi duo fratres Eſau & Iacob qui in vtero matris collidebantur & belligerabant, in ortu etiam Eſau plantam tenebat Iacob, nam carnis hæc & ſpiritus controuerſia in vtero incipit: quippe qui in peccato concepti, & nati ſumus, per generationem enim tranſmittitur in nobis primorum parentum miſeria. Plantam autem tenet Eſau Iacob, quoniam vſque in finem vitæ hæc bella durabunt. Planta extremũ eſt corporis, mors extremũ vitæ. Iſmael etiam perſequæbatur Iſaac, filius ancillæ, filium liberę: quoniam caro, quæ ancilla & captiua eſt animam quę libera eſt perſequitur & æmulatur. Quod Paul. Gala. 4. enarrat. Quomodo tũc is qui ſecũdũ carnẽ natus fuerat; perſequebatur eũ qui ſecũdũ ſpiritũ ita & nũc, loquitur autẽ ad literã de Iſmaele, & Iſaac. Nullus (excepto Chriſto, & matre eius quæ ligatũ habuit formitẽ vſq; ad cõceptionem

Sapien. 9.

Rom. 7.

Fomes peccati.

Geneſ. 25. Figura.

Galat. 4.

ptionē tāti filij, deinde omnino ſublatum ab ea fuit) nullus inquam his duobus exceptis abſque iſto fomite naſcitur & viuit, quantacunque polleat ſanctitate & virtute. Huius veritatis figuram

Figura. expreſsit turturis ſacrificium. Iugulabatur enim turtur, caput autem non abſcindebatur à corpore ſed ei colligatum permanebat. Etiam ſi carnem tuam immoles ieiunijs & vigilijs extenues, flagellis iugules, omnino ab ſpiritu ſeiungere non poteris, ſemper colligata & obligata anima ſuis neceſsitatibus permanebit, ſemperque eam rebellem ſenties, etiam quando iam ſe palmam adeptam putauerit, vt Paulus poſt tales reuelationes quando iam quæ carnis eſſent, neque ſentire deberet, talem peruicaciam & contradictionem expertus eſt. In hoc ergo quarto octonario, iuſtus qui in ſe talem experitur contradictionem quaſi gemens & vlulans prè anguſtia dicit. Adhæſit pauimento anima mea. Vox eſt querula & anguſtias præſeferens, ſed agnoſcens quòd ſolus Deus patientiam & virtutem præſtare poteſt aduerſus talem hoſtē. Subinfert. Viuifica me ſecundū verbum tuum; quaſi iam audiuiſſet Paulum

Rom. 7. dicētem Rom. 7. Ego quidem mente ſeruio legi Dei, carne autem, legi peccati, & ipſum met clamantem & dicentem. Infelix ego homo, quis me liberauit de corpore mortis huius? & reſpondentem ſibimet. Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Ideo & ipſe dicit anima mea adhæret huic carni, huic terreno ſolo & pauimento, nemo autem me poteſt à tanto hoſte eruere, nec à tanta miſeria ſubleuare niſi tu ſuppetias feras, porrigaſque manum, ideo viuifica me ſe-

Matth. 4. cundum verbum tuum. Nam non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Verbum enim Dei fert ſuā

Gratia Dei non tollit fomitē dat autē virtutē animæ. gratiam & vitam, quia eſt veluti ſemen ſpiritualis vitæ. Sed obſeruandum, quòd gratia Dei quidem non tollit hunc fomitem, nec propriè minuit illum in ſe, ſed addens virtutē & vires animę quaſi minoris virtutis apparet fomes quàm antea; veluti ſi ſit pōdus aliquod, quod ego portare non poſſum niſi cum magna ac difficiliui, ſi extèmplo corpori meo vires addantur, vel alius fortior adiutor iungatur, minoris ponderis apparet onus quàm antea, licet nō ſit in ſe diminutum, ſed mihi virtus aucta. Scotus affert aliud ap-

Simile. Scotus. poſitiſsimum exemplum. Imaginemur quòd alæ aquilæ ab ortu ſuo ſit ligatus lapillus, qui volatum eius impediat, quanto ala plus creuerit & pennæ natæ, & virtus auctior, tanto minus ſentit impedimentum lapilli ad volandum. Sic nobis contingit. Ab ortu noſtro

ſtro fomitem hunc gerit anima ligatum, quia adhęret corpori qui quaſi lapis eius celerem volatum contrahit, quanto in gratia Dei plus adoleuerit, tanto minus ſentiet fomitis impedimentum, neceſſaria eſt igitur gratia Dei, quæ animam grauatam corporis terreni pondere ad ethera ſubleuet. Vnde animalia illa ſancta quæ vidit Ezechiel pennatos habebant pedes. Hæ alæ ſunt ſupernæ & infuſæ virtutes quæ animam ad ſuperna euehũt, eam cõtra corporis grauedinem adiuuãtes. Nam cum anima huic fragili carni immerſa ſit ſummopere indiget diuino & ſupernaturali auxilio. Vnde Dauid, Cuſtodi nos Domine vt pupillam oculi. Scio verſiculũ hunc interpręt̃ari de amore quo Deus nos afficit, diligit enim nos quaſi pupilla oculi amari ſolet, vnde ipſe alibi Zach. 5. Qui vos tãgit; tangit pupillam oculi mei. Sed ego nunc exiſtimo etiam poſſe intelligi quòd Propheta expoſcat continuum & ſingulare præſidium ad cuſtodiendam teneram & delicatulam animam fictili carni ſubmerſam, quia pupilla tenera res eſt maxima cuſtodia indiget, vnde & natura palpebras & ſupercilia quaſi pro tegumento & cuſtodia ei ſuperpoſuit. Sic ergo cuſtodi nos Domine, eo diligenti præſidio, quo res tenerrima & delicatula cuſtodiri ſolet.

Figura. Pſal. 16. Zach. 5.

Dicit ergo Propheta. (Adhæſit pauimento anima mea viuifica me ſecundum verbum tuum.) Corpus pauimentum animæ eſt vt prædiximus, pauimentum autem oportet & planum & ſolidum eſſe, ne vel offendamus, vel impingamus in illo, & ideo debet calcari ligneis inſtrumentis, peſſundari vt eleuata complanentur ne in eis offendamus, & tenerum ſolidetur, ne pedes deprimantur. Sic ſic nimirum caro conculcanda eſt dureque tractanda, ictibus flagellorum opprimenda & ferocientes & luxuriantes appetitus eius deprimendi ſunt, ne animæ curſum impediat, vel in eleuatis per ſuperbiam deſiderijs offendat, vel in lubricæ luxuriæ hiatu demerſa ſuccumbat, nec ſit procliuis neque decliuis, ſed fiant praua in directa & aſpera in vias planas. Quod & Dominus docere voluit cum innumeram illam multitudinem quam pauit in deſerto, vt legitur Ioan. 6. ſuper fœnum conſedere præcepit. Nam omnis caro (clamat Iſai.) fœnum. Super illud ergo ſedendum, vt ſemper calcata inferiorem ſe animæ cognoſcat eique ad dictũ obediens ſit. Seruo enim maleuolo virga & compedes. Eccleſ. 33. Zachæus etiam vt Chriſtum videre poſſet ſuper ſycomorum aſcendit, erat enim puſillus ſtatura. Anima puſilla eſt maximè dũ carni

Textus. Cur corpus dicatur pauimentum. Caro dure tractanda. Ioan. 6. Iſai. 40. Eccleſ. 33. Luc. 20.

inhæret,quæ parua & tenera eſt. Aſcendat ergo ſuper inſanã carnem eleuetur ſuper illam, vt ſic immenſum illum gigantem ſine impedimento cernere poſsit.

Auguſt. Sed aduertendum cum Diuo Auguſtino,quòd ſi imaginemur mundum hunc inferiorem tanquam magnam & ampliſsimã domum,inueniemus quòd cœlum tectum huius domus eſt, terra autem veluti pauimentum. Quare per pauimentum hic vniuerſam congeriem cupiditatum terrenarum intelligit Auguſtinus. Quã

1. Ioan. 2. Diuus Ioan.in ſua canonica reducit ad tertia dicens, omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcientia carnis,aut concupiſcientia oculorum,aut ſuperbia vitæ. Vniuerſa concupita in his claudũtur nempe vel in voluptate carnis,vel pecuniarum,vel ſuperexcellentium bonorum. Adhærere ergo animam pauimento, eſt vniuerſis his intricari concupitis,à quibus erui petit per verbum Dei, vel ſumendo verbum pro eius Euangelio & doctrina,vt à principio diximus, vel ſecundo pro promiſsionibus Dei, ſecundum illud

Lucæ. 2. Luc.2. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace,ideſt,ſecundum promiſſã tua. Nam vt ait Paul.

Roman. 9. man.9.Chriſtiani ſumus filij repromiſsionis, non enim omnis,ait, qui ex Iſrael hi ſunt Iſraelitæ,neque qui ſemen ſunt Abrahæ omnes filij,ſed in Iſaac ait vocabitur tibi ſemen. Ideſt,non qui filij carnis,hic filij Dei,ſed qui filij ſunt promiſsionis extimantur in ſemine. Nam Iſaac potius videtur filius repromiſsionis quam naturæ: quippe cum ſecundum naturam Sara concipere non poterat,quę pręter hoc quòd ſterilis erat iam deſiuerant illi fieri muliebria nec apta vllo modo iam conceptui erat, ſed miraculoſe conceptus & natus eſt Iſaac,vt Dei promiſſa ſortirentur effectum. Quare Iſaac, eſt veluti filius fidei Abrahæ,qui per fidem talem repromiſsionẽ accepit,vt in ſemine eius omnes gentes benedicerẽtur, & ipſe eſſet pater omnium credentium. Nos ergo ſumus filij veri Iſaac, ideſt, Chriſti repromiſsi qui riſſus & gaudium hominum & Angelorum eſt,(id enim ſignificat Iſaac) & per fidẽ in baptiſmo filij eius renaſcimur,filij repromiſsi filij. Et quia ex eiſdem nutrimur &

Ariſtot. ſumus(vt ait Philoſophus) ſi in his repromiſsionibus generamur in eis etiam viuimus. Spe enim ſalui facti ſumus,ait Paulus, ſub ſpe harum repromiſsionum viuimus,quas per patientiã expectamus. Chriſtus autem repromiſsit nobis corporum immortalem vitam quando iam corpus non erit aggrauãs animam,nec animale corruptibile,

ruptibile,aut infirmum,ſed ſpirituale,glorioſum,incorruptibile, atque forte,vt ait Paulus.1.Corinth.15.Tunc enim non erit ani- 1.Cor.15.
mæ moleſtum,nec faſtidioſum,nec eam opprimet,ſed erit animæ ad nutum obediens abſque vlla repugnantia & contradictione. Modò enim ait Auguſtinus,anima adhæret corpori,tunc autem Auguſt.
corpus adhærebit animæ. Nunc anima carnis neceſsitatibus ſeruit,tunc corpus animæ in omnibus ſubiectum erit; nam tunc liberabitur anima à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei,vt ait Paulus Roman.8. Hæc autem promiſſa prote- Rom.8.
lantur vſque ad corporum regenerationem,interim tamen permittitur carni ſecundum ſuam naturam agere,animam grauare & opprimere,vt per huiuſmodi bellum proprio marte adiuuãte gratia Dei anima ſibi præmium acquirat. Sicut & inter filios Iſrael Figura.
permiſit Amorreos & Fereceos vt in illis erudiret populũ ſuum. Cæterum & ſi hæc promiſsio vſque ad aliud proteletur ſtatum,interim tamen auxilia ſua nobis pollicitus eſt,quibus palmam ex domeſtico hoſte nanſciſci poſſumus.Ecce ego vobiſcum ſum,cũ Matth.28.
ipſo ſum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum.Et Paul. Pſal.4.
pro hac pugna ter Dominum rogauit & dictum eſt illi. Sufficit 2.Cor.12.
tibi gratia mea.Petit ergo anima iuſti in corpore clauſa vt hæc Dei promiſſa adimpleantur,viuificetque corpus ſuo tempore illa incorrupta immortali & ſpirituali vita,ſed interim viuificetur ipſa vita gratia auxilioque diuino conſolidetur reboreturque,vt poſſit reſiſtere in die malo.

Tertiò poſſumus intelligere per verbum,ipſummet filium Dei qui verbum patris dicitur. Nam per ipſum ſperat anima vehi ad cœleſtia,adeò deiecta erat in iſto pauimento concupiſcentijs eius & laqueis irretita,vt niſi filius Dei eam in cruce ſecũ eleuaſſet,ſemper in imis iaceret.In cruce autem cum Chriſto ſubleuata eſt anima ab hoc terreno pauimento & ſolio,vt ipſe dicit. Ioan.10.Ego Ioan.12.
ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum,ideſt, omnia mecum eleuabo, ſicut latronem ſecum euexit in cœlum. Vnde id quod in deriſum pueri illi à leonibus dilaniandi dicebãt Heliſæo 4.Reg.2.
aſcende calue,aſcende calue,poſſumus nos in honorẽ vertere & di- Figura.
cere Chriſto Dño.Aſcẽde calue,ideſt,aſcende caluarij mõtis collẽ atque faſtigium,quod eſt crux eleuata in vertice illius montis; vt ſic, & nos aſcendamus tecum. Et non dicimus ei, quod blaſphemantes æmuli ſui dicebant, ſi filius Dei es deſcendat de cruce Matth.25.

Bernar. & credimus ei. Quid enim conſequentiæ eſt (ait Bernardus,) Si filius Dei eſt deſcendat, & non magis vt aſcendat? aſcende ergo dicimus ei in palmam vt & nos tecum ſubleuati colligamus fructus eius. Aſcende in lectulo ſuper puerum vt illi commenſuratus & ſuper eum incuruatus ad vitam reuoces mortuum, aſcende in lectulo crucis non in lectulo illo florido cui Salomon incubauit, ſed in lectulo ſpinis obſito, clauis circūdato & ornato, vt viuifices nos in te ipſo qui verbum Dei patris es. Iacet enim in pauimento anima noſtra niſi tu verbum patris, eleuatus in cruce & nos tecum pariter ſubleuaueris.

Figura. Cant. 7. 4. Reg. 4.

VERSVS SECVNDVS.

Vias meas ennuntiaui, & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas.

CONfeſſus ſum vias meas, me in pauimento carnis iacuiſſe, concupiſcentijs eius obediſſe, indigna multa perpetraſſe, tu Domine doce me iuſtificationes tuas, ideſt, vias tuas inquantum peccatores iuſtificant, & ad te cōuertunt. Ego vias meas annuntiaui; quæ ſunt peccata, tu tuas edoce me quæ ſunt iuſtitiæ rectè lætificantes & iuſtificantes corda. (Vias meas enūtiaui & exaudiſti me) Viæ noſtræ peccata ſunt, via Dei iuſtitia, nūquid via mea non eſt æqua ait Dñs, & viæ veſtræ prauę ſunt? Ezech. 18. (& exaudiſti me.) Nā qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur, qui autem deliquerit & confeſſus fuerit, miſericordiam conſequetur. Et illud. Dixi & confitebor aduerſum me iniuſtitiā meam Domino, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei, doce me iuſtificationes tuas. Dic tu prior peccata tua vt iuſtificeris. Iſa. 43. Reuela Domino viam tuam & ſpera in eo, & ipſe faciet & educet quaſi lumē iuſtitiam tuam & iudicium tuum tanquam meridiem. Ecce quid ex vera confeſsione peccatorum conſequitur. Peccata tenebræ ſunt quæ & lumen gratiæ abſcondunt imò & omnino auferunt ſi ſint mortalia, & rationē obnubilant. Sed ei qui Domino reuelat viam ſuam per confeſsionem, tenebræ conuertuntur in lumen. Peccata enim confeſſa iam non tenebræ ſed lumen meridianum ſunt, nam quod tenebras inducebat, ideſt malitia, profligata eſt, deteſtatio autem peccati & conuerſio ad Deum quod in pœnitēte manet, lumen ſunt. Deducet ergo iuſtitiam tuam lucę meridiana ſplen-

Pſal. 18.

Ezech. 18. prou. 28.

pſal. 31.

Iſai. 43. ſecundū. 70. pſal. 36.

Quid conſequitur ex vera cō feſsione.

na ſplendidiorē, nam peccata per cordis lachrymas dilluta, iam cā
dida & lucida ſunt ſecundum illud Iſai. 1. Lauamini (per contritio Iſai. 1.
nem, ſcilicet,) mundi eſtote (per cōfeſsionem quæ omnes receſſus
animæ purgat, cum omnia abdita pandit) auferte malum cogita-
tionum veſtrarum ab oculis meis, quieſcite agere peruerſe, diſcite
benefacere (hæc eſt enim vera pœnitentia, præterita plangere &
plangenda iterum non committere, ſed ad meliorem frugem con
uerti) & venite arguite me dicit Dominus. Si fuerint peccata veſtra
vt coccinum quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi ver
miculus, velut lana alba erunt. Ecce quid vera confeſsio conferat.
Nam de veris pœnitentibus poteſt dici quòd lauerunt ſtolas ſuas
& candidas eas fecerunt in ſanguine agni, nimirum in ſacramen-
to confeſsionis, in quo ſanguis Chriſti adminiſtratur. Dicat ergo
pœnitēs. Vias meas enunciaui & exaudiſti me, ideſt, veniam con-
ceſsiſti peccatis confeſsis. Quare alia litera ex Hebræo habet, &
reſpondiſti mihi, quod in idem recidit, reſponſum enim Dei verè
pœnitentibus remiſsio peccatorum eſt.

Sed aduertendum quòd peccatoribus ſceleribus inuolutis ali-
ter reſpondet Deus, & aliter eiſdem pœnitentibus. Peccata noſtra
reſponderunt nobis, ait Hierem. Quæ nam reſponſio eſt iſta? illa
de qua Pſal. Contritio & infelicitas in vijs eorum. Et illud. Rom. 2. Pſal. 13.
Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis ma Roma. 2.
lum, ecce eccum peccati, (Es el ecco del peccado.) Et illud quod fa- Ecco.
tuis virginibus reſponſum eſt; Amen dico vobis neſcio vos, diſce- Matth. 25.
dite à me omnes operarij iniquitatis, & vę vę væ habitantibus ſu-
per terram, hæc reſponſa reddit Deus peccatoribus. Vnde Ezech.
14. ſic dicitur. Homo homo de domo Iſrael qui poſuerit immun Ezech. 14.
ditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit con-
tra faciem ſuam, & venerit ad Prophetam interrogans per eū me;
ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſua-
rum. Sed verè pœnitentibus reſponſum & eccum aliud eſt. Pecca
uit Dauid grande peccatum iungens homicidium adulterio, pro-
poſuit illi Natham peccatū ſuum, & dixit Dauid. Peccaui Domi-
no, & ſtatim Deus reſpondit. Et Dominus tranſtulit quoque à te
peccatum tuum. 2. Reg. 12. Diluebat lachrymis pedes Ieſu Mag- 2. Reg. 12.
dalena & intimis verbis veniam pro delictis deprecabatur, & re-
ſpondit illi Dominus. Remittūtur tibi peccata tua, vade in pace.
Bene ergo dicit Propheta vias meas enuntiaui & reſpōdiſti mihi, Luc. 8.

ideſt,veniam præſtitiſti flagitijs,ideò petebat alibi Dauid,vt Deus eius clamorem intelligeret. Verba mea auribus percipe Domine intellige clamorem meum. Nam ad ea quæ intelligimus reſpõſum damus,ſed ſi non percipimus quomodo reſpondere poterimus? intellige ergo clamorem meum,ideſt,approba vt reſponſum des cõcedendo,aliàs imprudentibus dicit Dominus;neſcio vos,ac ſi diceret,nec quæ petitis intelligo,nec iniquis petitionibus veſtris reſpõdere libet. Vnde Iacob. Petitis & non accipitis, eo quòd male petatis. ¶ Doce me iuſtificationes tuas vt opere adimpleam. Intelligenam de ſcientia practica,ideſt,operatiua loquitur. Id dicitur in ſcriptura aliquē ignorare quod non facit,non nouit practicè. Hæc autem eſt ſcientia ſanctorum,ſcientia practica,de qua Prou. 9. Sciẽtia ſanctorum prudentia. Prudẽtia quippe virtus eſt, quæ ad opus dirigit,de qua alibi. Dedit illi ſciẽtiam ſanctorum, practicã,& operatiuam mandatorum Dei. Doce me ergo iuſtificationes tuas,hac ſcientia operatiua,vt opere compleam quod mente concepi.

Pſal. 5.

Iacob. 4.

prouer. 9.

Eccl. 10.

VERSVS TERTIVS.

Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

QVæ antea iuſtificationes nuncupauerat,nunc vias iuſtificationum vocat. Dei enim mandata,quę ſub vtraque nomenclatura continentur,quia obſeruata iuſtificant,iuſtificationes dicuntur. Quia vero ſunt viæ quibus ambulamus ad patriam (nam per mandatorum obſeruantiam meremur vitam æternam) iterum viam ea vocat,vt infrà, Viam mandatorum tuorum cucurri. Et Paul. creati in operibus bonis quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus,omnia autem opera bona in lege Dei præcepta ſubſiſtunt.

Ephes. 2.

Sed obſerua quòd cum præcedenti verſu,petierit doceri Dei iuſtificationes, nunc in viam earum inſtrui expoſcit. Hoc eſt vt ait Diuus Ambroſius petit non ſolum Dei mandata ſcire, ſed & ordinem quo exequi debeat,intelligere etiã quo ordine, quomodo,quibus vijs obſeruari debeant. Nam vt dicit Seneca. Bona male locata mala reputato. Niſi enim bona bono etiam ordine exequamur,bona non erunt. Nam bonum (teſte Dionyſio) procedit ex integra cauſa, malum autem ex particularibus defectibus.

Ambroſ.

Seneca.

Dionyſius.

Quæ-

Quæcumque circunſtantia requiſita defueritiam bonum non erit. Ordo autem in bono apprime neceſſarius eſt, adeò vt Diuus Auguſtinus loquens de ordine, non aliter definierit virtutẽ quam per ordinem. Virtus (ait) eſt ordo amoris, vitium vero amoris deordinatio. Si ordinate amatur quod amandum eſt, ibi ratio virtutis conſiſtit, ſin vero deuiemus ab hoc ordine, in vitia declinamus. Vnde ſponſa. Cant. 3. Ordinauit in me charitatem. Omnia in numero pondere & menſura diſpoſuiſti, ait ſapiens: Sapien. 11. Pulchritudo vniuerſi in ordinata diſtinctione diuerſarum rerum conſiſtit. Vnde poſt rerum ordinem & diſtinctionem dixit ſcriptura; Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, quælibet per ſe bona, omnia ſimul ordinata, valde bona. Nam vniuerſa moles creaturarum ſuo ordine diuiſa & in proprio locata numero, ſpecioſiſsimum reddit vniuerſum. Conſonantia quædam rerum miro ordine compoſita, dulciſsimam ſimul ac mirabilem armoniam animi auribus concinnunt. Vnde diuina Sapientia delectabatur per ſingulos dies ludens in orbe terrarum. Pulcherrimus ordo rerum animum ſapientis delectat, luſſumque atque lætitiam veluti ex conſonantia muſicæ eius animo influit. Sed ſi præpoſtero ordine diuina exequaris mandata, à recto deuiaſti. Ordo enim pœnitentiæ exigit vt prius conteras de peccatis, deinde confitearis. Si peruertis ordinem & prius confitearis abſque vero dolore & ſuffi cienti, deinde poſt abſolutionis beneficium conteras, non rectum ſeruaſti ordinem, peccaſti, ideſt, ſi bonum opus non recto ordine exequaris. Bonum opus eſt Deo hoſtias offerre, religio eſt, fateor, ſed ſi non debito ordine fiat, iam deuiatur à bono. Si in diuiſione hoſtiæ ouem Deo offeras, cor autem tuum tibi metipſi reſerues, & non prius cor illi holocauſtum obtuleris, peruerſo ordine pergis, abominabilis erit oblatio tua, ſicut oblatio Cain. Vnde Dominus reſpexit ad Abel & ad munera eius, quia recto ordine offerebat, prius ſe immolans Deo ad quod primo reſpexit Deus, Deinde ad alia quæ ex recto corde Deo litabat. Sed de hoc alibi latiꝰ ſi Deus dederit. Quare Deus per Iſa. c. 58. iuſtis promittit dicens. Sternam per ordinem lapides tuos, ideſt, ordinabo in te virtutum edificiũ. Regina Sabba admirata eſt ordinem domus Salomonis, quia in domo Dei omnia ordinatè procedunt. In inferno autem ait Iob nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Vnde Paulus. 1. Corint. 14. Omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis.

Auguſt. Cant. 3. Sapien. 11. Geneſ. 1. Geneſ. 4. Iſai. 58. 1. Cor. 14.

Talem ordinem flagitat edoceri Propheta dicens. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me &c. hoc eſt ordinem.

Auguſt. Sed Diuus Auguſtinus intelligit in hoc verſu expoſci profectus & aſcenſus in virtute, vnde legit ſecundùm verbum Græcum, viam iuſtificationum fac me intelligere. Antea popoſcerat doceri, nũc flagitat, vt faciat intelligere. Docere aliorum etiam eſt, facere intelligere ſolius Dei, qui & intellectum illuſtrat & voluntatem
Marc. 1. afficit. Vnde de Chriſto Domino dicit Marcus quòd erat docens
Matth. 7. eos, tanquam poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi, vt ſic in exercitio virtutum profectus capiat & incremẽta. Antea in iuſtificationibus exercebatur, nunc altiùs euectus, in
Simile. mirabilibus Dei iam ſe exercet, more athletarum, qui prius in minoribus vires exercent, & paulatim ad maiora tranſeunt, vt in Pa-
1. ad Ti. 6. leſtra alijs validiores iudicentur. Vnde Paul. Ad Thimoth. Exerce te metipſum ad pietatem. Hæc autem mirabilia ſunt opera heroyca eminentioris virtutis quàm alia quæ homines etiam iuſti ſolent communiter exercere, vt ea quæ illuſtres Sãcti operati ſunt & quæ anachoretæ & Eremitæ illi in deſerto faciebant, qui ad tantam excellentiam virtutis peruenerant per cõtinuum exercitium & orationem; vt non ſolum inimicos diligerent verum etiam eorum iniurijs ac perſequutionibus gauderent, non ſolum carnis lenocinijs & illecebris non irritarentur, verùm neque ſcintillam penè talis caloris perſentirent, vt nec iam ipſos motus naturales paterentur, vel tam emortuos vt nihil penitus eorum animus per eos commoueretur, noctes ducebant inſomnes tenebrasque cum luce iungebant, infatigabiliter perſeuerantes in oratione, vt Diuus
Dictũ Antonij. Antonius, qui quando oriebatur Sol, aduerſus eum iactabat querellas dicens. Quid Sol tuis radijs ab illa incommutabili luce me reuocas? Quid me à tali ſopore euigilare compellis? Vel cibum penè non ſumebant & illum ſimplicem abſque vllo condimento. Diuus Hieronymus iurat ſe vidiſſe Eremitam quendam in ciſterna quadam per triginta continuos annos, qui ſolos quinque ficus aridos, qui carice dicuntur per ſingulos dies in cibum ſumebat, denique viuentes in carne neque ſecundum carnem militabant neq; viuebant, ſed adhuc mortales & corporis molle prægrauati immortalem illam Angelicam vitam agebant. Hæc ergo mirabilia
Pſal. 134. apparẽt omnibus audientibus opera. Vnde alibi Pſal. 138. Mira-
Pſal. 45. bilia opera tua & anima mea cognoſcet nimis. & Pſal. 45. Venite

& videte

& videte opera Dei,quæ poſuit prodigia ſuper terram. Et Iſai. 43. Iſai.43.
Cū ambulaueris in igne non cōbureris, & flāma non cōburet te.
Quid oculis hominū mirabilius apparere poterit, quā ſi vidiſſent
præſtigiatorē in igne ambulantē & illæſum? ſicut contigit pueris
illis qui in fornace Babylonis regē & omnes nimio ſtupore affece-
runt.Salamādras fecit Deus homines ſuper terrā, qui in igne cōcu
piſciētiæ,auaritię,& aliorū vitiorū nō comburuntur,ſed ſuper pru
nas veluti alter Tiburtius frigido pede calcāt. Hæc ſunt mirabilia
Dei prodigia & miracula quæ fecit ſuper terrā. Vnde laceſsitus in-
iurijs Eremita quidā à quodā infideli,cum illi iactaret, ac diceret,
quæ nā miracula & prodigia tuus Chriſtus in mūdo dedit?reſpō-
dit vt his ac maioribus,ſi intuleris,nō mouear nec offendar nimis.
Nec offendi iniurijs, nec moueri contumelijs, ſed integro animo
per proſpera & aduerſa tranſire,vt nec his frangatur,nec illis eleue
tur nulla alia philoſophorū ſchola efficit niſi ſolius Chriſti, qui po
teſtatem habet ſuper corda. Vide in Caſsiano collationem ſecun- Caſsianus
dam abbatis Cheremontis vbi hæc ad lōgum reperies,hæc autem collat. 8.
inexpertis non ſolum incredibilia, verum etiam & impoſsibilia
videntur. Vnde Caſsianus in collationibus patrum refert quòd
abbas Serenus dixit, quòd ſicut ille qui artem natandi ignorat, ſi Simile.
videat aliquem hominem,ſuper aquas natantem, iurauit impoſsi-
bile eſſe hominem cum corporis mole ſuper leues aquas poſſe ſu-
ſtineri,ſed neceſſarium eſſe ipſum demergi,in profundum deſcē-
dere: qui autem huius rei periculum fecit, vel alios vidit facientes
ſcit poſsibile fore,vt corpus hoc graue ſuper aquas ambulet, mo-
re ranarum per medias aquas ſcindendo; ſic qui nunquam in hac
virtutum paleſtra edoctus eſt,nec in ſe vel alio experientiam ſum-
pſit,quid per exercitium virtutum adiuuante gratia Dei obtineri
poſsit, impoſsibile reputat ad tantam puritatem hominem carni
huic immerſum poſſe in hunc ſtatum conſcendere, quod tamen
expertis,ſicut eſt rei veritas,apparet.In his ergo mirabilibus cupie
bat exerceri Propheta cū diceret,Et exercebor in mirabilibus tuis.

VERSVS QVARTVS.

Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

IVſtus iam grauatus & nimio tædio affectus hac inobedientia
carnis aduerſus ſpiritum,de qua in præſenti octonario fit men-
tio,in tepiditatem quandam,ac torporem mentis incidit, niſi ei

gratia Dei adsit, quæ confirmet corroboretque, titubantemq; pedem iamiamq; labentem stare faciat. Adeòq; hac corporis mole grauatur ac tædio afficitur, vt in lachrymas nonnunquam prorumpat ingemiscatq; cum Paulo vlulansq; præ tædio dicat. Infelix ego homo, quis me liberauit de corpore mortis huius? Vnde Hieronymus transfert, Stilauit anima mea præ tædio, idest, lachrymas emungit, per maxillas stillare fecit, imo & hanc etiam fastidit vitam, dissoluiq; desiderat & esse cum Christo. Nam licèt vita hæc per se valde amabilis sit, mortemque sibi consciuere nemini liceat; sed vita tot malis obsita circundataque, quæ maiora bona detinet, quid mirum si nauseam fastidiumque sui generet? Vnde Iob; Tædet animam meam vitæ meæ. Et Paulus. 1. Cor. 15. Supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Quare alia litera habet agonizauit anima mea præ tædio, solèt enim agonizare morituri.

Rom. 7. Hieron. Iob. 10. 1. Cor. 15.

Sed aduertendum cum Casiodoro hic, quòd aliud est dormire, aliud vero dormitare. Dormire quippe obliuiosi ac pigri hominis est, secundùm illud Prou. 6. Vsquequo piger dormies? dormitare verò potius est hominis fessi, atq; aliquo labore grauati. Qui in mortali sunt dormiunt. Cæterum iusti qui tentationibus præmuntur, aliquando grauati dormitant, hoc est, in aliquã tepiditatẽ aut aut torporem deueniunt. Qui dormitat, nec omnino dormit, nec omnino vigilat, sed vtrunq; miscet. Sic tepidus non totus in bono, nec totus in malo est, sed medio modo, vt aqua tepida. Quod quia maximè displicet Deo, petit hic Propheta vt confortetur, atque à tepiditate in calorem reducatur, Apoc. 3. dicit Deus; Vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Scio multas hunc locum pati interpretationes. Driedo sic interpretatur, vtinam vel calesceres Dei amore, vel obrigesceres eius timore, vt vel amore vel timore ad meliorem frugem reuocareris, sed quia nec amas, nec times, sed tepiditate quadam nec Dei calles amore, nec obrigescis timore, euomã te & in maiora derelinquam, sicut aqua tepida à stomacho expellitur. Nec displicet hæc interpretatio imo recta & ingeniosa apparet, alij de hypocritis declarant. Quippequi nec fidem abnegarunt, nec tamen fidei documenta obseruant. Sunt aliqui Christiani qui sola fide cõtenti sunt & in hoc solum sibimet blandiuntur, quòd inter tot hæreticorum dogmata rectam fidem tenuerunt; Cæterum nihil aliud curant

Tepidus homoquis. Apoc. 3. Driedo.

rant nec bonis incumbunt operibus, ſed hac tepiditate contenti vitam tranſigunt, quòd nec hæretici ſunt, nec tamen orthodoxis operibus ſtudent. Sed tertio & quod magis præſenti propoſito congruit, intelligitur hoc teſtimonium de his qui aliqua bona exercent, quibus iam aſſueti ſunt, nec feruido ſpiritu, ſed tepidiſſimo operantur, hiſque minimis contenti ad altiora non aſpirant. Hoc præcipuè inuenitur in viris religioſis, qui ex conſuetudine vigilijs nocturnis interſunt, aſſueta ieiunia obſeruant, atque alia quæ religioniſ ſunt corpore tantum exercent, de ſpiritu vero & de profectu in charitate, & de alijs in quibus perfectio conſiſtit, parum aut nihil curant, hi enim nec verba correptionis carpunt, nec ſibi conuenire, quæ alijs prædicantur exiſtimant. Nam cum videant ſe non illis vitijs obuolutos quibus reliquum Chriſtianorum vulgus, inſuper quòd ea opera quæ religio inſtituit obſeruant, iam ſe apprehendiſſe exiſtimantes, ſtatum in virtute fecerunt, & quod periculoſius eſt, in quibus deficiant non intelligunt. Nam neque feruore ſpiritus, nec calore charitatis pollent, nec de iſtis multum curant illa communi vita contenti, nec ad altiora aſpirant, nec in quibus deficiunt aduertunt. His ergo frigidi & peccatores anteponuntur, quod iſti cum videant ſe longe eſſe à Deo & in barathrum peccatorum detruſos, ſi quid boni audiunt, ad ſe conuertunt rationes pro ſe dictas recipiunt, & videntes & intelligentes in quibus ſint periculis conſtituti, facilius ab illis ſe expediunt. Vnde facilius curantur iſti, ſecundùm illud Ieremiæ. 4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Hoc eſt faciliori cura perſuadebitis bona illis qui de nouo à frigiditate ſeculi ad virtutis amorem venerunt, quàm alijs qui præ tepiditate, & torpore ſpinas & tribulos dimiſerunt in ſuis creſcere & adolere cordibus. Sic explicat Abbas Daniel in libro collationum patrum collatione. 4. Oportet ergo, vel calere charitate, vel intelligere illa te eſſe vacuum, vt quod deeſt acquiras, aliàs dicit Dominus; incipiam te euomere ex ore meo ſicut aquam tepidam, quæ nec tota calida nec tota frigida eſt, & nauſeam in ſtomacho prouocat. Sed dicit incipiam te euomere, non ſtatim euomam, nam tales paulatim derelinquit Deus, vt in manifeſta crimina prolapſi, quæ ſibi deerant iam aduertant, ne minimis contenti maiora non petant. Cum ergo ſe videat iuſtus in hanc debilitatem & tepiditatem prouolutum, clamat

Ierc. 4.

Abbas Daniel collatione. 4.

Simile. clamat ad Deum & dicit, Confirma me in verbis tuis. Sicuti nimium laſſus ex longo itinere peneque debilitate defficiens confortatur cibo & potu, & in vires priſtinas redintegratur. Verbum autem Dei cibus eſt animæ, ſicuti panis corporis. Ideo enim comparatur verbum Dei grano quod in agro ſeminatur, nam animæ
Pſal. 103. inſitum & ſeminatum eam paſcit, iuxta illud; Panis cor hominis confirmet. Petit ergo confirmationem in fide & in conſideratione æternorum, nam talis conſideratio à fide procedit, fides enim in actum educta quæ diuina & æterna meditatur, quibus comparatæ paſsiones huius temporis, non ſunt condignæ, confortat corroboratque cor, atque in tribulationibus integrum conſeruat; ne præ nimio labore deficiat, aut præ inordinata triſtitia dormitet atque tepeſcat. Sicuti diſcipuli habebant oculos grauatos præ triſtitia & timore, atque cum vigilare cum magiſtro debuerant, tunc
Rom. 1. maiori ſopore opprimebantur. Vnde Paul. Roman. 1. Deſidero videre vos vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis ad confirmandos vos, ideſt, ſimul conſolari in vobis per eam quæ inuicem eſt fidem veſtram atque meam. Ecce vbi fidei corroborationem applicuit. Excitat enim dormientes, ſi ſecreta quæ fides nouit exci
Eccl. vlt. tentur, atque in bono corroborat ſtabilitq;. Vnde ſapiens Eccleſ. vltimo, Verba ſapientiuum, quaſi ſtimuli & veluti claui in altum defixi. Sunt enim verba Dei ſicuti ſtimuli excitantia torporem. Solet quippe animus aliqua fidei acrimonia adeò ſtimulari, atque compungi, vt de lectulo exiliens in clamores vlulatusq; prorumpat, vt pote ſi ſeueritatem diuinæ iuſtitiæ, atrocitatemque pœnarum conſideret, vel ſi Dei beneficia, vt putà redemptionis, & alia in ſe collata ſumma attentione meditetur. Cum hæc audit vel legit verba hæc, vel interna, vel externa, ſtimuli ſunt quibus anima puncta à peccato exilit. Et ſicut claui in altum defixi. Nam claui confirmant ſtabileque faciunt ædificium, nam ſeiuncta ligna decident, ſic verbum Dei animam cum bono configit, ne ſeiuncta per peccatum, ædificium virtutis corruat. Ideo petit, confirma me in verbis tuis, ne tepiditate, ac ſomno deficiam. Præcipuè autem prælati nec dormire, nec dormitare debent. Ecce non dormitauit nec dormiet qui cuſtodit Iſrael, ne dicatur de illis illud Prophetæ Abacuc, Paſtores veſtri dormitauerunt. Sed ſemper vigilare debent ſuper gregem ſuum, ne & illis
Pſal. 75. etiam dicatur illud Pſalm. 75. Dormitauerunt qui aſcenderunt

equos

equos,ideſt,qui in dignitatis faſtigio ſunt, qui ſunt veluti equites Domini exercituum reſpectu inferiorum,qui ſunt veluti pedites. Ideo enim ſingulariter Petrum dormientem excitat atque carpit Dominus,vt explicaret quantum damni ſomnus paſtorum cauli bus ingerat. Veniet enim lupus aut leo rapiet, iugulabit, dilacerabitq; oues,nec ipſe ſopitus aduertet, ſed erit quaſi ſopitus guberna tor amiſſo clauo,vt dicitur Prou.23.Vnde D.Petrus.1.Pet.5.Fra tres ſobrij eſtote & vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus tāquā leo rugiens circuit quærens quē deuoret,cui reſiſtite fortes in fide, quia fides animum confortat. Matth.26. Prou.25. 1.Pet.5.

VERSVS QVINTVS.

Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miſerere mei.

ADHVC perſeuerat petens fomitis mitigationem quem vocat viam iniquitatis.Quoniam ſicut via ducit ad ciuitatē, ſic fomes ad iniquitatem.Non autem petit omnino auferri fomitem, hoc enim niſi ſingulariſsimo priuilegio non fit, ſed vt gratia ſua illum illuminet,ne ducat per viam ad quam ducit & inclinat fomes peccati. Dicitur autem via,quia iniquorum pedibus attrita,vt dicit Ambroſius. Ante peccatum enim deſerta erat via iniquitatis nec alicuius pes attriuerat eam. Sed poſtquam peccatores inuenti ſunt in terra,iam viam regiam per iniquitatem fecerunt latam nimis & attritam,per quam & plauſtra & lectice & onerata animalia incedunt,de qua Iſai.26.Calcauit eam pes, pes pauperis, pedes egenorum,ideſt,peccatorū qui egent veris diuitijs. Et Chriſtus Dominus,Quā lata via eſt,quę ducit ad perditionem & multi vadunt per eam.Alia litera dicit viam falſitatis,vel mendacij.Nā ea ad quæ inclinat fomes non ſunt vera bona,ſed ſophiſtica. Vnde Pſal.4.Filij hominum vſquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendaciū?Mendacium ſunt hæc bona quia apparenter ſunt tantum bona non ſecundùm rei veritatem.Vnde Oſeæ.10.dicitur de malis quòd comedunt fruges mendacij. Et alibi.Veſtiemini veſtimentis mēdacij.Nam exiſtimat peccator cp ſi ventrem repleat plurimis & delicatis cibis, aut carnē induat ſericis indumentis,per hoc etiam animam veſtit & nutrit,mentita eſt iniquitas ſibi.Animæ nuditatem ſola gratia Dei tegit, cordiſq; in ſatiabilem appetitū ſolus Deus ſatiare poteſt,ſecūdū illud Pſal.10. Satiabor Ambroſ. Iſai.26. Pſal.4. Oſeæ.10. Pſal.19.

Satiabor cum apparuerit gloria tua, Isai. 29. Sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus vacua est anima eius & sicut somniat sitiens & bibit & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est, sic erit multitudo omniũ gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. Nimirum peccatores quorum voluptates somnia tantum modo sunt. Hanc ergo viam falsitatis & mendacij vult amoueri à se, qui mente seruit legi Dei & carne attrahitur ad seruiendum lege peccati.

(Et de lege tua miserere mei.) Nam lex spiritus vitæ in Christo
Rom. 8. Iesu liberabit me à legi peccati & mortis, ait Paul. Rom. 8. Lex Dei quæ est lex mentis contra legem fomitis prævalet, ideo petit iustus hanc legem, vt per eius obseruantiam palmam de alia reportet.
Hiero. Vnde Hieron. transfert legem tuã dona mihi gratiosè, ideſt, eã legem quæ gratiã confert & animam adiuuat contra carnis rebel-
Rom. 7. les motus. Lex subintrauit, vt abũdaret delictum, ait Paul. Rom. 7. eo quòd per legem vetabantur concupita, & ex hoc augebatur appetitus ad ea, vehementius enim ferimur in vetita. Ex alia parte non conferebat gratiã adiutricem. Occasionaliter ergo peccatum abundauit cum appetitus increscerent, & vires ex alia parte non ad-
Paulus. derentur. Quare Paulus sacramenta legis vocat infirma & egena elementa (vasos vazios) nec enim vires gratiæ, nec diuitias donorũ cœlestium habebant. Lex autem noua est lex gratiæ. Nam sacramenta nouę legis & gratiam continent, & eam verè suscipientibus conferunt, ait Concil. Florent. Non sunt vasa vacua, quia gratiam continent, non sunt infirma, quia eam verè suscipientibus confe-
4. Reg. 4. runt. Per gratiam autem vires animæ administrãtur. Præcepit olim Helisęus pauperculę cuidam mulieri viduæ, vt vasa commodata
Figura. peteret à notis, & super ea distilaret oleũ de lechyto quoad implerentur vasa & venderet, & solueret creditoribus quæ debebat vir eius, & ex reliquo ipsa & filius eius superstes viuerent. Vidua erat Synagoga, quia nondum sponsum Christum acceperat & libellum repudij ei dederat prior maritus secundùm illud, quis est iste
Isai. 50. liber repudij quem ego dedi matri vestræ. Pauper quia lex gratiam non conferebat, nec poterat debitum Adæ persoluere, neque sibi animæque suæ prouidere. Vasa commodata habebat, quia legem vsque ad Christum habebat, tanquam commodatam. Nam lex Christi est vera & æterna possessio. Lex enim & Prophetæ vsque ad Ioannem qui iam Christum præsentem annuntiabat.

Venit

Venit Chriſtus Dominus,& ex corpore ſuo tanquam ex lechyto oleum ſanguinis ſui effudit,& adimpleuit vaſa vacua,ex quo oleo & ſatisfacere pro originali & actuali peccato poſſumus, & viuere dereliquo Deo grati. Vnde Chriſtus Dominus dicit ſe non veniſſe ſoluere legem ſed adimplere,quia quod illi deerat,ipſe ſupplere voluit.Nam quod impoſsibile erat legi,in quo infirmabatur per carnem,Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in nobis,Roman. 8. Lex enim infirmabatur per carnem. Nam licet lex Moyſi eſſet ſpiritualis in hoc ſenſu, quòd ad ſpiritualia ducebat:quia tamen non conferebat gratiam,relinquebat carnem in ſua infirmitate, nec animæ ſuppetias gratiæ contra eam adminiſtrabat, ſed Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati.Non in carne peccati,ſed in ſimilitudine carnis peccati. Non enim aſſumpſit carnem peccatricem Chriſtus, ſed tamen quia obnoxiam pœnalitatibus peccati accepit, dicitur aſſumpſiſſe ſimilitudinem carnis peccati, aſſumpſit enim carnem mortalē & paſsibilem, in quo maximam ſimilitudinem habebat cum carne peccatrice;induit enim veſtem peccati. Sicut enim qui induit figuram vel veſtem Cæſaris, repræſentat perſonam Cæſaris, ita Chriſtus ſumens effigiem & veſtem peccati, quia accepit mortalitatem, & cæteras ſimilitudines & figuras peccati, repræſentabat perſonam peccatoris. Vnde infert,de peccato damnauit peccatum, ideſt, de eo quod accepit à peccato, ideſt, de pœnis quas pertulit, per eas damnauit peccatum.Duo ſunt in peccato & culpa,& pœna,hoc ſecundum accepit de peccato,& per hoc damnauit peccatum à carne noſtra in carnem ſuam, ex hoc quod accepit ſimilitudinem peccati meruit damnare peccatum. Sicut per mortem ſuam meruit deſtruere mortem noſtram, & per vitam ſuam noſtram reparauit, ita & per peccatum ſuum (ſi ita fas eſt loqui)ideſt,per illam ſimilitudinem peccati,quam accepit, meruit condemnare peccatum. In carne ſua condemnauit peccatum à carne noſtra, ideſt per pœnas quas pertulit in carne ſua fugauit peccatum à carne noſtra. Sed aduerte quòd non dixit deſtruxit ſed dānauit,quia hæc totalis deſtructio & ablutio peccati, nō erit vſq; ad reſurrectionē.Profertur modo ſentētia contra peccatū, tūc autē mandabitur executioni.Sed cū iā peccatū eſt in noſtra carne damnatum,nō adeò ſæuit ſicut antea,præcipuè cum dentur nobis auxilia

Rom.8.

Duo ſunt in peccato re culpa & pœna.

auxilia gratiæ aduerſus eum,& hoc vt iuſtificatio legis impleretur in nobis,ideſt, vt iuſtitia quam lex promittebat nec tamen dabat, impleretur in nobis per Chriſtum, vt in his quæ vacua & minus ſufficiens erat adimpleretur à Chriſto, vel vt iuſtificatio legis adimpleretur in nobis,ideſt,vt poſsimus adimplere mandata & iuſtificationes legis adiuti per gratiam, ſine qua inſufficientes reperiebamur ad perfectam obſeruantiam legis. Dicat ergo de lege tua miſerere mei,ideſt,de eo quod lex tua copioſiſsimè habet, ſcilicet, gratia & miſericordia.

Vel ſecundo,de lege tua miſerere mei,ideſt,ſecundùm quod exigit lex tua,vtere mecum miſericordia tua. Miſericordia quippe debet eſſe moderata per legem. Nam ſi quis miſeretur, quãdo lex præcipit, vt iuſtitiam exequatur, peſsima eſt talis miſericordia,vt pote quæ deſtruit legem. Talis fuit miſericordia Saulis, cum Rege Amalech, & miſericordia Achab cum rege Syriæ qui contra Dei voluntatem eis indulſerunt & ideo à Deo puniti ſunt.

VERSVS SEXTVS.

Viam veritatis elegi,iudicia tua non ſum oblitus.

COntra viam mendacij, elegi viam veritatis in qua currerẽ, hæc via Chriſtus eſt qui de ſe dicit, Ego ſum via, veritas, & vita. Quia ad hoc natus eſt, & ad hoc venit in mundum, vt teſtimonium perhiberet veritati. Eſt enim ſcala illa quam vidit Iacob per quam aſcendimus in cœlum. Hanc ergo viam ſibi quiſq; eligere debet,nimirum vt Chriſtum, tanquam fundamentum omnium ſuarum actionum habeat. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ait Paulus. Super hoc ergo fundamentum omnia opera tua ſtrue, & eris ſimilis viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petram,quam nec uentorum flatus nec innundantia aquarum dirue re poterunt. Petra autem erat Chriſtus. Stabile ædificiũ eſt,quod ſuper Chriſtum erigitur, & ita manet in æternum. Vnde ſola illa opera in nobis manent,quę Chriſti merito innituntur. De ſpõſa dicit Spiritus ſanctus. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delitijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum? Quia tali innititur columnę, ideo tot affluens delitijs,meritis & bonis operibus de deſerto mundi ad cœleſtem Ieruſalem aſcendit innixa, ſcilicet, ſuper dilectum ſuum. Aliàs quippe nec aſcendere poterit, nec merita vitæ æternæ acqui-

Ioan.14.
Ioan.18.
Gen. 18.
1.Cor.3.
Matth.7.
Cant. 3.

acquirere. Licèt etiam per viã veritatis intelligatur lex de qua dicitur. Lex veritatis fuit in ore eius. Elegi dicit, vbi manifeſtatur liberum hominis arbitrium. Non coactas quippe, ſed ſpontaneas operas exigit Deus. Vnde ipſe Chriſtus, Si quis vult poſt me venire, ex ſuo libero arbitrio pendet, ſequi vel non ſequi Chriſtum. Et diſcipulis ſuis dixit. Nunquid & vos vultis abire? non coactos vos volo diſcipulos, & tanquam ad remos, vel metalla damnatos, ſed ſpontaneos, placidos, ſi vultis bene, ſin verò abite, ianua vobis aperta eſt, Voluntarie ſacrificabo tibi, ait Propheta, nõ inuitus nõ neceſsitate compulſus, ſed ſuaui dulcedine & amore attractus. Elegit ergo iuſtus Chriſtum & legem eius ex propriæ voluntatis arbitrio, licet gratia Dei præuentus & adiutus, Ierem. 21. Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis.

Malach. 2. Matth. 16. Pſalm. 50. Ierem. 21.

(Iudicia tua non ſum oblitus.) Incomprehenſibilium ac terribilium iudiciorum Dei memoria, magnos præbet auſus animæ, vt viam veritatis eligat, illique indeficienter adhæreat. Timor enim multoties homines facit audaces, nimirum vt euitent illa quæ nimium pauent. Sic ex terrore iudiciorum Dei animos capimus ad quælibet ardua ſubeunda vt ab illis caueamus, vnde Pſal. 17. Omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me, & ero immaculatus cum eo & obſeruabo me ab iniquitate mea. Ex iudiciorum Dei aſsidua meditatione generatur horror, qui & facit fugere peccatum & immaculatum ſe cuſtodire coram Deo. Et Pſalm. 7. Cognoſcetur Dominus iudicia faciens, quaſi ex iudicijs Dei, territi ad cognitionem eius impellantur homines. Et Prouerb. 12. Cogitationes iuſtorum iudicia. Vide Diuum Gregoriũ lib. 5. moral. cap. 1. vbi inter abiſſos iudiciorum Dei hos ponit, q̃ bonis malè, & malis bene in hoc mundo contingat: manifeſtiorẽ (inquit) cauſam habet, nam iuſti per mala præſentia purgantur, vt ad æterna bona perueniant, mali vero, ſi quid boni fecerũt, hîc recipiunt mercedem temporalẽ, æternam minimè recepturi. Vnde Abraham dixit auaro illi diuiti, Fili recordare, quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris. Sed quòd bonis bene, & malis malè, etiam dum viuunt eueniat, hoc timorem ingerit, & occultiorem cauſam habet. Poteſt enim eſſe cauſa vt boni per hæc bona preſentia quę accipiunt fiducialius futura ſperent, vel poteſt eſſe vt ideo hic bona præſentia loco præmij accipiant, quia æterna recipere non debent.

Pſalm. 17. Pſalm. 7. Prouer. 12. D. Gregorius. Lucæ. 16.

bent. Et potest contingere malis benè, vt per hæc flagella resipiscant, & in æternũ non pereant, vel malis malè vt hic incipiat eorũ pœna temporaliter, quæ in æternũ continuanda est. Ab ijs ergo iudicijs dicit infra se timere Propheta cum ait à iudiciis tuis timui quibus modo attendens viam veritatis elegi.

VERSVS SEPTIMVS.

Adhæsi testimonijs tuis Domine: noli me confundere.

August. AVgustinus ait, viam veritatis elegi vbi currerem, iudicia tua non sum oblitus vt currerem, adhæsi testimonijs tuis: cũ currerem, noli me confundere, vt quo curro pertendã, quo tendo perueniam, non enim volentis nec currentis, sed Dei est miserentis Roma. 9.

Roma. 9. In primo versu huius octonarij dixerat vir iste, adhæsit pauimento anima mea, ideoque petierat gratiam viuificantem quæ animam à carne seiungeret Deoq; viuo coniungeret, & quasi iam se impetrasse quæ popposcerat agnoscens ait, Adhæsi testimonijs tuis Domine, tuo suffultus auxilio, tua gratia subleuatus à meis me voluptatibus compescui, à mea me carne præscindi, vt tuis adhærerem testimonijs & mandatis; ideoque obsecro ne me confundas, iterum me labi permittendo. Supra psalmo 72. Propheta dixerat; Mihi adhærere Deo bonum est, quoniã perfectio vniuscuiusque rei in adhæsione ad suum principium consistit, & quanto proprius ad illud accedit, tanto melius habet in suo genere. Vt calidum quanto magis igni adhæret quanto plus illi appropinquat, tanto perfectius in genere calidi manet. Omniũ rerum omnis perfectio Deus est, omnis boni origo, omnisque perfectionis causa, si vis perfectus esse Deo adhære, sin vero ab illo præscindaris, nihil eris. Quandiu aer adhæret soli lucidus est, at statim vt sol se absentat, in suis tenebris manet, quippe qui, nõ per se lucid⁹ est, sed per præsentiã solis. Omnis creatura ex se nihil est, tenebræ est, terra erat inanis & vacua, & tenebræ erãt super faciẽ abissi. Si quid boni aut perfectionis habet ex vnione ad Deũ habet. Cũ ergo illi inhæret lucida est, si ab eo deficiat in suas tenebras resoluetur. Vnde supra Psal. 103. Aperiente te manũ tuã omnia implebũtur bonitate, auertente autẽ te faciem, turbabunt, auferes spiritũ illorũ & deficient, & in puluerẽ suũ reuertentur. Nam sicut palmes nõ potest ferre fructũ nisi manserit in vite, sic nec nos nisi in eo mãserimus.

Psalm. 72.

Omnis perfectio ipse Deus.

Simile.

Genes. 1.

Psal. 103.

Ioan. 15.

mus. Ab eo enim nutrimur, & in eo viuimus & sumus suggentes ex eo vitã, & esse, sicut palmes ex vite. Et sicut arbor oportet q̃ sit radicata in terra, vt per radices sugat ab ea humorẽ quo viuat & fructus ferat, sic oportet animã Deo adhærere, vt fructus vitæ faciat. Vnde Deuter. Vos qui adhæretis Dño vniuersi viuitis. Quare bene dixerũt sorores Lazari Chro. Dñe si fuisses hic frater meꝰ nõ fuisset mortuꝰ, tua enim præsentia viuimus, & sumus. Egressus es à nobis per vnã ianuã & per aliam se intromisit mors. Quãdiu Deus assistebat Dauidi, bene illi erat, paululum cũ se abstraxisset in adulteriũ & homicidiũ prolapsus est, habebat manus eleuatas Moyses & vincebat tunc Israel Amalech, paululum si remisisset eas vincebatur Israel. Dum manum porrigit nobis Dominus vincimus, paululum si ab adiutorio remittat, iam superamur. Ideo cluis confingantur manus eius in cruce, vt non amplius remittãtur, sed confixæ nobiscum semper in nostro adiutorio perseuerent. Simile. Deuter. 4. Ioan. 11. Figura.

(Noli me confundere, non confundar quoniam inuocaui te) idest, noli me inrecidiuum derelinquere, iam adhæreo testimonijs tuis non carnis pauimento, nec peccato, noli me derelinquere, ne iterum ruam, nam hæc maxima confusio mihi erit. Qui nunquam fuit diues neq; in honorato loco positus, etiam si nimis iaceat non pudefit, tamen qui ex sordidiori statu ad honorem maximum euectus est, si ad sordes pristinas reddeat maxima ei orietur cõfusio & pudor, risui, & ostentui omnibus erit. Sic qui ad virtutis fastigium accesit per gratiam Dei, si postea per peccatum decidat maiori confusione & pudore afficitur. Quod lachrymis obortis deplorabat Ieremias Thren. c. 4. Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo cõputati sunt in vasa testea opus manuũ figuli? Et infra. Qui vescebantur voluptuose interierunt fame, qui nutribantur in croceis amplexati sunt stercora, ecce à quanta celsitudine ad qualem miseriam deuoluitur peccator, qui semel à peccato liberatus ad illud miserabili reciprocatione reuertitur. Antea incedebat anima eius amicta gratia, velut aurum fulgebant vestimenta eius, vescebatur cibo regio in mensa Domini, multis interim cælestibus consolationibus nutriebatur, sed à tanto fastigio decidens in luto & stercore volutatur. Quibus congruit proloquium illud Diui Petri. Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro luti. Et illud propheticum Ieremiæ secundo. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Contemple- Simile. Thren. 4. 2. Petri. 2. Ierem. 2.

mur primum parentem noſtrum Adam ex maſſa luti prius, deinde per ſpiraculum vitæ quòd Deus illi inſufflauit factus homo in animam viuentem, cæteris creaturis imperitantem, omnibus nomina imponentem ſecundum cuiuſque propriam naturam, colonum paradiſi, ſuper flores & roſas ambulantem, aromaticorum arborum nimia fragrantia affectum, aues ſibi concinentes, aquas ſibi ridentes, arbores dulciſsimos cibos proferentes, angelos denique ſibi adminiſtrantes: & deinde contemplemur illum poſt peccatum ex tanta celſitudine, in tot miſerias prouolutum, pudefactum, & nudum conſuentem folia fici, quibus turpitudinem tegeret, indutum pellibus ex animalibus mortuis, è paradiſo eliminatum, cum ligone & aratro glebas & ſaxa frangentem, puluere ac ſudore ora aſperſum, infinitiſque alijs miſerijs coarctatum. Quis non deplorandum ac miſerandum illum diiudicaret? Nam ſummum infelicitatis genus eſt (vt aiunt) aliquando fuiſſe felicem. Vnde diabolus perſuadebat Chriſto, vt ex ſublimi pinnaculo templi ſe mitteret deorſum, ſciens ex arce virtutis ad miſeriam peccati periculoſiſsimum fieri iactum, nam fiunt ſemper nouiſsima peiora prioribus. Vnde Iſaiæ. 24. improperabat hunc caſſum dæmoni dicēs; Quomodo cæcidiſti de cælo Lucifer qui mane oriebaris? Igitur cum id intelligat iuſtus petit ne in recidiuo cōfundatur, ſimul agnoſcens quòd dum viuimus in aliquo ſtatu quātumcunque excelſo & optimo nō ſecuri ſumus, ſed quòd ſemper debemus timere caſſum, iuxta illud Pauli, Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Et Apocalypſis. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Et beatus vir qui ſemper eſt pauidus. Cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini. Ideo obnixè precibus inſiſtendum eſt, ne Deus ſubtrahat à nobis manum auxilij ſui & corruamus.

Optima cō ſideratio circa primum parē tem.

Matth. 4.

Iſaiæ. 24.

1. Cor. 10. Apocal. 3.

Prouer. 28 Philip. 2.

VERSVS OCTAVVS.

Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.

DIxerat vir iſte, qui in iſto loquitur octonario, quòd elegerat viam veritatis, quòd adhæſerat teſtimonijs Dei & per ea cucurriſſet, vt autem non ſibi tot bona videretur aſcribere, in Deum omnia refert & dicit; Hæc omnia quidem operatus ſum, cum tu per gratiam & charitatem dilataſti cor meum.

Sed ad

Sed aduertendum quòd aliqui repant in via Dei, alij ambulāt, alij currunt, primi ſunt incipientes, ſecundi proficientes, tertij iam perfecti. Et quoniam initium ſapientiæ eſt timor Domini, incipientes ſunt, qui timore trahuntur, potiùs quàm vadant. Nam & ſi qui ex timore operantur, voluntariè operantur, tamen non ita placidè, ſicut qui ex amore, ſed quaſi repentes timore perciti vadunt. Nam in noſtro vulgari, quotiens volumus explicare q̄ tepidè & quaſi inuitus aliquis operatur quod iuſſimus, dicimus (alla lo haze medio arraſtrando). Vide quomodo, quaſi repens ibat ille qui dicenti ſibi Chriſto, an crederet, dixit; Credo Dñe adiuua incredulitatē meam, credere volo, ſed difficultate maxima, quaſi repens pergo ad fidē, niſi tu adiuueris infidelitatē meā. Sed proficientes ambulant, quia iam incipiunt ex amore operari, nec inuiti trahuntur, ſed volūtariè ſacrificāt. Currunt verò iam perfecti, qui ex nimio amore hilares facti, promptiſimè & delectabiliter operātur. Vnde D. Gregorius, ſuper illud Ioā. 20. Currebāt autē duo ſimul, ſed ille alius diſcipulus præcucurrit citius, ait, Qui ardentius amat, currit velotius, peruenit citius. Vnde Paulus, ſic currite vt cō prehendatis, ideſt, perſeuerāter, vt citius ad brauiū perueniatis. Nā omnes currūt in ſtadio, ſed vnus accipit brauiū, nimirū ille qui curſum nō intermittit, nec defeſſus retrahit pedē, ſed vſq; ad receptionem præmij nō quieuit. Et ipſe Paulus dicit. Sic curro nō quaſi in incertū. Properabat enim ad brauiū ſupernæ vocationis, certū finem habebat ſui curſus, videlicet, ęternitatis cōſequi præmiū. Vnde Iſai. 40. ait, Qui timent Deū mutabūt fortitudinē, aſſumēt pennas vt aquilæ, current & nō laborabūt, ambulabunt & non deficient. Cōmutāt fortudinē corporis, pro fortitudine animæ & facti in carne imbecilles, validiſſimi roboris ſunt in mente. Vt Iacob poſt luctam cum angelo claudus quidē remanſit in carne, ſed fortiſſimus in ſpiritu, vtpote qui cum Angelo pugnam agens præualuit, quare Paulus cum infirmor, tūc fortior ſum, quia cōmutabit robur corporis pro viribus animæ. Perfecti ergo mutant fortitudinem, aſſumunt pennas vt aquilæ, quę & ſublimiùs volans erigitur, & ſolis micatus inconniuentibus reſpicit oculis. Indeſinenter enim attendunt in finem charitatis æternæ, nec dormitant palpebræ eorum, atque eorum conuerſatio in cælis eſt, ad quos volando per deſiderium properant. Vnde quartum animal, quod ſignificat perfectos, ſimile erat aquilæ, Ezech. & Apocal. 4. & pennata

Alij ambulāt, alij currunt in via Dei alij vero repant.

Marc. 9.

D. Gregorius.

1. Cor. 9.

Ibidem.

Iſaiæ. 40.

Geneſ. 32. Figura.

2. Cor. 12.

Ezech. 1. & Apocal. 4.

erant animalia sancta ad significandū velocitatē cursus perfectorum pergentiū ad Deum. Vnde alibi Isaiæ 60. Qui sunt hi, qui vt nubes volant & quasi colūbæ ad fenestras suas? Nubes vento afflatæ velocissimæ per aera volitant: sic iusti afflati Spiritu sancto, qui est amor, velocissimè ad coronam properant. Quare de Christo dicit Marcus. 1. quòd expulsit eum spiritus in desertū, expulsio autem vim & velocitatē addit rei expulsæ, vt insinuaret, q̄ Spiritus sanctus promptos & velocissimos reddit illos, quos inhabitat & regit. Nam qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Et quasi columbæ ad fenestras suas, quæ cum accipitrem vident, fortiter aerem verberantes ad sua se conferunt refugia, ne captæ vnguibus accipitris dilanientur. Sic iusti quasi à facie colubri fugiunt peccatū, vbicūq; occasionē peccandi offenderint, velocissime pedem referunt, terga vertunt & volant. Sicut in collationibus patrum legitur de quodam monacho, qui adeò mulieres fugiebat, vt neque vestes earum videre vellet. Et cum simul cum alio fratre pergeret ad visendum sanctum quendam virum, qui in illa solitudine singulari fulgebat sanctitate, & in itinere vidisset fœminam statim terga dedit, nec à cursu cessauit, vsque dum ad suam cellulam peruenisset quasi columba ad fenestras, neque vocibus aut præcibus alterius fratris induci voluit, vt nec faciem quidem verteret, à quo auerterat. Ecce iustorū velocitatem, & cursum tam vitia fugiendo quā virtutes sectando. Assumunt ergo pennas, vt aquilæ currunt, & non laborāt, quia amor etiam labores suaues facit, vt patet in Iacob pro Rachel, nec improperant Deo labores suos, sed dicunt serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Ambulabūt & non deficient, quia nunquam retrocedunt, sed sicut animalia illa sancta vadunt & non reuertuntur, sed coram facie sua gradiuntur indeficienter, aspicientes in remuneratorem & consummatorem fidei suę Iesum. Dicat ergo Propheta. Viam mandatorū tuorum cucurri, attendens illud Prouerb. 4. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculū. (Cum dilatasti cor meum). Ex hac dilatatione cordis ortū habuit velocitas cursus. Amor enim generat lætitiam: ex qua oritur cordis dilatatio. Vnde risus qui est signum lætitiæ, prouenit ex dilatatiōe sanguinis à corde ad os, ex qua sequitur illa oris dilatatio. Quare dicit Auicena. 3. lib. canonū siue aphorismorū, q̄ per lætitiam

Isaiæ. 60.

Marc. 1.

Virtus cuiusdam sancti monachi.

Prouer. 4.

Auicena.

tiam nutritur cor,quia dilatatur, & per illam dilatationem attrahit ad ſe ſanguinem,quo nutritur, ſicut è contrario per triſtitiam, malè habet cor, quia comprimitur in ſe,& per illam compreſsionem exprimitur ſanguis; ſicut exprimuntur lachrymæ, vt cum comprimis ſpongiam exprimitur liquor, qui ibi cõtinebatur. Sic ergo per lætitiam, quæ oritur ex amore nutritur anima trahẽs ad ſe diuina,quæ ſunt eius nutrimenta. Vnde Prouerb. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit,ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Et cap. 15. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno, ſic triſtitia viri nocet cordi. Igitur charitas hanc cordis dilatationem facit,ſecundum illud Pauli. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritũ ſanctum,qui datus eſt nobis. Quod autem diffunditur, dilatatur. Vide ſi ampliſsimè dilatatur cor iuſti cum ad illam cælorũ amplitudinem extẽdatur, ne ijs terrenis rebus coarctatum, anguſtetur. Nam comparatione ad magnitudinem cælorum, orbis hic inferior quaſi punctum indiuiſibile eſt. Eſt enim velut centrum cæli. Vnde Lucæ.4.dicitur, quòd diabolus in momento oſtendit Chriſto omnia regna mundi,tam breue eſt omne, quod in hoc mundo continet,q̃ in momẽto oſtendi poteſt. Q̃m tanq̃ momentũ ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarũ. Eſt enim punctũ. Vnde Iob 20. Gaudiũ hypocritæ inſtar pũcti. Eſt em̃ gaudiũ eius in hoc mũdo, qui tanq̃ indiuiſibile punctũ ſe habet. Iuſtus autẽ ad amplitudinẽ illã cæleſtiũ dilatat̃,& extendit̃ ad æterna & in æternũ permanſura,nõ ad tẽporalia breui lapſu defectura,non contẽplantibus nobis quæ videntur,ſed quæ non videntur; quæ enim videntur, temporalia ſunt,quæ autẽ non videntur æterna. 2.Cor.4. De magnitudine autẽ domus Dei Baruc. 3. dicitur; O Iſrael quam magna eſt domus Dñi,& ingens locus habitationis eius. Vnde Hieronymus. ad Heliodorum ait; Infinita heremi vaſtitas te terret, ſed tu paradiſum mẽte deambula, quotieſcunq; illuc cogitatione conſcenderis in hæremo nõ eris. Magnus em̃ Dñs Deus, & ideo magnã & latam exigit habitationẽ: ſicut & Salomõ. 2.Parali. 2. dixit. Domus quã ædificare cupio magna eſt,magnus enim dñs Deus noſter ſuper oẽs Deos. Quis ergo poterit prævalere, vt ædificet ei dignã domũ? Si cælũ,& cæli cælorũ capere eũ nequeũt,quãtus ego ſum, vt poſsim ædificare ei domum? Anima autẽ iuſti tẽplũ Dei eſt,templũ ſanctũ Dei quod eſtis vos. 2.Cor.3. imò Dei deambulatoriũ. Leuit.26. & 2.Cor.6. Quoniã inhabitabo in eis, & inambulabo.

Proner.17. & cap.15.

Roma. 5.

Luce. 4.

Iob 20.

1.Cor.4.

Baruc.3.

D.Hieronymus.

2.Paral. 2.

2.Cor.3.

Leuit.26.

2.Cor.6.

Latiſsimum ergo debet eſſe cor iuſti, cum ſit Dei deambulatoriū;
Iſaiæ. 54. quare Iſai. ait, Dilata tentoria tua. Et Pſalmiſta, Dilata os tuum, id
Pſalm. 80. eſt cor, & implebo illud. Nihil autē poteſt cor humanū implere,
niſi ſolus Deus. Cor impij & huius ſeculi rebus dediti præangustū
Solus deus pōt implere cor hominis. eſt & coarctatum, omnia ei breuia & arcta videntur. Lucæ. 12. Di
ues ille, qui viderat lætas ſegetes, vberes campos, & vineas, coarcta
batur in ſe, quoniam horrea, & vini cellaria præangusta ſibi vide-
Lucæ. 12. bātur. Succingitur enim cor ijs anguſtijs implicatum. Vnde Pau-
2. Cor. 6. lus. 2. Corint. 6. Non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autem
in viſceribus veſtris. Corinthij enim capti amore mulierum infide
lium coarctabantur nimis Paulo interdicente connubia earum;
& ideo dicit eis Paulus, quia corda habetis conſtricta ijs concupi
ſcentijs, coarctamini in viſceribus veſtris. Sed ſi dilataueritis cor-
da & ad altiora extenderitis, conſiderantes q propter æternas vo
luptates temporalia dimittere parum eſt, extendentes corda vſq;
ad æterna, & non coarctantes ad has anguſtias, facilè vobis erit ea
omnia contemnere. Quare ſubdit. Eandem autem habentes remu
nerationem tanquam filijs dico, dilatamini vos, nolite iugum du-
cere cum infidelibus, ſi in æterna præmia aciem mentis direxeri-
tis, atq; dilataueritis corda, non tam difficilè apparebit huiuſcemo
di, nō inire connubia. Vnde de ſeipſo dicit. Cor meū patet ad vos,
ô Corinthij, cor meum dilatatum eſt ad vos. Charitas quę parit læ
titiam: hanc etiam amplitudinem cordis in eo generabat.

D. Gregorius. Diuus Gregorius 29. moral. ca. 8. docet, q iuſti per huius vitæ
Pſalm. 4. tribulationes anguſtiant in carne, ſed dilatātur in corde & in ſpiri
tu. Secundū illud Pſal. 4. In tribulatione dilataſti mihi, ideſt, ampli
tudinē cordis mihi feciſti, vel dilataſti me. Vtrūq; poteſt legi. Et 2.
2. Cor. 4. Cor. 4. In omnibus tribulationē patimur, ſed nō anguſtiamur ni-
Ca. 5. ibid. mirū in corde, & ca. 5. Sicut abundāt paſsiones Chri in nobis (quę
ſcilicet carnē coarctāt & affligunt) ita & per Chriſtū abūdat cōſo-
latio noſtra, quæ ſcilicet, implens lætitia cor, illud dilatat & exten
dit. Nam cum infirmor (ait alibi) tunc fortior ſum ſpiritu quidem.
Apoſtoli flagellis corporibus cruciatis ibant nihilominus corde
& ſpiritu gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti
Actuū. 5. ſunt pro nomine Chriſti contumeliam pati. In templo quod vi-
Ezech. 4. dit Ezechiel, feneſtræ exterius erant anguſtæ interius latæ. Sic
Figura. iuſti, qui templum ſunt Dei, in exterioribus per tribulationē vi-
dentur coarctari & affligi in carne, ſcilicet, & corpore, ſed interius

in ſpiritu

in ſpiritu maximè dilatantur. Dicat ergo vir iſte qui mente ſeruit legi Dei, carne autem legi peccati, qui & in hoc octonario finem loquendi iam fecit. Viam mãdatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum. Nec enim poterat viam currere, ſi cor eius coarctaretur anguſtijs, vt ait hic Ambroſius. D. Ambr.

QVINTVS OCTONARIVS.

ה

Legem pone mihi Domine, viam iuſtificationum tuarum: & exquiram eam ſemper. 1. He.

Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo. 2. He.

Deduc me in ſemitam mãdatorum tuorum: quia ipſam volui. 3. He.

Inclina cor meum in teſtimonia tua: & non in auaritiam. 4. He.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. 5. He.

Statue ſeruo tuo eloquium tuum: in timore tuo. 6. He.

Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda. 7. He.

Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me. 8. He.

TRACTATVS QVINTVS in quintum Octonarium.

VERSVS PRIMVS.

Legem pone mihi Domine, viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.

Hic propheta induit personā desiderantis ingredi viā Dei.

IN hoc Octonario Propheta induit personam desiderantis ingredi viam Dei exequēdo mandata eius. In primo octonario Propheta egit personam desiderantis dirigi vias suas ad exequutionem mandatorum. Vnde remotior erat ab exequutione. Nunc autē perfectior seipso factus passimque ad meliora appropinquans, desiderat nō solum dirigi vias suas ad exequenda mandata Dei, sed & ingredi iam ipsam exequutionem. Iam enim viam mandatorum Dei cucurrerat, directos habebat pedes in vijs eius. Ingredi ergo iam ex toto corde cōcupiscit huiuscemodi viam. Multi quippe ferè totū tempus vitæ expendunt in præludijs ac præparamentis, varijsque desiderijs ingrediēdi viam Dei. Sed cum iam propè sunt in ianuis vel resiliunt, vel ingredi metuunt, similes figuris pictis, quæ videntur iamiam ciuitatem ingredi, & semper in ianuis manent immobiles. Alius pedē iam in stapeda habet ad conscēdendum equum, & nunquam ascendit. Nauis iam erectis velis placidoq; insufflante vento apparet picta, & tamen nunquam è portu egreditur, nec maris vndas percurrit, de quibus Psal. 38. In imagine pertransit homo, acsi diceret quasi picta imago. Minatur se magna velle facere, virtutum palatia ingredi, & tamen nunquam perficit, sed simulat tantum, & contra vitiorum monstra velle pugnare, & tamen omnia simulachra sunt. Iustus tamen iam ingressum appetit & exequutionem mandatorum Dei, atque ad interiora velaminis in virtutum profectu incedere, vt dicitur Hebr. 6. Quod desiderium versus tertius huius octonarij explicat dicēs; Deduc me, vel induc me (secundum Hebræum) in semitas mandatorū tuorum. Litera autem huius octonarij est He. Quæ significat esse, vel viuere. Nam obseruatio mādatorum Dei esse participes diuinæ naturæ, & vitā gratiæ animæ obtemperanti tribuit. De his enim qui diuina præcepta contemnunt dicitur in scriptura, quòd non sunt, secundum illud Psalmi; Vidi impios superexaltatos & eleuatos sicut Cedros Libani,

Psal. 38.

Psal. 36.

Libani, & transiui & ecce non erant. Et Iob. 18. Ambulent in tabernaculo eius socij eius qui nō est, hoc est diaboli (vt vult Diuus Gregorius) qui pene desiuit esse cum ab ipso fonte essendi, qui est Deus, per culpam desciuit atque ad non esse deuiauit. Quod ideo contigit illi quia similis voluit esse altissimo, nec alicuius legi subesse. Dicat ergo vir iustus, cum iam dilatatū habet cor ad percurrendam viam mandatorum Dei. Legem pone mihi Domine, &c. Tam crebra repetitio summi desiderij explicatio est, veluti in hominum vsu atque conuictu cum quis vult exprimere alteri quantum cupiat illi obsequi, atque deseruire, dicit; impera aliquid & experieris quā libens obsequor, obsecro vt præcipias mihi, quidquid tibi placuerit iniungas, vt appareat in opere mea erga te obsequendi voluntas. Sic iustus per amorem dilatatus, id importunè flagitat à Deo dicens; Legem pone mihi Domine, acsi diceret. Insinua mihi quid velis, quæ sit voluntas tua, quam pro lege habere cupio, iniunge præcepta, manda, remanda, obsequens atque paratissimus ero. Supra iam cucurrisse viam mandatorum Dei dixerat, & tamen nunc de nouo poscit, vt lex mandatorum Dei sibi imponatur. Quid hoc nisi vt ardentis desiderij legi Dei obsequendi flamma resplendens appareat? Nam vt hic ait Diuus Augustinus similis apparet iustus in hac petitione homini maxime sitienti, qui & postquam porrexeris poculum & in manu habet, adhuc & postulat & haurit, vt explicet vehementiam sitis, quæ etiam hausto poculo adhuc non videtur quiescere. Sic sic nimirū iustus & mandata Dei obseruat, & adhuc magis desiderat obseruare, iamque mihi iniunxisti præcepta, compleui, sed adhuc desidero, vel hæc perfectius obseruare, vel quòd maiora & noua mihi imponātur mādata. Ad ea enim etiam mea se extendit voluntas. Ne putes mihi iam nauseam generasse, quæ feci, adhuc desidero & eadem & maiora perficere. Iob. 18. D. Aug.

Sed vt insinuaret quam legem velit sibi imponi subdit. Viam iustificationum tuarum, hoc est, ista est lex quam obseruare & exquirere semper cupio, eam videlicet quæ iustificat animas, quæ vitam gratiæ donat. Quare litera, he, huius octonarij etiam significat hæc vel ista, acsi diceret. Legem quam postulo, ista est, scilicet, ea quæ iustificat & vitam gratiæ tribuit, quæ nimirum lex noua est. Peragrarat peregrinus noster, & naturæ legem & scriptam, & in neutra gratiam repererat; nam veteris legis

sacramenta

ſacramenta ex opere operato non conferebant gratiam vt Theologi loquuntur, ſed ex opere operantis. Hoc eſt ipſa in ſe, nec gratiam continebant, nec eam accipientibus conferebant, ſed aliàs ex merito operis augebatur gratia prima quæ cõferebatur à Deo non mediante ſacramento, tanquam inſtrumentaliter operante; ſed ipſo Deo ſeipſo largiente. At in noua lege ex opere operato confertur gratia per ſacramenta nouæ legis, quæ & gratiam continent, & eam verè recipientibus conferũt, vt dicitur in Concilio
Ezech. 20. Florent. Quòd ſi de veteri lege dicitur in Ezech. Dedi eis præcepta, quæ faciens homo viuet in eis, intelligitur de vita corporali, id eſt, cuſtodiens legem euadet pœnam mortis, quæ legem non
Rom. 3. obſeruantibus paſsim minabatur. Quare Paulus Romanorum. 3. legem fidei contra legem factorum diſtinguit. Sed aduertendum quòd ſub lege fidei ſpem & charitatem comprehendit: ſub lege autem factorum opera virtutum moralium. Ratio huius eſt; quoniam hìc loquitur de fide iuſtificante quæ innititur Deo. Hæc autem omnia huius generis comprehendit. Nam ſicut fides innititur Deo cui creditur, ita ſpes Deo innititur in quo ſperatur, & dilectio innititur etiam Deo, qui diligitur. Sed opera virtutum moralium ſecundum ſe innitũtur operantis rectitudini. Vnde ſub lege factorum ea omnia quæ innituntur rectitudini operantis, com
Lucæ. 7. prehendit. Quare Dominus. Luc. 7. Pro eodem vtitur fide & dilectione, cum peccatrici dicit; Fides tua te ſaluã fecit, & dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: quia in lege fidei iuſtificantis hæc omnia includuntur. Hanc ergo legem fidei (vt
Lyranus. Lyranus vult) noſter expoſcit Propheta cum dicit; Legem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum. Ea quippè ſola eſt quæ gratiam iuſtificantem animæ obtemperanti tribuit.

Sed aduertendum quòd in Pſalmis vbicunque inuenies, legem pone, in Hebræo ponitur imperatiuum verbi, horah, quod ſignificat, docere, inſtruere, aut oſtendere quomodo magiſter diſcipulo, vnde vbi nos habemus legẽ ponere, ſemper Hieronymus ver-
Pſal. 24. tit, ex Hebræo, docere, vel oſtendere, vt Pſal. 24. Legem dabit delinquentibus in via. Hieronymus, docebit peccatores in via, & eo Pſalmo, Legem ſtatuit in via, quam elegit, vertit, docebit eum, &
Pſal. 26. Pſal. 26. Legem pone mihi Domine in via tua, trãsfert ille, oſtẽde mihi Domine viam tuam. Et ita in hoc Pſalmo; vertit, oſtẽde mihi Dñe viam præceptorum hoc eſt legẽ ponere, id eſt, pro lege pone

veltan-

vel tanquam legem ostende mihi viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper. Vbi relatiuus, eam, potius refert viam, quàm legem. Quod & in Hebræo & in Græco manifestum est, licèt in Latino indifferens videatur.

(Et exquiram eam semper:) hoc est in hac vita proficiendo, vt ait hic magnus Augustinus, nam in hac vita non possumus in tota sua plenitudine adimplere præcepta, præcipuè illud de diligendo Deum in quo cætera includuntur; sed semper magis ac magis in bonis operibus abundantes in eo crescere debemus. Vnde Diuus Ambrosius dicit; quòd particula hæc (semper) in Græco significat, & omni tempore & per omnia, hoc est multis meritorijs actionibus augendo charitatem, ita vt nullum prætermittamus opus, quod in Dei honorem facere possimus, vt glossa hîc refert ex Augustino. Semper lex Dei exquiritur tenendo, vt dicitur de Spiritu sancto, quòd scrutatur omnia, non vt quod nescit inueniat, sed quia nihil relinquit quod nesciat. Ita hîc semper legẽ exquirit, qui nunquam relinquit aliquid de lege. D. Aug. D. Ambr.

Sed notandum est, quòd in Hebræo loco huius aduerbij, semper, ponitur dictio, ekeb, quæ variè redditur. Hieronymus vertit, custodiam eam per vestigium, hoc est diligenter ambulabo per viam iustificationum tuarum, quemadmodum viatores qui per ignotam viam iter agunt metuentes à recto tramite aberrare, sequuntur viam per vestigia, diligenter aduertentes vbi maximè trita sit vt securius iter peragant: sic diligens mandatorum Dei custos adeò cautus in hac via Dei debet ambulare, vt nullatenus ad deuia itinera aberret, sed per tritam semitam vadat, semper vestigia patrum sequens & per exempla sanctorum viam suam dirigens, iuxta illud Prouerbiorum. 22. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerant patres tui. De vulpe legitur, quòd nunquam per viam regiam & tritam incedit, ne per vestigia deprehendatur, sed semper per deuios & incultos tramites ambulat, nec recto itinere pergit, sed modo huc, modo illuc, vt sic insidiantium oculos confundat, ne quò ierit deprehendant. In sacris literis passim & præcipuè in Canticis Salomonis; per vulpes intelliguntur hæretici, qui nunquam via regia incedunt, sed nouitatibus student, singulariter viuunt, loquuntur, ambulant, conuersantur, & ferè in omnibus à communi via, qua patres nostri transierunt declinare student. Vnde Diuus Cyrillus in Epistolis ad Nestorium ait, No- D. Hiero. Prou. 22. Iter vulpis. Hæretici vulpes appellantur. D. Cyrill.

ait, Nouitas eſt hæreſis ſeminarium, nec nouitatibus inſiſtendum,
Conc. Niceni. ſed regia via patrũ debere nos incedere. Hæc ſunt in Concilio II. Niceno actione. 6. & 7. Et ſicut traditũ eſt monumentis antiquorum à nouitatibus Iudaiſmi, omnes ferè hæreſes dimanarũt. Vnde
1. Tim. 6. Paulus 1. Tim. 6. Magno cũ emphaſi ac energia dicit; O Timotheo depoſitũ cuſtodi, deuitans prophanas vocum nouitates & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderũt. Ecce quomodo nouitas vocũ fidei excidiũ
Plato. eſſe ſoleat, adeò vt Plato in Cratilo, vel in lib. de republica dicat, q̃ cantilenarũ innouatio in repub. eſt ſignũ excidij illius, quæcunq; nouitas neſcio quid præſagit mali. Quare vos omnes Chriſti fideles hortor atq; in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui bonum teſtimoniũ perhibuit corã Pontio Pilato obteſtor, vt priſcorũ patrũ adhærẽtes veſtigijs, quæcũq; noua ac inſolita euitetis conſortia, per illũq; tritũ callẽ ambuletis in quo veſtrorũ patrũ agnoſcentes veſtigia, regia via ad cõmunẽ omniũ fidelium terminũ perue-
D. Augu. niatis. Attẽde quid ille magnus Auguſtinus cõtra Epiſtolam fundamenti dicat; Tenet me in Eccleſia communis conſenſus populorum atque Gentium, tenet me autoritas miraculis confirmata, ſpe nutrita, charitate aucta, vetuſtate firmata. Ecce quantum vetuſtati tribuat, vt ea ſibi ſit pro veritate fidei maximum & certiſsimum argumentum. Sed non omnes capiunt verbum hoc,
1. Cor. 8. quia nõ in omnibus eſt ſcientia, ſicut dicitur. 1. Corinthiorum. 8. Vel exquirã per veſtigia, hoc eſt Chriſti filij tui veſtigia ſequens ſecundum illud; Chriſtus paſſus eſt pro vobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Vnde Dominus Petro, Se-
Gen. 33. quere me. Sicut & Iacob dixit ad Eſau. Gen. 33. Præcedat Dominus meus, & ego paulatim ſequar veſtigia eius. In omnibus enim actionibus quadam celſitudine & præexcellentia præcedit nos Chriſtus, nos autẽ paulatim ſua veſtigia ſequendo pro modulo
Felix. noſtro eius imitari debemus ſacras actiones Felix vertit, vſque in calcem, quod dupliciter exponitur, ſcilicet, vſque ad vltimum, vſque ad nouiſsimum. Ita quod nec minimum mandatum præterire velit, ſed omnia exequi vſque ad vnguem & vltimum, ſicut ſupra; Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis, vt ibi explicuimus. Secundò vſque ad calcem, id eſt, vſque ad finem, quod 70. dixerunt ſemper. Nam qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, & nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & retrocedens,

cedens, aptus eſt regno Dei. Lucæ. 9. Sed memores debemus eſſe vxoris Loth. In cuius ſignum etiam caudam animalis præcipiebat Deus ſibi ſacrificari, hoc eſt quod non ſolum vitæ initium & medium ſed & finem Deo debemus offerre, & vſque ad extremas actiones in eius perſeuerare cultu. Tunica polymita quam Iacob fecit filio ſuo Ioſeph erat talaris, id eſt, vſque ad talos attingens. Quia veſtis diuerſarum virtutum, quam ſignificabat veſtis illa diuerſorum colorum qua indui debet anima chriſtiana, vſque in finem vitæ debet attingere. In ora veſtis ſacerdotalis erant malogranata aurea intexta, malum punicum coronam habet, quę ſignificat præmium, nam qui vſque ad vltimum & extremum vitæ perſeuerauerit ſolus iſte coronabitur. Significat etiam hæc dictio præmium. Vnde verti poteſt exquiram eam propter præmium, ſicut Felix vertit in margine, vt infra in 14. octonario; Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem, vt ibi Deo dante explicabimus. Quæ tãta diuerſitas explicationum ex vna radice procedit, nam verbum, akab, ſignificat ſupplantauit. Vnde deriuatum ſuperius nomen propriè ſignificat calcem, vel plantam. Et quia calx ſiue planta pedis eſt nouiſsimum corporis, inde deducitur ad ſignificandum terminum ſeu finem, & quia finis operis eſt ipſa merces vel præmium quod pro laboris remuneratione ſolet reddi, inde transſumitur ad ſignificandum præmium. Hæc eruditiſsimè adnotauit Titelmanus in annotationibus ex Hebræo.

Lucæ. 9. Gene. 19. Leuit. 3. Gene. 37. Exo. 28. Felix. Titelma.

VERSVS SECVNDVS.

Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.

MVltoties petit hanc reuelationem legis & viarum Dei, vt ſupra; Reuela oculos meos & cõſiderabo mirabilia de lege tua. Imò iam faſſus fuerat viam mandatorum Dei cucurriſſe, & nihilominus nunc petit donari ſibi intellectum ad ſcrutandam legem Dei, nimirum (vt dicit Caſsiodorus) quia dona Dei ſemper à nobis poſtulanda ſunt, vt conſeruentur. Semper enim donat: qui ſemper in nobis donata conſeruat. Non minus quippè Dei ſapientia atque potentia luceſcit in rerum factarum conſeruatione, quam in ipſamet rerum creatione. Eadem quippè potentia qua factæ ſunt & conſeruantur. Licèt mihi

mihi videatur quòd Propheta in hoc verſu petit donum intellectus quo & apprehendere & iudicare alta ac intima de lege Domini poſsit. Donum quippè intellectus ex hoc quòd meliùs apprehendit veritates fidei rectiùs de eo iudicat atque bonam æſtimationem de eis concipit. Sicut ille qui à longè rectiùs apprehendit viſa, melius etiam iudicat de apprehenſis. Donum ergo intellectus mentis aciem acutiorem reddit, vt ea quæ ad fidem pertinent, intimiùs penetret. Quare eſt in omnibus habentibus gratiam: carentque illo peccatores. Ex quo conſequitur regulariter iuſtos firmius adhærere rebus fidei, peccatores verò frequentes vacillationes circa veritates fidei pati. Vnde animalia ſancta plena
Ezech. 1. erant oculis ante & retro: ad ſignificandum hoc lumen intellectus quo gaudent iuſti, adeò enim mentem illuminat acſi tota eſſet repleta oculis. E contra verò talpa, Leuit. 11. immundum ani-
Leuit. 11. mal reputatur, quia cæcitas & hæbetudo mentis pœna ſolet eſſe
Figura. immunditiæ, id eſt, peccati. A qua cæcitate Eccleſia petit liberari in Litanijs deprecans, ac dicens, à cæcitate cordis libera nos Domine. Eſt autem donum hoc ſpeculatiuum ſimul & practicum, quia non ſolum ordinat, ad ea quæ principaliter cadunt ſub fide, verum etiam ad omnia quæ ad fidem ordinantur. Fides autem etiam ordinatur ad opus, ſecundum illud Pauli, Fides quæ per dilectionem operatur. Et (vt autor eſt Diuus Thomas. 2. 2. q. 8. arti. 3. ad ſecundum.) hoc ipſum pertinet ad dignitatem doni intelle-
D. Tho. ctus, quòd intelligibilia æterna conſiderat non ſolùm ſecundum, quòd in ſe ſunt, ſed etiam ſecundum quod ſunt regulæ humanorum actuum. Quia quanto virtus cognoſcitiua ad plura ſe extendit, tanto eſt nobilior. Igitur quia actio humana non ſolum regulatur lege humana, ſed etiam lege æterna in quantum ad beatitudinem ordinatur, ſecundum illud vltimum eget illuminari à dono intellectus, quòd eſt lumen ſupernaturale. Illuminat ergo donum intellectus & dirigit ipſam operationem. Vnde rectè petit Propheta dicens; Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo. Hoc eſt non ſolum volo intelligere legem tuam vt ſciam, verùm etiã vt voluntate & opere compleam. Vnde in Hebræo legitur, fac me intelligere, & ſeruabo doctrinam tuam, & cuſtodiam eam in toto corde. De ſcrutinio tamen mandatorum Dei, iam ſuper verſum ſecundum primi octonarij copioſe egimus.

Et cuſto-

(Et cuſtodiã illam in toto corde meo.) Arca ſiue crumena qua lex Dei cuſtodiri debet, cor hominis eſt. Ad hoc enim & ipſum expoſcit Dominus dicens; Fili præbe mihi cor tuum, vt in eo, ſcilicet, ſeruem teſtamentum meum. Quare dicitur anima iuſti ſedes ſapientiæ. In cuius teſtimonium arca in qua continebatur vetus teſtamentũ, ex lignis incorruptibilibus erat, vt oſtẽderetur quòd lex & teſtamentum Dei in incorruptibili anima, imo & in alto triclinio eius (quod eſt voluntas) cuſtodiri debet, vt ibi incorruptibiliter perſeueret, atque æterna veluti ipſa voluntas fiat; ſecũdum illud Eſa. 15. Populus meus lex mea in corde eorũ. Et Ierem. 31. Ecce dies veniẽt dicit Dominus, & fœriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, nõ ſecundũ pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorũ, vt educerẽ eos de terra Ægypti, pactũ quod irritum fecerũt, & ego dominatus ſum eorum dicit Dominus; Sed hoc erit pactũ quod fœriã cum domo Iſrael poſt dies illos dicit Dominus; Dabo legẽ meã in viſceribus eorũ, & in corde eorũ ſcribam eam. Ecce vbi legẽ ſcribit Deus, vt niſi corde extincto (quod nunquã tamẽ perit) nec lex etiã aboleri poſsit. Non in tabulis lapideis (ait Paulus 2. Cor. 3.) ſed in tabulis cordis carnalibus, nõ in tabulis illis quas frangere poteſt Moyſes ſed in immortali corde hominis, quod nulla diſcrimina frangunt. Non enim grauis & lapidea lex noua eſt, quæ ſuper quẽ cæciderit cõminuet eum, ſicut lex vetus, quæ ceruices cõminuebat, ita vt neq; ipſi, neq; patres eorũ portare poſſent, vt dicitur Act. 15. Sed in tabulis carnalibus ſcripta, quia iugum Chriſti ſuaue eſt, & onus eius leue; ita vt leuiter ingrediatur cor blãditijs amoreq́; demolitũ, pertingatq́ue vſq; ad diuiſionẽ animæ, & ſpiritus compagumq́ue atque medularum, vt dicitur Hebræor. 4.

Arca legis Dei cor hominis. Prou. 23. Eſai. 15. Iere. 31. 3 Cor. 3. Matth. 11. Actor. 15. Hebr. 4.

Sed obſerua quod D. Ambroſius hîc docet, quòd lex dicitur via iuſtitiarum vt præcedenti verſu. Dicitur etiã via mandatorũ vt hic. Quia per has vias ambulare debemus, vt perueniamus ad terminum harũ viarũ qui eſt Chriſtus. Hæc lex ſeruari debet, vt perueniamus ad finẽ legis, qui eſt Chriſtus, finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. Eſt finis iuſtitiarum, quia ipſe eſt iuſtitia noſtra, vt ait Paulus 1. Corinth. 1. Eſt finis legis, quia ad eum peruenimus per obſeruantiam legis. Eſt finis teſtimoniorũ, quia Apoſtoli fuerunt eius teſtes & ſcripturæ; ſecundũ illud, Scrutamini ſcripturas ipſæ enim teſtimoniũ perhibent de me. Et Apoſtolis

D. Ambr. Lex Dei dicitur via iuſtitiarũ & via mandatorum. Rom. 10. 1. Cor. 1. Ioan. 5.

Actor.1. ſuis dicit Actor.1. Eritis mihi teſtes. Sine lege ergo nō peruenitur ad Chriſtum. Sed hæc lex ſpiritualis eſt, ſpiritualiterque intelligitur, atque ſeruari debet, nō carnaliter, vt Phariſæus qui labijs legē
Matth.15. recitat, ſed in corde legem non ſeruat. De quibus Dñs Matth.15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Qui carnē præputij circūcidit, cor autem incircūciſum habet. Ad
Actor.7. quos Stephanus ait Actor.7. Dura ceruice & incircunciſi cordibus & auribus, non enim qui in manifeſto Iudæus eſt, nec quæ in manifeſto in carne eſt circuncīſio, ſed qui in abſcōdito Iudæus eſt & circunciſio cordis in ſpiritu nō litera, cuius laus nō ex hominibus, ſed ex Deo eſt, vt dicitur Rom.2. Vnde Paulus 2.Cor.5. Etſi
Rom.2. 2.Cor.5. cognouimus Chriſtū ſecundū carnē, ſed nunc iam non nouimus. Putabant enim Phariſæi ꝙ Meſsias eſſet vēturus in obſeruatione carnali legis, in quo etiā errore Paulus aliquādo detentus fuit. Sed poſtquā illuxit illi illuminatio Euāgelij Chriſti, qui eſt imago Dei & ceciderūt ſquammæ ab oculis eius, id eſt, literalis & carnalis ſenſus legis, iam ab illo errore purgatus, ait ꝙ ſi aliquādo Chriſtū ſecundū obſeruātias carnales exiſtimauit venturū, iam non ſic arbitratur ſed ſecundū ſpiritualē ſenſum legis aduenisſe. Vnde ſubdit.
2.Cor.5. Si qua ergo in Chriſto noua creatura vetera trāſierunt, ecce facta ſunt omnia noua, id eſt, iam nō in vetuſtate literæ ambulamus, ſed
Lex vetus cooperto-riú nouæ. in nouitate ſpiritus. Eo ꝙ lex vetus erat veluti coopertoriū nouæ, (era la funda) Chriſtus autē tāquā verus ſacerdos vaſa legis ex coopertorijs deducēs, quicquid in ea cōtinebatur oſtēdit. Ad ſacerdotes quippè pertinebat vaſa è velaminibus educere. Vnde Paulus
Galat.3. Galat.3. Priuſquam veniret fides ſub lege cuſtodiebamur cōcluſi in eam fidem quæ reuelanda erat. Ecce vbi legem veterem velamen & coopertorium legis nouæ vocat, quæ vocatur lex fidei à Paulo multotiens. In corde ergo cuſtodiri lex debet, ſed non in angulo cordis, ſed in toto corde. Lex enim Domini lata eſt, vt infra, Latum mādatum tuum nimis, vnde totam latitudinem cordis
1.Ioan.3. iure optimo ſibi vendicat, nam maior eſt Deus corde noſtro. In toto ergo corde & in cunctis partibus eius obſeruanda eſt lex. In intellectu, ſcilicet, per fidem, in concupiſcibili per charitatem, in
D.Hiero. iraſcibili per ſpem. Hieronymus ſic dicit; Da mihi intellectum, id eſt, tua mandata, vt non ſim ſicut equus & mulus in quibus non eſt intellectus. Eccleſia rogat vt intelligat diſcretionē inter bonum & malum, inter vitam & mortem, inter literam & ſenſum, vt intel-

ligam

ligam, prædicem, & opere impleam, & cũstodiam illam in toto corde meo, id est, ex tota dilectione.

VERSVS TERTIVS.

Deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

HOC est (secundum Augustinum) parũ est mihi voluntas mea, nisi in eo quod volui ipse me deducas. Nam velle quidem adiacet mihi, perficere autẽ nõ inuenio, vt ait Paulus. Ipse enim datus est gentibus in ducem, & præceptorem, vt dicitur Esa. 55. Qui fuit ductor filiorũ Israel in deserto per diẽ in nube & per noctẽ in colũna ignis: hoc est per fidẽ & charitatẽ deducit nos & reducit in concupitam promissionis hæreditatem. Per nubem fides significatur, nam sicuti cum nubes interponitur inter solẽ & prospectũ nostrũ, nõ videmus solẽ in seipso, sed quia fulgores radiorũ eius per illã nubẽ se trãsmittũt ad nos; sic in hac vita, nõ Deũ in seipso cernimus, sed per reuelata per fidẽ, tanquã per nubẽ, veritas eius se diffundit ad nos, vt Paulus dicit; videre nos nunc per speculũ in ænigmate. Colũna autẽ ignis charitatẽ refert. Nil enim familiarius in sacris literis quàm amorẽ per ignẽ nobis significari, Paulus autẽ dicit, quòd per fidẽ ambulamus & nõ per speciem, & alibi. Ambulate in charitate. Sed cum superius mãdata Dei viam appellauerit, nunc semitã dicit. Hæc diuersa nomenclatura vacare mysterio minimè credendũ est. Via quippè ampla est, angusta semita. Pharisæi quasi amplitudinẽ quandã in lege Dei fecerãt, eam solum de exterioribus actibus intelligendo, Christus verò ad interiores, etiã eam coarctauit, ac sic ex via quasi semitam fecit, vnde Matth. 5. Audistis quia dictũ est antiquis, non occides, ego autem dico vobis quicũq; irascitur fratri suo &c. Et audistis quia dictum est antiquis non mæchaberis ego autẽ dico vobis, quicũq; viderit mulierẽ ad concupiscendum eam iam mæchatus est eam in corde suo. Et iterum. Audistis quia dictum est antiquis; Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis diligite inimicos vestros &c. Nec ob hoc seueriorẽ eam fecit, imo & faciliorem, & ad obseruandum aptiorẽ. Nam quæso quis nam viã spinis & tribulis stratam ad ambulandũ melius aptauit, ac planiorem fecit, qui solum ea quæ apparebant ex spinis amputauit, an qui radicitus eas auulsit? Certum est quòd qui & germen & radicem tulit. Radix nostrorum operum interior concupiscentia est.

D. Aug. Rom. 7. Esa. 55. 1. Cor. 13. 1. Cor. 1. Ephes. 5. 2. Cor. 5. Matth. 5. Simile.

Nam qui non odit in corde fratrem, non occidet eum, nec iniuria afficiet, & qui non concupiſcit interiùs mulierem, nec in eam mechabitur. Qui ergo hanc radicem euellit ex qua talia opera pullulant, faciliorem facit obſeruantiam legis.

Caſsiodo. Simile.

(Quia ipſam volui.) Caſsiodorus, ipſa noua gratia per ſe placet, quæ deducit ad cœlum, lex vetus nō per ſe placebat, ſed in ordine ad legem gratiæ, ſicut medicina non per ſe placet ſed in ordine ad ſanitatem, quæ tanquam finis intenditur, finis autem legis Chriſtus eſt. Nam vt ait Paulus Galat. 3. Lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur, at vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo. Id eſt, quia iam venit iuſtitia quæ eſt in fide Chriſti Ieſu, quam lex promittebat, ſed non dabat nec poterat, infirma quippè & egena erat, vt ait Paulus. Sicut ergo ſanitas quæ eſt finis intentus ab ægroto per ſe placet, ſic & lex Chriſti, quæ iuſtificat (quod erat finis intentus à lege, quem promittebat ſicut & medicina ſanitatem) per ſe placet, quia & deducit ad cœlum nouiſsimum omnium finem.

Galat. 3.

Galat. 4.

Lyranus.

Vel vt ait Lyranus, Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum per exteriores actiones. Quia ipſam volui. Nam ex ſimilibus actibus generatur inclinatio & habitus in voluntate. Cum ergo me per legis tuæ obſeruantiam deduxeris, propenſius voluntas mea inclinabitur ad tuam legem. Nam vt Philoſophi dicunt potentia facit habilem, ars vero facilem, vſuſque potentem.

Tria petit hic propheta circa viã Domini.

Sed aduertēdum, quòd vt à principio huius octonarij diximus, hîc Propheta induit perſonam deſiderātis ingredi viam Dei exequendo mandata eius, & ideo in his tribus primis verſibus, tria accommodata & opportuna ad ingreſſum viæ Dei obnixè poſtulat. Primum in primo verſu petit, ſcilicet, vt oſtendatur illi via ad ſimilitudinem illius, qui per ignotas ſemitas iter aggreditur. Primùm petit doceri ſibi viam qua pergat. Secundò petit non quomodocunque doceri, ſed ita, vt intelligat, quod maximè neceſſarium eſt. Quid enim proderit tibi doctrina niſi intelleXeris eam? Tertium eſt vt homo inducatur in principium viæ. Sic enim & itinerantes ſolent petere vt ponantur in via, ſecundum illud Prouerb. Pone ſapientē in via. Et ſic in Hebræo dicitur, Induc me in ſemitam mandatorum tuorum, nam in multiuio neceſſarium eſt, vt in eam viam quæ ducit ad patriam qua pergimus introducamur, vbi & petit opus gratiæ ſubſequentis in

ipſa

ipſa exequutione, hoc eſt nō ſolum à te debeo doceri viam tuam, verùm etiam à tua gratia dirigi in eam, vt eam poſsim per exequutionem mādatorum tuorum peragrare. Cæterum poſtquam neceſſaria & opportuna ad ingreſſum poſtulauit, iam quæ ſint impedimenta petit auferri, dicens verſum quartum.

VERSVS QVARTVS.

Inclina cor meum in teſtimonia tua & non in auaritiam.

QVoniam primum & maximum impedimentum eſt affectus ad pecuniam, ſeu ad res pecunia eſtimabiles & vendibiles, inclina cor meū, ait, in teſtimonia tua. Verſu ſtatim præcedenti (ait Diuus Auguſtinus) dixerat ſe velle viam Dei, & nihilominus in hoc verſu petit, vt inclinetur eius voluntas ad talem volitionem. Vtrumque enim à Deo eſt, & velle & perficere pro bona voluntate ſua, vt ait Paulus. Primū impedimentū eſt auaritia. D.Aug. Ad Phil.2.

Pro quo notandum eſt ex doctrina D. Tho. 1.2.q. 9. articu. 6. hanc eſſe celſitudinem dignitatemque humanæ voluntatis, quòd immediatè Deo ſubeſt & quantum ad eſſe, & quantum ad moueri. Cum enim ſit potentia rationalis animæ, à nullo alio conditam dices, præter quam à ſolo Deo, qui eandem animam rationalem per creationem ſibi ſoli poſsibilem condidit. Quare eadem voluntas à nullo alio principio extrinſeco poteſt directè & efficienter moueri præterquam à ſolo Deo. Nam & ſi dicatur intellectum mouere voluntatem efficienter, id duntaxat eſt quantum ad ſpecificationem (vt Theologorum vocibus vtar) hoc eſt repreſentando ei obiectum ad quod determinetur vt velit, poſtea autem ipſa ſe mouet quoad exercitium, id eſt, ipſa per ſeipſam vult illud bonum, quod ei ab intellectu proponitur, & ad quod determinatur volendum. Quòd ſi ab aliquo extrinſeco principio mouetur illud ſolus Deus eſt. Cuius ratio eſt, quoniam motus voluntatis eſt ab intrinſeco vtpote vitalis, viuentia autem omnia ab intrinſeco mouentur. Hac enim differentia ſeiunguntur à non viuentibus, quòd illa in ſeipſis habent principium ſui motus, hæc vero non. Quis autem intrinſecè poteſt mouere voluntatem niſi ille qui autor eius eſt? ſicuti ſi quis moueret lapidem ſurſum, motus quidem ille à mouente eſt, ſed non eſt lapidi naturalis ſed violentus. Motus autem ille quo mouetur ad centrum D.Tho.

qui naturalis eſt & intrinſecus lapidi, tribuitur à Philoſophis generanti, id eſt, ei qui lapidem in tali natura conſtituit, cui ſoli competit intrinſicè eum mouere, tale pondus & inclinationem ei imprimendo. Cum ergo ſolus Deus autor ſit animæ rationalis, quæ per creationem ſoli Deo poſsibilis producitur, vt ſtatim diximus, voluntas autem ſit talis animæ potentia, manifeſte ſequitur quòd ſolus Deus eam mouere poteſt, non ſolum conferendo naturam verumetiam dando volitionē boni & finis, qui clauditur in omni volitione. Præterea cum voluntas habeat ordinem ad vniuerſale bonum, in quo à ſenſu ſecernitur, qui particularia duntaxat appetit, nihil poteſt eſſe eius cauſa, niſi quod eſt bonum vniuerſale, hoc autem bonum vniuerſale, ſolus Deus eſt. Nam cætera omnia ſunt bona particularia, & per participationem & particulares inclinationes efficiunt. Cum ergo ſolus Deus efficienter poſsit mouere voluntatem, optimo iure Propheta noſter ab eo petit, vt inclinet voluntatem ſuam in eius teſtimonia. Non enim poteſt ſecundarium agens quidpiam niſi virtute primi agentis ſulciatur. Vnde Prouer. 21. dicitur; Sicut diuiſiones aquarum ita cor regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinauit illud. Hoc eſt quòd ſicut à principio ſolo verbo & voluntate ſua diuiſit Deus aquas ab aquis, ita ſolo motu ſuo poteſt omniū corda mouere & inclinare ſecundum conſilium voluntatis ſuæ. Nam ſi cor regis quod nulli ſubeſt, nec ſuperiorem poteſtatem agnoſcit in manu Dei eſt, multo magis cæterorum omnium voluntates ei ſubijciūtur. Ita Lyranus. Sed quia in Hebræo ſic legitur; Riui aquarum cor regis in manu Domini, alij ſic interpretātur quòd ſicut riui aquarum, ſiue humana opera, ſiue ex ſua natura in diuerſas partes feruntur & diuidūtur, ita cor regis per manum Domini eiuſque potentiam ac prouidentiā huc illucque fertur, prout ipſe omnium cauſa diſponit, nimirum quia cum fauet Dominus, ſana conſilia inſpirat principibus, atque ad ea implenda impellit, cum ſuccenſet, ſinet eos in reprobum abire ſenſum, ſicut cum mouit cor Dauid, vt numeraret populum quia addiderat furor Domini iraſci contra Iſrael, vt dicitur. 3. Regum. 24. Vel tertio dicam cum Domino Caiet. Sicut diuiſiones aquarum ita cor regis in manu Domini. Ad deſignandam facilitatem qua Deus corda hominum mouere poteſt. Aqua quippè facillimæ diuiſionis eſt. Qua ergo facilitate diuidūtur aquæ & multo maiori Deus poteſt

Prouer. 21.

Lyranus.

3. Reg. 14.

Caietanus

hominum

hominum corda ad quodcunque voluerit inclinare, quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, vt dicitur Pſal. 94. id eſt, in virtute & poteſtate eius cuncta ſunt poſita. Virtus quippè primi agentis in inferioribus etiam agit, vt ſupra diximus. Inclina ergo cor meum Deus in teſtimonia tua, in cuius manu corda ſunt regum omniumque filiorum Adam, & quocunque volueris inflectis illa, flecte quæſo cor meum per ſancti ſpiritus flatum ad tua teſtimonia adimplenda, atque ab auaritia omniū malorum radice cor, animam, mentēque meam auerte. In tria vitia Ioannes Apoſtolus in ſua prima Canonica. c. 2. diuidit quicquid in mundo peruerſum eſt, dicens; Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non ex patre ſed ex mundo eſt. Et hæc ſunt tria impedimenta, quæ à mandatis Dei animum hominis auertere atque auocare ſolent. Sed inter hæc omnia, auaritia principem locum ſibi vendicat, eo quòd pecunia maximè hominum animos rapit inter omnia oculorum concupiſcibilia cuius rationem ſupra reddidimus. Vnde Paulus ad Epheſios. 5. Omnis fornicator aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei, vbi auaritiam idololatriæ cōparat. Idololatria autem & infidelitas, ait Auguſtinus, eſt peccatum, quo cuncta peccata tenentur, & ſic in auaritia reliqua includuntur vt ſtatim dicemus. Ratio autem quare auaritia idololatria nominatur, ſecundum Diuum Tho. ſuper hunc locum, hæc eſt, quoniam idololatria eſt quando honor ſoli Deo debitus impenditur creaturæ, Deo autem dupliciter honor debetur, nimirum vt in eo finem noſtrum conſtituamus, & vt in eo fiduciam noſtram finaliter ponamus. Qui ergo hoc in creaturis collocat, reus eſt idololatriæ. Auari autem & finem & fiduciam omnem in pecunijs collocant. Quos taxans Beatus Iob dicebat capite. 31. Si dixi auro robur meum, & obrizo dixi fiducia mea. Id enim, quod pro fine ſibi quiſque præſtituit, quaſi Deum ſuum facit, ad quem omnia ſua dirigit, ſecundum illud Pauli de voracibus, atque guloſis loquens. Quorum Deus venter eſt, quia omnia in talem cupidinem referunt. Multo magis auarus quanto appetibilior eſt pecunia, cui cætera obediunt, vt dicitur Eccleſiaſtici. 20. Id autem quod tanquam finis diligitur, ſine modo diligitur. Nam concupiſcentiæ finis eſt, infinita negatiuè, hoc eſt nullum

Pſal. 94.

1. Ioan. 2.

Auaritia.

Epheſ. 5.

D. Aug.

D. Tho.

Dupliciter Deo debetur honor.

Iob. 31.

Eccle. 20.

terminum habet. De medicina quippè, quæ tanquam medium
Simile. ad ſanitatem appetitur, id ſolum appeto, quod ad ſalutem ſcio conferre, ipſam autem ſanitatem ſine menſura aliqua appeto. Non enim tot gradus tantùm ſanitatis volo & non plus, ſicut tot dragmas reubarbi, & non amplius: ſed quantum potero adipiſci ſanitatis, abſque menſura concupiſco, quia hanc vt finem appeto illud verò, vt medium. Cum ergo quis pecuniam tanquam finem appetit, abſque menſura aliqua & fine appetit ſe-
Baruch. 3. cundum illud Baruch. 3. Vbi ſunt principes gentium & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſuper terram ſunt, qui in auibus cœli ludunt, qui argentum theſaurizant & aurum in quo confidunt homines & non eſt finis acquiſitionis eorum. Ecce quare auari
Oſeæ. 8. idololatræ à Paulo vocitantur. Vnde Oſeæ. 8. dicitur; Argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt idôla, vt interirent, quia
Prou. 11. vt dicitur Prouerbiorum. 11. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. Sed quoniam hæc ratio videtur communis etiam alijs peccatis, (in omni enim peccato mortali conſtituit homo finem
D. Tho. ſuum in creaturis,) dicitur cum eodem Diuo Thoma, quòd quia idololatrare eſt aliquid exterius indebite colere, & qui in diuitijs ſibi præſtituit finem, ponit eum in re exteriori ſicut idolatra, (nam in alijs vitijs ponitur finis in interioribus, ſicut v. g. ſuperbus in propria exaltatione) ideò ſpecialiter auarus di-
Caietanus citur idola colere. Vel dic ſecundum Caiet. quòd quia auarus & idololatra cõueniunt in colendo vnã & eandem rem, dicitur auarus idolorum cultor, colit enim idolatra argentum & aurum, ſe-
Pſal. 113. cundum illud Pſalmi. Simulachra gentium argentum & aurum, nam præter argẽtum opera manuum hominum idôlum nihil eſt in mundo, vt dicitur. 1. Corint. 8. Id etiam colit auarus qui aurum & argentum pro Deo habet. Vel dic tertio, quòd ideo dicit idolorum ſeruitus, quia inter omnia peccata amor numi maxima abnegandi fidem cauſa eſſe ſolet hominibus ſecũdum illud. 1. ad
1. Tim. 6. Timot. 6. Radix omnium malorum eſt cupiditas quam quidam appetentes errauerunt à fide. Quod caute cõſiderans aduerſarius cum Chriſtũ Dominũ in deſerto tentaſſet, & in vltimo congreſſu omnes mundi diuitias ob oculos poſitas promiſiſſet, eum ad ido-
Matth. 4. latriam compulit, dicens. Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraberis me. Acſi latenter diceret; Nihil aliud potentius ad animos hominum in quotcũque mala trahendos, quam auri argentiq́ue cupido,

cupido, quæ & vſque ad idololatriam cor deijcere potens eſt. Nam vt Paul.vbi ſupra docet. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & laqueum diaboli,& deſideria multa inutilia & no ciua,quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Dicitur ergo auaritia idolorum ſeruitus quaſi effectiuè, quia ſolet eſſe cauſa apoſtatandi à fide imò & idololatrandi. Cum ergo ſit veluti ſeruitus idolorum auaritia, quid mirum quòd tanquam maximum impedimentum ad ambulandum in via Dei illud perhorreſcat iuſtus & dicat; Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam? Quam ſententiam confirmat ſapientia Eccleſ. 20. dicens; Auaro nihil eſt ſceleſtius, hic enim & animam ſuam venalem habet,quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Quis facinoroſior proditore Iuda? & tamen auarus eo nequior eſſe videtur. Ille quippe triginta argenteis Chriſtū Deum ſuū vendidit, multi autē auari viliori pretio adducti Chriſtū abnegant,& à ſe proijciunt per peccatum. Quot propter vnius argenti aut dipondij lucrum peierant, mentiuntur, proximum circunueniūt atque decipiunt? Vnde & Cicero offic. 1. ait, Nihil eſt tam anguſti animi, tamque praui quàm amare pecuniam. Hic enim & animam ſuam venalem habet, ſæpè enim propter minimum lucrum & vitam & animam periculo exponit, & quaſi pro pecunia cōmutat. Imò & videtur animam ſuam ſub haſta publicare (parece que haze publica almoneda del alma) & q̃ ſua voce quaſi præconis dicat, quis plures numos pro anima mea dat? det & accipiat eam, quoniā in vita ſua proiecit intima ſua,hoc eſt etiam adhuc viuens perinde ſe habet acſi omnia ſua viſcera eieciſſet,nimirū quia omnem humanitatis & cōmiſerationis affectum exuit, nec ſibi bonus neq; alijs, quod in Iuda proditore patet, qui ſuſpēſus eſt & crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſcera eius, nā triginta argentorū pretio & vitam & animā vendidit intimaque ſua proiecit ac viſcera exuit, exuit em̄ pietatē auarus in miſericorſque,atq; crudelis fit, vt diues ille auarus, Lucæ 16. non compatiebatur Lazaro, cuius & canes aliàs rabidi,lingentes vlcera commiſerationis quoſdam naturæ inſtinctus proferebant,quaſi impietatem diuitis muto latratu lacerantes, auaro ergo nihil eſt ſceleſtius,repellit enim æquitatem illam,quæ eſt tam in creatore quam in creaturis cæteris. Deus enim ſe & ſua creaturis communicat prodigeque diffundit, nam bonum eſt diffuſiuum ſui ait Dionyſius. Creatura autem ſe alteri etiam

Paul. vbi ſupra.

Eccleſ. 20.

Cice. off.1.

Dāna auaritiæ.

Lucæ.16.

Dionyſius.

etiam communicat creaturæ, ſol enim communicat lucem, ignis
D. Auguſtinus. calorem, arboreſque fructus. Vnde Auguſtinus ait, indicium maximum diuinæ bonitatis eſt, quòd quælibet res cogitur dare ſe ipſam, hanc autem æquitatē auarus non adimplet, nec ſe, nec ſua communicat, ſed in arca reſeruat, magiſque amat, vt putrefiant,
Iacobi. 5. quàm vt alteri vſui ſint, contra quos Iacobi 5. dicitur; Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis, diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt, aurum & argentum veſtrum eruginauit, & erugo eorum in teſtimonium vobis erit. Item videmus naturam maximè ſolicitam, ne aliquid vacuum ſit in vniuerſo, ſed ſtatim ab alia creatura
Cōtra auaros. ſuppleatur, etiam ſi ſit neceſſe præter propriam naturam agere, vt patet in aqua aſcendente per fiſtulam præter eius ſingularem inclinationem ad ſupplendum vacuum, auarus autem non id curat, nec vult vacuum in proximo ſuo adimplere ex his quæ ſibi ſuperſunt aliorum defectum adimplendo, etiam ſi eſſet contra
2. Cor. 8. ſuæ cupiditatis propenſionem, contra illud Pauli. 2. Corinthiorum. 8. Veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat. Vnde &
Seneca. Eccle. 24. Seneca dicit; Nunquam auarus benefacit, niſi cum moritur, ſed
Prouer. 1. qui ſibi nequam eſt, cui alij bonus erit? nam vt Prouerbiorum. 1. dicitur de auaris. Ipſi contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas, imò ſibi inuidet auarus neque in ſuum commodum expendit ſua, ſed ſibi ipſi negat, vnde
Seneca. Prouerbium. Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet, & Seneca dicit; Pecuniam magnam habet aliquis? ſi auarus eſt, non habet, ſi prodigus, non habebit, & noſter Hiſpanus Poeta Ioannes à Mena, ſic dicit auaro.

Iuan de Mena.

Tus riquezas tanto ciegas,
Allegadas por mal arte,
A quien pueden hazer parte,
Pues a ti miſmo las niegas?

Sed aduertendum, quòd aliqui per auaritiam intelligūt quodcunque rerum temporalium deſiderium. Vnde Caſsiodorus di-
Caſſiodorus. cit, quod eſt rerum temporalium omnium flagrans omnino deſiderium, & nomen Hebræum Batha, quod hic ponitur: in hac amplitudine poteſt accipi ſecundum aliquos Hebrææ linguæ peritos. Cuius ratio aſsignari poteſt, quoniam auaritia fons videtur, &

origo

origo cæterarum cupiditatum, ſecundum illud. 1.Tim. 6. Radix omniũ malorũ eſt cupiditas, quod exponens D.Tho. dicit quòd ſuperbia quidem dicitur radix & initium vitiorum, ſecundùm illud Eccle. 10. Initium omnis peccati ſuperbia, & auaritia etiam licet diuerſa ratione. Superbia enim eſt initium vitiorum quantum ad intentionem auaritia vero quantum ad exequutionem, hoc eſt dictu, quòd ſuperbus in omnibus alijs vitijs nihil aliud intendit quàm ſingularem excellentiã inter alios nancifci, id eſt enim ſuperbia ſingularis excellentiæ appetitus. Ideo enim abundantiã diuitiarum appetit vt in eis alios præcellat, ideo honores, vt alijs imperet, ideo delicatos cibos, pretioſas veſtes, vt in omnibus ſplendidior cæteris appareat, cæterùm auarus per potentiam diuitiarum hæc omnia aſſequitur, nam ſicut radix alit arborem fructuſque eius ac folia, ſic pecuniam omnium vitiorum nutricem dixeris, qui enim pecunia abundat is & pretioſas veſtes, lautos cibos, cæteraq; ſplendorem afferentia habet. Pecunia meretriculas aleatores, hyſtriones, paraſytos, factioſos huiuſmodiq; monſtra hominũ alit, eo quòd pecuniæ obediunt omnia, vt dicitur Eccleſ. 10. Vnde Cicero libr. 2. rethoric. nouorum ſic ait. Auaritia ad quoduis malum hominem perducit, quia ergo auaritia tot malorum radix eſt, extenſo vocabulo per eam cæteræ cupidines intelliguntur, à quibus omnibus iuſtus petit auerti cor ſuum dicens, Inclina cor meũ in teſtimonia tua & nõ in auaritiam, quod etiam poteſt ſic intelligi, vt petat iuſtus ne adeò ſit temporalium rerum auidus, vt intuitu earum Deo ſeruire vellit, quod exiſtimans aduerſarius id improperabat ſancto viro Iob dicens, Nunquid fruſtra Iob timet Deum? nonne tu vallaſti eum & domum eius vniuerſamq; ſubſtantiam per circuitum, operibus manuum eius benedixiſti, & poſſeſsio eius creuit in terra? hæc fuſius forſan præfati ſumus, quia ad componendos mores vtiliora videbantur.

1.Tim.6. D. Thom.

Eccleſ. 10.

Superbia.

Eccle.10. Cicero 2. rethoric.

Iob. 1.

VERSVS QVINTVS.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me.

Secũdũ impedimentũ cõcupiſcentia rerum quæ conſiſtit maximè in viſu.

SEcundum impedimentum ad ambulandũ in via Dei, eſt concupiſcentia rerum delectabilium, quæ per ſenſus hauriũtur, & præcipuè venereorum quæ inter omnia delectabilia ſenſuum maiora ſunt, ſed quoniam ſenſus viſus inter omnes principatur

patur ſub illius nomine omnes alij ſenſus intelliguntur, nã ea quæ tactu & guſtu & alijs ſenſibus percipiuntur, ſub nomine viſus ſolemus nominare, cum de cibo aut dulci ſono dicimus nos non vidiſſe, neque talem cibum, nec tam ſonoram vocem, cum tamen nec vox, neque cibus viſu hauriantur, cuius ratio eſt, quoniam viſus inter omnes ſenſus maximè cognoſcitiuus eſt, quare & aliorũ
Ariſtotel. ſenſuum perceptiones ei attribuuntur. Vnde & Philoſophus in prologo ſuæ metaphyſicæ ait, quòd inter cæteros ſenſus plus diligimus viſum, eo quod inter alios maximè cognoſcitiuus eſt &
Plinius. plures differentias rerum nobis demonſtrat imò & Plinius dicit; quod animus inhabitat in oculis, nam nuſquam animi manife-
Iſaiæ. ca. 1. ſtiora indicia quàm in oculis. Et ideo Iſaias cap. 1. taxat filias Ieruſalem, eo quod nutibus oculorum ambulabant, & de viro apoſta-
Prouer. 6. ta dicitur Prouerb. 6. quod annuit oculis. Imò & ſignum ſuper-
Prou. 30. biæ in oculis maximè manifeſtatur Prouerb. 30. Generatio cuius
Simile. excelſi ſunt oculi. Auarus etiam oculis concupiſcit rem alienam, eſt enim anima velut auis incluſa in corpore, quæ per oculorum feneſtras exit, & per omnia exteriora volitat, quare oculi maxi-
Iob. 31. mè cuſtodiendi ſunt, vt Iob. 31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt
Matth. 5. ne cogitarem de virgine quidem. Et dominus Matth. 5. Si oculus tuus ſcandalizat te; erue eum & proijce abs te, hoc eſt ſic te debes gerere quantum ad ea quæ videre non licet, acſi oculos non habe res, vnde huiuſmodi abſciſio, ſiue priuatio membrorum intelligi-
Matth. 19. tur quãtum ad vſum præcipuè malum, ſic enim intelligitur quod Dominus alibi dicit; Sunt qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, non per membrorum abſciſionem, ſed per malarum cogitationum interemptionem ait Chryſoſtomus. Hoc eſt, quòd ſe priuauerunt vſu talium membrorum quantum ad venereos a-
1. Cor. 6. ctus etiam licitos, vt ſunt coniugales. Et illud Pauli. 1. Corinthiorum. 6. Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem & hunc & has deſtruet. Nam & ſi in reſurrectione reſtituetur venter in ſua integritate non tamen quantũ ad vſum, quem modo habet, qui eſt cibos
Eccleſ. 1. egerere, cum ergo hic Propheta poſtulet, quòd auertantur oculi eius, ne videant vanitatem, non ſic intelligitur, vt eruantur oculi eius, vel obſcurentur ne aliquid videant: cum omnia quæ ſub ſole ſunt vanitas ſint, & vanitas vanitatum; ſed petit, quòd quantum ad vſum malum auertantur à viſione harum vanitatum. Iuxta
Matth. 5. illud Matth. Qui viderit mulierem ad concupiſciendum eam iam

mæcha-

mechatus eſt eam in corde ſuo. Non prohibet Dominus ne fœminas intueamur, ſed ne videamus vt concupiſcamus, ne intuitus peſsimam concupiſcientiam pariat, vt Diuus Auguſtinus in regula ait, Nec tamen quando proceditis fœminas videre prohibenini, ſed appetere, vel ab ipſis appeti velle criminoſum eſt, ſic ergo multotiens viſus abortiuum in anima facit, quemadmodum mulier quæ in vtero gerit & aliquid vidit oculis & concupiſcit, ſi non accipit quod deſiderat, aborſum, vt plurimum, patitur, ſic anima bonis imprægnata deſiderijs, ſi aliquid videt oculis, ex qua viſione cor accenditur, quaſi aborſum facit boni deſiderij retro cædit quippe ab eo & in noxiam concupiſcientiam prolabitur, vt Dauid accidit quando intuitus eſt mulierem illam ſe lauantem, ſanctus quippe erat bonisque deſiderijs plenus, quæ omnia ad proſpectum fœminæ perierunt, & antequam in lucem prodirent quaſi per aborſum necata ſunt. Vnde Dominus Matth. 24. Væ prægnantibus &c. hi ſunt qui bonis imprægnãtur deſiderijs, & tamen vel nunquam in lucem per opera prodeunt, vel per occurrentes occaſiones intereunt. Ex viſu etiam praua oritur cogitatio. Prouerb. 23. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruerſa, quia impudici cor habent in ore, è contra modeſti os in corde gerunt, imò & diuerſitas malorum cupiditatum ex viſu ortum habet, quemadmodum oues illæ ad proſpectum virgarum diuerſicolorum diuerſos etiam & varij coloris concipiebant fœtus, vt legitur Geneſis. 30.

D. Auguſtinus. Simile. Matth. 24. Figura. Geneſ. 30.

(Ne videãt vanitatẽ &c.) Omnia quidẽ, quæ ſub ſole videmus vana ſunt iuxta Salomonis citatã ſentẽtiã, Vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Pro cuius explicatione aduerte multis linguis familiare eſſe, quãdo rem eximiã volumus ſignificare vti abſtractis pro concretis, vt virũ magnificum ipſam liberalitatem vocamus, & virum qui aſsiduè mentitur ipſum mendacium. Sic Paulus. 1. Corinthiorum. 1. Ad deſignandam Dei miſericordiam dicit. Qui factus eſt nobis ſapientia & iuſtitia ſanctificatio &c. Cum ergo ſapiens hic vana dicere potuiſſet, ad deſignandum aliquid eximium abſtracto vſus eſt dicens, vanitas vanitatum, hoc eſt ea quæ ſub ſole fiunt ipſa vanitas ſunt, ipſa vanitas viſibilis, vel idea ipſa vanitatis mundus iſte eſt. Secundò aduerte, ex Origen. homilia prima in cantica, phraſim & idiotiſmum Hebrææ eſſe linguæ, cum dicitur, vanitas vanitatum, ſicut dicitur, Canticum

Eccleſ. 1. 1. Cor. 1. Origenes.

Canti-

Canticorū, quia inter omnia excelſa cantica primū locū tenet, ſic modo dicitur; Vanitas vanitatū, quod inter oēs vanitates ſumma ſtultitia eſt. Licet batalogia, hoc eſt inutilis repetitio, ſit vitiū maximè in rebus ſacris vitandū, ſed aliquando eiuſdē vocis repetitio cū decore fit & efficacia, quā latini vocant perſeuerantiā, vel exiſtentiā, vt eſt illud Pſalmi. 28. Afferte Dño filij Dei, afferte Dño gloriā & honorē. Afferte Domino filios arietū &c. Et Ezech. 24. Non erat qui requireret, non erat inquā, qui requireret, talis autē repetitio habet locū quādo tanti pōderis ſententia eſt, vt nullatenus debeamus eam obliuiſci, propter quā cauſam in ipſo veſtibulo concionis toties repetitur vanitas, vt altius noſtris mētibus infigeretur. Vana ergo ſunt omnia quæ in præſenti ſeculo oculis cernimus, vt accōmoda ſit diſtributio ne ſub tali diſtributione includantur quæ alterius ſunt ordinis, qualia ſunt diuina, & ea quæ diuinitus nobis conferuntur. Cæterum & ſi omnia quæ carnis oculus cōcupiſcit vana ſint, nō dubito quin ea quæ ad venereorū cōcupiſcentiam expectant plus cæteris vanitatis habeant. Sapiens Prouerb. 6. ait. Pretium Scorti vix eſt vnius panis, mulier autem viri pretioſam animam capit. Hoc eſt delectatio propter quā appetitur mulier, vix eſt vni⁹ panis, ideſt breuis eſt, quia nec per momentum ſatiat, vt dicitur Oſeæ. 4. Comedent & nō ſaturabuntur; fornicati ſunt, & non ceſſauerūt. Vnde ſuper hūc locū dicit Beda, Sicut vnus panis diurnā ſolū effugat eſuriem, & nihilominus poſt modū eſurit, qui comeſto pane ſaturatus abſceſſerat, ſic qui intrat ad ſcortum, ad horam quidē euaporat libidinē, ſed poſt paulum ardentior reddit. Et D. Hieronymus ait, Voluptas carnis præſens nō ſatiat, futura cruciat, præterita nō delectat. Licet per hoc etiam deſignetur huius voluptatis vilitas, cuius pretiū vix eſt fruſtrū panis, vt Hebræi legunt, & quod ipſa capit pretioſiſsimum hominis nimirum animā Chriſti ſanguine emptam. Vnde D. Auguſtinus libr. de honeſtate mulierū cap. 30. (inquit) Quanta iniquitas, quāta peruerſitas, vt animam quam Chriſtus ſuo ſacro ſanguine redemit, luxurioſus quiſq; propter vnius momenti delectationem libidinis diabolo peſsimo inimico ſuo vendat ac tradat, verè nimirum miſeranda & plangenda conditio eſt, vbi cito præterit quod delectat, & permanet ſine fine quòd cruciat, ſub momento enim impetus libidinis trāſit, & permanet ſine fine infelicis animæ opprobrium, nonnulli ex Hebr. ſic legunt, Quia propter mulierem fornica-

Pſalm. 28. Ezech. 24.

Prouer. 6.

Oſeæ. 4. Beda.

D. Hieronymus.

D. Auguſtinus.

fornicariã,vſq; ad fruſtrũ panis: hoc eſt,quia propter amorẽ mulierum multi deueniunt vſq; ad fruſtum panis,ideſt,vſq; ad mendicitatem,ſolent enim mẽdici fruſtra panis poſtulare.Quare antiqui hunc meretricũ amorẽ pingebant ſicut monſtrũ illud quod à Poetis chimera dicitur, cuius caput erat leonis,quia talis amor à principio feraliter inuadit, & more brutorũ adoritur hominem. Vnde ſcriptura cũ de eo loquitur brutorũ vocibus vtitur Iere. 5. Æqui amatores & emiſſarij facti ſunt in fœminas,vnuſquiſque in vxorẽ proximi ſui inhiabat: corpus erat capræ quæ luxurioſiſsimũ animal eſt,quia inuaſus tali amore in luxuriæ pruritus dilabitur,ſed cauda erat draconis, quia in fine mordet,vel per penitudinẽ,vel per egeſtatẽ,vel per infirmitates ad quas deducit, vnde Prouerb. 21. Ingreditur blandè,ſed in fine mordebit,vt coluber, & tã quã regulus venena diffundet,à tali ergo vanitate petit Propheta noſter,vt auertãtur oculi eius,qm̃ hoc vitium per auerſionẽ euitatur nõ facie ad faciem, ſed terga vertendo, ſecundũ illud conſiliũ Pauli,fugite fornicationẽ,& illud Iſai.48.Egredimini de Babylone fugite à Chaldęis.in Pſal.3.habetur.Qm̃ tu percuſiſti oẽs aduerſantes mihi ſine cauſa,ex quo colligit̃ Pſal. illũ concinuiſſe Dauidẽ pro victorijs,quas dedit illi Deus contra inimicos ſuos,& tamẽ titulus pſalmi eſt Pſalmus Dauid cũ fugeret à facie Abſalon.Canit victoriã & dicit ſe fugere,quia hęc eſt illuſtriſsima victoria vincere fugiẽdo à facie,appetitus noſtri.2.Petr.1.Per hoc efficiamini diuinæ cõſortes naturæ, fugiẽtes eã quæ in mũdo eſt cõcupiſcentiæ corruptionẽ. Occaſiones fugere maximè cõfert ad euitãdum hoc vitiũ,nam vt dicitur Eccleſ. Quis miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo? Et alibi. Nunquid poteſt,quis abſcondere ignẽ in ſinu ſuo & quod veſtimenta illius nõ ardeant? aut ambulare ſuper prunas,& q; nõ comburantur plãtæ eius.Et D.Hierony.ait,quod nullus inter ſerpẽtes ſecuros capit ſomnos,& D.Bernard. æſtimat maius miraculum inter colloquia & familiaritates mulierum caſtè viuere,quam mortuum ſuſcitare,qui enim amat periculum (ait ſapiens Eccle. 3.) peribit in illo. Et idem Hieronymus ſatius eſt non poſſe perire quam in periculo non perijſſe. Vnde verſus.

Chimera. Ierem. 5. Prou. 21. Iſaiæ.48. Pſalm. 3. 2. Petri. 1. Eccleſ. 12. Prouer. 6. D. Hieronymus. D. Bernardus.

Quem niſi te foueat ſuperas inceſte Cupido?
Vincere te didici ſobrietate fuga.

Accipe demũ optimũ D. Cypriani cõſiliũ,vbi ſic ait,Liberãda eſt vigilanter

Cyprianus epiſt. 11.

vigilanter de periculoſis locis nauis ne inter ſcopulos, & ſaxa frangatur, eruenda eſt velociter de incendio ſarcina priuſquam flammis ſuperuenientibus concremetur, nemo diu tutus eſt periculo proximus, nec euadere diabolum Dei ſeruus poterit qui ſe diaboli laqueis implicauit.

(In via tua viuifica me.) Hæc via Chriſtus eſt, vt ipſe dicit. Ego ſum via veritas & vita, qui per mortem ſuam animam noſtram viuificauit, vt peccatis mortui illi viueremus, vt dicitur Romanorum ſexto. Nam in cruce Chriſti, veluti in quodam tribunali concupiſcientia peccati damnata eſt, & crucifixa. Vnde
Roma. 8. Paulus Romanorum octauo ait, quod Chriſtus de peccato damnauit peccatum in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in no-
Ibid. ca. 6. bis. quod ſupra explicuimus. Sed capit. 6. dicit; Hoc ſcientes quoniam vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, vt amplius non ſeruiamus peccato. Veterem hominem vocat defectus carnis, qui conſequuti ſunt ad peccatum, ex quibus vnus eſt libertas effrænatæ libidinis, quæ etiam renuente anima vehementer inſurgit, quæ antea per originalem iuſtitiam ligata tenebatur ne ferociret, & rectè quidem vetuſtatis nomine hos claudit defectus, quoniam vetuſtas defectus eſt præter intentionem, & in deordinatione mali eſt & à primo parente deriuata, & quia ſicut ſenectus corrumpit corpus, ita hi defectus peccati corrumpunt bonum naturæ, iſte ergo vetus homo cum Chriſto affixus eſt cruci non interemptus, ſed cruci affixus, hoc eſt mortificatus. Viuit enim corpus peccati & mortis contra quod Paulus clamabat. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, ſed tamen per crucem Chriſti impeditur ab operibus vetuſtatis. Vnde ſubdit, vt deſtruatur corpus peccati, non vt deſtruatur corpus ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum quod eſt peccati, ideſt, vt deſtruatur id quod eſt peccati in corpore noſtro, vt amplius non ſeruiamus peccato, ecce quomodo debet deſtrui corpus peccati, nimirum non ſeruiendo concupiſcentijs eius, non dicit, vt non peccemus, hoc enim impoſsibile nobis eſt, ſed vt non ſeruiamus peccato tanquam ſerui Domino, quod multis viris perfectis per gratiam Dei præſtitutum eſt, quod clarius explicat inferius dicendo hoc
Paul. vbi ſupra. eod. capit. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis ei in concupiſcentijs eius. Ecce in quo debet deſtrui

ſtrui corpus & regnum peccati, nempe in non obediendo concupiſcentijs eius, quod Chriſti fidelibus per eius gratiam communicatur, vt dicitur Galatas. 5. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs, non ſolum carnem affligunt, quæ radix harum cupiditatum eſt, ſed ipſa vitia ipſos malos affectus detinent tanquam affixos cruci, ne in opus prauum prodeant, in hoc ſe Chriſto crucifixo configurantes. Quare ſancti efficaciſsimum remedium contra carnis illecebras exiſtimant iugem crucis Chriſti meditationem, peculiariterque contra libidinis motus & immunditiam cogitationum oratio ad crucem Chriſti maximè conducit. Legitur de quadam ſancta moniali, quòd quotienſcunque immundas patiebatur cogitationes pollice ſignum crucis in corde faciebat, & cum poſt multos annos à ſepultura eius, caſu aperiretur ſepulchrum, cum totum corpus iam corruptum eſſet, ſolus pollex integer & incorruptus apparuit, & in corde ſignum crucis ſimile floris lilij, rectè ergo petit iuſtus, vt contra tale vitium in via quæ Chriſtus eſt viuificaretur eius animus, quippe ipſe mortem noſtram moriendo deſtruxit, & vitam reſurgendo reparauit. Galat. 5.

Sed non prætereundem exiſtimo, licet breuiter pertranſeundum, quod hic Diuus Auguſtinus docet, nam ſic intelligit hunc verſum, Auerte oculos &c. Ideſt, auerte oculos meos ab illis rebus inferioribus quæ ſub ſole geruntur, quia omnia vana ſunt, ideſt, mutabilitati ſubiecta, vt Paulus Romanorum. 8. Vanitati creatura ſubiecta eſt, hoc eſt mutabilitati. Petit ergo vt & ſenſus & animus ab his ſenſibilibus abſtracti, ad cœleſtia dirigantur, vt docet Paulus Coloſſenſes. 3. Quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite non quæ ſuper terram, qui enim adhæret his vanis, mutabilitati ſubiectus eſt, qui autem ab eis eleuatur, & Deo inhæret, iam immobilis eſt, nam qui confidunt in Domino ſicut mons Sion non commouebitur in æternum qui habitat in Ieruſalem, vnde Diuus Auguſtinus hoc loco ait, non videt vana, qui fixus eſt in illo qui eſt ſuper omnia, cuius mens ſurſum eſt, qui vero hæc cogitat, ſub ſole viuit, vbi vanitas eſt. Propoſitiones immobiles dicuntur quando earum veritates à rebus abſtrahimus, vt homo eſt animal rationale, propoſitio immobilis eſt veritatis, abſtra- Auguſt. Rom. 8. Coloſſ. 3. Pſal. 124. Auguſt. Simile.

tis,abſtracta tamen à ſenſibilibus,nam in rebus ipſis cõtingens eſt ſicut & hæc,homo eſt, vt metaphyſici docent, ſic ergo & anima immobilis fiet à ſenſibilibus ſeiũcta & abſtracta,ſi Deo qui immobilis & ſempiternus eſt,per bonam voluntatem inhæreat, vt Paulus Acto. 14. dicebat, quod ipſi venerant annuntiare hominibus ab his vanis conuerti ad Deum viuum, ſicuti ait Auguſtin. Si res quædam immobilis coram ſpeculo ponatur,immobilis etiam apparet in ſpeculo, ſed ſi rem mobilem ante faciem ſpeculi colloces vt aquam. v. g. motus etiam multiplices in ſpeculo reddit, ſic certè, ſi animam tuam harum rerũ mutabiliũ ſpeculũ facias vt coram ea eas proponas, iam plures in ſe patietur viciſsitudines, motuſque diuerſos atque inquietudines experietur,ſed ſi Dei ſpeculum eam conſtitueris, vt in ipſa eius maieſtas reſplendeat, ſicut & ipſe immutabilis eſt, & ipſa immobilis conſtanſque in omni bono permanebit. Vnde Paulus Hebræor. 13. Optimum eſt gratia ſtabilire cor, gratia autem eſt qua Deus animam noſtram inhabitat.

Act. 14.

Auguſt.

Simile.

Hebr. 13.

Vel aliter (vt idem Auguſtinus ait) Auerte oculos meos ne videant vanitatem, ideſt, vt intentio mea,quæ oculus animæ eſt,in operibus ſuis non figatur in his vanis,ſed in Deo, ſecundum illam doctrinam Saluatoris Matth. 6. Videte ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,vt videamini ab eis, non interdicit omnino Dominus, quòd opera noſtra faciamus coram hominibus vt videant opera noſtra bona, ſed(vt Chryſoſt. adnotauit) id vetat, ne ideo faciamus vt ab eis videamur,& eorum laudem aucupemur, ſed glorificetur Deus, & vt ei placeamus. Nam vt docet magnus Baſilius.Si artifici putà pictori aliquod opus iniungitur ab aliquo vt depingat, ſcilicet, Cæſaris imaginem eo modo quo ab iniungente præcipitur, non curat artifex placere alijs, qui imaginem vident,ſed ei qui iniungit opus & mercedem ſoluturus eſt, nam & ſi alijs diſpliceat,dummodo præcipienti placeat, nihil ad illũ. Sic ſic Chriſti ſeruus vitam ſuam & opera componere debet,vt placeat Deo, qui ei iniungit & qui copioſiſsimam mercedem largiturus eſt, muſitet quidquid libuerit mundus dummodo tu legem ac præcepta Dei obſerues,ad illius quippe voluntatem attendere debes, qui & tibi munus iniungit & qui mercedem ſoluturus eſt. Vnde Paulus Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem,Chriſti ſeruus non eſſem, & alibi. 1. Corinthiorum. 4.

Matth. 6.

Matth. 5.

Baſilius.

Simile.

Galat. 1.

1. Cor. 4.

Mihi

Mihi pro minimo eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die, qui enim iudicat me Dominus eſt, Deo ergo attendere debet vt ei placeat, cui ſe probauit, vel qui ſe probauit, vt alia habet litera. Vt dicitur. 2. Timoth. 2. & Iob. 16. Ad Deum ſtilat oculus meus. 2. Tim. 2. Iob. 16. Hoc eſt intentio mea, & Diuus Bernardus ait, Angelus ab angelo nō quærit gloriam, & homo ab homine laudari cupit? (In via tua Bernard. viuifica me) Per hanc viam alij intelligunt charitatem. Quam Paulus. 1. Corin. 13. excellentiorem viam appellat. Nam vt ait Diuus 1. Cor. 13. Bernar. Nō eſt quò ſe miſceat vanitas, vbi totum occupat charitas. Bernard

VERSVS SEXTVS.

Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

QVIA ignitum eloquium tuum vehementer, & palleas vanitatis comburit, ſtatue ergo ſeruo tuo eloquium tuum ne fugaci obliuione labatur. Quod in nobis debet ſemper ſtabiliter permanere, vt ait Caſsiodorus, Statue ergo ideſt confirma, & corrobora verbum tuum ſeruo tuo, vt tanquam ſeruus dicto obediens obſeruem illud. Dicitur enim Eccleſ. vltim. de ſapiē tia, Colluctata eſt cum illla anima mea, & in faciendo eam confirmatus ſum, colluctando enim velut alter Iacob cum omnibus quę ſapientiam diuinam, atque Dei timorem impediunt, acquiritur, confirmaturque in timore tuo, hic quippe eſt veluti vaſis, ac fundamentum ſuper quod ſtruitur eloquiorum Dei obſeruatio, ſecundum illud Eccleſ. 1. Radix ſapientiæ eſt timere Deum, rami enim illius longeui. Sicut enim radix in abditis terræ reconditur, vt inde rami eius pullulent, ſic timor Domini in intimo cordis radicari debet, vt inde rami fructuſque eloquiorum Dei in longum protrahantur, dilatētur, atque perdurent. Et ſicut radix deformis, atque deſpicabilis eſt, fructus autem pulcherrimi ſuaueſque inde naſcuntur, ſic timor Domini, qui humilitatem parit, in ſe ipſo facit hominem deſpicabilem atque fœdum ſibi ipſi apparerere, ex quo miri plurimorum virtutum fructus inſurgunt, qui animam ſpecioſiſsimam reddunt, vnde Micheæ. 6. dicitur; Humiliatio tua in medio tui, hoc eſt, in intimo cordis, quod in medio tui ſtū eſt, vel in medio tui, ideſt, etiā ſi in initio natiuitatis & conceptus tui habeas, quo humilieris & erubeſcas, quoniam ex fœtido ſemine & ſanguine coagulato conceptus es, & in fine etiam ſit quo ſuper Caſsiod. Eccl. vlt. Eccleſ. 1. Simile. Mich. 6.

cilium deprimas caputque confuſione ſubmittas, quia cinis es & in cinerem ibis, vermeſque erunt operimentum tuum, tamen præcipua ratio humiliationis tuæ medium vitæ tuæ eſt, hoc eſt id quod mediat inter initium & finem, quod eſt tempus quo homo viuens operatur, & quia opera tua tanquam pannus menſtrua te ſunt, & quod in vita operaris, confuſione ac opprobrio dignum eſt, ideo aſsidua conſideratio vitæ ac operum tuorum ad humilitationem tui plurimum emolumenti conferent, radix ergo ſapientiæ eſt timor iſte qui humilitatem generat. Nam Philoſophi dicunt experientiaque conſtat, quod ſi quis in profundo putei altiſsimi demitatur, etiam in ipſo feruore diei cum radij ſolis plus emicare videntur, videbit ſtellas cœli. Sapientia autem altiſsimarum rerum cognitio eſt, ſi ergo ea quæ ſupra te ſunt ſapere ac intelligere concupiſcis; humiliare in profundo pectoris tui, puteum ex tuimet conſideratione fode, ibiq; ſummiſſus non ſolum ſtellas videbis, ſed & illum qui numerat multitudinem ſtellarum & omnibus eis nomina vocat, ante cuius conſpectum ſtellæ non ſunt mundæ ſupra ſtellatum ſolium ſedentem lumine ſuo radiantem perſpicies. Vnde Dominus Lucæ. 14. Qui ſe humiliat exaltabitur, & Iacobus. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Quia ergo à principio huius octonarij diximus, quod tertium impedimentum ad obſeruationem mandatorum Dei eſt ſuperbia vitæ, aduerſus eam petit in hoc verſu Pſalmiſta, vt humilitatis virtus ei à Domino largiatur, nam timor iſte humilitatis parens eſt, circa quod notandum ex Diuo Auguſtino in commentario eius in Epiſt. Ioan. tract. 9. quod eſt duplex timor, alter dicitur ſeruilis, alter filialis. De primo dicitur Prou. 1. & Pſalm. 120. Initium Sapientiæ timor Domini, nam ait ipſe explicãs illud, Perfecta charitas, foras mittit timorem, Ergo incipiat timor, quia initium ſapientiæ timor Domini. Timor quaſi locum præparat charitati, cum autem cœpit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locum, ſicut videmus per ſetam introduci linum quando aliquid ſuitur, quę tamen poſtea pellitur, nec remanet in opere facto. Sed tamen quoniam fere omnes interpretes de timore filiali intelligunt illum locum, aduertendum eſt quòd per ſapientiam in hoc loco non tantum intelligitur ſapientia, vt ſolum in ſe includat cognitionem Dei rerumque agendarum, ſed etiam vt in ſe includat huiuſmodi cognitionē ſimul cum pia volũ

Simile.

Luc. 14. & 18.

Iacob. 4.

Auguſt.

Prou. 1.

Pſal. 110.

Ioan. 4.

Simile.

tatis

tatis affectione erga Deum, & quæ Dei ſunt, huiuſmodi ſapientiæ timor Domini eſt initium, qui & facit vt ſeriò accommodemus animum noſtrum ad ſciendum ea quæ Dei ſunt, ſimulque facit vt incipiamus illi affici eaque eligere, approbare atque opere perficere quæ ſibi placita eſſe nouimus. Quare Scriptura in locis illis, vbi tantopere timorem Dei commendat, nomine timoris non ſolum intelligit timorem illum, quo homo in ſe ipſo concutitur, metuitque malum quod reſpicit: ſed ſimul intelligitur reuerentia Dei qua homo Dei maieſtatem veretur, illique ſubmitti in omnibus morem gerere atque obſequi vult, atque obnixè ſtudet cauens ne illum in aliquo offendat. Vnde &. 70. frequenter pro ea dictione Hebraica quæ timorem ſignificat, vertunt theoſebiam, quæ interpretatur pietas. Nam Iob. 28. Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia, eſt in græco theoſebia, & Auguſtinus varijs in locis legit, Ecce pietas ipſa eſt ſapientia. Nam lib. de ſpiritu, & lit. cap. 11. dicit, Pietatem dico, quam græci Theoſebiam vocant ipſa quippe commendata eſt, cum dictum eſt homini, quod in libro Iob legitur, Ecce pietas eſt ſapientia. Pietas autem virtus eſt, quæ honorem parentibus tribuit, omnium vero parens Deus eſt, vnde Malach. 1. dicitur, Si ego pater, vbi eſt honor meus? ideo ergo dicitur timor iſte filialis quia includit reuerentiam illam quam filij parentibus exhibere debent, & hic eſt timor ille quem angeli beati habent coram Deo, de quo Iob. Columnæ cæli contremiſcunt & pauent in conſpectu eius, iſti ſunt angeli motores orbiũ. Et in præfatione canit Eccleſia, Adorant Dominationes, tremunt poteſtates, id enim eſt in conſpectu eius velata facie & pedibus ſtare ſeraphin, hoc eſt tanta cum reuerentia ante tantæ celſitudinis maieſtatem aſsiſtere, vt neque oculos leuare, nec pedes mouere vix audeant. Sicut quando coram rege aſsiſtit ſubditus, oculos defixos, pedeſq; quaſi immobiles habet; veluti metuens ante tantam celſitudinem, vel tantillum ſe mouere. Agnitio ergo excelſæ maieſtatis Dei, & infinitæ præcellentiæ, qua ipſos ſummos ſpiritus ſuperat: eſt timor iſte reuerentialis, vt vult Chryſ. hom. ſuper Gen. Qui & ipſe, ſecundum eſſentiam, humilitas eſt, vel parens ac tantæ virtutis initium, vnde Eccl. 1. Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deũ, & plenitudo à fructibus illius. Nam ut dicitur. 1. Timoth. 4. Pietas ad omnia vtilis eſt, & Caſsiodorus ſic de hoc timore dicit, Hic ita metuit vt diligat, & ſi quærit, nunquam deſinit diligere, quem me-

Iob. 28. Auguſt. Malach. 1. Iob. 26. Simile. 1. Tim. 4. Caſsiod.

tuit. Hunc ergo timorem Propheta exigit, ac concupiſcit, qui tanquam baſis, ac fundamentum totius obſeruantiæ legis eſt: imo & alij verti vellent, pro initio, primitias, ſeu principatum: vtrunque enim ſignificat nomẽ Hebræũ ibi poſitum. Quaſi hic timor Dñi, de quo loquimur, præcipuam ſapientiæ partẽ ſibi vendicare velit.

VERSVS SEPTIMVS.

Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda.

QVartum impedimentum ſolet eſſe timor opprobrij, in quo clauditur appetitus vanæ gloriæ. Ex hoc enim quòd quis cupit vanam apud homines gloriam, timet ab eis exprobrari. Quod impedimentum adeò ſolet animos hominum occupare; vt non ſolum ad obſeruandum Dei mandata, verũ etiã
Ioan. 5. ad credendũ impediat. Vnde Dominus dicebat Phariſæis. Ioan. 5. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, & gloriamque à ſolo Deo eſt non quæritis? Quare dicit; Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum ſiue quod reueritus ſum, aut timui, ſicut Hieron. & alij vertunt: hoc eſt, auſer à me timorem opprobrij; quia iudicia tua iucunda hoc eſt, bona & vtilia, quia opprobria hæc à iudicijs tuis ſunt, quæ ſunt bona & vtilia electis, eo quod diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonũ,
Rom. 8. vt dicitur Roman. 8.

Pro quo aduertendum eſt, quod olim Iudæi atque Gentiles, maxime exprobrabant Chriſti cultoribus, quod hominem patibulo affixum, inter duoq; nequam damnatum, pro Deo colerent. Vn-
Hieron. de (vt refert hic Hiero.) dicebãt viro Chriſtiano cultor es crucifixi, adorator es malè mortui, venerator es occiſi, & dicebãt; Ecce Deus noſter, quẽ vos dicitis manufactum, vbi Deus veſter? veniat, Quod ſuſpicatus ſum, quod ſuſpicabãtur illi, quod fallaciam obſeruaret
1. Cor. 1. Eccleſia, quãdo Chriſtũ adorabat, vnde Paul. 1. Cor. 1. Nos prædicamus Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidẽ ſcandalũ, gentibus autem ſtultitiã. Fuit enim Iudæis Chriſtus crucifixus offendiculũ, &
Iſai. 8. petra ſcãdali ſecundũ illud Iſai. 8. Lapidẽ offenſionis & petrã ſcãdali. Nõ intelligentes q; Meſsias ſuus, quẽ tanquam magnum regẽ, ven-
Act. 26. turũ eſſe expectabant, patibulo eſſet affigendus; Quare Paul. Act. 26. hãc dicebat eſſe quęſtionẽ ſibi cũ Iudęis, ſi paſsibilis Chriſtus, ſecũdũ Prophetias aduenisſet? quod ipſi nõ intelligẽtes, irridebant.

Qua-

Quapropter Iudeis fuit scandalū, sed gētibus stultitia. Quippe qui vt antea dixerat Paul. Sapientiā quærūt, tantāq; Dei humilitatē, & depræsionē vsq; ad mortē crucis, stultitiā reputabāt; quod attestat Plinius Iunior, scribens Traiano Cæsari de Christianis, nihil in eis mali se reperisse affirmans, præter hoc, quod superstitiose hymnos antè lucanos cuidā Christo crucifixo canebant. Ob hoc ergo & apud Iudæos & apud gētiles Christi cultores, in derisum & opprobrium erant, adeo q; & pro se & pro suis membris dicit caput, Factus sum opprobriū vicinis meis valde; Sed opprobriū hoc, suspicio potius erat quā rei veritas, erat enim leue iudiciū, ex hominum imprudētia ortū, qui renuētes veritati Dei subijci, sueq; sapiētię initētes, stultifacti sunt, secūdū illud quod hic citatur à Paulo, vbi sapiēs, vbi scriba, vbi inquisitor huius sæculi? nonne stultā fecit Deus sapientiā huius mūdi? Tale ergo opprobriū verus orthodoxus petit à se auerti, ne timeat, aut suspicetur illud, sed cū eodē Paulo in sequentibus verbis dicat: Ipsis autē vocatis Iudæis atq; Græcis, Christū Dei virtutē atq; sapientiā. Contra scandalum, opponit virtutē, & contra stultitiā sapientiā, scandalizabantur quippe Iudei, in infirmitate carnis Christi passibilis, & crucifixi, sed fides docet veros orthodoxos, illic potentiam Dei maximè viguisse, quippequi per mortē suam, mortis deuicit autorē, sapientiam etiā Dei plurimum splēduisse, nā ad literam vult dicere quod ipsius passio, crucifixio, ac mors est potentia atq; sapientia Dei patientis, crucifixi, ac mortui, qui vsus est passione, cruce, ac morte propria, vt potentia, ac sapientia, ad vincendum mundū atq; diabolum, ad reparandum humanū genus, atq; vt immortalitatis homines participes fierent, instaurare etiā, & quæ in terris & quæ in cœlis sunt. Vnde Paul. eodē loco; Verbū crucis pereuntibus stultitia est, his autem qui salui fiunt, idest nobis virtus Dei est. Nō solū autem improperiū crucis Christi Paulus nō timebat, verū in ea maximè gloriabatur; cū dicebat. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Dñi nostri Iesu Christi, vnusquisq; enim in ea re gloriatur, per quā reputat se magnū, vt ille qui vel in diuitijs, vel in scientijs, vel in fortitudine magnus sibi videt, in hoc gloriatur. Paulus autē in nullo alio se magnū reputat nisi in Chro vt qui dicebat; Viuo ego, iā nō ego, viuit vero in me Chrus, Gal. 2. Et ideo in solo Chro gloriabatur, & præcipuè in eius cruce, in qua omnia in quibus homines iactari siue gloriari solent, inueniūtur. Aliquādo em̄ maximè se extollūt homines in amicitia pro

Plinius Iunior ad Traianū.

Psal. 30. Hiero. 20.

1. Cor. 1.

Paul. vbi supra.

Galat. 6.

Galat. 2.

cerum, ſiue principum aut magnatum, in cruce autem Chriſti, hoc ſuper excellenter adinuenit Paulus, quoniã nihil amicitiam Dei erga nos adeò commendat atque oſtendit, quàm crux Chriſti, vt
Rom. 5. ipſe Paulus Roma. 5. teſtatur dicens: Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cũ adhuc peccatores eſſemus,
Grego. Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Et Diuus Gregorius ait, O ineſtimabilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres, filium tradidiſti. Solent etiam homines extolli de ſcientia, quam Paulus in loco proximè citato, miram adinuenit in cruce, in qua ſapientia Dei ſu
1. Cor. 2. per omnia emicuit, &. 1. Corinth. 2. dixit, Non enim exiſtimaui me aliquid ſcire inter vos, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum; Nam in cruce eſt perfectio totius legis, & tota ars bene viuendi, vnde ex ea tanquam ex ſuggeſtu & cathedra omnium virtutum,
Auguſt. diſciplinam optimus nobis tradidit magiſter. Quare Auguſtinus ait. Lignum in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magiſtri docentis, ſi gloriaris in potentia, nobis ver-
Rom. 6. bum crucis virtus Dei eſt, ſi de libertate adepta Romanorum. 6. dicit Paulus, quod vetus homo noſter crucifixus eſt, vt amplius non ſeruiamus peccato; ſi de diuitijs, de Moyſe dicit Paulus He-
Hebr. 11. bræorum. 11. quod maiores diuitias exiſtimauit theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti; Si ideo extollis te, quia ad aliquod inſigne collegium aſſumptus es: per crucem ad collegium cœleſte adſciti ſumus; Nam per ſanguinem crucis pacificauit ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt. Alij gloriantur in vexillis & ſignis ſuæ victoriæ, per crucem expoliauit Chriſtus principatus & poteſtates, traducens confidenter & palam, triumphans
Coloſſ. 2. illos in ſemetipſo, vt dicitur Coloſſenſes. 2. Vnde Eccleſia in quadam antiphona de cruce dicit. Super omnia ligna Cedrorum, tu ſola excelſior, in qua ſalus mundi pependit, in qua Chriſtus triumphauit & mors mortem ſuperabit. Abſit ergo à te Chriſtiane vt opprobrium reputes crucẽ Chriſti, quæ excellentiſsima ratio gloriandi tibi effecta eſt, peteque à Deo, vt timorem talis opprobrij longe faciat à te, imo nec ſuſpitio, vel minima tibi ſubrepat, vt improperium reputes crucem Chriſti, quæ gloria & corona tua inſigneq; vexillum victoriæ tibi eſt.

Auguſt. Sed vt D. Auguſt. & alij volunt, opprobrium hoc peccatum intelligit, quod maximũ hominis ratione vtẽtis, opprobriũ eſt. Vinci enim ab inferiori maximũ dedecus hominis eſt. Vnde Hieron. in epi-

in epiſtola ad Ruſticum monachum.Nihil Chriſtiano (inquit) felicius,cui promittitur regnum cœlorū,nihil laborioſius, qui quotidie de vita periclitatur,nihil fortius qui vincit diabolum,nihil imbecillius qui à carne ſuperatur;& Paul.Rom.12. Noli vinci à ma- Rom.12.
lo,ſed vince in bono malum. Tunc enim aliquis ab alio vincitur, cum ad illum trahitur.Sicut cū ignis trahit aquam ad ſuum calorem,dicitur illam vincere; qui ergo propter malum quod ab alio accipit,malum etiam ei reddit,à malo trahitur, & à malo dicitur vinci;quo nihil fœdius,magisq; indecorum homini accidere poteſt,quam vinci à malo,quod nihil eſt,& præcipuè à carne,quæ ei ſubdi debet & obſequi;ſecundum illud Gene.Subter te erit appe- Geneſ.4.
titus tuus,&tu dominaueris illius,ideo peccata carnis inter cætera,maioris dedecoris ſunt.Nam vt ait Gregorius,peccata carnis mi Gregor.
noris culpæ,ſed maioris infamiæ ſunt. Ait enim Diuus Auguſti- Auguſt.
nus de ciuitate Dei lib.14.ca.18. Ideo indecorum homini eſt,à carne ſuperari, quia eam ſibi ſubditā fecit Deus: Caro autem abſ- Peccata carnis.
que rationis & voluntatis conſenſu,imò renuēte ratione, ſuos motus multotiens exercet;Nam vt Philoſophus docet,appetitus ſenſitiuus non obedit rationi ſeruiliter,ſed politicè, hoc eſt non ſicut ſeruus Domino,ſed ſicut ciuis regi, qui & ſi ſubditus eius ſit, tamē ſuo vtitur iure,liberaque poteſtate ſuis fruitur rebus,atque ad libitum eis vtitur.Sic appetitus ſenſitiuus, etſi ſubdatur rationi non adeò ſeruiliter vt nihil ſine eius imperio poſsit;imò ipſa renuente, contra eius imperium ſurgit,veluti,etiamſi primum mobile reliquos cœlos ſuo motu ab oriente in occidens per meridiem rapiat, nihilominus quodlibet ſuum proprium explet curſum, aduerſa vice ab occidente in oriens per ſeptentrionem.Quod Paul. ſentiēs dicebat inueniſſe ſe aliam legem in membris ſuis, repugnantē legi mentis ſuæ. Id ergo maximū opprobrium hominis eſt,vt in do- Rom.7.
mo ſua,vbi ipſe imperium ſuum exercet, ſeruus contra ſuam voluntatem inſurgat.Sicuti maximum dedecus patriſfamiliàs eſſet, vt vile mancipium contra eum ſuperbiret:id enim Saram affligebat,quod Agar ancilla ſua, contra dominam eleuaretur. Vnde Gen.16.
Paul.2.Cor.12.ait.Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, qui me 2.Cor.12.
colaphizet.Ideſt quod caro ſuos fœdiſsimos motus cōtra me excitaret;quod fuit veluti colaphizare me: Quod enim maius opprobrium,vel iniuria grauior homini inferri poteſt,quam eum alapis cedere?Vt ergo inſinuaret dedecoris magnitudinem,quæ homini

cõtingit ex huiuſmodi carnis lenocinijs, opprobrioſiſsimo nomine vocauit, dicens. Stimulus carnis meæ, qui me colaphizet. Inde
1. Theſſ. 4. eſt, quòd. 1. ad Theſſal. 4. nos admonet, vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſsidere in ſanctificationem, & honorem & non in paſſionẽ deſiderij. Nomine paſsionis perturbationem animi intelli-
Auguſt. gens; quaſi id contra hominis honorem ſit. Vnde Diuus Auguſtinus vbi ſupra ait. Quod ideo non erubeſcimus, etiam ſi iniuſte iraſcimur contra aliquem & videamur, pudefit autem homo, ſi videatur ab alijs accedere ad vxorẽ ſuã, cum tamen hoc iuſtum ſit, illud iniuſtum, quoniam ira audit rationem, hij autem motus impudici contra rationis imperium ſurgunt. Quare ex huiuſmodi motibus homo maximè pudefit. Vnde primi parentes qui ante peccatum erant nudi; neque erubeſcebant, poſtea maximè erubuerunt, atque folijs ficum conſutis, ſuam turpitudinem tegere laborabant. Nimirum ante peccatum, per originalis iuſtitiæ vim huiuſmodi motus detinebantur; ne niſi imperante ratione inſurgerent; at poſtquam per inobedientiæ crimen, talem gratiam amiſſerunt, caro ſuæ relicta naturæ, ipſis nolentibus impudens inſurgebat, atque indecoros motus exercens, maxima eos iniuria afficiebat. Vnde iam membra illa propter infamiam pudenda arbitrantur. Ad exercendos tales motus, etiam ipſi coniuges conſpectus
Auguſt. publicos fugiunt; Quapropter Diuus Auguſtinus de ciuitate Dei affirmat Philoſophos illos Cinycos, quorũ dogma fuit, vt ea quæ ex ſe licebãt, publicè & palam exercerentur, atque ideo in plateis & in vrbium publicis vijs, cum vxoribus coibant ait, id finxiſſe, nec in rei veritate potuiſſe: ipſa enim naturalis verecundia impedimento erat, ne in publico hominum conſpectu tales motus, qui tunc neceſſarij erant, inſurgerent, ne tam nefario ſceleri deſeruirẽt. Opprobrium ergo maximum carnis peccata dicuntur, quæ qui exercet, non victor, ſed victus euadit, quippe qui infirmiori ac ſeruo ſuccumbit. Quare Eſdræ. 3. iuuenis ille Zorobabel, qui dixerat
Eſdræ. 3. Figura. nihil fortius muliere, cum id probaret, dixit ſe vidiſſe amicã regis coram eo ſedentem, & coronam à capite regis auferentem, imponentemque ſuo capiti, & ſuper hæc omnia, rex aperto ore eam intuebatur, & irridenti arridebat, & iraſcenti blandiebatur, & cum hæc diceret, omnium purpuratorum oculos in ſe conuertit. Indecora certe res ſed in anima peior, quæ cum regis exerceat poteſtatem in corpore (eſt enim homo breuis mundus, &

quædam

quædam parua reſpublica) tamen caro quæ meretrix & concubina eſt, coronam & ſceptrum ſibi vſurpet, atque ab anima tollat illique ſubmiſſa anima & blanditur, & arridet, atque ad libitum ei obtemperat. Quis non miretur? Quis ad tantum facinus oculos attonitos non conuertat? Vnde Paul. Roma. 6. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, non dicit non ſit, ſed non regnet, ideſt, non tyrannidem exerceat fomes peccati, qui peccatum paſsim dicitur in ſcriptura, nam quod non ſit, impoſſibile eſt. In vniuerſum ergo quodlibet peccatum opprobrium hominis eſt. Vnde Prouerb. 14. dicitur. Iuſtitia eleuat gentes, miſeros autem facit populos peccatum; quod alij ex Hebræo probrum vertunt, nam dictio, heſed, quæ in Hebræo eſt, vtrumque ſignificat, ideſt, probro dignos facit populos peccatum, & Pſalm. 37. Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem. Sed quia multotiens homo habet peccata, quæ tamen ignorat, ſecundum illud Pauli. 1. Corinth. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum; ſuſpicatur autem & timet ſe habere, ideo dicit iuſtus, amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, nimirum quia tempus putationis vita præſens eſt, Canti. 2. Tempus putationis aduenit. Ita Diuus Ambroſius. Auguſtinus id intelligit de iudicio temerario, quo quis ſine ſufficientibus indicijs aliena iudicat facta, vel de alijs ſiniſtram opinionem concipit. Sed quoniam Deo dante in animo eſt, ſuper Matth. commentarios meditari & ſcribere ibi ex profeſſo ſuper caput quintum id explicabimus.

Rom. 6. Prou. 14. Pſal. 37. 1. cor. 4. Cant. 2. Ambroſ. Auguſt.

(Quia iudicia tua iucunda,) iucunda, ideſt, vera ait Auguſtinus, vera enim ſuauia ſunt amatori veritatis, ſed iudicia hominum de occultis, non ſuauia ſed temeraria ſunt, vel hoc intelligit de Dei iudicijs, quibus & malos punit, & bonos præmiat, & talia iudicia (ait Lyranus) decedentibus abſque mortali culpa iucunda ſunt. Vnde Luc. 21. Saluator loquens deſignis præcedentibus extremum iudicium dicit. His autem fieri incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra, & dicit Gregorius ibidem. Nec mirum quia audient illam dulcem ſentẽtiam, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi Matth. 25. Vnde Pſal. 47. Exultabunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine, & Diuus Auguſtinus dicit, quod mulier adultera timet aduentum viri ſui

Text. Auguſt. Lyra. Lucæ. 21. Gregor. in homil. Matth. 5. Pſal. 47. Auguſt. Simile.

viri ſui, nam tunc turpitudines eius manifeſtæ fient, & pro omnibus pœnas luet; caſta vero gaudet, cum vir eius venerit, fruetur enim caſto coniugio, præmijsque ſuæ pudicitiæ donabitur. Sic mali aduentum iudicis metuunt, in quo ad æterna ſupplicia damnabuntur: iuſti verò maximè concupiſcunt, quibus tunc immarceſibiles coronæ decernuntur. Vnde dicunt illud Apocal. Etiam
Apoc. 22. venio cito amen, veni Domine Ieſu. Iſtis ergo iucundiſsima ſunt Dei iudicia & dulciora ſuper mel & fauum.

VERSVS OCTAVVS.

Ecce concupiui mandata tua, in æquitate tua viuifica me.

TRactatis impedimentis, modo tractat fructum viæ demonſtratæ: quæ eſt viuificatio animæ in iuſtitia Dei, quæ in eius lege continetur. Vnde dicit vir deſiderans ingredi viã Dei, per exequutionem mandatorum. Ecce concupiui mandata tua. Concupiui, hoc eſt, ex toto corde & ex tota mente mea executus ſum mandata, quæ in his duobus clauduntur. Diliges Dominum
Auguſt. Deum tuum, & proximum tuum ſicut teipſum (vt ait Auguſtin.) Sed vt deſiderium hoc mihi vtile ſit, opus eſt, vt me viuifices vita gratiæ, incrementaq; præbeas ſemini tuo in me. (In æquitate tua, viuifica me.) Hoc eſt in Chriſto qui eſt via veritas, & vita, qui & venit non ſolũ vt vitam habeamus, ſed vt abundantius habeamus. (In æquitate tua viuifica me.) Quia in me vnde morerer habui, vnde autem viuam non inuenio niſi in te. Eſt autem Chriſtus æquitas Dei, quia æqualis ipſi patri ſecundum diuinam naturam; & eſt æquitas noſtra, quia per naturam humanam nobis adęquatus eſt,
Auguſt. in iſto verſ. vnde Diuus Auguſtinus hic. In illo inuenio mandata tua, quæ cõcupiui, vt in tua iuſtitia, hoc eſt, in illo viuifices me. Ipſe eſt enim verbum Deus, & verbum caro factum: vt eſſet & proximus meus, vnde in eius dilectione totam legem Dei cõpleo, in eo quippe & Deum & proximum diligo. Dicitur autem iuſtitia Dei &
1. Cor. 1. noſtra, quia vt Paulus. 1. Cor. 1. ait. Factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, vt nos efficeremur iuſtitia
2. Cor. 5. Dei in illo. 2. Cor. 5. Nam nos non iuſtificamur per iuſtitiam hominum, ſed per iuſtitiam Dei ſecundum illud. Rom. 20. Ignorantes enim iuſtitiam Dei & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei
Rom. 10. non ſunt ſubiecti. Hæc autem Chriſti Dei iuſtitia, communicata nobis

nobis per fidem & charitatem, reddit nos iustos coram Deo. Iustificamur ergo & meremur per iustitiam Dei donatã nobis per Christum. Vnde Celestinus Papa dicit. O ineffabilis clemẽtia, quę nostra vult esse merita, quę sua sunt dona. Est ergo Christus Deus æquitas nostra, quia iustitiam inter nos & Deum fecit, secundum illud. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi. Tripliciter enim potest construi, nempe vel Deus erat in Christo per sonaliter, vel Deus erat reconcilians in Christo, quia per Christũ reconciliauit sibi mundum, vel reconciliauit in Christo mũdũ, vt limitetur reconciliatio ad mundum in Christo, ad differentiã reliquorum qui sunt in mundo, sed non in Christo. Sicut dixit Angelus ad Ioseph. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorũ, non dixit absolute populum, sed suum. Illum ergo qui in Christo est reconciliat Deo, nã sine Christo nec est iustitia, nec salus. Hoc est enim nos effici iustitia Dei in Christo, quia Christo vniti iustificamur. Nam sicut palmes non potest ferre fructum, nisi manserit in vite, sic nec nos nisi in Christo mãserimus, vt dicitur Ioã. 15. Ipse etiam Christus vnitur nobis per fidem viuam, & nostro addi tus ponderi mensuram æquam atque iustam cum Deo facit. Ideo enim vocatur nomen eius Emmanuel quod est interprætatũ. Nobiscum Deus. Vnde Ioan. 6. Qui manet in me & ego in eo. Hac ergo reciproca cõsistentia, ęqua atque iusta fit mensura nostra, quare sponsa in Cãt. Dilectus meus mihi, & ego illi. Vnde Iob. 23. Proponat æquitatem contra me, hoc est Christum (sic Gregor. lib. 16 mor. c. 14.) & perueniet ad victoriam iudicium meum, &. c. 33. Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus, vt annuntiet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet libera eum, vt non descendat in corruptionẽ. Inueni in quo ei propitier, ideſt, Angelus ille magni consilij electus ex millibus, qui est propitiatio pro peccatis nostris, est ille in quo propitiatur nobis Deus. Inueni in quo ei propitier. In hac ergo æquitate & iustitia qui est Christus petit iustus viuificari.

Celestinus papa. 2. Cor. 5. Matth. 1. Ioan. 15. Ioan. 6. cant. 2. Iob. 23. Gregor. Iob. 33.

Potest etiam per hanc æquitatem intelligi virtus charitatis, quę omnibus æqualitatem facit, & ad omnes se extendit quippe quæ non quærit quæ sua sunt. 1. Cor. 13. & ipse. 1. Cor. 10. dicebat. Nõ quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Hæc enim in viro Christiano per omnium virtutum opera grassatur, vt ad Deum tendant, & pro Deo fiant, & ipsa faciunt hanc æquitatem.

Charitas. 1. Cor. 13. & ibi. 10.

tem, de qua ſtatim diximus. Opera enim in charitate facta ſunt quæ iuſtificant hominem coram Deo, & quæ hanc iuſtitiam Dei
1. Cor. 13. in illo efficiunt. Nam ſine charitate, ait Paulus, nihil ſum. Opera enim extra charitatem facta, quantumuis eximia & excelſa: mortua ſunt & nullius meriti, exiſtenti autem in charitate, & quæ facit vigent, & mortificata reuiuiſcunt.

Vita animæ in quo conſiſtit. Vel tertiò, dic quod ſicut corporis vita, inæquabilitate humorum conſiſtit, ita quòd humores redacti ad medium, vitam hominis conſeruant, ac ſuſtinent: quod ſi ſuam proportionem excedat aliquis humor, puta cholera, aut flegma, ſtatim infirmatur homo, & ad interitum pergit. Ita vita animæ ſuo modo conſiſtit, in debita proportione virtutum ad medium redactarum. Ita quod ſi in aliquod deuiaueris extremum, iam in egritudinem incidis, vitaq; animæ tuæ periclitatur. Nam virtus conſiſtit in medio. Hanc ergo æquitatem virtutum petit iuſtus, vt vita animæ ſuæ conſeruetur. Hoc tu poteris ampliare, & ad multa forte accommodare. Vnde
2. Cor. 8. Paulus. 2. Corinth. 8. hanc æqualitatem & proportionem poſcebat in elargiendis eleemoſynis, cum dicebat. Nō vt alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æqualitate in præſenti tempore, veſtra abundantia illorum inopiam ſuppleat, vt & illorum abūdantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas.

SEXTVS OCTONARIVS.

3. Vau. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine, ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum.

3. Vau. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.

3. Vau. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.

Et cuſto-

Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſæculum & in ſæculum ſæculi. 4. Vau.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui. 5. Vau.

Et loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regum: & non confundebar. 6. Vau.

Et meditabar in mãdatis tuis, quæ dilexi. 7. Vau.

Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis. 8. Vau.

INCIPIT TRACTATVS ſextus ſuper ſextum octonarium.

VERSVS PRIMVS.

Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine: ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum.

IN hoc ſexto octonario Propheta accipit perſonam prædicatoris verbi Dei; vt patet in vltimo verſu. Et leuaui manus meas, ad mãdata tua quæ dilexi, & exercebor in iuſtificationibus tuis. Vbi in Hebræo eſt, & loquar in iuſtificationibus tuis. Hoc enim eſt exerceri in eis, vt ſuprà diximus. Sicut qui loquuntur & diſputant de ſcientijs, dicũtur in illis exerceri. Prædicator ergo prius debet leuare manus ſuas, ad mandata Dei, ideſt, opere ea adimplere, deinde alios docere: iuxta illud quod de Chriſto ſaluatore noſtro dicitur. Cœpit Ieſus facere & docere, prius fecit, deinde docuit. Hic eſt enim optimus arguendi modus ad conuincendum ab operibus; eſt etiam excellentiſsimus docendi mæthodus, dum faciendo quæ prædicat, alijs factibilia oſtendit quæ docet, vt ait Bernardus. Sicuti qui mathematica docet, melius in animis diſcipulorum demon-

Hic Propheta induit perſonam prædicatoris. Actor. 1. Bernar. Simile.

demonstratas illas veritates imprimit, qui non solum verbis eas demonstrat; sed signis etiam & picturis mathematicas figuras, digito, vel stillo depingens, ad sensum quæ demonstrat, ostendit. Sic nimirum prædicator vtilius suum ministerium adimplet, qui non solùm verbis prædicat, verum etiam digito & opere in se depinxit,
Luc. 24. quæ docet, vt visibile & possibile ostendat quod prædicat. Vnde de Christo Domino dicitur, quod erat potens opere & sermone,
Luc. 10. & ipse dicit, Messis quidem multa, operarij autem pauci, rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in vineam suam. Operarios dicit non loquaces, nam horum infinitus est numerus, illorũ
Nota pro prædicatoribus.
Isai. 30. autem magna penuria est. Quare de Christo Domino dicit Isai. Erunt oculi tui videntes doctorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis. In bonis enim prædicatoribus est quod videant oculi, & etiam quod aures audiant (ay que ver, y que oyr.) Opera, scilicet, quæ videntur, & verba quæ audiuntur. In malis autem nihil est, quod videant oculi, quia solùm sunt verba, quæ
Matth. 11. aures hauriunt; vnde Dominus Matth. 11. Ite dicite Ioãni, quæ audistis & vidistis. Vtrumque sensum docet verus verbi Dei magister; aliàs nihil aliud erit quam audientium aures mulcere, atq; vti-
2. Tim. 4. nam eis non pruriant, vt Pauli adimpleant vaticinium. Vnde quidam Spartanus cum audisset lusciniam canẽtem, & postea eã manibus comprehendisset, & attrectasset pusillum corpusculum, dixit. Hic totus vox est, præterea nihil. Dicũtur quidem prædicato-
Matth. 5. res mundi lumina Matth. 5. sed in cœlo sunt quædam stellę fixę, aliæ quæ mouentur, ille quæ fixæ sunt, ornatui cœli tantum deseruiunt, quæ autem mouentur, quales sunt planetæ, suis motibus in nos influunt, seminibusque fructum, atque viuentibus vitam suppeditant. Sic certè verus Dei prædicator, qui lux mundi est, debet per opera moueri, vt vtilius in animas influat easque viuificet, suoque exemplo fructificare faciat: aliàs qui fucatis verbis duntaxat docet, ornatui tantum deseruire dicetur, imò tales qui composito sermone sonant, atque lenocinijs verborum aures audientium delectant; in superbiam vanam eleuari solent, & nec sibi, nec alijs fru-
1. Cor 8. gi esse. De hac enim scientia verborum dicitur. 1. Cor. 8. quod in-
Ezech. 31. flat. Vnde. Ezech. Assur pulcher in ramis & nemorosus frondibus, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. Arbor quippe quæ pondere fructus non deprimitur, in altitudinem nimiam eleuat cacumen suum; quia solum leuia folia habet. Sic nimirum

mirum prædicator, qui ſolum folijs verborum gaudet, cum careat pondere fructuum: in ſuperbiam nimiam euadit, inflatus ſenſu carnis ſuæ, vt dicitur Coloſſ. 2. Quare tales in Epiſtola Iudæ vocantur nubes ſine aqua, quæ à vento circunferuntur; nam quæ aquam vehunt, ponderoſæ ſunt & ventis minimè deſtrahuntur, ſed terram ſuis ſtillicidijs fœcundant, quod & prædicatoribus contingit, nubes enim ſunt, vt dicitur Iſa. 60. Qui ſunt hij, qui vt nubes volant. Sed mali, nubes ſine aqua, ideſt, ſine pondere virtutum, & ideo vanitatis vento circunferuntur; boni autem qui pondere virtutum detinentur, maximè animabus fœcundi ſunt. In hoc verſu ergo verus Dei prædicator deſcribitur, qui ad opera ſupererogationis maximè attendere debet, qui palmas ad mandata Dei eleuat, ideſt, opere complet: & hoc ex dilectione quod ad ſupererogationis opera tēdit, Ecce ergo quæ ſit perſona, quæ in hoc introducitur octonario.

Coloſſ. 2. Iudæ. 1. Iſa. 60.

Litera vero eſt, Vau, quæ ſexta eſt in alphabeto Hebræo, & ſignificat, &, vel ille, aut ipſe, vnde totus hic octonarius, per hanc cōiunctionem incipit; ſignificat autem verbum Dei noſtræ coniunctum carni. Quæ vnio tam forti nexu inter vtramque naturam facta eſt, vt nec mors quidem ipſam diſſoluere potuerit. Dicitur autem Chriſtus ipſe, vel ille. Quia ſic ſingulariter demonſtratus eſt, vt patet in teſtimonijs, quæ Ioannes Baptiſta de ipſo protulit Ioan. 1. & 3. Ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt; ipſe eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Imò & proditor, ſic eum ſatellitibus demonſtrare volebat dicens Matth. 26. Quemcumque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. Et ſui æmuli ſic eum vocabant dicentes. Vbi eſt ille? & Cœcus Ioan. 9. dicebat. Ille homo qui dicitur Chriſtus, lutum fecit ex ſputo, & liniuit ſuper oculos meos. Chriſtus autem ſubiectum eſt prædicatorum, quem Prophetæ & Apoſtoli prædicauerunt. Hunc ergo Meſsiam, ideſt, vnctum, petit Propheta in hoc verſu dicens. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine, ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum. Chriſtus autem ſalutare Dei vocatur, quia per eum Deus contulit humano generi ſalutem, vnde & Ieſus, ideſt, ſaluator vocatus eſt. Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Alij enim ſaluatores ab interitu corporis populum Dei liberauerunt, ſolus hic ſaluator ſaluauit ab interitu animæ, hoc eſt à peccato, quod enecat animam & in æternum interitum mittit. Quare Ia-

Ioā. 1. & 3. Matth. 26. Ioan. 7. Ioan. 9.

Gen. 49. cob Geneſis. 49. Inter benedictiones filij ſui Dan, ſubito in Meſſiam conuerſus, dixit. Salutare tuum expectabo Domine. Quod Chaldaica Paraphraſis ad literam de Meſsia intelligit. Vaticinabatur enim moriturus Iacob, de Sampſone, qui ex tribu Dan oriendus erat atque à Philiſtinorum tyrannide populum Dei ſaluaturus; ſed vt inſinuaret, quod non eſſet ipſe futurus verus ſaluator, veluti in ecſtaſim raptus; in talia verba prorupit. Salutare tuum expectabo Domine: ac ſi diceret nec Sampſonem, nec Gedeonem, nec Iepte, nec alios expecto, tanquam veros ſaluatores, ſed adhuc præſtolabor verum Meſſiam; qui verus mundi ſaluator veniet; vel vt alij volunt, benedictio illa Dan vaticinium quoddam erat Anticriſti, in quem multi crediturí ſunt, & maximè ex Iudæis, ſed ipſe tanquam verus Abrahæ filius, non Antichriſtum tanquam ſaluatorem recipiebat; ſed adhuc verum Meſsiam fidei oculis expectabat dicens. Salutare tuum expectabo Domine. Tali etiam ac tam magnifico titulo eum nominauit Simæon dicens Lucæ ſecundo. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei, ſalutare tuum,

Lucæ. 2. ideſt, quia in me adimpletum eſt Iſaiæ. 40. vaticinium, quo

Iſai. 40. prædixerat. Et videbit omnis caro pariter ſalutare Dei noſtri

Idé. c. 42. & capite. 42. Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. Nec enim eſt aliud nomen relictum hominibus ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, præter no-

Actor. 4. men Domini Ieſu Chriſti, vt dicit Petrus Actorum quarto. Quare cùm honorabilem illum ingreſſum fecit in Hieruſalem, turbæ quæ præcedebant & quæ ſequebantur, id clamoribus maximis flagitabant, vt eos ſaluos faceret in excelſis.

Matth. 21. Oſanna filio Dauid, ideſt, hoc filio Dauid; hoc eſt Chriſto conuenit, vt ei dicamus, Oſanna, ideſt, vt ab eo petamus ſalutem, quia de eo vaticinatus eſt pater noſter Dauid, quòd eſſet vera ſalus mundi. Dicitur etiam Chriſtus Dei miſericordia;

Chriſtus Dei miſericordia. quia principium & fundamentum eſt omnium miſericordiarum Dei. In hac enim miſericordia, qua verbum factum eſt caro, cæteræ omnes fundamentum habent. Propter Chriſtum enim Deus nobis miſeretur, parcet, ſuſtinet, præmia largitur & cœlum. Vnde quicquid à Deo petimus, per Chriſtum filium eius petimus; quia omnia per ipſum accepimus Romanorum. 1.

norum. 1. Per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum. Et capite.5. Per quem habemus acceſſum in gratiam iſtam in qua ſtamus. & Epheſiorum. 1. Per quem habemus redemptionem per ſanguinem eius, remiſsionem peccatorum ſecundum diuitias gratiæ eius,& capite. 2. Per ipſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem,& ideo ab ipſo Paulo ſecundæ Corinthiorum. 1. dicitur. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis. In hac enim miſericordia, qua miſsit filium ſuum in carne, eminentiſsimè reliquæ comprænduntur. Sicut in ipſo Deo omnes perfectiones eminenter continentur, quod ſignificauit introitus eiuſdem Domini in Hieruſalem per montem oliuarum. Oliua, ſicut & oleum miſericordiam frequentiſsime deſignat. Introiuit ergo Chriſtus Dominus in mundum, per montem oliuarum, hoc eſt per cumulum miſericordiarum. Nam ſicut in monte non vna oliua tantum, ſed ſilua & multitudo oliuarum erat. Sic per aduentum verbi incarnati ad nos, non vnam tantum, ſed cumulum miſericordiarum accepimus. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni dixerat Iſaac loquens in ſpiritu de Chriſto Geneſis. 27. Plenus enim venit gratiæ & veritatis; De plenitudine eius omnes accepimus Ioannis. 1. Plenus miſericordiarum, plenus vnctionum, medicaminum, & herbarum. Sic enim decebat ad multiplicem miſeriam noſtram ſubleuandam. Homo quippe natus de muliere, repletur multis miſerijs Iob. 14. Qui ergo tot miſerijs ſubuenturus eſt, tot infirmitatibus occurſurus aduenerat, oportebat vt plenus miſericordijs aduenirent, nulla enim iam plaga incurabilis in nobis eſt: nec dicere poteſt nunc Hieremias Propheta capite. 3. Inſanabilis fractura tua, cum in Chriſto ad omnia medicinæ abundent. Sed dicamus cum eodem capite octauo. Nunquid reſina non eſt in Gabba, aut medicus non eſt in ea? Quare ergo non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei? Hoc eſt, cum talem, ac tantum habeamus medicum, totque habeamus medicamina, cur adhuc tot infirmitatibus ac peccatis ſuccumbimus? quaſi non ſit eradicata cicatrix. Quare cæcus & Chananæa ab eo miſericordiam poſtulabant dicentes. Fili Dauid miſere mei, quaſi ſuper omnes miſerias, eius præſtaret miſericordia; Quia ergo Chriſtus qui miſericordia & ſalutare Dei

Rom. 1. & 5. Epheſ. 1. Ibid. 2. 2. Cor. 1. Gen. 27. Ioan. 1. Iob. 14. Hiere. 3. & 8.

eſt,promiſſus erat per Prophetas; hanc promiſsionem adimpleri Propheta poſtulat dicens. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine,ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum.

Auguſt. Verum eſt quod ſecundum Diuum Auguſtinum appendix videtur hic verſus à ſuperiori, in quo dixerat. Ecce concupiui mandata tua. Sed vt ea exequar, veniat ſuper me miſericordia tua Domine. A te enim habemus & velle & perficere quod volumus.

VERSVS SECVNDVS.

Et reſpondebo exprobrãtibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.

HOc eſt. Poſtquam Deus homo factus eſt, iam habeo quid exprobranti dæmoni, vel inimico cuicunque reſpõdeam: nimirum quòd Verbum caro factum eſt, & habitauit in
Ioan. 1. Hebræ. 2. nobis. Quòd nuſquam Angelos appræhendit, ſed ſemen Abrahæ appræhendit. Quòd hæredes ſumus Dei, cohæredes autẽ Chriſti. Quòd ſpem noſtram in illo ſitam habemus, & ſpem quæ non cõ-
Rom. 8. fundit, vt ait Paul. ad Rom. 1. quæ non pudefacit, quia non vana ſed certiſsima eſt. Hæc omnia, quæ humanũ genus exaltant, aduerſarios noſtros confundent. Vel ſic quod poſt quam verbum caro factum eſt, ipſe me docuit, verba quæ exprobratoribus meis reſpõdere debeam. Ipſe enim aduerſario tentanti reſpondit. Non in ſolo
Matth. 4. pane viuit homo. Non tentabis Dominum Deum tuum. Dominum Deum tuum adorabis, & multis alijs verbis inſtructus ſum, quibus exprobranti tentatori reſiſtam. Quæ autem exprobratio ſit iſta, manifeſtum eſt, quòd ſit inducere ad peccandum, quod
Simile. maxima iniuria & opprobrium eſt, vt ſupradiximus. Veluti ſi quis ingenuum hominem aut illuſtrem induceret, vt meretriculam infamiſsimamque mulierculam in vxorem acciperet: merito illi ſuccenderes, ſi vir alicuius momenti es. Quæ autem maior infamia, quam te qui ad regna cœlorum adſcitus es, interq; principes ciuitatis almæ Hieruſalem anuumeratus, allicere mouereque, vt tuæ oblitus dignitatis meretriculæ huic, qualis eſt fœdiſsima caro iungaris; ipſique non ſolum tanquam æquali, verum etiam tanquam ſuperiori ſubdaris? His ergo reſpondere debes verbum;

verbum. Quia ſperaui in ſermonibus tuis; Quòd cui promittitur regnum cœlorum, tot diuitias tantamque dignitatem expectat, non debet inferiora his quærere, aliàs maximam ſibi ipſi irrogaret iniuriam, & reſpondere verbum illud Paul. Actorum. 17. Genus ergo cum ſimus Dei, non debemus exiſtimare auro, aut argento, aut lapidi ſculpturæ artis, aut cogitationis hominis, diuinũ eſſe ſimile. Actor. 17.

Sed quoniam ſecundùm Auguſtinum, dupliciter poteſt conſtrui litera hæc, vel dicendo. Et reſpondebo verbum his qui exprobrant mihi, vel aliter, ſcilicet, & reſpõdebo his qui verbum exprobrant mihi, quia ſperaui in ſermonibus tuis. Ideò poteſt hic verſus etiam intelligi de prædicatoribus, quibus ab hæreticis verbum Euangelicũ exprobratur, vel ab infidelibus, ſicuti Paulo dicebãt. Quid ſibi vult ſeminator verborũ iſte? Reſpõdere debet quod non ex nobis hæc oritur prædicatio, ſed ex eo, in cuius verbis ſperamus, qui nobis promiſit dicens. Non vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis, & illud Pſalm. 67. Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa. Vnde Paulus ad Corinth. aiebat. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Vel reſpondebo his qui exprobant mihi verbum, ideſt, Chriſtum Dei verbum, ipſum enim nobis exprobrant illi à quibus crucifixus eſt, vel quibus ſcandalum eſt, aut ſtultitia, quòd verbum caro factũ eſt. Quòd in principio erat verbum apud Deum. Sed ſi id eſt quia illud ignorant, qui crucem imporperant, quia diuinitas eius ab eis non cognoſcitur, cuius infirmitas contemnitur in cruce, melius dicitur, reſpondebo verbum, quod erat in principio apud Deum, & quod ſi cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent, parum enim eſt in corde habere Chriſtum, niſi & ore illum confitearis. Hæc Auguſtinus hîc. Auguſt. Actor. 17. Pſal. 67. 1. Cor. 13.

(Quia ſperaui in ſermonibus tuis.) Spes Chriſtianorum occulta eſt, quæ quia infidelibus non innoteſcit, contemptibiles, & irriſione dignos nos habent. Innititur enim ſpes noſtra promiſſionibus diuinis, quæ occultæ ſunt & inuiſibiles, quippe quæ non de hoc mundo ſed de ſupernis & inuiſibilibus ſunt. Vnde Paul. Hebræorum. 6. Qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ noſtræ tutam ac firmam & incedentem vſque ad interiora velaminis. Anchoræ ſimilem Text. Spes. Hebræ. 6.

facit spem nostram Paulus, quoniam sicut anchora innititur his quæ subtus aquas occultantur, ibi quidem vincta est, & nauem inter medios fluctus tenet, licet nos minimè videamus. Ita Christianorum spes, rebus inuisibilibus innititur promissis illis cœlestibus, quæ interiora velaminis dicuntur, quæ infideles minimè vident. Et ideo irrident nos; At postquam viderint, dicent il-
Sapien. 5. lud Sapien. 5. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati, vitam illorum extimabamus insaniam, & gaudium eorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Hæc ergo spes animam nostram tutam tenet, ne propter hæc opprobria vacillet, sed inter medios persequutionum fluctus, firmiter his promissis inhæreat. Vnde Paulus hac expectatione
Ad Tit. 2. nos ad iustitiam adhortabatur, ad Titum. 2. dicens. Sobrie, iuste, & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem. Vbi spes pro re sperata sumitur. Vel dic, quod quia spes Christianorum est de re tam excelsa, qualis est ipse Deus, adhuc & ipsa spes tanquam res magna sperandaVenit, posse sperare esse beatum in ea re, qua Deus ipse beatus est; nempè in visione ipsiusmet Dei, & spe certa & infallibili, quantum est ex parte promittentis Dei, nisi per nos steterit, res adeò grandis est, vt tanquam res ardua
Rom. 5. sperari possit, vnde Paul. Roman. 5. In hac spe gloriabatur dicens. Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solum in re sperata gloriebatur, verum etiam in ipsa spe, quæ tale ac tantum bonum sperat.

Hugo Cardina. Sed minimè prætereundum censeo, quod Hugo Cardinalis super hunc versum dicit. Nempe quòd à tribus exprobrantur iusti, scilicet, à dæmonibus, ab hæreticis, & à detractoribus, secun-
1. petr. 4. dum illud. 1. Petri. 4. Si exprobramini in nomine Christi, beati
psalm. 30. eritis. & Psalm. 30. Factus sum opprobrium vicinis meis valde. &
1. Reg. 17. 1. Regum. 17. Ego exprobraui hodie agminibus Israel. Diabolo respondere debemus, per verbum interius, scilicet, per humilitatem cordis, hæreticis per verbum Sapientiæ exterius, detractoribus autem per verbum operis boni & conuersationis sanctæ. De primo. 1. Regum. 17. dicebat Dauid ad Goliath Philisteum. Tu venis ad me cum gladio & hasta & clipeo, ego venio ad te in nomine Dei exercituum Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie. & infra. Quia non in gladio nec hasta saluat Dominus.

Ipsius

Ipſius enim eſt bellum. Ecce verbum humilitatis quo reſpondetur exprobranti diabolo. Nam ſtultus ſuperbus dicit in corde ſuo non eſt Deus. Humilis autem dicit intus in corde ſuo, Deus eſt. De ſecundo autem dicitur Prouerbiorum. 16. Reſponde ſtulto, iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur, vt & ad Tit. 1. Amplectentem eum, qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. De tertio. 1. Petr. 2. dicitur. Cõuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos conſiderantes, glorificent Deũ in die viſitationis &. 3. c. Quia ſic eſt volũtas Dei, vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Prou. 16. Ad Tit. 1. 1. Pet. 2. Ibid. 3.

(Quia ſperaui in ſermonibus tuis.) Nam vt dicitur Prouerb. 30. Omnis ſermo Dei, ignitus clypeus eſt ſperantibus in ſe. Quoniam per verba Dei aduerſus diaboli ictus, tanquam per clypeum defendimur; Si de fornicatione tẽtaris ab eo, verbo illo. Paul. Hebræ. vltimo, te tuere. Quoniã fornicatores & adulteros iudicabit Deus. & Epheſ. 5. Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habebit hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Si de diuitijs, illo verbo te defende Lucæ. 5. Vę vobis diuitibus, qui habetis hic conſolationem veſtram, & illud Iacob. 5. Agite nunc diuites plorate vlulantes in miſerijs veſtris, quæ aduenient vobis &. 1. Timoth. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec quid auferre poterimus. Si de prælationibus & dignitatibus, recole illud Num. 25. Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos in patibulis contra ſolem, vbi dicit gloſſ. qui hoc attente conſideraret, honores & prælationes non ambiret. Hoc quia ad inſtruẽdos mores tam noſtros quam aliorum vtile exiſtimaui, ex ſupradicto autore tranſcribere placuit. Prou. 30. Hebr. vlti. Epheſ. 5. Lucæ. 5. Iacob. 5. 1. Tim. 6. Num. 25.

VERSVS TERTIVS.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vſquequaque, quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.

QVia dixerat, ſe reſponſurum exprobrantibus verbum, & perſpiritum videbat, multos propter hæc opprobria defecturos; hoc prẽcauens in ſe, petit quod verbum veritatis,

ritatis,hoc est verbum fidei,quod credimus & prædicamus, nec à corde nec ab ore,vnquam decidat. Quoniam in iudicijs tuis superspe raui,hoc est. Quoniam iudicia tua,quibus me corripis & flagellas,non solum non auferunt spem,verum etiam augent. Quo-
Hebr. 12. niam quem Deus diligit corripit. Hebræ. 12. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Ideo dicit,superspe raui,id enim verbum Græcum epilpisa exprimit. Supra dixerat,Speraui in sermonibus tuis, nunc aucta aut duplicata spe per flagella & iudicia Dei, dicit. In iudicijs tuis superspe raui. Licet nomine iudiciorum in hoc Psalmo,etiam præcepta & mandata Dei intelligantur, in quibus dicit superspe rasse: hoc est firmissimè & inuiolabiter adhæsisse, dicit autem vsquequaque,vel nimis valde,vel nunquam; quia aliqui à confessione huius veritatis exciderunt,sed non semper, non vs-
Matth. 26. quequaque,vt Diuus Petrus, qui Christum meticulose ter abnegauit,sed postea ad Galli cantum expergefactus, amarè fleuit,vel
Ambros. vt placet Ambros. & Hieronym. nomine totius Ecclesiæ, hoc po-
Hierony. stulat; in qua infirmi & debiles abhac veritate defecerunt. Fortes tamen in veridica fidei confessione superstites & immobiles permanserunt. Vnde non vsquequaque verbum veritatis ab Ecclesia deficit,nec deficiet vnquam, iuxta verbum saluatoris ad Pe-
Luc. 22. trum. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Et hoc est quod quantum ad literam versus iste secũdum interpretes sonat; quoniam non solum in corde,sed etiam in ore fidem Christi ge-
Rom. 10. rere debemus,iuxta illud Pauli Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam,ore autem confessio fit ad salutem.

Certè hoc summis præcibus à Deo efflagitare debemus ne vnquam veritas fidei Christianæ,nec à corde nec ab ore decidat: defectio quippe fidei,submersio est totius Christiani ædificij, cum ipsa sit veluti fundamentum & radix eius secundum illud Pauli.
1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id,quod positũ est, quod est Christus Iesus. Atque ideò fides definitur à Paulo
Hebræ. 11. Hebræo. 11. quòd est sperandarum rerum substantia,hoc est habet se tanquam subiectum,quod alia sustinet. Quemadmodum prima substantia,hypostasis ac subiectum est, quod cæteras formas sustinet. Quare deficiente fide,nulla virtus Christiana remanet in hæretico. Vnde & si per cætera peccata mortalia, cæteræ virtutes pereant, quia tamen manet fides in sua essentia, remanet adhuc principium & semen, quo facilius posset ad pristinum

statum

ſtatum iterum redire peccator, hac vero defficiente per hæreſim, vel infidelitatem, ſterilis relinquitur anima, nullo ſata ſuperno ſemine, quo fœcundari queat. Vidit Rex Nabuchodonoſor ſomnium, quod narrauit Dan. c. 4. nempe arborem eximium vidit, cu ius proceritas contingebat cœlum, rami in vniuerſam terram extendebãtur, fructus eius nimius, ex quo veſcebatur omnis caro, in ramis eius aues cœli nidificabant, ſubter, animalia & beſtiæ quieſcebant; venit vox de cælo quæ præcepit, vt arbor ille ſuccideretur, rami fructuſque deperirent, auolarent aues, beſtiæq; fugarentur ab eo, verumtamen quod germen radicum in terra ſineretur, & quòd alligaretur vinculo ferreo, & rore cœli tingeretur. Arbor iſte iuſtum orthodoxum ſignificat, charitate, gratia, ac cæteris virtutibus refertum, quibus vſque ad cœlum pertingit cacumẽ eius, non ſolum quia ſupernaturalibus ac cœleſtibus virtutibus ornatus ſit, verum etiam quia per gratiam & charitatem, ius habet acquiſitum ad vitam æternam, iamque per ſpem quaſi attingit eam, protenduntur rami in vniuerſam terram; quoniam charitas eius ad omnes ſe extendit. Aues cœli in ramis eius nidificant & conuerſantur; Quoniam angeli in anima iuſti requieſcunt. Eſt enim anima iuſti ſedes ſapientiæ: vnde erit quaſi cœlum quoddam portatile, iuxta illud; Cœlum mihi ſedes eſt. Animalia & beſtiæ ſubter demorantur, quoniam etiam peccatoribus vtilis eſt, eoſq; ex charitate admittit exemplo Chriſti magiſtri ſui; qui peccatores recipiebat, & manducabat cum illis. Fructus eius nimius, quia omnium virtutum actus exercet, & ex eis veſcebatur omnis caro, quoniam iuſtus omnibus vtilis eſt, omnibus ſe communicat, tam in corporalibus, quam in ſpiritualibus. Sed vigil & ſanctus de cœlo clamat, vt ſuccidatur arbor. Ex diuina enim permiſsione accidit iuſto, vt in mortale peccatum dilabatur, per quod omnia in eo pereant, per quodlibet quippe mortale peccatum, perit charitas, aufertur gratia, nullaque virtus in eſſe Chriſtianæ virtutis manet; ab angelis relinquitur, nec peccatores iam exemplũ, nec boni refrigerium apud eum habent, ſed omnia confuſa permixtaque, horrorem pariter, ac metum aſpicientibus incutiunt. Attamen radicem permanere præcipitur, & quod vinculis ferreis, ac æreis alligetur, hoc eſt quòd fides maneat, fixaque perſeueret. Nam & ſi cæteræ virtutes decidant, hæc ſuperſtes in peccatore manet, vt rore cœli intingatur: nonnunquam enim fides in pec-

Dan. 4. Figura.

Explicatio arbor Danielis.

Iſai. 66.

catore cœlestes excitat instinctus, facitque, vt peccator attendat in quanto sit periculo constitutus; quòd Deus recipit peccatores ad pœnitentiam, memoriam excutit, vt Magdalenæ & Petri recordetur, prodigique filij ad patrem reuersio, piaque & paterna remissio in mentem veniat, vt sic ad meliorem se frugem conuertat. Iob. 14. vnde Iob dicitur; Lignum habet spem, si præcisum fuerit, rursum viresc it, & rami eius pullulant, si senuerit in terra radix eius & emortuus fuerit sub puluere truncus illius, ad odorem aquæ germinabit & faciet comam; sicut cum primum plantatum est. Vbi apertè ea quæ sub arboris figura diximus, continentur. Fides quippe in peccatore, etiam si mortua, adhuc hos fœtus parturire solet. 4. Reg. 5. Figura. Habebat Naaman Syrus & leprosus, captiuam quandam puellam ex filijs Israel, quæ dixit, quod Propheta erat in Israel, quæ eum à lepra sua curare posset. Assentit leprosus captiuæ consilio, & pergens in terram Israel, venit ad Heliseum, qui præcepit ei, vt lauaretur septies in Iordane, quod cum feciſſet mundatus est à lepra sua, & restituta est caro eius, sicut caro pueri; Puella captiua in domo leprosi, fidem significat in anima impij, peccatorum maculis infecti. Declaratio figuræ Naaman. Nam veluti captiua inter extraneos est fides, cum sit inter peccata, quæ prius in consortium aliarum virtutum erat: & sicut captiuus quasi per vim detinetur, & in periculo semper est fugiendi; sic fides in peccatore (qui quasi extraneam habet eam, eũ de ea non tãtopere curet) videtur quasi per vim detineri, & in maximo periculo, eam amittendi versari: attamen dum eam habet, hos excitat motus, vt sciat prophetam esse in Israel, recordetur esse sacerdotes, qui per absolutionis beneficium, à lepra peccati animam mundent, pergat ad Ecclesiam, confiteatur peccata, lotus sanguine Christi septies, hoc est perfectè, numerus enim septenarius perfectionem designat, ideſt, quòd perfectè confiteatur, nec obicem ponat gratiæ consequendæ, & restituetur anima eius in statum pristinum baptismalis innocentiæ. His ergo non vsquequaque, vel vsqueualde, aut vsquenimis (vt aliæ translationes habent) aufertur verbum veritatis. Cæterum alijs peccatoribus, iusto Dei iudicio vsquequaque aufertur, cum etiã fides perit in eis, vt in hæreticis, de quibus Psalm. 136. Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea, quod de fide, quæ fundamentum est, pluries intelligit Diuus Gregorius, & illud Malach. 4.

Non

Non derelinquet eis radicem, nec germen, hoc est totus Christianismus radicitùs ab eo diuelletur, cum nec fidem, neque opera maneant, & Amos. 9. Percute cardinem & commouebuntur superliminaria, hoc est. Si in fide quæ cardinis locum, in viro Christiano obtinet, vel aliqua vacillatio sit, totum tremit & periclitatur ædificium Christianum. Amos. 9.

Vel aliter, quòd hæc sit prædicatoris deprecatio, qui petit, quòd ab eo non auferatur verbum veritatis vsque valde; Hoc est vsque ad plenam sufficientiam: vt vult hic Dominus Caietanus, qualem se prædicasse Paulus describit, Acto. 20. dicens ad Ephesios, Mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis: vnde non tolli ab ore eius, verbum veritatis, vsque ad plenam sufficientiam: est concedi sibi, vt prædicet omne consilium Dei; Hoc est enim verbum veritatis vsque valde, sic Caiet. Quod etiam Dominus apud Ezechiel cap. 33. videtur insinuare sub nomine speculatoris, qui canit buccina vt fugiat populus inimicos: vbi decernitur pœna prædicatori, qui veritatem Dei populo non annuntiauerit. (Quia in iudicijs tuis superspera ui) quæ etiã annũtiare prædicator debet. Caiet. Acto. 20. Ezech. 33. Veritas.

¶Vel dic tertiò. Ne auferas de ore meo verbum veritatis. Veritas enim est adæquatio intellectus ad rem, intellectus autem per verba exprimitur. Tunc ergo est veritas in ore, quando bonũ quòd intellectus dictat, lingua loquitur, & quod lingua loquitur exterius, operibus adimpletur; Quando autem quis verum loquitur, sed quod loquitur non operatur, tunc verbum veritatis de ore suo cadit, & tales lex Euangelica reprehendit, Matthæi. 23. Dicunt enim, & non faciunt, quia & ipse legislator Christus primo facere cœpit & postea docere. Et istud est verbum veritatis quod de ore suo Psalmista orat non auferri, sed magis per Christum confirmari dicens, & ne auferas de ore meo verbum veritatis &c. Hęc innominatus doctor. Matth. 23.

Beatus Ambrosius ad prædicatores transfert dicens, ne auferas de ore meo verbum veritatis &c. Manentem enim in peccato, prædicationis officiũ prohibet Dominus dicens Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas? In ipsa enim obmutescit facundia, si ægra sit conscientia. Caueat ergo ne verbis non congruant facta, & ne deforment iniquitatis opera, magisterium disciplinæ. Vide Gregorium. 1. moral. cap. 9. super illud Iob. 12. Commutat labia veracium. Ambros. Psal. 49. Gregor.

veracium (Quia in iudicijs tuis ſuperſperaui) Hoc eſt in perſequutionibus, & opprobrijs, quæ ex occultis iudicijs tuis, etiam ſuper
Rom. 5. ſeruos tuos veniunt, plus ſperabo, ſecũdum illud Romanorum. 5. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia vero probationem, probatio vero ſpem; Tribulatio quidem, quaſi occaſionaliter operatur patientiam, nam eſt materia & occaſio vt patientiæ virtus exerceatur; Sicut copia rerum, materia eſt liberalitatis, & occaſio eam exercendi; Patientia vero dicitur, probationem operari, ſicut cauſa effectum. Qui enim patienter pro Chriſto tribulationes ſuſtinet, probatus amicus apparet, ſecundùm illud Sapien-
Sapien. 3. tiæ. 3. Tanquam aurum in fornace probauit eos, probatio vero ſpem occaſionaliter profert, nempe confortando & augendo ſpẽ: probatus enim animus & roboratur, & augetur in ſpe gloriæ, vt
Pſal. 7. Pſalm. 7. Si exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Non ſolum animo non defficiam, ſed maiora ex hoc munera ſperabo, ſicuti & milites non ſolum pugnam non detrectant, verum eam maximè deſiderant, & ad vires ſuas exercendas, & ad maiora lucra promerenda, ſecundùm illud tritum prouerbium Hiſpanũ (mientras mas moros, mas ganãcia) Vnde S. Antonius & Franciſcus dæmonum exercitus etiam inuitabant, & prouocabant ad
Iob. 13. pugnam, & Iob. 13. Etiam ſi me occiderit, ſperabo in eum. Nam
Gregor. vt Diuus Gregorius ait, Tantò in Deum ſpes ſolidior ſurgit, quantò quis pro eo grauiora ſuſtulerit.

VERSVS QVARTVS.

Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſeculum & in ſeculum ſeculi.

MVLTA bona nobis per Chriſti incarnationem, quæ in hoc octonario petitur, ſubſequuta ſunt. Nam primò à miſeria peccati liberati ſumus, & in primo verſu hanc popoſcit miſericordiam, Secundò impugnans hoſtis ſuperatur per ſpem vitæ æternæ, vt in ſecundo verſu vidimus, Tertiò quòd verba factis confirmant vt in verſu tertio. Quartò quòd in bono voluntas radicatur, vt in hoc verſu videmus, vnde dicit; Cuſtodiam legem tuam ſemper &c. Hoc eſt, ſi non abſtu-

abſtuleris ex ore meo verbum veritatis, cuſtodiam legem tuam ſemper &c. Vel vt intelligatur de prædicatore qui opere adimplere debet, quod ore prædicat, nam ſi verbum veritatis ore prædicauit, ex ipſo ore ſuo adimplendum quod prædicat videtur ſe obligaſſe; ſecundùm illud Prouer. 6. Illaqueatus es verbis oris tui & captus proprijs ſermonibus. Nam vt D. Gregorius ait, Lex eſt prædicatoribus impoſita, vt quod verbis prędicant, moribus adimpleāt, aliàs illud Euang. improperabitur ei, Ex ore tuo te iudico ſerue ne quam. (Semper) Diuus Ambroſius ait, quod dictio pro qua trāſtulerūt, ſemper, in græco eſt idem quod per omnia, ideſt, per omnē ætatem, tam corporis quam animæ. Nam ſicut corpus ſuas habet ætates pueritiæ, iuuentutis, virilitatis, & ſenectutis, ſic & anima ſuos habet progreſſus, ſiue ætates, per quas percurrit & tranſit, vt poſsit dicere cum Paul. Curſum conſummaui, & animę ætas tribuitur, cum dicitur Sap. 4. Ætas ſenectutis vita immaculata; Hæc enim erit ſenectus animæ, cum iam ad perfectam mundiciem peruenerit. Per omnia ergo legem cuſtodit, qui in illis corporis ætatibus, & in illis animæ proceſsibus, non declinat à lege. Vel vt Caſsiodorus dicit, ſemper cuſtodiri lex Domini debet, à qua variare nefas eſt.

Frou. 6. Grego. Lucæ. 19. Ambroſ. Sap. 4. Caſsiod.

Sed quoniam non ſolum dicitur ſemper, ſed etiam in ſeculum ſeculi, Diuus Auguſtinus altius hoc interpretatur. Quoniam charitas eſt adimpletio legis, ſecundum illud Roman. 13. Plenitudo legis eſt dilectio. Et Sap. 6. Dilectio cuſtodia legum illius eſt. Charitas autem inter cæteras virtutes in æternum manet. Nam in beatitudine defficient fides & ſpes, defficiente ratione formali earum, cum fides ſit de non viſis, ſpes autem de non habitis, Deus autem clarè viſus, eſt beatitudo noſtra, & Deus iam habitus per illum beatitudinis amplexum; quo Deum ſecundùm quod in ſe eſt amplectimur, eſt finis ſpei noſtræ. Quare tunc nec fides, nec ſpes manent. Charitas vero etiam tunc permanebit, imo perficietur ibi, vnde Paulus. 1. Corinth. 13. Charitas nùnquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur, ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt. Vult dicere Paulus, quod prophetiæ quidem ceſſabunt, quia omnes clarè Deum videbunt, ſimiliter linguæ, non dicit lingua, quia loquutio corporalis erit in patria, poſt aſſumptionem corporum;

Auguſt. Rom. 13. Sap. 6. 1. Cor. 13.

porum; ſed intelligit de diuerſitate idiomatum. Erit enim terra illa labij vnius, & ſermonum eorundem, multo magis quàm ante diuiſionem linguarum. Scientia etiam deſtruetur, nimirum ea quæ dicitur ſcientia ſanctorum, quæ innititur fidei, & ex principijs nobis inuidentibus procedit, tunc autem omnia erunt clara & euidentia, & ideo ceſſabit, nam ex parte cognoſcimus. Eſt enim cognitio inuidens & enigmatica; cognoſcimus ergo nunc ex parte, quia ſolum cognitione enigmatica, & deeſt nobis cognitio euidens, ſed cum venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Deſinent eſſe hæc imperfectæ cognitiones, quæ ſecum afferunt hos defectus, & ſuperueniet perfectiſsima cognitio omni carens imperfectione, & quia charitas ſequitur cognitionem, quia in hac vita erat imperfecta cognitio, erat & imperfecta charitas. Tunc autem, quia videbimus Deum ſicuti eſt, pulcherrimumque illud voluntatis obiectum ſummum ſcilicet bonum, ſumma & indeficiens pulchritudo, immenſa delectatio, omni carens imperfecta admixtione, in ſua ſe nobis claritate referabit; toto conatu voluntas in tale obiectum feretur, nec vnquam poterit, à tali amore ceſſare quia nec ad alia rapietur, nec aliud quàm Deum attendere poterit. Quia erit tunc Deus omnia in omnibus. Vnde charitas quidem eadem perſeuerabit quæ erat in via, ſed ſummo & indeficienti decore perficietur in patria. Ait enim Auguſtinus, quòd charitas meretur augeri vt aucta mereatur & perfici. Quare optime ait Pſalmographus noſter. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſeculum & in ſeculum ſeculi, quia lex tua charitas eſt, quæ nunquam excidet, ſed æternum diligens, in æternum diligendo durabit.

Auguſt.

VERSVS QVINTVS.

Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui.

HIC eſt alius effectus, quem reparator noſter in carnis aduentu operatus eſt in nobis, nempe animi dilatationem in charitatem ſui & proximi; hoc enim verbo & exemplo omnibus modis nos docuit.

Et aduerte, quòd in verſibus ante dictis huius octonarij optatiuè,

tiuè, per modum orantis loquutus eſt, & veniat ſuper me miſericordia tua &c. Nunc autem narratiuè incipit loqui, quaſi narrando ea, quæ iam in eo effecerat Deus. Tanquam explicans ſuæ petitionis effectum, qui fuit cordis per diuinum amorem dilatatio. Supra in verſu vltimo quarti octonarij, vbi dixit Propheta; Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum, plura de hac cordis dilatatione, quam efficit charitas, præfati ſumus, ſed quoniam ſcripturarum pelagus, immenſum eſt, & qui mediocri conatu emungerit, ſemper inueniet in eis ſuccum: adhuc aliqua poſt modum meditati ſumus, quæ hic (Deo aſpirante) dicemus. Primùm charitati Diuus Paulus omnium virtutum effectus tribuit cum. 1. Corinthiorum. 13. dicit, Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Et hoc certè eſt, quia omnis viri Chriſtiani virtutes, connectuntur in charitate. Nam cum actus ſe ſe offert patientiæ, charitas ad illum impellit, ſimiliter cæterarum virtutum, eſt enim pretioſa illa margarita, qua adinuenta negotiator regni cœleſtis omnia vendit, vt illam habeat: nam charitate habita reliqua omnia habet. Inter alios autem virtutum effectus, quos in pijs Chriſti cultoribus generat charitas, vnus eſt, quod eos magnanimos facit, extenſoſque animos reddit ad magna capienda, paruaque paruipendenda; Quare inter præcipua dona, quæ Dominus largitus eſt Salomoni, hoc etiam connumerat Scriptura dicens. 3. Regum. 4. Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, ſicut arenam quæ eſt in littore maris; Hoc eſt, ſicut amplitudo illa arenarum, quæ apparet ſecus littora maris. Et. 2. Machabæorum. 14. dicitur; Quòd audiens Nichanor virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem, quam pro patriæ certaminibus habebat, metuebat eos. Vbi pro ſingulari excellentia animi magnitudinem ponit, & certè magnanimitas, virtus magnorum eſt, ad magna quippe tendit, & ea quæ puſillus pro magnis ducit, ipſe ſuper omnia euectus flocipendit. Vnde ait Diuus Thomas. 2. 2. quæſtio. 129. quod iuſtus, ex eo quod magnanimus eſt, omnia hęc huius mundi bona, tanquam ſtercora calcat, extẽdens ſemper ſe ipſum ad maiora; Indignum quippe eſt magnanimo viro, quid-

1. Cor. 13.

3. Reg. 4.

2. Machabæorũ. 14.

D. Th. 2. 2 q. 129. per totam.

quid

quid minus est eo quod intendit, & cum intentio Christi cultoris ad summum bonum tendat, cætera omnia, tanquam indigna
1.Cor.6. sibi contemnit. Vnde Paulus. 1. Corinthiorum. 6. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? & si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis, ac si diceret. Qui tam magna sperare potest, cur his minimis coarctabitur. Hanc ergo cordis ostensionem, magnanimitatem ac dilatationem charitas Christi, quæ per Spiritum sanctum diffusa est in
Philip.3. cordibus nostris efficit, perficitque. Vnde Paulus Philippenses. 3. Vnum autem quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ priora sunt extendens me ipsum, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Ecce extensionem animi, quam charitas facit. Præsentia quia transeunt & retrocedunt tan quam vilia proijcit, ad priora, ad præcipua, ad maxima bona extendit seipsum, & quoniam caro coarctat animam ne ad ea pertingat, ad quæ tendit, ideo rumpere eam volebat; Sicut ille qui dilatare aliquid vult, vt attingat quo necesse est, aliquando rumpit, dilaceratque quod extendit. Sic Paulus, vt apprænderet bonum illud summum, ad quod suus dilatabatur animus, quem carnis præsura impediebat, dirumpere eam gestiebat nimis. Hinc vox illa digna Paulo, Cupio dissolui & esse cum Christo. Quia me carnis angustiæ, à tanto bono præpediunt, in quo etiam aliud
Aristot. 4. Ethic. insinuabat. Nam inter cætera magnanimi signa quæ Aristotel. 4. Ethicorum docet, & Diuus Thomas. 2. 2. quæstione. 129. articulo. 3. etiam affirmat, vnum est quòd non velox sed tardus est,
Thom. vbi supra ar. 3. cuius est elegans ratio. Quia velocitas motus prouenit ex eo quod homo ad multa intendit, quæ explere festinat; sed magnanimus ad magna solum respicit quæ pauca sunt, & vir Euangelicus in vnum summum bonum duntaxat aciem intendit, figitque, quare est tardus & grauis; Est enim res quam quærit magna, multamq; poscit animi attentionem. Quare Dominus dixit Marthæ, Lucæ
Luc.10. 10. Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porrò vnum est necessarium, Maria optimam partem elegit. Hoc est, quia vnum tantum bonum, & id maximum quærit, ideo tarda, grauisque tibi videtur, tu autem multos cies motus, quia erga plu
Paulus vbi supra. ra turbaris, & ideo hic Paul. Vnum autem quæ retro sunt obliuiscens. Hoc est multiplices curas huius seculi reijciens, ad vnum tantum tendo bonum, & hoc quia maximum est, alia obliuioni tradens,

dens, in hac ſolà cura diſtendor. Ex magnanimitate etiam oritur fiducia, quæ eſt ſpes roborata, ex aliqua firma opinione, charitas autem etiam firmat animum in ſpe, ex eo quòd maximè credit amantis promiſsis. Vnde inter fructus ſpiritus quos numerat Paulus. Galatas. 5. vnum eſt longanimitas, qua animus ad æternitatem protenditur, expectando. Et Coloſſen. 1. dicitur; In omni virtute confortati, ſecundùm potentiam charitatis eius in omni patientia & longanimitate, cum gaudio gratias agentes Deo &c. & Ioan. 1. cap. 3. Filioli ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, ex qua fiducia oritur quædam ſecuritas, quam etiam magnanimus habet. Nam cum virtutes iſtæ viri Chriſtiani de ſupernis ſunt, nonnihil horum quæ ibi habentur ſecum adducunt, & quia in illa ſumma felicitate, ſumma etiam ſecuritas eſt: hinc eſt quòd virtutes illæ, quæ illic ortum habent, aliquid etiam illius ſecuritatis ſecum ad nos afferant, vt Diuus Tho. quæſtione proximè citata dicit; Quia in virtutibus eſt quædam ſimilitudo futuræ beatitudinis, nihil mirum ſi ſecuritatem aliquam in animis habentium generent, quanuis perfecta ſecuritas ad præmium virtutis pertineat; Eſt enim veluti initium quoddam ſolutionis futuræ aut arrabo, talis ſecuritas, quæ in præſenti haberi poteſt à iuſtis; ideo ergo dicit propheta; Ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquiſiui. Quæ ſunt mandata amoris ex quo prædicta originem ducunt. Hoc eſt ſecurus incedebam, ſicut ille qui per viam latam, & ſpatioſam ambulat, nihil periculi videtur timere. Vnde Prouerbiorum. 28. Fugit impius nemine perſequente, iuſtus autem ſicut leo confidens abſque terrore erit. Leo autem fortiſsimus beſtiarum ad nullius pauebit occurſum. Vnde Pſalmo. 45. Deus noſter refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis, propterea non timebimus, dum turbabitur terra & transferentur montes in cor maris.

Galat. 5. Coloſſ. 1. 1. Ioan. 3. D. Tho. Prou. 30. Prou. 30. Pſal. 45.

Vel ideo dicitur iuſtus ambulare in latitudine, quia Deum quærit, imo quia Deo domicilium in ſuo corde parat: de quo dicitur Iob. 11. Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari, & Paulus. Vt poſsitis comprehendere, quæ ſit longitudo & latitudo eius, ſublimitas & profundum &c. Nam vt Caſsiodorus

Iob. 11. Epheſ. 3. Caſsiodo.

hoc loco dicit, patulum oportet esse cor, quod recipit illum, qui cœlum & terram implet. Vel tertiò. Ambulabam in latitudine; hoc est in publico; Nam qui malè agit odit lucem, qui autem mandata Dei exquirit & exequitur, omnibus conspicabilis debet esse; non in latebris, aut in angulis domorum, sed in plateis & vicis publicis fatetur iustus virtutis opera. Ideo enim in fronte quæ omnibus patet, ponitur orthodoxis signum Crucis, cum confirmationis sacramentum accipiunt, vt detur nobis intelligi, quòd non debemus crucem Christi erubescere, sed in publico eam portare. In fronte enim signa-
Ezec. 9. batur Thau electis, vt legis apud Ezechielem. Et ideo sponsa per vicos & plateas absque verecundia aliqua, sponsum suum quærebat, obuios omnes interrogans, an dilectum suum vidissent.

Sed potest hic dubitari. Quare dicitur lata via Domini, cum
Matth. 7. è contra Matthæi. 7. dicatur; Arcta est via quæ ducit ad vitam, lata autem & spatiosa est, quæ ducit ad perditionem. Sed respondetur, quod ipse se Dominus ibi explicat; Ideo arcta dicitur via vitæ, quia pauci inueniunt eam, lata autem via perditionis, quia multi vadunt per eam; Quod si via vitæ arcta est, vel difficilis, hæc difficultas carni apparet talis, attamen animæ Dei gratia roboratæ latissima & suauissima est. Vnde Pro-
Prouer. 4. uerbiorum capite. 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui. (Quia mandata tua exquisiui.) Petendo scilicet & postulando, (ait hic Diuus
D. Aug. Augustinus) sicut Christus Dominus docuit Matthæi. 7. Pe-
Matth. 7. tite & accipietis &c. Etsi ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester cœlestis, dabit spiritum bonum petentibus se? Hic est ille spiritus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, vt Deum proximumque diligendo diuina mandata faciamus. Hic est ille spiritus in quo clamamus Abba pater: Ac per hoc ipse nos facit petere, quicquid desideramus accipere, ipse nos facit quærere, quem cupimus inuenire, ipse nos facit pulsare, ad quem nitimur peruenire,
hæc Augustinus.

*

VERSVS

VERSVS SEXTVS.

Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar.

IN latitudine verè ambulabat, qui corde & ore coram regibus & tyrannis cõfitebatur Chriſtum, quod in Apoſtolis & Martyribus viſum eſt; Quàm conſtanter Petrus coram ſacerdotibus, Paulus coram Agrippa & Feſto Chriſtum confeſsi ſunt, Actus teſtantur Apoſtolorum. Quàm ſapienter Martyres, viri atque puellæ coram Imperatoribus & præfectis ſint loquuti, geſta eorum docent. Beata Catherina tot ſapientes deuicit, & ad veritatem Euangelij conuertit. Beata Lucia cum ad ſacrificia dæmonum, à Præſide hortaretur, reſpondit. Ego per tres annos non ceſſaui ſacrificare Deo viuo, quicquid habui, modò quia nihil ſupereſt, me ipſam offero; faciat quod voluerit de hoſtia ſua. Tunc Paſchaſius præfectus, iſta, inquit, Chriſtiano homini inculcanda ſunt, mihi autem qui principum præcepta cuſtodio, hæc fruſtra proſequeris. Reſpondit virgo; Tu principum leges attendis, ego legem Dei attendo. Tu illos times, ego Deum. Tu illis placere deſideras, ego Deo. Tu igitur fac quod tibi neceſſe eſt; Ipſa agam, quod mihi vtile cognoſco. Tunc Paſchaſius, ceſſabunt verba cum peruentum fuerit ad verbera. Cui Lucia, ancilla (inquit) Chriſti ſum, Spiritus ſanctus loquitur in nobis, & ideo ceſſare nõ poterunt; Paſchaſius intulit, In te ergo eſt Spiritus ſanctus? Cui Lucia, Apoſtolus habet, quod caſtè viuẽtes, tẽplũ ſunt Dei, & Spiritus ſanctus habitat in illis. At Paſchaſius. Ego faciã te ad lupanar duci, vt Spiritus ſanctus à te recedat, Cui virgo reſpõdit; Si me inuitã violari feceris, caſtitas mihi duplicabit ad coronã. Verba hæc in puella corã Præſide & tortoribus, quomodo dici poterant niſi Spiritus ſanctus daret? Et D. Vincentius Martyr, cum in patibulo ſuſpẽderetur, dixit; Ecce iam in ſublime agor, & omnes principes tuos, ſeculo altior, tyrãne deſpicio, nolo gloriã meam minuas, nec dãna inferas laudi, paratus ſum enim ad omnia tormẽta, pro ſalua toris nomine ſuſtinẽda. Inſurge ergo & toto malignitatis ſpiritu debacchare, videbis me Dei virtute, plus poſſe dum torqueor, quã poſsis ipſe, qui torques. Loquebãtur de teſtimonijs diuinis in cõſpectu regũ, ſed minimè confundebãtur. Vnde Paulus 2. Tim. 1. ait, Noli erubeſcere teſtimonium Domini noſtri Ieſu Chriſti.

B. Petrus. B. Paulus. B. Catherina. B. Lucia. B. Vincentius Martyr. 2. Tim. 1.

D.Hiero. Loquebantur de testimonijs Dei. Hieronymus ait, Os tuum consecrasti Euangelio, noli illud nugis aut fabulis aperire. (In conspe-
Eccle. 7. ctu regum.) Eccles. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates; ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua, hoc est, ne alios scan-
Prou. 29. dalizes, per leuitatem & inconstantiam tuam, & Prouerb. 29.
Matth. 10. Qui timet hominem, cito corruet. & Dominus Matth. 10. Noli-
Esa. 50. te timere eos qui occidunt corpus &c. (Et nō confundebar;) Quia Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus,
Luc. 9. Nam qui me erubuerit, & sermones meos, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, ait Dominus Iesus. Vnde
D.Ambr. Ambrosius ait, Suauis est vox, quæ in diuinis testimonijs loquebatur, decora facies, quæ in conspectu regum non confundebatur, quæ non erubescit autorem, quæ non confunditur de remptore. Sed quia in versu. 6. primi octonarij, plura de hoc præfati sumus, superuacaneum duximus, eadem repetere, ne fastidium legentibus ingeramus.

VERSVS SEPTIMVS.

Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.

GRatia Christi facit, vt illata opprobria contemnantur, vt versu. 6. eadem etiam meditationem cordis charitate, per-
Ioan. 1. fundit. Nam cum Christus sit lux vera, quæ illuminat omnem hominem: quia nullus sine ipso illuminatur interiùs, hinc est, quòd ipsemet est, qui intellectum nostrum perlustrando eleuat, ad meditationem mandatorum Dei, atque dilectionē. Et vide rectum ordinem procedendi. Nam cum intellectus actio, præce-
Aristot. dat actum voluntatis, ordine naturæ. (Nam nihil est volitum nisi sit prægnitum,) potest autem quis cognoscere aliquid, & ipsum non diligere; Ideo hic Propheta meditationē, quæ est actus intellectus, præponit dilectioni, dicēs; Meditabar in mādatis tuis, quæ dilexi. Et sicut finis meditationis est illius rei memoria, sic finis dilectionis, est operatio; & ideo statim subdit. Leuabo ma-
D.Ambr. nus meas ad mandata tua quæ dilexi. Vnde D. Ambrosius ait, Pulcherrimus ordo iste, vt primo meditemur, & eorū præceptorum quæ diligimus, sit nobis assueta meditatio, meditatione enim manda-

mandatorum cœleſtium, operis boni vſus inoleſcit. Nam ſicut meditationi verborum, finis memoria eſt, vt quæ meditamur verba teneamus, ſic dilectionis præceptorum cœleſtium intẽtio vel finis operatio eſt actuſq; directus ad implenda præcepta diuina, quæ niſi quis diligat implere non poteſt. Vnde iſto verſiculo & ſequenti oſtenditur, quibus modis circa diuina mandata nos habere debemus & ipſa diligere. Quare D. Bernardus dicit; Tribus modis oſtendit Pſalmiſta mandata Dei à nobis eſſe diligenda, ſcilicet meditatione, manuum eleuatione hoc eſt operatione, nec non & exercitatione. In meditatione enim dulceſcunt mandata Dei, conſiderantibus quàm ſalubria ſunt, quàm honeſta, ſed alijs dulcia ſunt & ſuauia in meditatione, ſed in operatione grauia videntur & amara; quia ipſi pigri ſunt ad operandum, quam pigritiam, à ſe remouet Pſalmiſta cum dixit verſo ſequenti. Et leuaui manus meas, ad mandata tua quæ dilexi. Sunt enim nonnulli, qui meditatione & actione, videntur amare Dei mandata & in eis delectari, ſed in exercitatione puſillanimes inueniuntur, minuſque conſtantes, quod à ſe remouet Pſalmiſta, cum dicit. Et exercebor in iuſtificationibus tuis, Amor itaque mandatorum Dei, eſt conſummator, alioquin ingratus reputabitur, cum diſcuſsio venerit & actionis, & exercitationis, & ideo actioni & exercitationi meditationis amorem præponit, dicens. Et meditabar in mandatis, quæ dilexi. Hæc Bernardus. Nam certè ex meditatione diuinorum inardeſcit amor, ſecundum illud Pſalmiſtæ. 38. In meditatione mea exardeſcet ignis. Eſt enim meditatio veluti oleum & pinguedo charitatis; Nam ſicuti lampas lucet in oleo, & ibi lumen ſuum conſeruatur, ſic charitas in meditatione. Nam ſicut dicit Philoſophus, inappellatio vel ſilentium ſoluit amicitias, è contra autem communicatio conſeruat eas. Frequens autem meditatio diuinorum, velut quoddam aſsiduum colloquium cum Deo eſt; quare maximè charitatem nutrit, conſeruatque, vnde animalia ruminantia inter munda reputabantur in lege. E contra ea quæ non ruminant, nec findunt vngulam, immunda erant. Nam oportet diuidere vngulam. Hoc eſt, non totum tempus in temporalibus expendere, ſed diuidere, vt aliqua pars ſuppetat meditationi diuinorum, vt Paulus docet 1. Corinthiorum. 7. ipſos etiam coniuges aliquando diuidi, ad tempus vt orationi vacent, aliàs de malis dicitur in Pſalmo. Viri

D. Bernar.

Pſal. 38.

Ariſto.

Leuit. 11. Deut. 14.

1. Cor. 7.

Pſal. 54.

sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos, hoc est, quia totum tempus in vanis & otiosis steterunt, nec diuidunt partem quam offerant Deo.

(Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi.) Dicit enim Diuus
D. Ambr. Ambrosius super hunc Psalmum. Ille verè diligit, qui sine tristitia, sine timore, sed potius voluntario studio, quàm coactè obseruat præcepta. Nam vt dicitur in libris de vitis Philosophorum.
Aristotelis interrogatus Aristot. Quid sibi ex philosophia acquisiuisset? re-
responsio. spondit. Ex Philosophia didici, non coactè facere; quod aliqui
Alia Aristippi Philosophi. faciunt propter legis timorem, & Aristippus Philosophus, interrogatus; Quid Philosophus, præ cæteris haberet? respondit, Si leges perditæ essent omnes, similiter viueremus vt viuimus legibus manentibus, hoc enim facere philosophia docet, non
D. Aug. coactè sed voluntariè legi Dei obedire, vt dicit Diuus Augustinus in regula. Non sicut serui sub lege, sed sicut liberi sub gra-
Rom. 3. tia constituti. Et sic potest intelligi illud Pauli. Romanorum. 3. Naturaliter quæ legis sunt faciunt, hoc est, suauiter & ab intrinseco moti, sicut motus naturales fiunt, ab intrinseco inquam, id est à voluntate. Quod si nulla lex esset scripta, idem facerent;
1. Cor. 1. Quare Paulus 1. Corinth. 1. dicit; quòd iusto non est lex posita. Vnde voluntariè illam implere, arguit veram Philosophiam, hoc
Ioan. 14. est, verum Christi amorem, vt dicitur Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.

Sed quoniam de prædicatoribus in hoc octonario fit sermo, docemur in hoc versu, quod prius sibi meditari debet prædicator verba, quam alijs affluat; de quo vide quæ supra diximus ver-
D. Greg. su. 5. secundi octonarij, & D. Greg. hom. 5. super Ezech.

Aliqui legunt. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi vehementer. Nam etsi grauia videantur nobis mandata Dei, propter carnis infirmitatem, tamen propter præmij magnitudinem, ama-
Osee. 10. bilia maximè fiunt Osee. 10. dicitur; Ephraim vitula docta diligere triturам. Triturare laboriosum opus est, tamen quia bos triturans, simul pascitur paleis & grano, diligit illum laborem. Scri-
1. Cor. 9. ptum est enim in lege, vt refert Paulus 1. Cor. 9. Non alligabis os bobi trituranti. Nunquid Deo cura est de bobus? Propter nos ergo dicit, quibus non deerit præmium laboris nostri, non enim in-
Hebr. 6. iustus est Deus, vt obliuiscatur operis nostri, vt dicitur Hebræ. 6.
Psal. 18. & illud Psal. In custodiendis illis retributio multa.

VERSVS

VERSVS OCTAVVS.

Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis.

NON sufficit oretenus mandata Dei profiteri, imo nec corde meditari, nisi adsit opus, quo in eis exequendis exerceatur animus. Et ideo postquam dixerat, se loquutum, in conspectu regum de testimonijs suis, se etiam meditatum ea fuisse, subinfert tanquam sigillum, dicens; Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi &c. Metaphoricus sermo, sed frequens in scriptura, per manus opera significari, cum ad operandum manus instrumentum præcipuum corporis sit, sed quoniam ex dilectione obseruari debent mandata Dei, vt supra diximus, ideo subdit, Quæ dilexi. Nam finis præcepti est charitas. 1. Tim. 1.

Verum est, in hoc versu etiam ostendi octauum emolumentū, quod ex Christi nobis incarnatione prouenit, nimirum quia per ipsum nostra operatio in Deum eleuatur. Docuit enim nos ipse, non propter temporalia, bona opera facere, sed contemplatione cœlestium, Matth. 5. Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Ideo thema suæ prædicationis fuit, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Iam ad cœlestia statim nos eleuat, vnde post eius aduentum, vt ait Diuus Augustinus in libro de vera religione, iam inuicem exhortamur dicentes, Sursum corda, vt Paulus. Quæ sursum sunt, quærite. Quæ sursum sunt sapite; Quare manus sponsi dicuntur tornatiles plenæ iacinthis, id est, operationes optimæ, absque vlla macula, suaues vt nihil offensionis in eis reperias, sicuti in tornatili vasse, nihil in quo offendat manus inuenitur. Sed non solum hoc, verum etiā sunt plenæ iacinthis, quod margaritū in colore cœlū imitatur. Nā intētio suorū operū cœlestis est, idq; discipulos suos docuit, vt in suis operibus ad cœlestia tenderēt, nō ad terrena. Nam præcepta Christi sunt charitatis, charitas autem supereminens est. Vnde Paulus 1. Cor. 13. Adhuc excellentiorē viā vobis demonstro. Et ideo dicitur; Quod in his duobus mandatis, nempe de dilectione Dei & proximi, vniuersa lex pendet, & prophetæ. Si ergo lex & prophetiæ omnes quæ super omnia terrena eminent, à charitate pendent, ergo eminētior via est charitas. Opera enim viri orthodoxi eleuata debent esse, quia ex charitate facta

Matth. 5.
D. Aug.
Colos. 3.
Cant. 5.
1. Cor. 13.
Matth. 22.

facta procedunt, quæ actiones noſtras ſuper omnia terrena eleuat. Leuemus ergo corda noſtra cum manibus ad cœlum ait Iere.
Thren. 3. Thren. 3. Et ſurſum corda, habeamus ad Dominum. Nam cum propter temporalia operamur, iam manus noſtras deprimimus.
Exod. 17. Ideo manus Moyſi erant graues, & niſi ab Hur & Aaron ſuſtinerentur, ad terram deprimebantur; quia promiſſa & præmia quæ lex illa promittebat ſuis obſeruatoribus, ferè omnia erant terrena. Manus autem Chriſti tornatiles ſunt, hoc eſt ſubtiles, leues & ad motum aptiſimæ, quia ſua ſubtilitate ad cœleſtia nos eleuant.
Ioan. vlti. Quare eleuatis manibus ferebatur in cœlum, vt noſtra opera ſecū ad ſe ſubleuaret; & in cruce eleuatus omnia traxit ad ſeipſum,
Ioan. 12. vt dicit ipſe Ioan. 12. Leuemus ergo manus noſtras & oculos ad
Pſal. 122. cœlum, hoc eſt intentiones & opera, & dicamus cum Dauid. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Nam de malis dicit
Pſal. 16. idem Propheta Pſalmo. 16. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, hoc eſt ex terrenis paſcebantur. Oculi radices ſunt animæ, nam ſicut arbor ex radice paſcitur, ſic anima ex ſenſibilibus & præcipuè ex oculis. Nam vt ait Philoſophus, omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſibus, inter quos viſus maximè cógno-
Ariſtot. ſcitiuus eſt, vt ipſemet Philoſophus dicit; Eradicandi ſunt ergo iſti ſenſus & ab eis diſtrahendus animus, vt ad ſuperiora tendat.
Matth. 5. Vnde & Dominus; Si oculus tuus ſcandalizat te erue eum, hoc eſt; hanc euelle radicem ne animus his paſcatur ſenſibilibus, ſed ad ſuperiora euehatur. Ad hoc ergo venit Chriſtus, vt animos noſtros ab his diuelleret infimis, ad ſupernaque vehæret concu-
Ierem. 1. piſcenda, vnde de hoc Ieremias. Vt euellas & deſtruas & ædifices, & plantes. Prius euellendæ radices ſenſibilium, vt amor ſuperno-
Ioan. 8. rum plantetur. Et Ioannes. 8. dixit eis; Vos de mundo hoc eſtis, ego de ſupernis ſum. Et ita ab his caducis nos ſeparabat dicens;
Matth. 6. Nolite theſaurizare vobis in terra, vbi ærugo & tinea demoliuntur &c. theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo. Et alibi. No-
Ioan. 3. lite timere eos, qui occidunt corpus, Ioan. 3. Oportet vos naſci denuo. In Græco eſt de ſupernis, id eſt, quia origo operum viri Chriſtiani ex ſuperis eſt, nempe gratia & charitas, etiam & finis ſuorum operum illic firmari neceſſe eſt. Leuare ergo oportet manus ad mandata Dei quæ ſuper nos ſunt, aliàs, ſi ad terrena aſpe-
Exod. 17. xerimus, peribimus, ſicut quando Moyſes deprimebat manus, populus vincebatur.

Vel

Vel secundò per leuationem manuum intelligitur oratio, quæ in Scriptura sacra per talem eleuationem manuum significatur; vt legis in Exodo multoties, quando Moyses promittebat Pharaoni, quòd deprecaturus esset Dominum pro eo, dicebat; Leuabo palmas meas pro te ad Dominum. Et Salomon. 1. Paralip. 6. quando orauit in templo, extendit palmas suas ad cælum. Et Paul. 1. Timoth. 2. ait, Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Nã vt ait Diuus Augustinus, quod exterius orando agimus, facimus vt affectus noster interius excitetur, genuflexiones enim & huiusmodi non sunt per se acceptæ. Sed quia per hæc tanquam per humilitatis signa homo interiùs humiliatur; sic eleuatio manuum significat eleuationem cordis, secundum illud Thren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælo. Hoc est dicere, orantes cum deuotione cordis; debet enim oratio esse pura deuota & quieta. Quare dicit; Leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Nam vt dicitur Matthæi. 5. Si offeras munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum, & vade priùs reconciliari fratri tuo, &c. Deus igitur orandus à nobis est, imò & importunè exorandus, securi quod non fastidiet preces nostras, etiam si assiduæ sint. Nam ideo comparatur incenso oratio, secundum illud, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; vt significetur nobis quòd Deo placent orationes nostræ, suauesq; sicut odor incensi sint. Videmus enim effectus omnes conuerti ad suas causas, vt ab ipsis semper id quo indigent accipiant. Nonne vides terram quasi aperto ore inhiantem, & cælum semper respicientem, vt ab eo rorem & pluuiam recipiat, cæteraſq; influentias, quibus fructus suos proferre queat? videmus plantas, herbas & flores Solem semper inspicientes, & quasi ipsum insequentes, vt calore suo viuificatæ prodeant suaq; pulchritudine ornent, suoque odore lætificent vniuersum. Oculi filiorum non auertuntur à parentibus vt eos alant, nutriant, atq; ad perfectum perducant, quo possint vitam absque indigentia transigere. Omnes ergo effectus in suas videmus conuerti causas, & causæ istæ licet respectu talium effectuum causæ sint, tamen respectu superiorum sunt effectus, atque etiam ipsæ attendere debent. Quare non possunt adeò intentè suis effectibus prouidere, cum & sibi necessum sit etiam à superiori causa, quæ desunt mendicare.

Exod. 9.
1. Paralip.
1. Tim. 2.
D. Augustinus.
Thren. 3.
Matth. 5.
Cur oratio cõparatiõe incenso.
Psalm. 140.
Simile.

dicare. Solus Deus taliter est causa, quòd nullo modo est effectus, causa causarum omnium effectuum productrix, à qua omnis paternitas, ideſt, omnis causalitas in cælo & in terra nominatur, vt dicit Paulus; Qui à nullo accipit nec mendicat, sed omnia ab eo. Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, vt dicitur Romanorū. 10. Vnde totus incumbit suis effectibus prouidendis, cum ipse nullius indigeat. Ego dixi Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non indiges. Si ergo aliæ causæ quæ ab alijs & ab hac prima pendent talem de suis effectibus curam habent, quanto maiorem prouidentiam hæc prima habebit, quæ nullius alterius indiget. Vides gallinam suis incubantem ouis nec ab eis discedentem, vt suo calore foueat atque in pullos conuertãtur, multo magis Deus suis asistit effectibus prouidendis, nutriendis, perficiendis, & conseruandis; nam à principio spiritus Domini ferebatur super aquas, vel vt alia litera dicit, incubabat, hoc est fouebat, perficiebat & conseruabat. Si ergo omnes effectus ad suas conuertuntur causas, quæ difficilè possunt, & de facto aliquando deficiunt, cur non ad hanc indeficientem causam conuertemur, nostraque omnia in eum proijciemus, vt ab ipso quod deficit accipiamus? Hæc autem conuersio per orationem fit, quæ mentem ad Deum eleuat, atque ab eo quæ desiderat poscit; præcipuè cùm mundus iste desertum quoddam sit, cui omnia necessaria adueniunt de foris (es lugar de acarreo). Emporium autem vnde necessaria sibi vehuntur, cælum est. Nam omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est. Vector autem qui hæc huic deserto adducit, oratio est. Si quid tibi deest mitte eam in cælum & afferet. Deest tibi deuotio, salus, gratia, pacientia, humilitas, mitte hunc vectorem, orationem dico, nam ipsa in cælum ascendit, cunctaque cælestia perlustrat, & onusta semper his bonis descendit. Vnde de sapiente muliere, hoc est anima iusti dicitur Prouerb. 31. Facta est quasi nauis institoris de lõgè, hoc est de cælo, portans panẽ suũ. Est enim scala illa quã vidit Iacob, per quam angeli ascendunt, atq; descendũt. Ascendunt portantes orationes nostras, vt dixit angelus ad Tobiam ante Dei tribunal, & descendunt afferentes dona, quæ per talem nuntium ad nos mittuntur. Talem veredarium mitte, quoniam ipse veniet onustus omnibus bonis quibus indiges. Non reuertetut ad te vacuus, sed quæcunq; manda-

Ephes. 3.
Roma. 10.
Psalm. 15.
Similc.
Genes. 1.
Iacobi. 1.
Prou. 31.
Genes. 28.
Tob. 12.

mandaueris faciet. Leuet ergo Propheta manus in oratione ad Deum,vt det illi adimplere mandata, quæ sine eius gratia obseruare nequimus.

Sed aduertendum pro morali doctrina q̃ non solum manus, sed plura alia, & hæc multipliciter leuare debemus ad Deũ nimirum,oculos,animam,vocem,& manus. Oculos autem ad tria leua re debemus,nempe ad id quod intra nos, & ad id quod extra nos est,& ad illud etiam quod est supra nos, primo leuemus oculos ad id quod intra nos est, scilicet ad peccati fœditatem aspiciendã, vt videntes nos in fecibus infixos, velociter surgere properemus sicut qui in luto cecidit,velociter surgere laborat. Vnde Ierem. 3. dicitur; Leua in directum oculos tuos, & vide vbi non sis prostrata meretrix. Ad illud quod extra nos est,videlicet ad temporis breuitatem,veluti operarius ad solem leuat oculos, vt videat si tempus suppetat sibi ad opus suum perficiendum. Ioan. 4. Leuate oculos vestros,& videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit,mercedem accipit & congregat fructum in vitam æternam. Tertiò leuem⁹ oculos, ad id quod est super nos,hoc est ad Dei, ad sanctorum societatem, vt eos humiliter exoremus, sicut pauper leuat oculos ad diuitem, vt ei subueniat Psal. 120. Leuaui oculos meos in montes,vnde veniet auxilium mihi, sed dolendum maximè est q̃ multi oculos suos statuerunt declinare in terrã. Psal. 16. post oculos animam debemus leuare ad Deum, & hoc propter notitiam veritatis quam præstat,sicut viator leuat oculos ad indigenam, vt eum dirigat, sic & nos animam leuemus ad Deum, vt nos dirigat in vitam æternam. Psalm. 142. Notam fac mihi viam, in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam. Secundò propter lætitiam deuotionis quam nobis largitur,eo Psalm. Lætifica animam serui tui: quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Tertiò propter fugam confusionis quam declinat, sicut auis leuat se à terra ne capiatur sic leuare debet homo animam ad Deũ ne à peccato deprehendatur. Psalm. 24. Ad te Domine leuaui animam meam Deus meus in te confido, non erubescam, nec irrideant me inimici mei, &c. De qua animæ ad Deum euectione, Diuus Gregorius. 1. Moralium capit. 20. ait. Ad Deum faciem, vel animam leuare est cor ad sublimia inuestiganda attolere, nam sicut per corporis faciem homini, ita per interiorem imaginem Deo noti iam atq; conspicabiles sumus cum vero reatu culpæ

Ad tria debemus oculos leuare.

Simile.

Ierem. 3.

Simile.

Ioan. 4.

Simile.

Psalm.120.

Psalm.16.

Simile.

Psal. 142.

Ibidem.

Simile.

Psal. 24.

D. Gregorius.

tu culpæ deprimimur ad Deum leuare cordis noſtri faciem veremur, dum vero nulla bonorum operū confidentia fulcitur, intueri ſumma mens trepidat quia ipſa ſe conſcientia accuſat, cum vero iam pœnitentiæ lamentis culpa diluitur, & ſic perpetrata plan guntur, vt plangenda minimè perpetuentur, magna menti fiducia naſcitur & ad inſpicienda ſupernæ retributionis gaudia cordis noſtri facies leuatur.

Tertiò vocem etiam leuare debemus ſimiliter ad tria, primò ad confitendum peccatum ſicut homo leuat veſtem, vt oſtendat vulnus medico. In cuius figura legitur de Agar Geneſ. 21. quòd recedens Agar iuit in deſertum, vbi non erat aqua & ſitiuit puer eius, & leuauit vocem ſuam, & fleuit & exaudiuit Dominus vocē eius. Secundò ad quærendum remedium ſicut pauper leuat vocem ad quærendum panem, ſic homo pro remedio peccatorum, vt Lucæ 17. Decem leproſi leuauerunt vocem dicentes, Ieſu præceptor miſerere noſtri, & Dominus ad eos; Ite & oſtēdite vos ſacerdotibus, & factū eſt dum irent mundati ſunt. Secūdo ad laudandū Deum Iſaiæ. 52. Vox ſpeculatorū tuorum leuauerunt vocem, ſimul laudabunt. Et Pſalm. 92. Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Simile. Gen. 21. Figura. Simile. Lucæ. 17. Iſaiæ. 52. Pſal. 92.

Demum & leuare debemus manus ob tria quæ nobis maximè conducunt, primò ad impugnandum malum, vt qui eſt in pugna leuat gladium, vt aduerſarium impugnet, & hoc fit per opera miſericordiæ. Pſalm. 62. In nomine tuo leuabo manus meas, cuius figura habetur Ioſue. 8. Leua clypeum qui in manu tua eſt contra vrbem Hai, quoniam tibi tradidi eam. Et Exodi. 17. Cum leuaret manus Moyſes vincebat Iſrael, cum deprimeret vincebat Amalech. Secūdò ad operandum bonū, ſicut operator leuat manus ad laborandū. Et hoc fit per opera obedientiæ, ſicut in præſenti carmine dicitur; Leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi &c. Tertiò ad orandum Deum, ſicut pauper in præſura leuat manus ſuas ad diuitem, vt aliquid ab eo recipiat, & hoc fit per orationem, vt dictum eſt. Hæc ex quodam non contemnendo doctore ad literam decerpſimus, quoniam ad id quod principaliter intēdimus commoda viſa ſunt, nec hoc vitio mihi dandum eſt, ſed labori ac diligentiæ non nihil concedendum, quoniam nō ſolum pro proiectioribus, ſed & pro incipientibus, hæc in publicum damus.

Simile. Pſalm. 62. Figura. Ioſue. 8. Exod. 17. Simile.

(Et exercebor in iuſtificationibus tuis.) Conſuetudo eſt altera natura,

natura, vnde qui ex habitu operantur quasi naturaliter operantur, quare exercitium in operibus virtutis quasi cōnaturalitatem quandam parit cum ipsa virtute, ex quo prouenit, quòd tales melius iudicium de ipsa virtute proferunt: quoniam per habitum & exercitium propinquiorem sibi & connaturalem illam fecerunt, propinquiora autem, & nobis cōnaturalia melius iudicamus. Vnde Paulus Hebr. 5. ait. Perfectorum autem est solidus cibus, eorū qui præ consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. & Diuus Dionysius de quodam amico suo dicit, Ierotens sapiens est, non solum sentiens, sed & patiens diuina, nam sicuti subiectum per connaturalitatem dicitur pati ab his, quæ tanquam naturale subiectum recipit, vt aqua à calore quem recipit, sic studiosus per habitum virtutis, connaturalem & propinquam eam sibi facit, vt ab ea tanquam à propria passione patiatur quare solum ille qui habet habitum virtutis, solidum de eà iudicium proferre potest. Hoc ergo commodum inter alia quæ supra diximus, exercitio virtutum capitur.

Hebr. 5.

D. Dionysius.

Simile.

SEPTIMVS OCTONARIVS.

Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti. 1. Zain.

Hęc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. 2. Zain.

Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui. 3. Zain.

Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine: & consolatus sum. 4. Zain.

Defectio tenuit me: pro peccatoribus de relinquentibus legem tuam. 5. Zain.

Cantabi-

6. Zain. Cantabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.

7. Zain. Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodiui legem tuam.

8. Zain. Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

INCIPIT TRACTATVS SEPTIMVS.

VERSVS PRIMVS.

Memor eſto verbi tui ſeruo tuo: in quo mihi ſpem dediſti.

Hic propheta induit perſonam ſperãtis in Deũ.

PErſonam ſperantis in Deum aſſumit in hoc octonario Propheta, quæ ferè per omnes verſus explicatur & ſignanter in vltimo, vbi dicit; Hæc facta eſt mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui, vel cuſtodiui, vt dicit alia litera. Nam hæc eſt vera ſpes, quæ per media à Deo decreta ſperat beatitudinem, nempe per obſeruantiam mandatorum Dei, nam alia potius eſt præſumptio, quàm ſpes, vt ſtatim videbimus. Litera etiam huic perſonæ addita quæ eſt Zain, ſeptima in alphabeto Hebræo, quæ ſignificat, huc, vel duc te, optime propoſito congruit, quia hic agit de ſpe quæ non eſt de præſentibus, ſed tantum ad futura attendit, quaſi dicat, huc tende, huc dirige iter tuum, tanquam tui ductor & rector quò vocat te verbum Dei, nempe ad cæleſtem gratiam & ad æternitatem, cum ait Matth. 11. Veni te ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, ſic Caſsiodorus, Duc te de temporalibus ad æterna, de viſibilibus ad inuiſibilia, in quibus vera eſt mentis requies atque tranquillitas. Quare non immerito hæc litera in ſeptimo ponitur octonario, quia in ſeptimo die Sabbathum, id eſt, requies eſt, requies eſt, quia in eo requieuit Deus ab omni opere quod patrarat, illuc ergo vbi vera requies eſt, duc te per ſpem quam habes.

Zain, ideſt Huc, vel Ducte.

Matth. 11.

Caſsiodorus.

Geneſ. 2.

Circa quod notandum, quòd in viro Chriſtiano ordine quodã diuino

diuino & supernaturali post fidem generatur spes, imò ab ea ortum habet, nam cum per fidē intelligit Christianus quod in Deo consistit sua vltima beatitudo, statim generatur spes eam adipiscēdi, inde originem ducit fons ille aquæ viuæ salientis in vitam æternam, quem Dominus promisit Samaritanæ Ioan. 4. Nam eo ipso quod Deus creaturam ad aliquem dirigit finem, ex cōsequēti debetur illi inclinatio & propensio ad talem finem. Hoc enim ipsamet natura flagitat, & iustitia Dei quæ in vniuersi gubernatione splendet, id efficit, nam quia finis lapidis est cētrum, & ignis locus sursum, eo ipso vtrisque inclinationem & pondus indidit, quo ad suos se inclināt fines & mouent, quòd si ad aliquid altius eleuasset lapidem, certè pondus & propensionem etiam ei debebat tribuere, qua ad illum altiorem finem dirigeretur, vt si ei tribueret alterū lapidem generare, ad hoc debebatur ei etiam inclinatio, qua ad id traheretur. Homini quidem scopum assignauit, quò secundū naturam tenderet. Nam inquantum est ens, habet pro scopo se in illo conseruare, ad quod naturalem habet inclinationem. Videmus enim, q̄ absq; vllo rationis imperio, sed ipsa instigante & imperante natura, pars pro conseruatione totius se periculo dat, vt cum ad defensionem capitis brachium ictus suscipit gladij, inquantum viuens & animal suos etiam habet fines, ad quos etiam inclinatur nēpe ad motū & generationē, sed inquātū homo habet etiā Deū pro fine naturali, nēpe cognoscere illū inquantū prima omnū causa & vltimus omniū finis, ad quod nō deest homini propēsio maxima, imò illud naturale desideriū sciēdi quod Philosoph⁹ in prologo suæ metaphysicæ docet, summaq́; illa solicitudo atq; curiositas quam Philosophi ad hoc indagandum adhibuerunt, indicium non minimum talis inclinationis præbent. Cæterum per gratiam hominem ad altiorem finem euexit Deus, nempe ad beatitudinem, quæ in clara ipsius Dei visione consistit, ad quod non vires naturæ sufficerant, nec sine supernis auxilijs assequerentur. Euectus ergo ad nouū finem ad quem natura nō inclinabat, oportet, vt & noua ei imprimeretur pro pensio, qua ad talē ferreretur scopum: hæc autem est spes Christiana, vna Theologarū virtutū, quæ nō nisi per diuinā infusionem habetur, quam generat fides, estque aqua illa saliens in vitam æternam, argentum quoddam viuum in anima faciens illam salire in vitam æternam, inquietumque tenens cor, donec talem assequatur scopum, secundum illud

Post fidem gñrat spes.

Ioan. 4.

Aristotel.

quod

D. Auguſtinus. quod dicit Auguſtinus in confeſſ. Feciſti nos Domine ad te,& inquietum eſt cor noſtrum,donec perueniamus ad te. Vnde titu-
Pſal. 38. lus Pſalm. 38. in quo dicit Propheta; Et nunc quæ eſt expectatio mea? nonne Dominus eſt ſubſtantia mea? (hoc eſt beatitudo mea,in cuius comparatione cætera omnia accidentia ſunt) titulus,inquam, huius Pſalmi eſt. In finem pro Idithum canticum Dauid. Idithum tranſiliens interpretatur, & ſignificat virum omnia hæc temporalia tranſilientem inquietudineque quadam in ſu-
D. Auguſtinus. pernum finem ebullientem,& Diuus Auguſtinus Epiſt. 120. tomo. 2. ſic explicat illud Pſalmi 21. Spes mea ab vberibus matris meæ, hoc eſt tu me tranſilire feciſti ab vberibus matris meæ ad te tuaque promiſſa, id eſt, vt à temporalium amore quæ in vberibus matris meę ſuxi,ad tua tranſirem ſperãda bona,ablactaſti me
1. Petri. 2. à temporalibus & in æternorum ſpe educaſti me. Et. 1. Petri. 2. dicitur; Regenerauit nos, in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. Per gratiam regeneratur homo,& quaſi de no-
2. Cor. 5. uo creatur, fit enim noua creatura, vt ait Paulus. Vnde omnia ei de nouo conferuntur,nouam formam,nouas inclinationes,ac deſiderium,nouas ac ſupernas cognitiones accipit,informatur enim tota eius anima gratia,infunditur ei cognitio fidei;ex qua ortum habet ſpes,quę eſt noua inclinatio ad futura,vnde oritur charitas, nouus amor & maximus, ex hoc enim quòd à Deo ſperamus tot bona in amorem prorũpimus eius,qui largiturus eſt. Loquitur igitur Diuus Petrus de ſpe viua quæ eſt in omnibus habentibus gratiam,quæ impellit animam ad æterna quæ eſt fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam,fons autem iſte in ipſo homine eſt nempe in voluntate,in qua ſubiectatur ſpes,quæ deſiderat bonum arduum, & ſuperexcellens, cuius non eſt capax appetitus ſenſitiuus: nam etſi vena & origo à qua fons iſte ſcaturit,in cælo ſit, vnde Theologicæ virtutes originem ſuam trahunt, atque ideo nos
1. Petri. 1. conſortes diuinæ naturæ efficiunt,ſecnndùm illud 1. Petri. 1. Per quem maxima & pretioſa promiſſa nobis donauit, vt diuinæ ſimus cõſortes naturæ; nihilominus fons ipſe in nobis eſt, ſicuti etſi manale fontis, qui eſt in horto tuo aliundè ſit,fons tamẽ ipſe in horto tuo eſt. Vnde etſi viri Chriſtiani iuſtitia qua iuſtificat, ſit communicata à Chriſto: tamen iuſtitia ſibi inhærente iuſtus eſt, & ego ipſe iuſtificor, mereor,ſpero, credo,amo, licet omnia hæc à Deo ſint nobis infuſa veluti aqua poſtquam ab igne accepit calorem,

lorem,ipſa calefacit licet ab alio mutuauit hanc formam. Sed quo niam manale & origo huius fontis eſt in cælo, hinc eſt, quod illucuſque tendit ſpes,ſicuti aqua in ea mẽſura & æqualitate aſcendit,in qua eſt principium & vena vbi ſcaturit, ideo enim videmus aliquos fontes emittere aquas,tres vel quatuor cubitos ſupra,quia in ea erat æqualitate ſuum principium. Cum ergo origo ſpei ſit ſupremus omnium locus, hoc eſt empyreum cælum, illuc vſque ſalit & aſcendit, ſalit enim in vitam æternam. Vnde piſces illi qui habent alas quibus ſuper aquas ſaliunt,mundi ſunt, ille ergo mundus eſt,qui per hanc ſpem & temporalia tranſilit,& ad æterna capienda ſe proijcit. De hac ergo ſpe in hoc octonario loquitur Propheta, qui perſonam hominis ſperantis in Deo in eo agit, & dicit. Memor eſto verbi tui ad ſeruum tuum, vel quod loquutus es ad ſeruum tuum, Cõmittitur enim elypſis figura, quæ interuenit, quando eſt aliquid ſupplendum in oratione, quod frequentiſsimè accidit in ſcriptura.

(Memor eſto verbi tui ſeruo tuo &c.) Auguſtinus ſic ait in hoc loco. Morali & cõſueta loquutione qua humanus moueatur affectus,dicitur memor eſto,non enim obliuio cadit in Deum, ſed ſic vt dicitur pœnitere Deus quando præter hominum ſpem res mutat,conſilio non mutato,ita dicitur & obliuiſci quando tardat,& memor eſſe cum ita dat, hoc tamen Deus facit certa diſpoſitione non deficiente memoria nec obſcurata intelligentia,nec voluntate mutata. Seruo tuo, Ambroſius, cuius oculi ſunt in manus domini,verecunde ſe dignum oſtẽdit, quaſi diceret,non vſurpatiuè ſpero,& peto,ſeruus ſum expecto alimentum à Domino, miles ſum exigo ab imperatore ſtipendium. D. Auguſtinus. D. Ambroſius.

Lyranus in hoc loco affirmat, quòd hic petat Propheta à Deo promiſſa regni cælorum,quæ olim promiſit Abrahæ quãdo Gene.25.dixit ei. Suſpice cælum,& numera ſtellas ſi potes,ſic erit ſemen tuum, vbi dicit quòd ſecũdum ſenſum literalem promittitur ei hæreditas regni cælorum,in qua beati fulgebunt, ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates,vt dicitur Dan.12. nam ſupra cap.13. dixerat; quòd ſemen ſuum futurum erat ſicut puluis terræ, nunc autẽ ait,quod erit ſicut ſtellæ cæli diuerſa. Videt hæc promiſsio à priori, ibi promittebatur terrena propagatio ſeminis ſicut puluis terræ, hîc autem æterna ſicut ſtellæ cæli, ibi arenæ & pulueri comparatur propter ſterilitatem ſpiritus quæ in ſynagoga ſemper fuit, hic Lyra. Geneſ. 25. Dan. 12.

autem aſsimilatur ſtellis,cæli quæ innumerabiles ſunt, vt oſtende ret ſpiritualē propagationē filiorum Abrahæ ſecundū promiſsionis ſpiritum, quæ tam in militanti quam in triumphanti Eccleſia florere debebat,vt vult Rabbanus, de vtraq; intelligitur teſtimonium illud Iſaiæ 54.quod Apoſt.Gala.4.citat.Lætare ſterilis quę non paris,erumpe & clama,quæ non parturis, quia multi filij deſertæ,magis quàm eius quæ habuit virum,vt Diuus Thom. & alij interpretantur,& ita Eccleſia in officio mortuorū canit & dicit,Signifer ſanctus Michael repreſentet eas in lucem ſanctam, quam olim Abrahæ promiſiſti & ſemini eius,& ſic intelligit Lyranus illud Ioan.8.Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meū vidit,& gauiſus eſt.Dies Chriſti Dñi fuit dies mortis eius,quando hominē iuſtificauit, iuſtificatiſq; reſerauit cælū,tunc ergo Abraham talem diem vidit & gauiſus eſt, quādo talis reuelatio ei facta fuit,& certè Abulenſis idem videtur ſentire,ratio eius eſt, quia ad ſenſum literalem nō debet attendi,quid verba ſonent,ſed quid intendat principaliter proferēs,nam intentio non debet ſeruire verbis,ſed verba intentioni cap.Intelligentia. extra, de verb. ſignific. nam verba adinuenta ſunt, vt abditos animæ reſerarent cōceptus vt dicitur. 1.Periherm. Si ergo principaliter voluit Deus reuelare Abrahæ æterna promiſſa,id illa verba ſignificare credenda ſunt, nec tunc duo erunt ſenſus in illa litera, vnus qui loquatur de terrena promiſsione & corporali, alter de ſpirituali, ſed vnus tantum, nam ſub illis verbis,quæ promiſsionem temporalē ſonabant,æternam voluit Deus polliceri, & vbi vnum propter aliud ibi tantum vnum eſt,vt in regulis topicis docet Ariſt.Sed an ibi, vel in alijs locis leg.vet.fuerit facta promiſsio ſpiritualis, vel ea legi gratiæ reſeruaretur,difficultas eſt, quæ longiorem exigit diſputationem in aliud tempus commodius differendam, conſule interim Diuum Thom.3.ſenten.diſt.in.40.art.4,quæſt.1.

Rabbanus. Iſaiæ, 54. Galat.4. D. Thom. Eccleſia. Ioan, 8. Abulenſis. Ariſtotel. Idem in topicis. D. Thom.

(In quo mihi ſpem dediſti). Nam promiſsio illa fuit facta ſemini Abraham non tam ſecundum carnem quam ſecundum ſpiritum,quoniam de hoc ſpirituali ſemine altiſsimè intelligit Diuus Paulus, & quod Abraham pater multarum gentium à Deo conſtitutus eſt,& in ſemine eius benedictiones eſſent adimplendæ,vt in ca.9.epiſt. ad Rom. diuiniſsimè ſimul & abditiſsimè explanat.

Roma.9.

(In quo mihi ſpem dediſti) ſpes noſtra roborata in promiſsionibus diuinis certiſsima eſt, atq; ad cumulum beneficiorum Dei expectat,

expectat, quòd quaſi ſygillata in diuina ſcriptura, quò firmiorem haberemus ſermonem promiſſa Dei habemus, quæ ſygilla nobis credidit, quod maximè dilectionis & amplitudinis indicium eſt. Vt Paul. Roma. 8. Quid ergo amplius Iudæo eſt, aut quæ vtilitas circunciſionis? multum per omnem modum. Primùm quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei. Et cap. 9. Enumerans populi Iudæorum excellẽtias peculiares ſibi à Deo collatas ait. Qui ſunt Iſraelitæ? quorum adoptio eſt filiorum & gloria, & teſtamentum & legiſlatio, & obſequium & promiſſa, &c. Veluti ſi rex non ſolum aliquem honoribus & priuilegijs decorauerit, verum id ſcripto, & annullo ſuo ſignauerit, atque in ſua commiſerit poteſtate, eſt in hoc veluti priuilegij dati ſtabilis & integra confirmatio, & promiſſæ felicitatis expectatio ſecura. roma. 8. Idem ca. 9. Simile.

VERSVS SECVNDVS.

Hæc me conſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.

HÆC ſcilicet ſpes conſolata eſt me in afflictioñe mea. Hoc enim ſignificat humilitas frequentiſsimè in ſcriptura, vt ex Græco nomine patet, quod ſignificat afflictionem in multis locis, vbi nos legimus humilitatem. Ruth. 1. Cur vocatis me Nohemi, quam Dominus humiliabit & afflixit omnipotens? Et Pſalm. 34. Humiliaſti nos in loco afflictionis. Deuteronom. 26. Reſpexit Dominus humilitatem noſtram, hoc eſt afflictionem. Et Pſalm. 24. Vide humilitatem meam & laborem meum, hoc eſt, afflictionem & laborem, & ita vertunt Hieronymus & Felix pro humilitate afflictionem in hoc loco. Spes ergo fortiſsimum ſolatium eſt in omni tribulatione iuſtorum, ſecundum illud Hebræorum. 6. Fortiſsimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animę noſtræ, tutam ac firmam. Nam ſicut anchora tenet fluctuantem nauem ne ab impetu tumentium fluctuum huc illucq; rapiatur & pereat, ſic ſpes futurorũ in quibuſcũq; aduerſis animam firmam detinet ne ſuccumbat. Leuit. 20. Præcipiebatur vt paſſer qui pro emundatione Leproſi immolabatur in aquis viuis mactaretur, ſuprà ſpem aquis illis viuis, quas Dominus promiſit Samaritanę, comparauimus, ſancti ergo in his viuis aquis delibantur, immolãtur, & mactantur, propter has quippe ſpes futuro- Ruth. 1. Pſalm. 34. Pſalm. 24. D. Hieronymus. Hebr. 6. Leuit. 20.

rum bonorum ſanguinem ſuum fundebant & mundabantur tali
Roma. 8. baptiſmate. Vnde Paulus ad Roma. Spe ſalui facti ſumus. Hæc
Tob. 2. ſanctum virum Tobiam in ſua cæcitate conſolabatur, quando inſultantibus, & irridentibus cognatis eius atque dicentibus, vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? increpans eos, reſpõdebat. Nolite ita loqui, quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus eſt, his qui fidem ſuam nunquam mutant ab eo, id eſt, his qui fiduciam & ſpem nũ-
Coloſſ. 1. quam auertunt ab eo, ſecundum illud Pauli Coloſſen. 1. Si permanetis in fide fundati, & ſtabiles, & immobiles à ſpe Euangelij.
Iob 13. & 16. Hæc pacientiſsimum Iob ſolabatur in tot aduerſis & miſerijs conſtitutũ, eum dicebat. Etiam ſi me occiderit, ſperabo in eum ca. 13. & cap. 6. Et hæc mihi ſit conſolatio ſi affligens me doloribus non
Roma. 15. parcat, & Paul. Roma. 15. ſic ait, Quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam & conſolationẽ ſcripturarum ſpem habeamus, continetur quippe in ſcripturis pa-
Iacob. vlti. tientia ſanctorum in malis ſuſtinendis. Iacob. vltimo. Patientiam Iob audiſtis continetur etiam cõſolatio exhibita eis, à Deo ad tot
Pſalm. 93. mala ſuſtinẽda ſecundum illud Pſalm. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerũt
1. Petri. 1. animam meam. Et. 1. Petr. 1. dicitur, Prænuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſsiones, quæ pertinẽt ad pacientiam, & poſteriores glorias, quod pertinet ad conſolationem. Fructus autem ex hac doctrina conſequutus, eſt ſpes maxima quam ex his capimus ſperantes nos in noſtris tribulationibus conſolationem & ſolatium acci-
Paul. vbi ſupra. pere à Deo. Vnde & ſubdit Paulus vbi ſupra. Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute Spiritus ſancti. Vbi ſpei tribuit gaudiũ & pacem, tali quippe titulo prænotatur Deus quali propoſito maximè congruebat, & quoniã de effectibus ſpei agebat cuius immediata cauſa Deus eſt, ideo vocat eum Deum ſpei, qui cum infundat cauſam, effectus ſubſequentes & dabit, quales ſunt gaudium & pax & alij, qui ita firmant animum in præſentibus laboribus ſpe futurorum, vt
Cant. 2. leuius & quietius eos ferant iuſti. Vnde & ſponſa Cant. 2. dicebat, Sub vmbra illius quem deſideraberam ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, hoc eſt ſpes vmbram mihi facit, & refigerirem tribuit à calore præſentium, vt ſpe futuri fructus animus leuigetur, nam & fructus qui in hac vita præguſtantur à iuſtis (quorũ vnus

eſt ſpes

eſt ſpes futurorum,quæ & gaudium & longanimitatem generat) dulciſsimi ſimul & ſuauiſsimi ſunt,prælibationes enim ſunt futurorum. Vnde Iob 7. Sicut ceruus deſiderat vmbram & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui. Vbi Gregorius ait. libr. 8. moral.cap. 5. Mercenarius etenim cum facienda opera conſpicit, mentem protinus longinquitate & pondere laboris addicit, cum vero laceſſentem animum ad conſiderandum operis præmium reuocat, vigorem mox animi ad exercitium laboris reformat, & quod graue perpendit ex opere,leue exiſtimat ex remuneratione, ſic electi quique dum mundi huius aduerſa patiuntur cum in honeſtates cõtumelias rerum, damna,cruciatus corporis,tollerãt eſſe grauia quibus exercentur penſant, ſed cum mentis oculum ad æternæ patriæ cõſiderationem tendunt ex comparatione præmij,quàm ſit leue quod patiuntur inueniũt, quod enim valde eſſe importabile ex dolore oſtenditur, conſideratione probida exremuneratione leuigatur, Hæc nanque ſpes nubes eſt illa quæ vmbram populo Iſraelitico per deſertum faciebat. Libet ex Diuo Auguſtino Encomium huius altiſsimè virtutis afferre, de qua in ſermone. 10. ad fratres in Eremo tom. 20. ſic loquitur, O ſpes ſanctorum & turris fortitudinis eorum,quæ non cõfundis, ſed te expectantibus gratiam infundis,non cæcas,ſed illuminas,non famelicas,ſed reficis,O felix ſpes cæleſtis,tu timorem ſeculi expugnas, conſolationes mũdanas extirpas, per te timor non augetur, per te falſa cupiditas non ſomniatur,per te ſuperbia auellitur,per te inuidia non dominatur,per te cuncta vitia terminantur, O ſpes cæleſtis curiæ,in te regnat charitas, quæ credit omnia quæ ad ſalutem pertinent,omnia ſperat,quæ promiſſa ſunt,o fratres mei,quis hominum poteſt mentem ſeruorum Dei infirmare ſi apud Deum ſpes cæleſtis allegat,in quò nocebũt eis tyrannorum fulmina,fortunæ præcipitia, quid agent? O ſpes tu cogitationes dirigis, tu in charitate altitudinem ponis vt in ea perſeueremus vſq; ad mortẽ, tu in charitate latitudinem extendis vſq; ad inimicũ, O ſpes cæleſtis gloriæ per te Patriarchæ mala patienter ſuſtinuerunt, per te Prophetæ cuncta mala portauerunt, per te Apoſtoli ad mortem gaudenter perrexerunt,per te Martyres affligi ſunt, per te Virgines combuſtæ ſunt,per te Confeſſores vituperati ſunt, per te Viduæ caſtitatẽ aſtringunt,per te maritatę lũbos præcingunt,per te populi languẽtes & orphani ſperant ridere, per te pauperes confi

Iob. 7. D. Gregorius.

Figura. D. Auguſtinus.

dunt gaudere, per te peregrini ſperāt terminū & ad finem laboris peruenire, ô ſpes tu omnia portare facis dulciter & ſuauiter, Eia ergo fratres hanc amate, hanc tenete, non tamen ſine timore, quia qui ſperat & non timet negligēs eſt, qui autē timet & non ſperat, depræſſus eſt & deſcēdit in profundū quaſi lapis, à quo deſcenſu liberet nos ille, qui de cælo deſcendit, vt nobis vitam donaret & aſcenſum, Chriſtus Deus noſter amen. ¶ Diuus Auguſtinus id intelligit de humilitate (hæc me cōſolata eſt in humilitate mea) de humilitate inquā, quæ eſt virtus qua quis ſe & ſuos defectus agnoſcens ſe ſubdit Deo, & ſpes conſolatur humiles dicente ſcriptura, Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autē dat gratiam, & Dñs Qui ſe humiliat exaltabit, ſed D. Ambr. id intelligit de humilitate quæ eſt afflictio, De qua Pſal. 43. Humiliaſti nos in loco afflictionis, ſed eloquiū Dei hos afflictos viuificat, quia ſcriptū eſt nō ſunt cōdignæ paſsiones huius tēporis ad futurā gloriā quę reuelabit in nobis. Quiſquis enim meliora ſperat nuſquā leuioribus frangitur. Hæc Ambr. (Quia eloquiū tuū viuificauit me) quia verbū Dei eſt vita interioris hominis dicēte Chriſto Matth. 4. Nō in ſolo pane viuit homo, ſed in omniverbo, quod procedit de ore Dei, nā ſi tentaris ſcriptū eſt, 1. Cor. 10. Fidelis Deus qui nō permittet vos tētari ſuper id quod poteſtis, ſed faciet etiā cū tentatione prouentū, vt poſſitis ſuſtinere. Et Luc. 22. Ecce Satam expetiuit vos vt cribraret ſicut triticū, ego autē rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua, & in Pater noſter petimus, & ne nos inducas in tentationē. Si affli xeris, Eccl. 2. dicitur, in dolore ſuſtine & in humilitate patiētiā habe, qm̄ in igne probatur aurum & argentū, homines vero receptiles in camino humiliatiōis. Si perſequutus fueris, beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiā, & ſic de alijs. Plurima enim ſunt eloquia Dei ad roborandum animum in quibuſlibet aduerſis.

D. Auguſtinus.

Lucæ. 4.

D. Ambroſius.

Pſalm. 43.

Roma. 8.

D. Ambroſius.

Matth. 4.

1. Cor. 10.

Lucæ. 22.

Eccleſ. 2.

VERSVS TERTIVS.

Superbi iniq; agebāt vſquequaq; à lege autē tua nō declinaui.

QVia ergo ex cōſtantia martyrū, Tyranni affligebātur, & truculētius ſeuiebāt in eos, ideo ſubdit. Superbi iniq; agebāt vſquequaq;, valde nimis. Quid eſt autem valde nimis iniq; agere, niſi non ſat tibi eſſe, q̄ ſis impius, niſi & pios impios feceris; hoc eſt enim in cathedra peſtilentiæ ſedere, nō ſolum patrator, ſed & doctor iniquitatis fieri; vt & alios verbis & exēplis ad mala

Pſalm. 1.

ad mala prouoces. Hinc illud malorũ inuitatoriũ, quod Sapien. 2. canebant, quaſi oẽs inuitãtes ad mala cũ dicebant. Venite & fruamur bonis, quę ſunt, & vtamur creatura in iuuẽtute celeriter, vino pretioſo & vnguẽto nos impleamus, & non pertrãſeat nos flos tẽporis, coronemus nos roſis anteq̃ marceſcãt, nullũ pratũ ſit quod nõ pertrãſeat luxuria noſtra; opprimamus pauperẽ iuſtũ, & non parcamus viduæ nec veterano circũueniamus iuſtum, &c. Peccator cõparatur leproſo, qui leprã ſuã alta voce præ dicabat. Sic peccatores peccatũ ſuũ ſicut Sodoma prædicauerunt, nec abſconderũt, vt alios etiã ad ſuos alliciãt mores. Naturale quippe eſt, cuicũq; ſibi ſimilẽ generare, vnde peccator peccatorẽ gignit, hæreticus hæreticum generat: igni cõparatur iniquitas, qui inter elemẽta maximæ actiuitatis eſt, omniaq; inuenta cõburit. Sic peccatores vbiq; relinquũt iniquitatis ſuæ ſigna, ſermo enim eorũ, vt cancer ſerpit, ait Paulus, errãtes & in errorẽ inducẽtes. Vnde Eccle. 13. Qui tetigerit picẽ inquinabit ab ea, & qui cõmunicauerit ſuperbo, induet ſuperbiã (veſtirſe ha de ſu librea). Vnde Gregorius. 8 moral. c. 30. dicit, Sed vtinam hypocritis ſua perditio ſola ſufficeret: & nequaquã peruerſa eorũ ſtudia, ardenter alios advitã duplicitatis inſtigarẽt; Hoc nãq; vniuſcuiuſq; propriũ eſſe ſolet, vt qualis ipſe fuerit, tales ſibi coniungi & alios vellit, diuerſitatẽq; vitæ fugiat, atq; hoc imitandũ imprimat, quod amat. Vnde & ſubdit Iob. Hæc enim lętitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinẽtur, hoc eſt, ſimiles illis germinẽtur. ¶ Vbi diligẽter aduertendũ eſt, quod ſuperbia eſt maximũ peccatorũ, & hoc quadrupliciter, origine, genere, numeroſitate, tẽporis antiquitate, quia vt dicitur Eccle. 10. Initiũ omnis peccati eſt ſuperbia. Genere, quia vt dicit glo. Gregorij, Superbia natione cæleſtis, ſublimiũ mẽtes inhabitat, Numeroſitate, quia fere oẽs ſuperbi ſunt, & omniũ vitiorũ ſuperbia eſt parẽs. Nã vt ſtatim infert gl. Sub cinere latitat, & cilicio. Tẽporis antiquitate, quia hoc fuit primũ peccatũ in diabolo, cũ dixit, Iſai. 14. Aſcendã in cælum, ſimilis ero altiſsimo, & in homine cum ei ſuggeſsit diabolus Gene. 3. Eritis ſicut dij. Vnde Tob. 4. Superbiã nũquã in tuo ſenſu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipſa enim initium ſumpſit omnis perditio. Et Num. 15. dicitur, Anima quæ per ſuperbiã aliquid commiſerit, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus: qm̃ aduerſus Deũ rebellis fuit, peribit de populo ſuo. Ecce q̃ cũ alia peccata in lege ſacrificia habeant ad expiationẽ, ſola ſuperbia quaſi maxima

Sapien. 2.

Peccator cõparatur leproſo. Iſaiæ. 3.

Igni cõparat iniquitas.

2. Tim. 3. Eccleſ. 13.

D. Gregorius.

Eccleſ. 10.

Iſaiæ. 14.

Gene. 3. Tob. 4.

Num. 15.

non habet. Hæc omnia tu multuariè ſelectis ſanctorũ teſtimonijs
D. Ambroſius. cõprobare libet. Primũ. Ambr. ſuper hunc locũ ſic dicit. Maximũ peccatum in homine ſuperbia eſt: quoniã quidẽ inde manauit noſtri origo delicti, hoc telo primùm nos diabolus vulnerauit & perculit, nam niſi homo ſerpentis ſuaſione deceptus: ſicut Deus eſſe voluiſſet, & verum falſumq́; cognoſcere, q̃ penitus diſcernere humana fragilitas nõ poterat, ideoq́; quod ſequeretur acceperat nec temeraria vſurpatione de illa paradiſi felicitate decideret, niſi inquã homo ſuis non contentus finibus interdicta temeraſſet, nunquam feralis culpæ ad nos tranſiſſet hæreditas, & quid de homine dicam; ipſe diabolus per ſuperbiam naturæ ſuæ amiſit gratiã. Denique cum dicit, Ponam thronũ meum ſuper altitudinẽ nubium, & ero ſimilis altiſſimo, cum conſortijs cecidit angelorum, cuius criminis digna mercede damnatus, hominem ſibi participem requiſiuit, in quem conſortium ſuæ transfunderet offenſæ. Quid igitur hoc peccato poteſt eſſe deterius? quod à Dei incipit iniuria? ideo-
Iacobi. 4. que & ſcriptura dicit, Iacob. 4. Superbis Deus reſiſtit tanquã ſuæ contumeliæ propulſator, veluti quodam ſuſcipit aduerſus ſuperbiam ſpeciale certamen: tanquam dicat, meus iſte aduerſarius eſt
Pſal. 118. qui me laceſsit, mihi debetur iſta cõgreſsio. Vnde Pſalmiſta commendare volens humilitatem ſuam, nulla ſuperborum iniquitate attentatus, ait, Superbi iniquè agebant nimis, vnde non ſolum iniquitatem ſuperborum, ſed nimiam iniquitatẽ declarauit, quæ eue
Pſal. 100. nit ſuperbis, quorũ ne aliquo tentaretur contagio, alibi dicit, Pſal. 100. Superbo oculo, & inſatiabili corde, cũ hoc nõ edebã. D. Au-
D. Auguſtinus. guſtinus tom. 2. ad Dioſcor. epiſt. 56. ait, Iam nobis, de aliquo bono facto gaudẽtib⁹, totũ extorquet de manu ſuperbia, vitia quippe cætera in peccatis; ſuperbia vero etiã in rectè factis timẽda eſt, ne illa quæ laudabiliter facta ſunt, ipſius laudis cupiditate amittãtur. & Tom. 4. De ſalutar. docum. ait, loquens de ſuperbia. Ipſa eſt omniũ peccatorũ initiũ & finis & cauſa: quia nõ ſolũ peccatũ eſt ipſa ſuperbia, ſed etiã nullũ peccatũ eſſe potuit aut poteſt, aut poterit, ſine ſuperbia. Siquidẽ nihil aliud omne peccatũ eſt niſi Dei cõtẽptus, quo eius præcepta contẽnimus, & hoc nulla res alia perſuadet homini niſi ſuperbia. Porrò ſuperbia & cupiditas in tantũ
Ex ſuperbia naſcuntur hæreſes chiſmata. eſt vnum malũ, vt neq; ſuperbus ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſsit cupidus inuenire; de ſuperbia nãq; naſcunt hæreſes, ſchiſmata, detractiones. inuidiæ & iræ, rixæ, diſſenſiones, cõtentiones, animoſi-

moſitates,ambitiones,electiones, præſumptiones, iactantia, verboſitas,vanitas,inquietudo,mendacium,periurium,& cætera huiuſmodi,quæ dinumerare per ſingula,longum eſſet.Et D.Gregorius lib.32.mor.cap.7. ſuper illud Iob.40.Reſpice cunctos ſuperbos & confunde eos, & contere impios in loco ſuo, ſubaudi, vt ego,ait.Superbi enim ex reſpectu Domini confunduntur,aut hic de pietate Domini cognoſcentes & damnantes crimina, aut illic ſupplicia de iuſtitia ſentientes. Impiorum vero locus ipſa ſuperbia eſt, quia cum ſcriptum ſit,Eccleſiaſt. 10. Initium omnis peccati ſuperbia, vnde oritur impietas, ibi continetur, quanuis nec quicquam à ſuperbia diſtat impietas, valde enim ſuperbire eſt impia de autore ſentire. Impius ergo in loco ſuo conteritur, quia ipſa ſuperbia, qua eleuatur opprimitur, cumque efferendo ſe in cogitationibus erigit, lumen ſibi iuſtitiæ, quod inuenire debuiſſet, abſcondit. Sæpè autem dum contra Deum falſa gloria exterius proficit,vera miſeria cordi interius innaeſcit. Vnde Propheta ait, Pſalmo. 72. Deieciſti eos dum alleuarentur, non enim ait, Deieciſti eos poſtquam eleuati ſunt, ſed dum alleuarentur, quia hoc ipſum fit ſuperbis interius deijci, quod eis falſa contigit gloria, exterius eleuari, ordinante diuino iudicio, non eis hic aliud culpa eſt & aliud pœna, ſed ſua illis in pœnam vertitur culpa, vt elatis faſtu ſuperbiæ, hoc ipſum ſit vere intus cadere, quod foris oſtenditur profeciſſe, & alibi ait Auguſtinus; Alta ſiccantur,& ima replentur. Bernard. Superbia, ſiue iam exiſtens,ſiue non,ſemper cauſa erit ſubſtractæ gratiæ;Nunquid, qui humilibus dat gratiam ſubtrahit datam? Ergo argumentum eſt ſuperbiæ, ſubſtractio gratiæ,& Gregorius.8.moral.cap.30.Sicut virtus humilitatis, omne vitium eneruat, ſic arrogantia roborat, cogit nanque mentem iuueneſcere, & contra vires valere; Quia & quòd negat vigor valetudinis,amor imperat laudis.Vnde Scirpus inter lapides commoratur, hoc eſt, hypocrita inter terrenas laudes. Superbia certe impedit gratiam & dona Dei; dicitur enim; Tumor infuſa depellit, Nam ſicut humilitas non ſolum gratia eſt, ſed etiam vas aliarum gratiarum. Sic ſuperbia non ſolum modo eſt malum, ſed impedimentum etiam bonorum. Vnde quidam Sapiens dixit Alexandro, cum agnoſceret cum ſuperbum. Deus præſto eſt largiri ſapientiam, ſed tu non habes vbi eam recipias. Conſeruat etiam ſuperbia vitia: cætera

D. Greg. Eccl. 10. Pſal. 72. D.Aug. D.Bernar. D. Grego. vbi ſupra. Dictũ philoſophi ad Alexãdrũ.

Simile. quippè vitia quando cum ſuperbia cocunt, ſunt veluti domus iuncta fortiſsimæ turri, quæ non de facili impugnatur, quia turris
Eccleſ. 3. defendit eam; Difficillimè etiã curatur. Eccl. 3. Synagogæ ſuper-
Simile. borũ nõ erit ſanitas; Nã ſicut cãſtrũ quod hoſtis expugnauit, de-
fendit ne in poteſtate reddeat eius à quo abſtulit, Sic vitiũ ſuper-
D. Grego. biæ animã quã ſemel incolit, difficulter dimittit. Deniq; Grego-
vbi ſupra. rius ait, ſuper Iob cap. 40. Euidentiſsimum reproborũ ſignum eſt ſuperbia, humilitas electorum; & Poëta quidã, de ſuperbia dicit;

Poeta quidam. *Inquinat egregios, adiuncta ſuperbia, morcs.*

Cuius admirabilem accipe deſcriptionem, ex quodam ſapien-
Deſcriptio te. Omnis ſuperbus eſt intollerabilis, habitu ſuperfluus, inceſſu
ſuperbi. pompoſus, huic ceruix erecta, facies torua, truces oculi, pro loco ſuperiori decertat, & melioribus ſe præferri affectat, ſententias ſuas, & facta & verba iactat, reuerentiam in obſequio non ſeruat. Quare hoc vitium omni cura à nobis repellendum eſt, quod eſt caput omnium vitiorum, Serpenti enim niſi contunderis caput, etiam ſi caudam præſcindas, nihil profeceris; caput ſerpentis reſecandum eſt. Vnde de anima iuſti dicitur ad ſerpentem.
geneſis. 3. Geneſis. 3. Ipſa conteret caput tuum, & Eccleſiaſt. 21. dicitur;
Eccle. 21. Quaſi à facie colubri fuge peccatum; Facies colubri, ſuperbia eſt, quæ eſt caput & initium vitiorum; Ab hoc ergo maximè fugien-
Idem. 30. dum eſt. De quo etiam poteſt intelligi illud. Eccleſiaſt. 30. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri, contrito hoc capite, facile
Chryſoſt. cætera extirpabis vitia. Vnde Chryſoſt. ait, Tolle hoc vitium, vt non velint homines apparere hominibus, & ſine labore omnia
Figuræ. vitia reſecantur. Superbia eſt primogenitus Pharaonis, in morte cuius filij Iſrael liberãtur, Goliath in frõte percuſſus, cæcidit in fa-
1. reg. 17. ciẽ ſuã & prẽualuit Dauid aduerſus eum. 1. Reg. 17. Sic qui ſuperbiã deuicerit aduerſus dæmonẽ prævalebit. Eſt quippè turris illa Babel, quæ vſq; ad cœlum pertingere cõtendit, iuxta quã cætera coaleſcunt vitia, hac expugnata & alia etiam deditionem facient.
Humilitas Sed quoniam contraria, contrarijs curantur, per humilitatem extirpandum eſt hoc vitium, vnde ſubdit. A lege autem tua non declinaui. Obedientia filia humilitatis eſt, & effectus eius, ſecun-
Ad Phil. 2. dum illud Philip. 2. Humiliauit ſemetipſum Dominus noſter Ieſus Chriſtus factus obediens vſque ad mortẽ. Imo eſt veluti radix,
D. Bernar. vel fundamentum aliarũ virtutum, nam & ait D. Bernar. Magna

virtus

virtus humilitas eſt, ſine cuius obtentu,non ſolum virtus non ſit, ſed etiam in ſuperbiam erumpit. & D. Auguſtinus loco proximè citato ad Dioſcoridem dicit;Quod ſicut rethor ille(nobiliſsimum Demoſthenē intelligit.)Cum interrogatus eſſet, quid ei primum videretur in eloquētiæ præceptis obſeruari oportere, Pronuntiationē dicitur reſpōdiſſe, cum quæreretur quid ſecūdò eandē pronuntiationē,quid tertiò,nihil aliud quam pronuntiationē dixiſſe, Si interrogares,& quoties interrogares de præceptis Chriſtianæ religionis,nihil me aliud reſpōdere, niſi humilitatē, putes. Accipe pulcherrimā anthiteſim ſiue cōtra poſitionē inter humilem Chriſtum, & diabolū ſuperbū, ex D. Auguſt. loco proximè citato de Salutaribus documentis, ait enim.Per ſuperbiā diabolus dicit; In cœlū aſcendā,Chriſtus cū humilitate dicit: Humiliata eſt in terra anima mea. Diabolus per ſuperbiam dicit; Ero ſimilis altiſsimo: Chriſtus per humilitatem, Cum eſſet in forma Dei,exinaniuit ſemetipſum formā ſerui accipiēs, patri factus obediēs vſq; ad mortem. Diabolus per ſuperbiam dicit;Super aſtra Dei exaltabo ſoliū meū: Chriſtus cū humilitate dicit; Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Diabolus ſuperbus per Pharaonē loquitur, dicēs; Neſcio Dominū & Iſrael nō dimittā: Chriſtus cum humilitate dicit;Si dixero quia nō noui eum,ero ſimilis vobis mēdax, ſed noui eum,& mādata eius ſeruo.Diabolus ſuperbus dicit;Mea ſunt flumina,& ego feci ea:Chriſtus cū humilitate dicit; Nō poſſum à me ipſo facere quicquā,ſed pater meus in me manens ipſe facit opera. Diabolus ſuperbus & cupidus dicit;Mea ſunt omnia regna mundi,& gloriā eorū,cui volo do ea: Chriſtus cum diues eſſet pro nobis factus eſt pauper, vt eius inopia nos diuites redderemur. Diabolus ſuperbus & cupidus dicit;Sicut colligūtur oua ,quæ derelicta ſunt, ſic vniuerſam terrā,ego cōgregaui , & nō fuit qui moueret pennam & aperiret os & ganniret. Chriſtus cum humilitate dicit; Similis factus ſum pelicano ſolitario, vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Diabolus per ſuperbiā dicit; Exiccaui veſtigia pedū meorū oēs riuos aggerū. Chriſtus cum humilitate dicit; Nūquid nō poſſum rogare patrē meū,&exhibebit mihi pluſquā duodecim legiones Angelorū?& vt ad vltimū concludā. Diabolus cū ruina magna per ſuperbiā & cupiditatē, ad infernū præcipitatur, Chriſtus cum humilitate ad cœlos ſubleuatur.Hæc Auguſtinus.Beatus Antonius vidit vniuerſum plenū laqueis, & excla-

D. Aug.

Reſponſio Demoſthenis.

Eſa.14. Pſal.43.

Philip. 2.

Matth.11.

Eſa.5. Ioan.7.

Ezech.29. Ioan.14.

Matth.4.

Eſa.20.

Pſal.201.

Eſa.37.

Matth.26.

Dictũ Chriſti ad B. Antonium.

exclamauit, dicens; Quis effugiet hoc domine Deus? cui Dominus reſpondit; Sola humilitas Antoni.

VERSVS QVARTVS.

Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo Domine, & conſolatus ſum.

IVdiciorum Dei recordatio, quibus & malos puniet, & bonos prẽmiat, maximũ ſolatium Dei cultoribus affert, ſperãtes, quoniam momentaneum hoc & leue tribulationis eorum, ſupra
2.Cor.4. modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus in eis operabitur, & quòd cõſummato præſentis vitæ curſu (quæ velut vmbra præterit) & mali quibus nunc arridet mundus, deprimentur, & boni quos odio habet, exaltabuntur, hæc autem conſolatio ex his quæ in præſenti ſeculo cernimus incipit. Iudicia quippè Dei à primo homine, vſque nunc ſpem roborant, & quaſi vmbram quandam præbent futurorum: vbi vnicuique ſecundum merita proprius deputabitur locus in ſempiternum; nam licet in præſenti ſeculo aliquos ſceleratos viſibiliter punierit Deus, tamẽ multos videmus facinoroſiſsimos homines quibus omnia proſperè cedunt, omnia arrident, omnia ſibi ad nutum eueniunt, è contra tamen plurimos virtute claros, iuſtitiæ ſtudioſos, in vltimis miſerijs conſtitutos cernimus, mundo exoſos ab hominibus abiectos, omniq́ue præſentis vitæ ſolatio exutos, ſi in mentem aliquando iuſtis non veniret, quòd & ſi in præſenti ita ſit, in futuro tamen commutabuntur
Gen.49. ſortes (ſicut Iacob moriturus, commutauit manus, ponens dexteram ſuper minorem ex filijs Ioſeph, ſiniſtram autem ſuper maiorem) pene mouerentur eorum pedes, pene effuderẽt greſſus
Pſal.72. ſuos, zelantes ſuper iniquos, & pacem peccatorum videntes, vt contigit Dauid. Nunc autem hæc memoria eos in officio continet, integroſq́ue atque æquales eorum animos, tam in proſperis,
D.Chryſo. quàm in aduerſis facit. Vnde D. Chryſ. hom. 5. de Prouidentia & fato, hac ſubtiliſsima ratione vtitur, ad probandum animã eſſe immortalẽ, aliudq́; iudiciũ futurũ, in quo æquitas, quæ hic aliquãdo minimè cernitur, appareat; ait enim. Quòd ſi trãſacta hac vita nullum aliud iudiciũ reſtat, ſequeretur q̃ Deus omniũ princeps iniuſtiſsimus ſuper oẽs homines eſſet; quod audire aures perhorreſcunt. Sed probat q̃ tale incõueniẽs conſequatur. Quoniã ad rectũ

iudicem

iudicem expectat,& iustis præmia, & malis supplicia decernere. In præsenti autem seculo,videmus diuersum accidere, nam quàm plurimos facinorosos cernas, qui loco suppliciorum delitijs maximis affluant, diuitijs voluptatibusque fruantur; è contra iustos multa mala perpeti,omniquepræsentis vitæ refrigerio destitui. Ergo vel iniquissimè Deus iudicat, quod impossibile est, in eo qui norma iustitiæ, imo iustitia ipsa est,iniquitatem cadere; hoc enim esset dicere, quod ipse calor est frigidus, & ipsa albedo est nigra, quorum vtrumque naturali lumini repugnat, vel fateri debes aliud expectandum tribunal, aliudque iudicium restare,vbi hæc æqualitas fiat, & boni qui hîc mercedem non receperant, copiosissimam accipiant; è contra, mali qui hîc non sunt puniti æternas tunc pœnas pro suis sceleribus luant. Quare Paulus ait, Statutũ est omnibus hominibus semel mori, & post hoc, iudicium. Vnde sapiens Ecclesiastes. 3. hac consideratione sibimet respondens aiebat, Vidi sub sole in loco iudicij impietatem: & in loco iustitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo, iustum & impium iudicauit Dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Videntes enim quæ in hoc seculo nequam contingunt, quomodo iusti mala recipiunt, è contra mali bona,quo quid iniustiùs excogitari potest? loco iustitiæ, quæ æqualitatem in rebus facit, non æqua sed inæqualia fieri.Ex his principijs, diuersa colligunt mali ac boni;Iniquus enim dicit in corde suo, Non est Deus, Psal. 13. Alij diuinam prouidentiam ab his inferioribus auferunt, secundum quod apud Iob dicebant;Nubes latibulum eius,iuxta cardines cœli perambulat:nec nostra considerat,& Ezech. 8.dicit;Non videt nos Deus,dereliquit Dominus terram. Ecce quid colligunt mali.Iusti autem inferunt & dicunt, iustum & impium iudicabit Dominus,& tempus omnis rei tunc erit.Vbi in Hebræo ponitur Hæloym, quod est nomẽ Dei, in quantum iudex & tempus omnis rei tunc erit.Præcesserat enim in principio capitis huius, Omnia tempus habent & suis spatijs trãseunt vniuersa sub cœlo, tempus tacendi, & tempus loquendi, tempus belli, & tempus pacis. Tacuit enim & siluit in hac vita Deus, sed tunc quasi parturiens loquetur, vt dicit Esaias; cum amaritudine & ira contra impios, sententiam æternæ damnationis proferens:Tunc autem erit tempus omnis rei. Erit enim tempus iustorũ, erit & malorum, & Dei & omnium creaturarum.

Eccles. 3.

Psal. 13.

Ezech. 8.

Eccles. vbi supra.

Esa. 42.

Primum

Primùm tunc erit tempus malorum, quando ſtipendium pro peccatis recipient, quod eſt mors æterna, ſecundum illud Pauli. Stipendia peccati mors. Vnde Pſalmo. 8. Inimici Domini mẽtiti ſunt ei, & erit tempus eorum in ſecula. Vbi Auguſtinus. Mentiti ſunt ei in baptiſmo, vnum profitentes, & aliud facientes, renuntias, renuntio, & reddit ad quæ renuntiauerat, vtique quibus rebus renuntias niſi factis malis, niſi factis diabolicis, factis à Deo damnatis, furtis, rapinis, periurijs, homicidijs, adulterijs, ſacrilegijs, ſacris abominandis, curioſitatibus? his omnibus renuntias, & rurſus his inflexus ſuperaris, facta ſunt tibi poſteriora, peiora prioribus. Canis reuerſus ad vomitum &c. Inimici ergo Domini mentiti ſunt ei, & erit tempus eorum in ſecula; erit tempus eorum ſine tempore, deſinet tempus bonorum, & incipiet æternitas ſuppliciorum. Nam Angelus Apocal. 10. Iurauit quòd amplius non eſſet futurum tempus, ſed æternitas. Erit ergo tunc tempus peccatoris; Nam tunc peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet, deſideriũ peccatorũ peribit. Pſal. 111. Nunc non ſe videt peccator, nam ſeipſum ad tergum, alios coram ſe habet, Tunc autem conuertet eum Deus, vt propria conſcientia conuictus, videat ſe. Arguam te & ſtatuam te contra faciem tuam. Pſal. 49. Ponam te coram te, vt videas te & confundaris Ex te, conuertantur & erubeſcant valde velociter, Pſal. 6. Antea erat auerſus à ſe, tunc autem conuertet eum iuſtitia diuina ad ſe: vt videat ſe & pudeſiat de ſe. Videbit ergo tunc & iraſcetur; Cui magis quam ſibi ipſi? ait Auguſtinus, Contra ſeipſum arma conuertet, Quoniam ipſum ſibi cauſam tanti ſupplicij eſſe videbit, Sapientiæ. 5. Pœnitentiam agentes & præ anguſtia ſpiritus gemẽtes &c. Quid profecit nobis ſuperbia? & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa &c. Ergo errauimus & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis &c. Dentibus ſuis fremet & tabeſcet. Ibi enim erit fletus & ſtridor dentium, ſed lachrymæ illæ tabeſcent, areſcent, ſine fructu erunt, quia ſerotinæ ſunt & intempeſtiuæ: lachrymæ iuſtorum ſunt pluuiæ tempeſtiuæ & opportunæ: quia ſuo tempore, nempe quando ſeminandi tempus eſt. Peccatorum autem importunæ, quia tempore meſsis erunt. De bonis dicitur; Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autem venient, cum exultatione portantes manipulos ſuos, ſed malis dicitur; Neſcio vos, quia clauſa eſt ianua.

Mors æterna ſtipẽdiũ malorum. Rom. 6. pſal. 8.

Apoc. 10.

Pſal. 111.

pſal. 49.

pſal. 6.

D. Aug.

Sapien. 5.

pſal. 125.

Matth. 25.

Flebunt,

Flebunt, ſed tabeſcent lachrymæ, quia intempeſtiuè & ſerotinè.
Flebunt igitur, ſed irremediabilibus lachrymis velut alter Eſau,
qui poſt datam fratri ſuo (quem elegerat Dominus) benedictio-
nem, venit & non inuenit locum pœnitentiæ, etiamſi cum lachry
mis inquiſiſſet eam, vt dicitur Hebr. 12. Sed in cœlo nō audietur Hebr. 12.
vltra vox fletus. Eſa. 65. Quia abſterget Deus omnē lachrymam Eſa. 65.
&c. deſiderium peccatorum peribit, radicitus euelletur, quicquid
deſiderabunt nō eueniet eis, quoniam non derelinquet eis radicē
nec germen. Malach. 4. (atrampa rayz.) In hac vita nullus deſpon Malach. 4.
dere animū debet, quātumuis in miſerijs magnis abiectus ſit, quia
poteſt ab eis releuari, ibi minimè, nec radicē nec germen derelin-
quet eis, hoc eſt, nec bona, nec ſpem aliquando habēdi, imo nec à
malis quieſcēdi, deſideriū peccatorū peribit in tantū quod deſide- Iob. 3.
rabūt mortē, & nō veniet imo fugiet mors ab eis. Id pro maximo Apoc. 9.
ſolatio elegerat Cain, quādo eiectus à facie Domini tremebundus gen. 4.
poſcebat vt quicunque eum videret interficeret. Sed dictum eſt ei
nequaquam ita erit, nec hoc tibi pro refrigerio erit, ſed erit mors
tua immortalis, & dices illud Iob. 3. Quare miſero data eſt lux, & Iob. 3.
vita his qui in amaritudine animæ ſunt? qui expectant mortē &
non venit quaſi effodientes ſepulchrum, ſed quicunque interfe-
cerit Cain reddet ſeptuplum, hoc eſt, ſeptem vindictas exoluet, vt gen. 4.
70. transferunt, id eſt, non vt tu exiſtimas morieris & mortem
pro remedio accipies, verùm viues vſque ad ſeptimā generationē
& conſcientiæ tuæ igne torqueberis, ita vt quicūque te occiderit,
aut in ſeptima generatione, aut in ſeptimo te liberet cruciatu, non
quod ipſe qui occiderit Cain ſeptē vltionibus ſubijciendus ſit, ſed
quòd ſeptē vindictas quæ in Cain tātopere cucurrerunt, ſoluat ac
finiat interfector occidēs eum qui vitæ fuerat derelictus ad pœnā,
veluti ſi ſeruus inter verbera diceret Dño, quia incēdi domū tuā, & Similitudo
vniuerſam tuā ſubſtātiā diſsipaui, interfice me. Dominuſq; reſpō
deret, nō vt vis morieris & finies morte ſupplicia, verum longo tē-
pore cuſtodieris ad vitā, & iam infeliciter in hac luce verſaberis, vt
quicunque te occiderit beneficium præſtet occiſo dum de tam
multis te liberet cruciatibus, ſic Ieronymus ad Damaſ. quæſt. 1. D. Hiero.
to. 3. imo nec à ſe nec à ſuis doloribus auertere poterunt tantillum
mentem, ſed ibi mens fixa manebit, vt nec per momentum quie-
ſcat, in hac vita attentio auerti poteſt ab eo quod te cōtriſtat, tunc
minimè, nec per inſtans, quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua
fugiam?

fugiam &c. Stultus Adam ſub ficu deliteſcere voluit à facie Domini, & folijs ficus ſe protegere, ſed ibi deprehenſus eſt à Deo, quo auertetur, vel conuertetur peccator tunc? Si cœlum reſpicit iudicem videt iratum euaginato gladio minantem, ſi terram hiantem videt, vt eum deuoret, flammaſque iam vomentem abyſſum vt rapiat, ſi in orbem ſe verſet creaturas omnes in vltionem ſuam armatas circunſpicit, ſi ad vtrũque latus dæmones terribilibus oculis eum aſpicientes, ſi ad ſe ſeipſum ſe conuertat, in ſeipſo inuenit accuſatorem, conſcientiam nimirum ſuam, quæ eum accuſat confundit conuincitque. Vnde D. Greg. 8. mor. c. 32. ait, Quis igitur dignè penſet iniquorũ confuſio quanta tunc erit, quando & foris æternus iudex cernitur, & intus ante oculos culpa verſatur. Heu miſerum & flebilem hominem, ſed iam minimè miſerandum nec flendum, quoniam iam præteribit tempus miſerendi eius, & aduenit plectendi.

D. Greg.

Tempus iuſtorum. Pſal. 48. Ibidem. D. Aug. Simile. Pſal. 1. Pſal. 128.

Erit etiam tempus iuſtorum, erit enim matutinum illud quãdo impiorum dominabantur iuſti Pſal. 48. Vbi aduerte ex D. Auguſtino, ſuper Pſal. 48. quòd iuſti ſunt arbores, Et erit tanquã lignũ quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarũ Pſal. 1. Impij vero cõparantur herbæ, erit tanquam fœnum tectorũ. Arbores in hyeme ſiccantur, ſed vere reuireſcunt, è contra herba hyeme viret vere exiccatur, Vita præſens hiẽs eſt, futura ver, igitur in præſenti vita iuſti exiccati videntur, non enim virorem & ſplendorem mundi huius diligunt, imo floccipendunt. Vnde ficci ſine flore & folijs huius ſeculi apparent, at in vere futuri ſeculi riuiuiſcunt, florent, fructificant, manet enim radix viua ſicut in arboribus in hyeme, hoc eſt charitas, quæ radix bonorum fructuum eſt, ſecundũ illud Pauli. In charitate radicati & fundati. Vnde & ipſe alibi ad Coloſſenſes. 3. Mortui eſtis, ſed vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in gloria, cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. Cæterum iniqui ſunt fœnum & herba, quæ hyeme viget, vere areſcit, ſic in hoc præſenti ſeculo florent, ſplendent, olent, fructificant, in futuro tamen, areſcent, & veteraſcet in inferno gloria eorum, vt dicitur in eodem Pſalmo. Vnde Lucæ. 16. dicitur epuloni illi qui erat in inferno. Fili recordare quod recepiſti bona in vita tua, & Lazarus, ſimiliter mala, nunc vero hic conſolatur, tu vero cruciaris. Quare cum herba ſint reprobi à morte paſcuntur, vt eo Pſalmo dicitur; Mors depaſcet

Epheſ. 3. Coloſſ. 3. Coloſſ. 1. Pſal. 48. Lucæ. 16. Pſal. 48.

depascet eos, non eradicatur herba quæ pascitur, sed iterum pullulat, vt iterum pascatur, sic reprobi in inferno pascuntur à morte, quia mors illis perpetua est pullulant enim vt semper à morte pascantur hoc est morientes viuunt, habēt enim ex morte id quod maximè cruciat, nimirum dolores illos quos & in anima & in corpore ex tali separatione sentiunt morituri, & illud quod maximè contristat ex vita, nempe q̄ cum tot doloribus perseueret, quod si hominem morituum diu agonizantem videmus miseremur ei, & iam quòd cruciatus illi finem habeant appetimus, quod nam tā miserabile spectaculum videri potest quam reproborū mors, quæ semper in cruciatibus vnanimiter perseuerat, nec deinde in æternum desinet? vnde aliter interpretantur illud mors depascet eos, nā Augustinus legit, mors pastor est eorum, nimirum quia pascit eos, hoc est ipsa mors quæ eos cruciat ipsa pascit & sustentat, vt in illis cruciatibus in æternum viuant, quare in inferno dicitur quòd est vmbra mortis, non enim est mors, sed vmbra mortis, est enim horror ille & timor & pœna, quæ in morte est (sombra que asombra) nō autem est ipsa mors, quia nunquā tam horrēda vita finitur, sed ibi plurima mortis imago. Duo ibi contraria compatiuntur, scilicet, vita cum morte, & mors cum vita, est quippe ibi vita mortalis, & mors cum vita, est quippe ibi vita mortalis, & mors vitalis; heu miseram mortem, heu miserrimam vitam, nec quid miserabilius sit diiudico, cum vtraq; & mors & vita miseranda sint.

Simile. August. Vmbra mortis in inferno.

Erit etiam tunc tempus Dei secundùm illud Psal. 74. Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo, ideo dies ille vocatur dies Domini, quia in illo se totum manifestabit Deus, palam enim faciet iudicia iustitiæ suæ, nunc totus misericors apparet, tunc totus iustus manifestabit. Vnde Sap. 5. dicitur de eo. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro gallea iudicium certum, hoc est tunc armatus iustitia totus apparebit, gladium suum vibrabit, hoc est euaginato gladio iustitiæ suæ percutiet impios. In hac vita gladius iustitiæ suæ in vagina continetur misericordiæ, quare non ita percutit nos vt disperdat, veluti si quis cum gladio in vagina incluso te percutiat, non enim vsque ad internecionem gladius suus desciuit dum viuimus, quare non adeò experimur penetrantē gladium iræ suæ tunc autem euaginabit gladium vaginamq; misericordiæ proijciet, vt tu cū cōgredere vis cū alio, districto gladio vaginam longe à te proijcis, quasi tunc potius impedimentū, quā cōmodū præstet,

psal. 74. Sapien. 5. Simile.

Ezech. 12. ſic Deus in illa die, vnde Ezech. 12. Ecce ego ad te eijciã gladium meũ de vagina ſua, eijciã dicit, quaſi à ſe remouere debeat miſericordiã, nunc ipſa ſimul cum iuſtitia iudicat, ac veluti patronus noſter rigorẽ illius temperat, noſq; cõmunit, tunc autẽ iudiciũ ſine miſericordia fiet ei qui nõ fecit miſericordiã, vt dicitur Iacobi & Iob. 24.

Iacob. 2.

Iob. 24. Obliuiſcatur eius miſericordia, væ væ væ illi quẽ Dei miſericordia deſerit eiuſq; obliuiſcitur, non obliuiſcitur paſſerũ, nõne duo paſſares à ſe veneunt, & vnus illorũ non eſt in obliuione apud patrem

Matth. 10. veſtrũ. Et illi qui nec paſſerculi quidem qui dipẽdio venditur obliuiſcitur, reproborũ tamen ad miſerendũ non recordabitur, erit ergo tẽpus Dei quando iudiciũ impiorũ exequetur & ſtatuet oues ad dexterã hedos vero ad ſiniſtram, hic formam iudicij depingere poteris, ſeueritatemq; iudicis, atq; rigorem ſententiæ, ſecundũ illud

Pſal. 2. Pſal. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo turbabit eos, ite maledicti &c. E contra bonos blande alloquetur, benigneque vultu reſpiciens, benedicet eos & dicet, Venite benedicti &c.

Rom. 8. Erit etiã tempus omniũ creaturarum, nã vt dicitur Rom. 8. Expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ Dei expectat, vanitati enim creatura ſubiecta eſt nõ volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei. Nunc creatura etiã peccatorũ vanitati deſeruit illuminando & fouendo, tunc autẽ viceuerſa ſuo creatori deſeruiet contra peccatores pugnabit enim illo die pro eo orbis terarũ contra inſenſatos. Cum ergo dies ille erit tẽpus iuſtorũ maximo eius memoria gaudio eos afficiet, & videntes iudicia, quæ in præſenti vita Deus exercet, quæ tanquã præludia ſunt futurorum erigitur eorum animus ad contemplandũ futura & gaudent & cõſolantur vehementer, cum Dominus dixerit eis, Cũ autẽ videritis hæc fieri, reſpicite & leuate capita veſtra: quoniã appropinquat re

Cant. 3. dẽptio veſtra. Et illud Cant. 3. Surge propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni, iam enim hyemis tranſijt, imber abijt & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra, hoc eſt iã non erit amplius, nec luctus, nec clamor, ſed nec vllus dolor, quoniam priora

Sapien. 5. tranſierunt, ſurgent à miſeria, & ſtabunt in fortitudine, & magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt vernãtibus amicti floribus, perpetuum alleluia canentes, nõ erit amplius luctus ſed læ

Iſai. 35. titia ſempiterna ſuper capita eorũ, gaudium & lætitiam obtinebũt,

Iſai. 14. & dicent illud Iſai. 14. In die illa cum requiẽ dederit tibi Dñs à la-

bore

bore tuo & à concussione tua & à seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolā istam contra regem Babylonis & dices, quomodo cessauit exactor quieuit tributum, contriuit Dominus baculū impiorum, virgam dominantium cedentem populos in indignatione plaga insanabili. Hæc tu poteris latius prout Dominus dederit ampliare.

VERSVS QVINTVS.

Defectio tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

IN Psalterio Romano legitur, defectio animi tenuit me. Hieronymus & alij vertunt, horror tenuit me, primum hoc iustos afficit tædio, quod peccatores videant flocipendere Deum, cuius iudicia seueriſsima sunt, & ita in Deum procaces esse, ac si non beneficus in eis, cui omnia bona accepta deberent, sed impius ac malignus in eos extitisset, quod Dominus Ierem. 2. improperat eos dicens; Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatē, & vani facti sunt & non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti? &c. Et post pauca, Et induxi vos in terram carmeli, vt comederetis fructum eius, & optima illius, & ingressi contaminastis terrā meā, hæreditatē meā posuistis in abominationē. Quia iustus seueritatē iudiciorū Dei timet, horrore maximo concutitur videns inuerecundè malos quasi nihil facere iudicē, quod prouenit tū ex affectu ad Deum, cuius honorem maximè æmulatur, cum ex cōmisseratione ad ipsos peccatores, de quorum interitu vehementissimè dolet, vnde Cassiodorus sic dicit. Hic pietas sanctæ conuersationis exponitur, vt dolore se defecisse dicat, quia peccatores legem Domini deserere videbantur, necesse est enim vt sanctum virum alterius culpa contristet, dum animus pius saluos fieri desiderat vniuersos, vnde sancta cohors martyrum, non tantum pœnis suis quam tyrannicis torquebatur excessibus, & Diuus Augustinus ait, Plangis mortuum magis plange viuum, an non sunt in te viscera Christianæ miserationis vt plangas corpus, à quo recessit anima, & non plangas animam à qua recessit Deus? id in suis Threnis lamentabatur Ieremias capite. 2. dicens, Defecerunt præ lachrymis oculi mei, & Diuus Paulus. Quis infirmatur

Hieron. Ierem. 2. Cassiod. August. Thren. 2. 2. Cor. 11.

matur & ego non infirmor? quis ſcandalizatur & ego non vror?
Rom. 9. & Rom. 9. Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Anathema olim dicebantur, quæ in cultum Deorum ſeparabantur, quaſi ſurſum poſita & ſegregata à prophanis in honorem Dei. Cupiebat ergo Paulus ſeparari à Chriſto, non per culpā, hoc enim nullo modo eligibile eſt, ſed carere fruitione amici ſaltē ad tēpus pro ſalute Iſrael. Quia & hoc in gloriā Chriſti cedebat, vt & Iudæi ipſi tanquā vero Meſsiæ deferrent honorē ſecundū illud
Prou. 14. Prou. 14. In multitudine populi dignitas Regis, vnde Chryſo. lib.
Chryſoſt. de cōpunctione cordis ait, ità totā eius mentē deuicit amor, vt etiā eo quòd præceteris omnibus amabilius erat, nempe eſſe cū Chriſto, rurſum id ipſum, quia ita placeret Chriſto contemneret, ſed & cœlorum regna quod videbatur laborum eſſe remuneratio, pro Chriſto nihilominus cedere pateretur. Hæc expoſitio placet,
Thom. D. Thom. licet etiam poſſet dici quod anathema olim dicebatur id quod in honorem Dei totum cremebatur, ſicut ciuitatem Iericho vocauit Deus anathema, quia in vltionem diuini iudicij voluit totam conſummi & conflagari, deſiderabat ergo Diuus Paulus totum ſe flammis, & morti tradere tanquam anathema, ſi id pro ſalute fratrum oportuiſſet fieri.

Vel etiam poteſt intelligi carmen iſtud ſic, ô Domine quoniā & ſi maxima mihi conſolatio fuit iudiciorum tuorum memoria, quibus & bonis præmia & peccatoribus ſupplicia decernis, tamē conſiderans malorum procacem inuerecundamq; audaciam quibus te ad iracundiā quotidie prouocant, graui horrore concutitur animus meus, ſed exinde ad me ipſum cogitatū flectens cū videā me ex eadē maſſa coagulatum, carnem labilem ad malumq; flexibilem, & pronam ſicut cæteri habētem, minus mihi fidens horret animus, tremit cor, defficiuntque omnia intima mea, ne mihi quod illis mei ſimilibus accidat, vt & ego in peccatis prolapſus ſeueritatem iudiciorum tuorū incurrā. Voluit noſter artifex Deus fragilē nobis naturā, facilem, labētemq; permittere, ad malaq; propcliuem, vt minimè nobis ipſis fidentes ab eo ſemper penderet animus, à quo & velle & perficere & facultatem & opus habemus, nū
Prou. 24. quam ſecuri ſed ſemper pauidi ageremus vitam, nā beatus homo
Philip. 2. qui ſemper eſt pauidus, vt adimpleremus illud Pauli cum timore
Iob. 9. & tremore ueſtram ſalutem operamini, & Iob. 9. Verebar omnia
Eccle. 5. opera mea ſciens quòd non parceres delinquenti, & illud Eccle. 5.

De pro-

De propitiato peccato noli eſſe ſine metu,& vt in alijs decidentibus meam agnoſcerem ad malum procliuem naturam,ſicut enim in alijs hominibus quos obire diem video,meam mortalem cognoſco naturam,ſic in alijs in peccatis labentibus eandem ad malum pronã fateri cogor,vnde quidã ex Eremitis quotiens aliquẽ in peccatũ prolapſum audiebat,flebat vberrime clamans & dicẽs,ille hodie & ego cras,& Iob.5.nos admonet dicens. Viſitans ſpeciem tuam non peccabis, hoc eſt, vidiſti aliquem propter fragilitatem naturæ in peccatũ aliquod incidiſſe,teipſum ergo in illomet peccatore fingito,ſpeciemq; tuam atq; conditionem propriam & naturam in illo attento animo contemplare,inueniesq; naturam tuam in illo peccaſſe,quippe quæ defectibilis eſt,& cum eandem in te ipſo videas, pauens ac tremens Dominum ſemper deprecari coge ris,quatenus naturam miſeratus fragilem continuum ſuppeditet auxilium:ne eadem natura in te ſimiliter defficiat ſicut in alio. Plange ergo te ipſum in alio peccatore,quem vidiſti labentem,cũ naturam quam geris,in alio videris defficientem & pauidus atque humilis cum noſtro Propheta clama & dic,Defectio animi tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam:quia in illis meipſum peccatis obnoxium atque procliuem conſidero.

Fletus cuiuſdã S.Eremitæ. Iob.5.

VERSVS SEXTVS.

Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

OMnium rerum viciſsitudo eſt ait comicus, quod & ipſi iuſti in hac vita experimento probant,nunc tædio afficiuntur,nunc gaudio,nunc iterum triſtitia præmit,nunc rediẽs gaudium lætificat,atque tali viciſsitudine vita preſens tranſigitur. Memoria iudiciorum Dei lętum reddiderat animum iuſti,ſed pra uorum audacia propriæq; fragilitatis timor horrorem ac tædium incuſerat,nunc denuo lætitia erigitur iuſtificationum Dei recordatione,quæ cum pulcherrimo procedant ordine,quaſi quædam ordinata muſica animæ aures voluptate afficiunt.Quare Diuus Auguſtinus vult,quòd præcedens carmen reſpondeat dimidio, quod ipſum præceſsit,& hoc præſens alio dimidio nimirum eo q̃ dixerat.Memor fui iudiciorũ tuorũ,reſpõditillud,Defectio tenuit me &c. Sed illi ſententiæ,& conſolatus ſum,arridet, hoc carmen

Comicus.

Auguſt.

præſens,cum dicit, cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ. Burgenſis hoc ordine procedit ex memoria iudiciorum Dei quibus impijs ſupplicia infert conſolatio iuſtis oritur,nã lætabitur iuſtus cum viderit vindictam. Ne autẽ oriretur ſuſpicio quod illi qui de vindicta malorũ gaudebãt etiam ipſa peccata placerẽt, ſubdit tædium & horrorem quem ipſi peccatores ſibi incutiebant, ſed rurſus memor iudiciorum Dei,quibus in alio ſeculo in eos vindictam exercet tædio abiecto delectatur. Vnde ſenſus huius verſus eſt ſecundum Burgenſem,licet de culpa delinquentium doleam,gaudeo tamen in loco peregrinationis meæ,ideſt,in hoc ſeculo conſiderans iuſtificationes tuas in alia vita,& ideo cantabiles mihi ſunt, ideſt delectabiles.

Burgenſis. pſal. 57:

Burgenſis.

Sed quoniam alij interpretes volũt hic inſinuare prophetam ſe delectatione perfuſum maxima,ex hoc quòd corde & ore iuſtitias Dei canebat veluti carmina cantari ſolent(vnde Hieron. vertit carmina,mihi erant iuſtificationes tuæ) aduertendũ eſt ex D. Auguſt.lib. 2.de ordine contra Academicos tom. 1. c. 14. quod ipſa ratio hominis muſicam & carmina adinuenit,voluit enim (ait) ſe ipſam ad rerũ diuinarũ cõtẽplationẽ rapere, ſed ne de alto caderet quæſiuit gradus,atq; ipſa ſibi viã per ſuas poſſeſsiones ordinẽque molita eſt,deſiderabat enim pulchritudinẽ,quã ne ſola & ſimplex poſſet ſine iſtis oculis intueri,impediebatur à ſenſibus,itaq; in eos ipſos paululũ aciẽ torſit qui veritatẽ ſe ſe habere conantes feſtinan tẽ ad alia pergere importuno ſtrepitu reuocabant, & primo ab auribus cœpit,& intellexit nihil aliud ad aurium iudicium pertinere quàm ſonũ vbi delectationẽ pulchritudinemq; ſonis tribuit,ſonis inquã ordinatis, nã ſubdit,videbãt hanc materiã ſcilicet ſonũ,quæ fiunt arte eſſe viliſsimã niſi certa dimenſione temporum & acumi nis grauitatiſq; moderata varietate ſoni figurarentur, & lib. 1. de muſica. cap. 5. ait,quòd ſenſus muſice ineſt à natura, vnde fieri inquit putas, vt imperita multitudo explodat ſæpe tibicinem nugatorios ſonos afferentem,rurſumq; plaudat bene canenti, & prorſus quanto ſuauiùs canitur,tanto amplius & ſtudioſius moueatur? nunquid nam id à vulgo per artem credendum eſt muſicè fieri non: quid igitur? in natura id fieri puto quam omnibus dedit ſenſum audiendi quo iſta diiudicantur, muſica tamen colligantiam habet cum intelligentia & ratione (ait ibi Auguſtinus) nam ſonos etiam ipſa bellua carpit, ordinem tamen vocum conſonan-

Hieron.

Auguſt.

Idem lib. 1. de muſic. cap. 5.

ſonantiamq; ex illis reſultantem, ſolus animus rationis & ordinis capax percipit, quare vt author eſt Ariſt. 8. Polit. & Boetius in prologo muſicæ, per diuerſas melodias ſonorum animæ hominum diuerſimodè diſponuntur. Vnde idem Diuus pater Auguſtinus libro. 10. confeſs. cap. 33. ait omnes affectus ſpiritus noſtri pro ſuaui diuerſitate habere proprios modos in voce, atque cantu, quorum neſcio qua occulta familiaritate excitentur, nam præmiſerat quòd ipſis ſacris cantibus religioſius & ardentius mouebatur animus ſuus in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam ſi non ita cantarentur, quare ſonoros cantus in Eccleſia approbat atque laudat, vt per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis aſſurgat, vnde cap. 6. dixerat, Quantum fleui in hymnis & canticis tuis ſuauè ſonantis Eccleſiæ tuæ vocibus commotus, acriter voces illę influebant auribus meis & eliquebatur veritas in cor meum & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis, & cap. 7. ait, tunc hymni & pſalmi vt canerentur ſecundum morem Orientalium partium, ne populus meroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt. Ex quibus omnibus colligendum eſt, & ad mœrores ſubleuandos, & ad animos erigendos miriſque modis mouendos, muſicam cantuſque conducere maximè, vnde vt legitur. 1. Reg. 16. cum ſpiritus malus exagitabat Saulem (qui abſque dubio humor melancholicus mœrorem maximum atque pauorem ingerens erat) pſallebat Dauid manu ſua & leuiùs habebat. Dilatat enim animum muſica quæ dilatatio lætitiam generat mœrori contrariam. Verum eſt quòd in rebus diuinis ſic cantibus attendendum eſt, vt ne omnino animum poſt ſenſus taliter rapiant vt à diuinis deflectatur, potiuſque cantus quã id quod canitur attendat, quod D. Aug. loco ſupra citato, cap. 33. 10. confeſs. vituperat & veluti culpam deteſtando confitetur, dicens. Tamen cum mihi accidit vt me amplius cantus quam res quę canitur moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem quinimo non ſolùm hominum animos muſicâ allicit, verùm etiam inſenſibilia mouet. Nam Solinus libro de mirabilibus mundi dicit, quòd in Aleſſa regione eſt fons quietus, qui ſemper ſcaturiens intra albei ſui ripas continetur; at verò ad ſonitum tibiæ vel citharæ intumeſcit ſupra albeum, ripaſque & terram omnem implet, quid mirum ſi deuota anima ſpiritualibus canticis, hoc eſt, Eccleſiæ

Ariſtot. 8. Polit. Boetius. Auguſt. 1. Reg. 16. Auguſt.

hymnis ac carminibus quæ canit allecta extra ſe in cœleſtem angelorum melodiam rapiatur, quæ prius in ſeipſa tantum contenta quieſcebat? Dicat ergo egregius pſaltes noſter. Cantabiles mihi erant, &c. hoc contra mœrorem medicamine vtebar, hoc tædium expellebam & horrorem: cum tanquam carmina ad ſonum citharæ & organi iuſtificationes tuas ſumma voluptate canebam. Vita preſens iter eſt ad cuius releuandas grauedines velut carmina, tuas iuſtitias concinebam alij bona, alij impudica, alij prophana cantica canunt, ego tamen iuſtificationes tuas in Pſalterio decẽ cordarum canebam carmina mea iuſtitiæ tuæ, de quo & in prooemio
Thom. non nihil præfati ſumus, vide D. Thom. 2. 2. q. 91. artic. 1. & 2.

Et certè ſpes Chriſtiana de qua in hoc octonario fit mentio hãc ſpiritus dilatationem & lætitiam efficit, nam ſi ſpes lucri temporalis lætificat homines multo fortius ſpes Chriſtiana, quæ eſt
Spes. certa expectatio futuræ beatitudinis, quæ in Dei viſione ſita eſt,
Pſal. 76. vnde Pſalm. Memor fui Dei & delectatus ſum, & ideo læti gratias
Pſal. 62. agunt Deo qui ipſos iuſtificauit & in ſpe conſtituit, Pſalm. Labijs exultationis laudabit os meũ, quare hæc exterior laudũ decantatio, inter alia, adinuenta eſt vt ore cordis pariter & corporis gratias ſummo redderemus autori pro tot in nobis mirificis collatis do-
Iſai. 63. nis vnde Iſai. 63. Miſerationũ Domini recordabor, laudem Domini, ſuper omnibus quæ reddidit nobis Dñs. Nam licet Deus in ſe ipſo mente cõceptus maior ſit omni laude, de quo dicitur quantũ potes tantũ plaude, quia maior omni laude, nec laudare ſufficis, &
Eccl. 43. Eccl. 43. Exaltate eũ quantum poteſtis, ſuperualebit adhuc, imo
Ariſto. & Ariſt. 1. Et hic dicit q̃ optimorũ non eſt laus, ſed maius aliquid
Pſal. 64. & melius. Et Pſal. 64. Te decet hymnus, ſecundũ Hebræo. & Hiero. legitur, Tibi ſilet laus Deus in Sion, & ſi in quã in ſe ipſo Deus maior ſit omni laude, propter eius infinitam excellentiam, tamen ſi eũ in ſuis effectibus cõſideremus, qui in noſtrã vtilitatẽ ordinanẽ ſummas ei laudes ſine ceſſatione cãtare debemus, nã vt ait D. Au-
Auguſt. guſtinus. Sicut nullũ eſt nec minimum quidẽ momentum, aut inſtans, in quo nõ aliquod beneficium ex eius nobis liberalitate proueniat, ita nulla debet præteriri hora, quin ei accepta beneficia re-
Epheſ. 5. gratiare debeamus, vnde Paulus. In omnibus gratias agentes
Bernar. Deo, & Diuus Bernardus ad hoc propoſitum hoc carmen exponit dicens, quoties tentatio ſuperatur, aut vitium ſubiugatur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus inſidiantis de-

præhen-

deprehenditur,aut vitiosa,aut inueterata quæcumq; animæ, passio semel perfectéque sanatur, aut multum cupita & petita virtus,tandem aliquando Dei munere obtinetur,totiens iuxta Psalmistam personet gratiarum actio,& vox laudis,& ad singula quéque beneficia benedicatur Deus in donis suis, alioquin ingratus reputabitur cum dicursio aduenerit,qui non poterit Deo dicere. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ &c.

Secundo confert maximè ad memoriæ tenacitatẽ,fixiùs quippe hæret memoriæque alta voce cantatur, vnde Diuus Ambrosius hic ait.Quæ enim bene memoria tenemus,cantare consueuimus,& quæ melius cantantur, melius nostris adhærent sensibus Dicit ergo Cantabiles mihi erant &c.Quia non perfuntoriè transire debemus,quando legimus vt tunc tantum,cum legerimus ea, in memoriã eorum redire videamur,sed etiam cũ abest codex manibus,non tanquam animalia quæ probantur immunda in lege, sed tanquam animalia munda quæ etiam canendo pascũtur,quæruminare consueuerunt ex semetipsis alimenta sibi recõdita proferentes,ita & nos de nostræ memoriæ thesauro de interioribus nostris ruminandi nobis pabulum spirituale promamus,hymni nobis cantica,nobis Psalmi,nobis iustificationes Dei sint, psallamus spiritu,psallamus & mente,ne si obliti fuerimus tempore necessitatis dicatur vnicuiq;; Abiecisti sermones meos retrorsum.Et ideo vt expelleret & dimoueret obliuionem à domo sancta sua cãtores sibi fecit verus Salomon qui toto spiritu conquirendæ cognitionis diuinitatis intẽderent, ex quibus apparet,id quod hic dicitur;Cantabiles mihi erant,idem esse,ac dicere,memoriter retinebam iustificationes tuas.Hæc Ambrosius.Imò Diuus Augustin. loco proxime citato de ordine dicit.Ideo poetas finxisse mussas esse Iouis & memoriæ filias,vnde ista disciplina sensus intellectusque particeps musicæ nomen inuenit. Ambros. August.

Conducit tertio ad retinendum animum in officio ne per multa distractus non quiescat.Vnde Dominus Isa.48.Laude mea infrenabo te, ne intereas,veluti freno quodam continetur animus in Dei laudibus ne per inania diuagatus intereat,& Cant.Sicut vita coccinea labia tua sponsa,nam sicuti vita colligit superfluentes capillos atque coarctat,ne huc illuc à vento circunferantur.Sic labia Ecclesiæ quibus laudes decantantur Deo,animam colligũt ne diuersis agitetur curis.Sed in eo quod canit tota eius attentio & Isai. 48. Cant.4.

acies dirigatur,ſed quoniã pro beneficio redẽptionis cuius pretiũ ſanguis Chriſti fuit,præcipuè laudes canit Deo Eccleſia, ideo vittę coccineæ ſiue purpureæ cõparãtur eius labia quę nimirũ ſanguinẽ agni lãbunt, ruminant,atq; ſugunt laudando.Colligunt ergo cogitatus cantus diuinorũq; laudes,vnde D. Bernar. Quotieſcũq; chorũ ingrediebatur curas omnes ad oſtiũ remittebat dicens,hic me expectate ſtraneæ alienęq; curę vt in Dei laudibus ſolus abſq; vobis ſim,& D. Aug. in prologo ſuper Pſal. ait laudari à te vult Deus vt per hoc tu proficias non vt ille ſublimetur,non à te amat quod illũ augeat,ſed quod te ad illũ perducat.Imò vt veteres hiſtoriæ nobis tradunt, Agamenõ iturus ad bellum Troyanum Doricam muſicũ Climneſtrę vxori reliquit, qui ſuis modulationibus eam in pudicitiam contineret, nec prius ab Egiſtro vitiari potuit quàm impius muſicũ interimeret. Deniq; Angelorum beatorũque omnium continuum exercitium eſt laudes inceſſanter decantare Deo dicentes Sanctus,Sanctus,Sanctus Dominus Deus Sabbaoth & Pſal.121.dicitur. Illuc enim aſcẽderũt tribus tribus Domini teſtimonium Iſrael ad confitẽdum nomini Domini, hoc eſt ad laudes concinendas Deo,& Tob. 13. loquens de illa cœleſti Hieruſalem,quæ ſurſum eſt mater noſtra ait. Ex lapide cãdido & mundo omnes plateæ eius ſternentur & per vicos eius Alleluya cantabitur.Hoc eſt laudes Deo modulatis vocibus per vicos & plateas eius decantabuntur.Quid autẽ felicius huic militanti Hieruſalem contingere poteſt quã illius triumphantis imitatricẽ eſſe quodq; illa inceſſanter facit,ſtatutis temporibus ipſam reddere,ac dicere cum regio pſalte Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ?hoc eſt in hoc exilio,nam Apoſt.nõ vult nos in domo Dei aduenas eſſe,atq; peregrinos, ſed ciues ſanctorum & domeſticos Dei,qui enim domeſticus eſt Dei & conciuis beatorum exul eſt in mundo,qui conuerſatur in cœleſtibus peregrinus eſt in terris,qui ergo hic cantat iuſtificationes Dei,in loco peregrinationis debet eſſe,qui enim cantat vacuus eſt & diuerſarũ cogitationũ curas abijcit ſequeſtrat auaritiã nõ ſolũ corporis voce ſed etiã mẽtis,viuaciter ſemulcet,nõ em̃ tãquã męſtus inopię ſolitudine,ſed tãquã liber ab omnib⁹ affectibus corporaliũ paſſionũ debet eſſe.Sic enim alibi cantabat dicens Pſal. 70.Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi & anima mea quam redimiſti.

Auguſt. in prol. pſal.

Hiſtoria Agamenonis,

pſal. 211.

Tob. 13.

pſal. 118.

Epheſ. 2.

pſal. 70.

D.Greg. Diuus Greg.hom.22.ſuper Ezec.ſic explicat hũc verſum dicẽs, cãtabiles

Cātabiles mihi erāt iuſtificationes tuæ in loco incolatus mei; Iuſtificationes Dei dicimus præcepta diuina quæ nos iuſtos faciunt ſi impleātur, quę tunc nobis in loco incolatus noſtri cantabiles fiūt, quando in hac peregrinatione vitæ præſentis ipſa eadem mandata diligimus & ex deſiderio implemus.

VERSVS SEPTIMVS.

Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodiui legē tuam.

NOn ſolū dies ſed etiā noctes in Dei laudib⁹ expēdi debēt vt infrà dicit. Media nocte ſurgebā ad cōfitēdū tibi ſup iudicia iuſtificationis tuæ, & ideo in hoc verſu dicit quod etiā in nocte memor erat nominis Dei eiusq; iuſtitiæ, ſed quia oratiōes & gratiarū actiones debet ſancta cōmitari operatio, infert, & cuſto diui legē tuā, illa quippe accepta erit vox laudis quam manus recti ſubſequitur operis, aliàs factus erit velut æs ſonans aut cymbalum tinniens, vt dicitur. 2. Cor. 13. Pſal. 118.

Sed aduerte quod D. Aug. in præſenti loco per noctē intelligit tēpus aduerſitatis ſicuti per diē intelligi ſolet proſperitas, ſicut em̄ dies naturalis nocte & die cōſtituitur, ſic vita præſens, quę breuiſſim⁹ dies eſt, nocte & die, luce & tenebris, proſperis & aduerſis, cōſtat Gen. 1. Factū eſt veſpere & mane dies vn⁹, pri⁹ nominatur veſper ꝙa aduerſitas præcedit ꝓſperitatē, primā vocē plorātes emitti mus, vt de ſeipſo ait Salomō. Primā vocē ſimilē omnib⁹ emiſsi plorātis. Et alibi gloriā præcedit humilitas, hoc eſt lętitiā anteuenit tri ſtitia, iuſt⁹ ergo ęquanimitatē in vtroq; ſeruare debet, & tā in proſperis, quā in aduerſis, Deo ꝓ oībus gratias referre vnde D. Amb. hic ait. Nō eſt magnū ſi tūc nominis Dei ſis memor, & Dño gratias agas, qñ in ꝓſperis & ſecūdis, ſed ſi tūc adhæres Chřo qñ perſecutor te exagitat, qñ aliqua procella perturbat, amiſiſti filiū in illo dolore, in illa nocte, in illa deſtitutione, memēto Dñi Dei tui, ne quaſi nō exauditus, ingratus ſis & in tua prędariceris erūna, pulſus es in exiliū, memēto Dñi Dei tui ne patriæ interdictæ tibi charitatem Deo præferas, alicuius diuitis oppreſſus es potentia, amiſiſti proprias facultates, indiges ſumptu, memento Dñi Dei tui, ne noxte ægeſtatis abducat à deuotionis effectu, hoc eſt enim mādatum legis vt in nocte magis quæras, quādo magis exaudiaris à Domino, & poſsis dicere, In tribulatione inuocaui Dominū & exaudiuit me in latitudine, ſic ergo in nocte memor eſt nominis Dei qui in aduer- 2. Cor. 13. Auguſt. Gene. 1. Sapien. 7. prouer. 15.

in aduerſitate Deo gratias agit, Deum laudat, hæc Ambroſ. Vnde
Iob. 35. illud Iob. 35. Qui dedit carmina in nocte hoc eſt, qui docet laudes canere Deo in tribulatione, in Euangelio enim hoc docemur,
Ezech. 2. quippe quòd liber eſt ille quem vidit Ezech. 2. in quo erant ſcriptæ lamentationes & carmen hoc eſt tribulationes & laudes, inſtruimur enim in Euangelio in tribulationibus laudare Deũ. Vn-
Pſal. 41. de & Pſal. 41. dicitur. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam & nocte canticum eius. Hoc eſt in die proſperitatis miſericordiam Domini prædica, in nocte aduerſitatis ei laudes decantare, nõ pigeat. Vnde & ſubdit, apud me oratio Deo vitæ meæ, ideſt ad manum orationem habeo præparatam, vt cum in aduerſis me ſenſero prouolutum ad ipſum per orationem quaſi ad tutiſsimũ portum accurram, quem vt vitæ meæ authorem & conſeruato-
Iacob. 5. rem colo. Quare Iacobi. 5. dicitur. Triſtatur aliquis inter vos oret. Æquo animo eſt, pſallat, hoc eſt aduerſis opprimeris ora, tibi proſpera arrident, pſalle, æquo animo in vtramq; ſis partem oportet,
pſal. 138. tunc enim adimplebitur in te illud Pſalm. 138. Nox ſicut dies illuminabitur ſicut tenebræ eius ita & lumen eius. Nox illuminatur ſicut dies, quando aduerſa tanquam Dei beneficia recipimus: & pro eis gratias ipſi ſummas referimus, ſicut Iob poſt tot flagella
Iob. 1. carmina cantabat in nocte & dicebat. Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum. Eſt autem lumẽ ſicut & tenebræ, quando æquo ani-
Deute. 25. mo in aduerſis & proſperis te geris, ideo enim præcipiebatur olim in lege ne haberes diuerſa pondera in domo tua, ſed vnum fidele pro omnibus, hoc eſt ne alio pondere æſtimares aduerſa, alio pro
prou. 20. ſpera, ſed æqualis & rectus in vtramque partem conſiſteres, nam pondus & pondus, menſura & menſura abominabilis eſt apud Deum, eodem pondere vtrumque æſtima, quia ab eodem Domi-
Vbi ſuprà Iob. no, vtraque proueniunt, quod conſiderans Iob aiebat, Si bona ſuſcepimus de manu Domini mala autem quare non ſuſtineamus? ecce æquabilitatem ponderis in vtroque. Nam qui in proſperis benedicit Deum & in aduerſis ipſum derelinquit, iam diuerſo pondere vtraque eſtimat, abominabilis erit apud Deum in quo & ia-
pſal 48. ctabitur illud Pſal. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei, & il-
Eccl 6. lud Prou. eſt amicus ſocius menſæ, & in tempore tribulationis re-
Iud. 3. cedit, ſed debet eſſe verus Dei cultor, velut alter Ayot ambit dex-
1. Mach. 6. ter, qui vtraq; manu pro dextra vtebatur, & velut alter Eleazarus

à dextris

à dextris & ſiniſtris inimicos feriens ſecũdùm illud Paul. ad Cor. 10. Per arma iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, ideſt, æquus in proſperis & aduerſis. Vnde Gregorius lib. 31. mor. ſuper illud ca. 39. Iob Exultat audacter in occurſum pergit armatis ait. Exultat audacter quia ſic aduerſis non frangitur, ſicut neque proſperis eleuatur, aduerſa nanque non deficiunt quem proſpera nulla corrumpunt, ne ergo prematur aduerſis, habet vim fortitudinis, ne eleuetur proſperis, habet pondus inſuper infidentis, & ſtatim. Irata deijciunt quos blanda ſuſtollunt, & Auguſt. Pſal. 83. ait. Aduerſitas nulla confringit quem felicitas non corrumpit, qui ſe habet æquanimiter ad vtrumque, integer & illæſus per vtraque tranſilit. Greg. libr. 31. mor. c. 14. in principio. Auguſt. Pſal. 83.

Intelligit etiam Diuus Auguſtinus per noctem, præſens ſæculum quod tenebris peccatorum & errorum circunfuſum eſt, qua propter comparatur Ægypto, qui tenebræ interpretatus dicitur, In mundo ergo tenebris obfuſcato iuſtus luce diuina circunfulſus videt & memor eſt Dei. Vnde cum Ægyptij tenebris opprimerentur, filij Iſrael ſplendidiſſima fruebantur luce, vt dicitur Sapien. 17. & 18. Solis autem illis ſuperpoſita erat grauis nox, ſanctis autem tuis maxima erat lux, hoc eſt enim lucem in tenebris lucere Ioan. 1. iuſtos inter iniquos ſanctè & religioſè viuere, vt de iuſto Loth dicitur. 2. Pet. 2. Quod aſpectu & auditu iuſtus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iuſti iniquis operibus cruciabant. & Pſal. 62. In terra deſerta inuia & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Vide Gregor. ſuper 1. capit. Iob in priora verba. Erat vir in terra Hus nomine Iob &c. Auguſt. Sapien. 17. & 18. Ioan. 1. 2. petr. 2. pſal. 62. Gregor. in 1. ca. Iob.

(Et cuſtodiui legem tuam) nimirum quia memor fui nominis tui, nam in nomine Domini, hoc eſt in virtute eius, lex Dei cuſtodiri poteſt, quoniam ſine eius gratia impoſsibile eſt totam adimplere legem, vt ipſe dicit. Sine me nihil poteſtis facere, ipſe enim dat velle & perficere pro bona voluntate ſua, & in nomine eius debemus virtutes multas facere, & in nomine eius etiam dæmonia nobis ſubijcientur, nam non eſt aliud nomen relictum hominibus ſub cœlo in quo oportet nos ſaluos fieri præter nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo eſt ſalus vita & reſurrectione noſtra per quem ſaluati & liberati ſumus. Igitur per virtutem eius legem Dei cuſtodimus, quare Auguſtinus frequenter poſtulat dicens, Domine da quod iubes, & iube quod vis. Ioan. 15. philip. 2. Math. 7. Luc. 10. Actor. 4.

VER-

VERSVS OCTAVVS.

Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

MVlta referre potest pronomen, hæc, nam referre poterit legem hoc est, ipsa lex contingit mihi, quia tuas iustitias exquisiui. Illis enim cõtingit assequi legem Dei qui in toto corde præcepta eius exquirunt, licet hoc Græcę linguæ peritis non placeat eo quòd in Græco lex est masculinum, pronomẽ autem femeninum aliàs soleciſmus committeretur. Vnde D. Hiero. in genere neutro transfert, quo caret Hebræa lingua & ideo multotiens ab illa fœmininũ pro neutro vsurpatur, vt sensus sit, hoc factum est mihi vel hæc quæ retuli contigerunt mihi, quia iustificationes tuas quisiui, & alibi dicitur vnam petij à Domino loco huius, vnum petij à Domino. Vel rursum potest referre, vel demõstrare, id quod prȩcedenti carmine dixerat memor fui nocte nominis tui Domine, & infert, hæc nox facta est mihi, idest dicere, tribulationes & aduersitates mihi euenerunt pro eo quod iustificationes tuas exquisiui, quod certè verisimum est, nam vt dicitur. 2. Tim. 3 Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persequutionem patiuntur, & Eccle. 2. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuã ad tentationem, vnde & Christus Dominus statim post baptisimũ tentationis pericula subijt, nam & diabolus ferotius sæuit contra iustos nimirum cuius cibus electus est, & veluti cupidus pyrata onustas naues rapere quærit non vacuas, quare Isa. 59. dicit. Qui recesit à malo prȩde patuit. Seueriores facti sunt Ægyptij contra filios Israel postquã audierunt eos velle sacrificare Domino. Statim vt Maria Magdalena ad meliorẽ frugem conuersa est omnes aduersus eam murmurare cœperunt Pharisæus, discipuli, ipsa soror eius Martha, vnde Rabbanus in quaddam Epistola sic ait, mũdus aduersus desertores suos fortius pugnat & egredientes vitæ secularis illæcebras, grauior cõcursus expectat nam & in exitu Israel de Ægypto Pharao, vehementius scanduit, & sathanas egrediens ab homine quem ab infantia tenuerat, ipsum grauius in egressu decerpuit, & Deus etiam id permittit suis quia cupit amicos igne tribulationis & aduersitatis examinatos & probatos habere, vnde Angelus ad Tobiam ca. 12. dicit, & quia acceptus eras Deo necesse fuit vt tentatio probaret te, & Sapientiæ. 3. dicitur, Tãquam aurum in fonace probabit illos, vt

Hierony.

2. Tim. 3.

Eccles. 2.

Abac. 1.

Simile.

Isa. 59.

Exod. 5.

Lucæ. 10.

Rabbanus.

Tob. 12.

Sapien. 3.

los, vt omni expurgata erugine ſtannum ab auro ſecerneretur purioresque iuſti abſque vlla extranea admixtione inuenirentur, ideò quippè & Iob tentari ab aduerſario permiſsit, vt de probato & examinato amico contra aduerſarium quaſi ſe iactaret Dominus dicens, Nunquid conſideraſti ſeruum meum Iob, quòd nõ ſit ei ſimilis ſuper terram? tu autem commouiſti me aduerſus eum vt affligerem eum fruſtra, idem in Abraham contigit & inquàm plurimis amicis Dei. ¶ Mihi tamẽ cũ Dño Caieta. qui in principio huius octonarij ita videtur ſentire alia relatio huius pronominis ſe ſe offert quæ præſenti maximè propoſito congruit, nimirũ vt referat & demõſtret ſpẽ de qua in præſenti octonario fit mẽtio, hæc videlicet ſpes facta eſt, mihi, quia iuſtificationes tuas exquiſiui, nõ inaniter nec debili ſuffultus auxilio, tã arduã rẽ, qualis eſt tuæ celſitudinis quieta poſſeſsio expecto, ſed eo quem tu ſtatuiſti ordine ſpero, nẽpè mãdata tua per fidẽ & amorẽ exequendo, quę per nominis tui gratiã atque virtutẽ adimplere poſſum. Præſumptio vitiũ eſt virtuti ſpei oppoſitum per exceſſum, quemadmodum deſperatio per defectum ex parte ſubiecti ſperantis vt Theologi docent, nempè cum quis ſperat conſequi beatitudinem abſq; meritis & gratia, vt cũ quis vitijs irretitus eſt plurimis nec ab ei ceſſare intẽdit & tamẽ nihilominus ſperat beatitudinẽ, adeo enim ſuperbia intumeſcit animus eius vt credat ſe tãte molis eſſe vt quãtũuis peccator ſit nec dãnari, nec excludi à regno Dei debeat, iuſtus autẽ nõ in hoc prolabitur extremũ ſed iuſtitias Dei exequẽdo, ſperat per gratiã Dei ſe poſſe cõſequi felicẽ fore, nã vt Rom. 5. ait Paul⁹ Patiẽtia probationẽ operatur, probatio verò ſpẽ, ſpes autẽ nõ cõfundit, ideſt, nõ pudefacit nimirũ illa quæ ſuis bonis operib⁹ quatenus ex gr̃a Dei procedũt cõfidit, principaliter ergo gr̃æ & meritis Chriſti fidit iuſtus, ſecũdario autẽ ſuis operibus quatenus gratia informata ſunt, nã Scriptura diuina ſpei quæ de Deo habẽda eſt addit opera nr̃a Pſal. 4. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitię & ſperate in Dño, Spera in Dño, & fac bonitatẽ, imò qui ſolũ ſperãt in Deo abſq; vllo opere bono in ſcriptura repræhẽſos, legimus Hiere. 7. Nolite cõfidere in verbis mẽdatij dicẽtes tẽplũ Dñi, templũ Dñi eſt. Impiorũ autẽ ſpes, quæ talibus nõ innititur fundamẽtis vana eſt, & præſumptio ſpiritus. Alij ſunt præterea, qui cum totã vitã ſuis cupiditatibus inſeruientes tranſigant, nimia inſcitia, ne dicam arrogantia excæcati ſperant nihilominus impauidi ſe ſaluos fore, q̃ ſi ab eis ſciſciteris quibus

Iob. 1.

Caietan.

Præſumptio.

Rom. 5.

Pſal. 4.

Pſal. 34.

Hierem. 7.

quibus nam ſanctis operibus fulciantur, vel cui rei tanta ſpes innitatur eorum, reſpondebunt intrepidi ſe de Dei maxima miſericordia confidere, qui latronem in cruce vno momento ſaluum fecit, cum totam vitam in furtis & alienarum rerum rapinis expenderit, O inſanam hominum mente corruptorum impudentiam, qui ea quæ ſumma & ſpecialia Dei miſericordiæ priuilegia ſunt, ſibi abſque vllis meritis arrogare audeant, atque id quod priuilegium & illud ſpecialiſsimum ſit, in vniuerſalem legem extendere præſumant. Tanquam ſi lex omnibus ſtatuta foret, vt quantumuis ſceleratus fueris totamque vitam in peccatis expenderis, tamen in hora obitus tui Deus miſericordiam ſuam tecum oſtēdet, ſicut fecit cū latrone in cruce. Si hoc ita verū eſſet quis periret? ad quid gehēna & infernus? ad quid parata eſt abheri Tophet? attende obſecro

Simile. homo audaciſsime. Solent hi quiē pingdi arte celebres & ſtrenui ſunt graphicè ſummaq; diligētia imaginē aliquā depingere, in qua ſummā ſuæ ſapientiæ induſtriā aperiunt, eamq; ad oſtētationē ſuę artis pro foribus ſuſpenſam habent, vt qui viderint intelligāt quā metam deliniandi figuras tanti artificis ſapientia attigerit, ſed ſi ab eo petieris, vt tibi, vel alij iuſto pretio vendat, reſpondebit vtique minime id facturum, quoniam illa pictura ad oſtenſionem ſuæ artis deliniata eſt, non vt venundetur alijs. Intus in officina mea inuenies (inquit) alias quàm plurimas optimo artificio depictas has eme hanc quæ ad memoriam meę induſtrię depinxi relinque, Sic nimirum Deus Optimus maximus, vt oſtēderet magnitudinem ac diuitias miſericordiæ ſuæ, atque ad quantam celſitudinem aſcēdere valeat, quædam ſingulariſsimę pietatis opera ędidit, adeò excelſa & inſolita vt excellētia ſingulari, inter omnes alias effulgeāt, ſed tamen talia opera ad oſtentationem potiùs ſuæ artis miſerendi quàm ad hoc vt omnibus communia & venalia eſſent ædita ſunt, & hæc pro foribus ſuæ Eccleſiæ præfixit, à principio certè quando fundamenta iacere cœperat valuas eleuare incœpiſſet, à peccatrice extemplò ſeptem eiecit dæmonia in momentoque tēporis ex læbete phiala facta eſt, Matheum ex publicano in Apoſtolum & Euangeliſtam ſuum euexit, Paulus in ictu oculi ex perſequutore effectus eſt vas electionis, alióſque, quàm pauciſsimos inuenies tali ac tanto priuilegio potitos, hæc enim non omnibus peruia ſunt, alia pro alijs remedia ſuperſunt nempe opportunè pœnitere, præterita plangere, plangenda iterum non cōmittere bonis

operibus

operibus ſemper incumbere hæc faciat ſaluus eris. Alia quæ pro ſui gloria efficit Chriſtus vt oſtenderet quam excelſam metā ſua pertingeret pietas,illis numeratis relinque,vel alijs quàm rariſsimis certe. Vnde ipſe idē Apoſt.Paul.1.ad Timo.1. hoc idem de ſeipſo his manifeſtat verbis dicēs. Venit Chriſtus Ieſus peccatores ſaluos facere quorum primus ego ſum,ſed ideò miſericordiam cōſequutus ſum,vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum,qui crediturí ſunt in vitam ęternā, ad informationem ait,hoc eſt vt oſtenderet formam & exemplar ſuæ pientiſsimæ miſericordiæ de qua nullus quantumuis peccator dum viuit diffidere debet,licet non omnibus talem miſericordiam concedat qualem & mihi,in quo voluit oſtendere celſitudinem & diuitias ſuæ copioſiſsimę pietatis quam effundere poteſt abunde in quibus ſibi placitum fuerit,fateor quòd in quacumq; hora ingemuerit peccator veniam conſequetur. Hæc lex vniuerſalis eſt,ſed quòd omnibus qui pœnitere de peccatis vſq; ad horā exitus ſui protrahunt talem influat pœnitudinem in certiſsimum eſt,imò de his maxime dubitat Auguſt.volo dicere ꝙ licet Deus nulli quantumuis facinoroſo auxilium ſufficiens deneget quo ſe poſsit in Deum conuertere. Tamen illud eximium quod latroni tribuit quàm pauciſsimis elargitur,iuſtus tamen ſperat in morte ſua quoniam iuſtitias Dei dum viueret exquiſiuit,& ideo confidēter ait. Hæc(nimirum ſpes)facta eſt mihi quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

1.Tim.1. Ezech.18. Dbitat. Auguſt. prou.14.

OCTAVVS OCTONARIVS.

ה

Portio mea Domine dixi cuſtodire legē tuam. 1.Heth.

Depræcatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundùm eloquium tuum. 2.Heth.

Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. 3.Heth.

4. Heth. Paratus ſum & non ſum turbatus vt cuſtodiam mandata tua.

5. Heth. Funes peccatorũ circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.

6. Heth. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

7. Heth. Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mandata tua.

8. Heth. Miſericordia tua Domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

INCIPIT TRACTATVS OCTAVVS.

VERSVS PRIMVS.

Portio mea Domine dixi cuſtodire legem tuam.

Hic introducitur homo qui pro ſua parte eligit Deũ.

PErſona quæ in hoc octonario introducitur, eſt homo qui Deum eligit pro parte ſua, quod explicat in primo verſu dicens. Portio mea, vel pars mea, vt in Hebræo legitur, tu Domine es, ita quòd ex vna parte propoſitis quibuſlibet appetibilibus cuiuſcumque generis ſiue ſint delectabilia, ſiue vtilia, ſiue honorabilia, ſi ex alia parte Deus ipſe proponatur potius Deum quàm cætera omnia eligat, & ideò dicit, Portio mea Domine dixi. Hoc eſt animo firmo atque conſtanti decreui, vt te Deum meum, præ omnibus in partem & meæ ſortis portionem eligerem & hoc ad cuſtodiendam legem tuam, vt legitur in Hebræo, vel ſecundum noſtram vulgatam. Quia te inſortem & partem meam elegi, animo firmaui meo ſemper cuſtodire legem tuam. Litera autem eſt Heth. quæ eſt octaua in Alphabeto Hebræo, quæ interpretatur pauor, qui differt à timore qui in quarta litera prædictus eſt, illo enim præuidet ne grauatus corpore cadat, iſto ſolicitus eſt acquirere bonum quod amat, & hic eſt

Litera Heth. ideſt pauor.

hic eſt pauor ſanctorũ qui nos facit beatos,quia nos facit ſolicitos, ad inquirẽdũ illud bonũ quod ſperamus,quod quia in octaua reſurrectionis prẽſtabitur,ideo octau⁹ iſte octonarius ponitur. Hãc ſolicitudinẽ à nobis poſcit Deus Michææ.6.dicẽs;Indicabo tibi ô homo quid ſit bonũ & quid Dñs requirat à te,vtiq; facere iudiciũ, & diligere miſericordiam,& ſolicitum ambulare cum Deo tuo,& ſic intelligo ego modo illud. 1.Pet.5. Omnẽ ſolicitudinem veſtrã proijciẽtes in eum,hoc eſt quòd omnis noſtra ſolicitudo impendẽda eſt in his quæ ad Deum attinent,in rebus ſerijs & diuinis,nõ in his tẽporalibus ac minimis. Vel dicitur hic pauor admirationis ſuper ampliſsimã portionẽ quę Deus eſt,ſecũdũ quod dicitur Oſeę. 3.Pauebunt ad Dñm & ad bonũ eius. Tãquam ergo verus leuita cui non eſt ſors inter fratres dicit iuſtus nihil huius mundi cupiẽs; Portio mea Dñe &c.Quod ſic intellige, ô Dñe portio mea ſit,& hæc pars ex tuo munere mihi cõtingat,vt cuſtodiã ſemper atque obſeruẽ legẽ tuã,hæc enim pars,portio,ſors atq; hæreditas, quã ſuper omnia deſiderare debet omnis fidelis ſeruus tuus eo modo loquẽdi quo in cõmuni cõuictu hominũ dicitur cũ qs ſeſe alicui ex animo offert & ille ſibi aliqua pollicetur præmia, vel bona,reſpõdet,hoc vnũ mihi bonum & præmium ſat erit,ſi tibi obſequi atq; placere cõtigerit. ¶ Vel poteſt legi per modũ indicatiuũ vt ſignificet bonũ propoſitũ cordis ad hũc ſenſum,Ego dixi,ô Dñe portio mea hæc eſt,vel erit hoc in portionẽ,vel partẽ meã reputo,cuſtodire legẽ tuam,habeant alij alias partes, eligãt quod ſibi placuerit, hæc eſt vna quam ego elegi,& in qua mihi bene complacui. Mihęæ. 6. 1.Pet. 5. Oſeæ. 3.

Hieronymus ſic dicit,qui relinquit mũdi ſuperbiã atq; honorũ faſtigia diuitiarũq; iactãtiã & in cœlo collocat theſauros,hui⁹ portio efficitur Deus,ſicut Petr⁹ ait Paralytico Argẽtũ & aurũ nõ eſt mihi,ſed quod habeo hoc tibi do,in nomine Chriſti Ieſu ſurge & ambula, ô magnus theſaurus,ô feliciũ diuitiarũ ęgregius cumul⁹, vt qui legẽ cuſtodit & cuius Deus eſt portio morbida curet infirmitatũ,hoc autẽ prẽcipuè clerici poterũt dicere,quorũ pars & portio Deus eſt. Vñ Hieron.in libello de vita clericorũ ad Nepotianũ ſic ait. Clericus qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ interpretetur primò vocabulũ ſuũ & nominis definitione prolata, nitatur eſſe quod dicitur. Si enim cleros Græcè,ſors Latinè appellatur,propterea vocantur clerici,vel quia de ſorte ſunt Dñi,vel quia ipſe Dñs ſors ideſt pars clericorũ eſt,qui autẽ vel ipſe pars Dñi eſt, vel Dñm partem Hieronym. Actor. 3. Hierony.

habet,talem ſe exhibere debet vt & ipſe poſsideat Dominum & poſsideatur à Domino,qui Dominum poſsidet & cum Propheta dicit pars mea Domine,nihil extra Dominū habere poteſt, quòd ſi quippiam aliud habuerit præter Dominum pars eius non erit Dominus.v.g.ſi aurum,ſi argentum,ſi poſſeſsiones,ſi variam ſuppellectilem cum iſtis partibus Dominus pars eius fieri non dignabitur,ſi autē ego pars Domini ſum & funiculus hæreditatis eius, non accipio partem inter cæteras tribus ſed quaſi leuita & ſacerdos viuo decimis & altari ſeruiens altaris oblatione ſuſtentor, habens victum & veſtitum his contentus ero & nudam crucem nu-
Hilar. dus ſequar &c.Et Diuus Hilarius in commentarijs hæc exponens ait.Renuntiandū eſt ſeculo omnibuſq; rebus vt nobis Deus portio ſit.Cæterum ſi nos ambitio detineat,ſi cura pecuniæ occupet, ſi negotia rerum familiarum demorentur portio nobis Dominus non erit ſecularium curarum atque vitiorum poſſeſsione deten-
Num.35. tis. Moyſi cum iuſſum eſſet portiones incolatus diſtribuere duodecim gentibus Iſrael,ita de tribu leuitica præceptum eſt.Filijs leui non erit portio neque ſors in medio fratrum ſuorum,quia Dominus Deus eſt pars eorum,nullā ergo Deo ſeruientibus lex terre nā voluit eſſe portionē, quia Deus pars eorū eſt.Meminit & Euāgelij prædicator Petrus nullā ſibi eſſe portionē poſſeſsionis humanæ cum oranti alimoniā,reſpōdit.Aurum & argentū non eſt mihi,quod autem habeo hoc tibi do,quid eſt illud, quid eſt illud Petre quod poſsides?renūtiaueras omnia Deo tuo dicēs ecce nos
Ambroſ. reliquimus omnia. ¶ Et D.Ambro.ſuper hūc Pſal.ait.Portio mea Dñs(ſic enim ipſe legit per nominatiuū)ô quam rarus in terris qui dicere poſsit portio mea Dñs,quàm alienus à vitijs,quā ſegregatus ab omni labe peccati,qui nihil habet cōmune cū ſeculo,nihil mūdi huius ſibi vindicet,nō ſit corporaliū poſſeſſor cupiditatū quem nō inflāmet libido,nō ſtimulet auaritia,nō laſciuia effeminet, non luxuria decoloret,non ſternat ambitio,non maceret inuidia, non aliqua negotiorum ſecularium cura ſolicitet.Verus miniſter altaris Dei Deo non ſibi natus.Leui vt habet interpretatio, ſignificat, ipſe mihi aſſumptus,& ipſe meus,idē ergo leui & mihi & Deo eſt, quomodo mihi idē ſacerdos & Deo?eſt mihi aduocat⁹,& Deo deprecator pro me offerēs ſacrificiū,& idem offerens Deo.Denique cum Moyſi dictum eſt,vt populo Iſrael per ſingulas tribus diuideret terras & tribueret ſingulis tribubus portionem, tribum

leuiticam

leuiticam excepit Deus,dicens filijs Leui. Nō erit ſors nec portio Num.35.
in medio fratrum ſuorum,quia Dominus Deus pars eorum eſt. & alibi.Ego Dominus portio eorum.Negatur his terrena diuiſio vt ipſi ſibi dum non vendicant ſecularem portionem fiant cœleſtis poſſeſsio,vel hoc ſolum nouerint poſsidere hoc eſt fidei & deuotionis obſequium,multo ditiores quàm qui poſſeſsionum ſuarum ſpatia ampla diffundunt, quantumlibet enim ſuos fines extendāt,& terra deficit, & mare includit inſanas cupiditates & impendunt tributa maiora quàm fructus ſint,at verò iſte nihil ſibi poſsidens nulli niſi Deo militat ſupra terram,eius portio non cum terra deficit,non mari clauditur,cui portio Deus eſt, poſſeſſor eſt totius naturæ.Pro agris igitur ipſe ſibi ſatis eſt habens bonum fructum,qui nunquam poſsit perire, pro domibus ſatis eſt ſibi vt ſit habitator Domini & Dei templum, quo nihil poteſt eſſe pretioſius,quid enim pretioſius Deo?aut quid deeſt ei viro, qui poteſt dicere,abſit mihi gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mundus crucifixus eſt,& ego mundo?tibi ergo Chriſtus portio,tibi Chriſtus poſſeſsio eſt,illius nomen tibi mirificum,illius nomen tibi fructuoſum,portio tua, non ariditate ſiccatur,non imbre diluitur,non frigore vritur,non tempeſtate quaſſatur,ſerua ergo poſſeſsionē quā elegiſti. Et infrà. Habes ergo homo multa tibi propoſita vt eligas tibi portionem.Propoſuit tibi Dominus in portionem,poſſeſsiones, aurum, argentum, honores,nobilitatem,propoſuit etiam portionem ſeipſum, habes ergo plurimas portiones,elige quam putas meliorem, non te numerus perturbet ſed excitet gratia, non te labor auertat,ſed fructus inuitet.Sed Proh dolendum, quòd multi tantum excęcati portionem ſuam,non ipſum Deum ſed libidinem ponunt,de quibus dicitur Psal.49.Si videbas furem,currebas cū eo,& cum adul- Psal.49.
teris portionem tuam ponebas,nos autem,non ſic ſed orando dicamus illud Pſalm. 141. Clamaui ad te Domine,dixi tu es ſpes
mea portio mea in terra viuentium,hæc quia dilucide & luculen- psal.141.
ter à ſanctis iſtis doctoribus pertractata ſunt,hic ad literam tranſcripſi,nam cur meis incultis verbis grauiſsimas eorum ſententias immutare auſus fuiſſem? dicat ergo Propheta. Portio mea tu es Domine,& ideo firmiter in animo meo ſtatui legem tuam cuſtodire.

VERSVS SECVNDVS.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.

MVltipliciter facies Dei in sacris literis sumitur, aliquando enim facies Dei respectus gratiæ dicitur, vt ait Diuus Gregorius super illud Iob. 1. Nisi in faciem benedixerit tibi, nos nempè ait. Quod nos amamus respicimus, quod vero aduersari volumus ab eo faciem declinamus, quid itaque Dei facies, nisi respectus eius gratiæ perhibetur intelligi? Nisi in faciem benedixerit tibi, ac si diceret, ea quæ dedisti subtrahe, nam si accepta perdiderit respectum gratiæ tuæ ablatis rebus temporalibus non requirit, si enim ea quibus delectatur non habuerit, fauorem tuum & maledicendo contemnit. Summitur aliquando Dei facies pro eius cognitione sicuti idem sanctus doctor docet l. 24. moral. cap. 6. & 7. exponens illud Iob. 33. Et videbit faciem eius in iubilo, quia per faciem (ait) quemlibet agnoscimus, non immerito cognitionem Dei faciem eius vocamus, & sic intelligit illud Genes. 32. quòd Iacob post luctam cum Angelo dixit. Vidi Dominum facie ad faciem, hoc est quòd post laborum certamina, post tentationum fluctus sæpè in excessu anima suspenditur, vt cognitionem diuinæ præsentiæ contempletur, vnde & auertere Deum faciem suam dicitur, dum non dat animæ notitiam sui quæ adhuc purum mentis oculum non habet, vt docet Augustinus super illud Psal. 12. Vsquequo auertis faciem tuam à me? & exponens illud Psalm. 20. Æquitatem vidit facies eius, ait, Facies Dei est potentia qua dignis innotescit. Vnde idem est dicere æquitatem vidit facies eius, ac si diceret æquitas visa est in facie eius hoc est in notitia eius, vel certè æquitatem vidit facies eius quia non se præbet cognoscendum malis sed bonis, & ipsa est æquitas, sed vt idem doctor docet super illud Psalm. 204. Quærite faciem eius semper. Faciem præsentiam Dei intelligit quæ semper quærenda est, quia absque vllo tædio & nausea semper prospicitur & amatur, sicut cum dicit idem Propheta Psalm. 82. Sicut stipulam ante faciem venti, & sicut fluit cæra à facie ignis, hoc est à præsentia venti vel ignis.

Gregor. Iob. 1.

Idem. libr. 24. mor. c. 6. & 7.

Psal. 12. Psal. 20.

Sed tamen quod ad præsentem attinet rem, per Dei faciem eius

eius mageſtas intelligitur quæ præcipuè in facie reſplendet vt patet apud Eſther quæ cum vidiſſet tantam mageſtatem in facie regis Aſſueri reſplenduiſſe, penè exanimata corruit, caput ſuper ancillulam reclinans. Dicit ergo iuſtus poſtquàm Deum in ſortem partis ſuæ cœpit habere, ſe mageſtatem Domini deprecatum fuiſſe in toto corde ſuo, ac ideò expoſcere Dei miſericordiam quam humiliter deprecantibus pollicitus eſt Deus. Eſther. 15.

Vel poteſt intelligi quòd hic petat iuſtus claram Dei viſionem, quæ à Theologis appellatur facialis, illam nimirum quæ erit in patria de qua Paulus. 1. Corinthiorum. 13. ait. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, quia in hac vita videmus Deum in alio, nempè, vel in creaturis, vel per ſpecies quas nos abſtrahimus à ſenſibilibus, quæ dicitur viſio ſpecularis & ænigmatica, ſicut res quæ videtur in ſpeculo, vel per aliud medium vt quæ videmus per conſpicilia, vel vitrea ocularia, in patria autem videbimus facie ad faciem, hoc eſt abſque medio, tam ex parte videntis, quàm ex parte rei viſæ, videbimus enim noſtris oculis faciem Dei, intellectus noſter abſque vlla ſpecie creata intelliget ipſum Deum ſicuti eſt, & hæc dicitur facialis viſio, quòd ſi aliquando in ſcriptura inuenitur aliqua alia viſio hoc nomine nuncupata, vt cum Geneſis. 32. Iacob poſt luctam cum Angelo dixit, Vidi Dominum facie ad faciem, id dixit ad explicandum excellentiam viſionis illius, quia vidit Deum non in ſeipſo, ſed in illo viro cum quo luctabatur, quem vidit facie ad faciem, ſed quoniam nihil pollutum intrat in regnum cœlorum, & ſolùm mundi eum videre poſſunt, iuxta illud, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt, ideò petit Propheta, vt per miſericordiam Dei eius deleantur peccata, ne his præpeditus deſiderata careat viſione. Dicit autem ſecundùm eloquium tuum, quoniam verè pœnitentibus veniam per miſericordiam ſuam promiſit Deus, ac deinde præmium, igitur vt verificentur Dei promiſſa, id expoſcit Propheta iuxta illud Eccleſiaſtici trigeſimoſexto. Da mercedem Domine ſuſtinentibus te, vt Prophetæ tui fideles inueniantur, hoc eſt vt vera appareant eloquia & promiſſa tua per ora Prophetarum promulgata. Dicit autem in toto corde meo, hoc eſt integro intellectu & affectu, vel in toto corde meo, quia vt 1. Cor. 13. Geneſ. 32. Matth. 5. Eccl. 36.

Oſeæ.10. dicit Aug.mens diuiſa nō impetrat.Oſeæ.10.diuiſum eſt cor eorum,nunc interibunt.

Sed licet prædicti ſenſus accommodatiſsimi huic carmini videantur,& ſint,tamen de Chriſto Domino poteſt optime & interpretari vt ſit veluti quædam expoſtulatio Meſsiæ quam frequentiſsimè priſci patres repetebant ſumma cordis auiditate & fide,dicitur autē Chriſtus Dñs facies Dei,per metaphorā & ſimilitudinē, nā ſicut per faciem cognoſcitur homo ita per Chriſtum Dei notitia nobis manifeſtata eſt, vt ipſe dicit Ioan. 17. Pater manifeſtaui nomen tuum hominibus,verum eſt quòd nulla corporalis ſimilitudo faciem Dei exprimere valet ſicuti eſt,ſecūdum illud Iſai. 40. Cui ſimilem feciſti Deum,aut quam imaginem ponetis ei?cæterū ſi quidpiam exprimere poteſt,aut aliqua res corporalis ſimilitudinem cum Deo habere valet, quæ ipſum mirificè referat atque imitetur ipſum verbum Dei, quod eſt ſimilitudo expreſſa ipſius in carne viſibili mirificis id efficit modis. Primùm quoniam cum noſtra cognitio à ſenſu ortum trahat dum in carne ſumus, etiam notitiam quam de Deo in præſenti ſtatu habemus per ſenſibilium ſimilitudinem adipiſcimur, vt enim percipiamus efficaciſsimam intelligendi vim,qua Deus cunctos cordis receſſus penetrat,ei oculos per metaphoram attribuimus,ſed quia oculus non omnia penetrat lucidiſsimo ſoli vniuerſa illuminanti eos comparamus, vnde oculi Domini multo lucidiores ſunt quàm ſol, quo modo loquendi ei,os, aures, manus, brachia,& cætera membra tribuimus vt paſsim eſt videre in Scriptura. De quo videndus eſt Auguſtinus libro.83.quæſtionum quæſtione.52.cum ergo in facie hi ſenſus reſplendeant, Chriſto Domino excellentiſsimè congruunt, nam ſi Dei oculi acutiſsimi ſunt,hic ſponſus noſter Chriſtus comparatur capreæ quæ perſpicaciſsimi viſus eſt. Et Cantic. 7. dicitur, Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Erāt quippe aquę iſte limpidiſsimæ ac ceu crhiſtallum ſplendentes ad quas frequentia populi concurrebat, quoniam iuxta publicam portam omnibus conſpicabiles erant, ſic oculi Chriſti Domini nimia claritate perſpicui multitudinem cogitationum noſtrarum intuentur, omniaque abdita noſtra in illo, tanquam in limpidiſsima aqua patent, ſibique omnia occulta noſtra peruia, & tanquam in propatulo ſunt de eo enim pluries Euangeliſtæ referunt dicentes. Ieſus vero, vt vidit cogitationes

Ioan. 17.

Iſai. 40.

Eccl. 23.

Auguſt.

Cant. 2. 3.

Cant. 7.

Matth. 9.

tiones eorum, non ſolum inquantum Deus ante cuius conſpectũ nulla creatura eſt inuiſibilis vt ait Paulus, verum etiam ſecundum quòd homo abdita noſtrorum cordium ei manifeſta ſunt, quoniam ſecundum quod homo iudex noſter cõſtitutus eſt, qui & manifeſtare debet abſcondita tenebrarum, & illuminare occulta cordium, quare omnia peruia & dilucida ſunt in oculis eius. Vide linceos eius oculos etiam cordis receſſus penetrantes, vide acutiſsimi viſus perſpicuitatem, qui Nathanaelem vidit cum eſſet ſub ficu antequam Philippus vocaret eum, quo miraculo conuictus Nathanael dixit; Rabbi tu es filius Dei, tu es Rex Iſrael, vt dicitur Ioan. 1. Quòd ſi Deo odorem tribuimus propter diſcretionis iudicium, de Chriſto Domino dicitur in eodem loco. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum, per naſſum iudiciũ diſcretionis intelligimus ea enim quæ à lõge iudicamus quaſi ſubolere dicimur, turris autem hæc erat veluti ſpecula contra Siriam, de qua ſpeculator (vt Hebræi referunt) etiam ſingulas domos ciuitatis Damaſci, quæ caput Syriæ erat, dinumerare poterat, vt ergo ſignificaretur nobis ſummum diſcretionis iudicium qua & futura & longo interſtitio diſtantia etiam præuidet, naſſus eius turri Libani aſsimilatur. Quòd ſi faciẽ Dei pulcherrimã dicimus, Chriſtus Dominus ſpecioſus forma præ filijs hominum, à regio Propheta prædicatur, candidum & rubicundum eum nobis ſponſa depinxit, nec te multum moueat, quòd aliqua quę hic ſpõſo tribuimus, hoc eſt Chriſto Dño in Canticis potius de ſponſa, ideſt, de Eccleſia dicantur, ſed memento regulæ Diui Auguſtini. 3. de doctrina Chriſtiana, à. c. 30. vſque in finem, in qua docet ꝙ multotiens vna perſona intimatur nobis capitis & corporis, hoc eſt Chriſti & Eccleſiæ, nec enim fruſtra dictum eſt fidelibus Gala. 3. Ergo Abrahę ſemen eſtis cum ſit vnum ſemen Abrahæ quod eſt Chriſtus, vnde frequenter à capite ad corpus, à corpore ad caput fit in ſacris literis tranſitus, & tamen non receditur ab vna eademque perſona. Vna enim perſona loquitur dicens Iſai. 61. Quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis, & tamen quid horum duorum capiti, quid corpori, hoc eſt quid Chriſto, & quid Eccleſiæ conueniat, intelligendum eſt. Quare non mireris, ſi nonnulla quæ de corpore hoc eſt Eccleſia dicuntur, etiam capiti conueniãt, & è contra propter cohærentiam, vnionem, & ſimilitudinem capitis cum membris, cum ergo in figuris & notis faciei

Heb. 4. 1. Cor. 4. Ioan. 1. Cant. 7. Pſal. 44. Cant. 5. galat. 3. Iſai. 61.

adeò ſimilis appareat Chriſtus ipſi Deo rectè facies eius dicit, Vnde idē Dñs Philippo. Philippe qui videt me, videt & patrē meum.

Secundò dicitur etiam Chriſtus facies Dei, nā ſicut ſolū in facie omnes ſenſus continentur & in nulla alia parte corporis (nam facies per oculos videt, per aures audit, per nares odoratur, per linguā guſtat, & per tactum ſentit) ſic ſolus Chriſtus omnes ſenſus ſpirituales hoc eſt dona gratiarū habuit de quo dicit Greg. 29. mor. Redēptor noſter in carne viuens operationes ſeptiformis ſpiritus ſimul in ſe vinctas & manentes habuit, de quo dicitur Iſa. Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & quieſcet ſuper eum ſpiritus Dñi, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus cōſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Dñi. Et Zachar. 3. dicitur; Super lapidē vnum ſeptē oculi ſunt, nullus vero hominum operationes Spiritus ſancti omnes ſimul habuit niſi mediator Dei & hominū, alius nanq; prophetiā, alius virtutes, alius ſcientiam, alius genera linguarū, alius interpretationem ſermonum iuxta diſtributionem Spiritus ſancti accepit, ad habenda vero cuncta eiuſdē ſpiritus munera, nemo pertingit, at vero conditor noſter infirma noſtra ſuſcipiens per diuinitatis ſuæ potentiam ſe ſimul habere omnes Spiritus ſancti virtutes docuit. Hęc Gregor. Itaq; quę ipſe vt caput cumulata accepit, cęteri quaſi membra diuiſa communicant (nam ſecundū doctrinā magni Dionyſij) quæ in ſuperioribus ſunt vnita in inferioribus diuidūtur. Vnde Paul. Epheſ. 1. Ipſum dedit caput ſuper omnē Eccleſiam qui eſt corpus ipſius & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur, hoc eſt Chriſtus, qui omnia ſimul charifinata gratiarum habet adimpletur in omnibus, in omnibus non in vno aliquo membro ſingulari, quoniam nullum omnia participat, ſed in omnibus, quorum ſinguli, vel aliqui, quędam eius dona communicant, atq; vnus eum refert in vno, alius in alio, vt ſic in omnibus ſingulæ eius gratiæ adimpleantur, eo modo quo dicimus animam in organis & membris corporis adimpleri; habet quippe anima virtutem videndi, audiendi, odorandi, ſentiendi, has autem virtutes non per vnum membrum adimplet, ſed per ſingula, per aures audit, per oculos videt, per nares odoratur, per tactum ſentit & palpat, & ſic in ſuis membris & organis adimpletur, quo etiam modo dicitur Eccleſia plenitudo Chriſti, nam in ea ſunt membra & organa diuerſas accipientia virtutes, quibus operationes, quæ ſunt in capite patefiant.

Gregor. Iſai. 11. Zach. 3. Dionyſ. Epheſ. 1.

Chriſtus

Chriſtus ergo facies eſt Dei, vnde Eſther cap. 15. dicitur, Facies tua plena eſt gratiarum. Hāc faciem deprecatur noſter Pſalmiſta in hoc verſu dicens, Depręcatus ſum faciem tuam in toto corde meo, imo vt ex traditionibus Hebræorum accepimus, quando arca Domini transferebatur à domo Obededom Gethei ad domū Dauid, concinebant ſacerdotes dicentes. Propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui, Pſal. 131. Hanc antiqui magnis precibus efflagitabant dicentes, Oſtende nobis Domine faciem tuam & ſalui erimus, & ſic intelligit Diuus Auguſtinus illud Pſal. 79. Oſtende faciem tuam & ſalui erimus, pro quo ipſe legit, & illumina faciem tuam, hoc eſt Chriſtum. Et Iob. 13. Conquerebatur dicens cur faciem tuam abſcondis? Et illud Pſal. 12. Vſquequo auertis faciem tuam à me, ideſt, non oſtendis mihi Chriſtum incarnatum. De iſta illuſtrata facie, quæ tanquam ſol in transfiguratione reſplenduit, profluit radius omnis ſapientię, facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua, Apocal. 1. manat fluuius omnis gratiæ, facies tua plena eſt gratiarū, deriuatur ſalus omnibus, oſtende faciem tuā & ſalui erimus, Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea, Gene. 32. Scaturit fructus omnis felicitatis & lætitiæ, Exod. 33. dixit Moyſes ad Dominum, Oſtende mihi faciem tuā, cui reſpondit Dominus, Ego oſtendam tibi omne bonum, ſed his non obſtantibus, tam pulcherrima & ſplendida facies in paſsione fuit ſputis oblita, nā ſpuerūt in faciē eius, Matt. 26. & Iob. 30. Faciē meā conſpuere nō verentur; fuit & per irriſionē velata, alapis ceſſa, pugniſq; percuſſa, indigniſq; alijs modis deturpata, quare ad patrē orantes dicimus, Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui: & miſerere mei ſecūdū eloquiū tuū, ideſt, ſecundū promiſſa quibus pollicitus es miſericordiā per Chriſtū filiū tuū, nā ipſum poſuit pater propitiatorē per fidē in ſanguine ipſius, vt dicit Rom. 3. Miſerere mei ſecundū eloquium tuum. Aduertendum ex D. Ambroſio quòd duplex eſt miſericordia, quædā iuſta & quædā iniuſta. Miſericordia Dei quę per lignū crucis noſtra dolet peccata, iuſta eſt & iſtā petit: donare quippe peccata (ait Ambroſ.) & miſericordia & iuſtitia eſt, nā iuſtitiæ aſcribit diuina Scriptura donare peccata, cum Sap. 14. dicitur, Benedictum lignū per quod fit iuſtitia, ſed ſciens Deus corporis fragilitatem corruptelę patere hominem quaſi iuſtus fragili naturæ delicta conceſsit, & ſic fuit iſta miſericordia iuſta, iniuſta autem miſericordia eſt, quam

Eſther. 1
Pſal. 132.
Auguſt.
Pſal. 79.
Iob 13.
Pſal. 12.
Apoc. 1.
Eſther. 15.
Pſal. 79.
Gen. 32.
Exod. 33.
Matth. 26.
Iob. 30.
Pſal. 83.
Rom. 3.
Ambroſ.
Sap. 14.

Saul

1.Reg.14. Saul exercuit cũ Rege Amalech contra Dei præceptũ. 1.Reg.14. Et ſi quis iudex latronem filijs deprædantibus motus,& lachrymis coniugis eius inflexus abſoluendum putet,cui adhuc latrocinandi aſpiret affectus,nam cum vni indulget in digno, plurimos facit ad prolapſus contagium prouocari,facilitas huius veniæ incentiuum tribuit delinquendi,& etiam qui miſericordia motus tribuit infirmo nociua quæ petit,qui non ſecat membrum ſecandum motus prece infirmantis,quoniam talis miſericordia crudelitas eſt. Ad propoſitum ergo,Pſalmiſta petens à Deo,miſerere mei ſecundum eloquium tuum,miſericordiam quam petit diſcernit ab iniuſta miſericordia dicens,ſecundũ verbum tuum, verbum enim Dei iuſtitia eſt, petit ergo miſericordiam iuſtam ſecundum verbum Dei, quia verbi Dei ſententia eſt,vt conuerſis venia donetur ſi legitime eſt facta conuerſio,hæc Ambroſius.

VERSVS TERTIVS.

Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.

Iſai. 38. ISaiæ.38.dixit Ezechias,Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.Prius debet homo ſua ſingula recogitare peccata atque flere, deinde cum emẽdandi propoſito proprio ſacerdoti ea confiteri,Helias prius ligna ſigillatim compoſuit atque in acerbum copulauit. Deinde aquam ſuper ea fudit, imo aquæ ductum fecit ſuper ea,poſtea ignis de cœlo venit qui ea con
3.Reg.18. ſumpſit.Peccator holocauſtum ſui ipſius corã Deo ſuo faciat; ſed
Figura. prius per conſiderationem in acerbum cõponat peccata ſua ſigillatim ea cogitando, lachrymas exprimat & effundat ſuper ea quinimo aquæ ductum à corde ſuo ad peccata ſua faciat,vt ignis contritionis & amoris Dei,qui de ſupernis venit ea omnia cõſummat ſed cogitando peccata clamet ſuper ea,excitet dolorẽ tundẽdo pe
Iudith.14. ctus ſicut Publicanus,&veluti Holophernẽ quẽ dormire exiſtimabãt perſtrepẽdo & plauſu manuũ excitare contendebãt Aſsyrij, ſic peccatoris animã in peccatis ſopitã clamoribus,ſuſpirijs,ſingultibus, flagellis conſimiliq; ſtrepitu excitet ipſe peccator, gemitibuſq; ad alta leuetur.Sed heu peccatorũ miſeriã,multi enim peccata deplorãt,quouſq; ea ſacerdoti confiteantur,ſed ſtatim ad pernicioſiſsimã eorũ delectationẽ reuertũtur,ſimiles baiulis,hoc eſt illis
Similitudo qui onera portant,qui dũ pondera gerunt,gemũt,ſed ſtatim vt ea deponũt,rident,atq; lætantur. Debet ergo peccator prius præmeditari

ditari & cogitare peccata veluti villicus qui rationem debet reddere Domino ſumptuum quos fecit, priùs apud ſe computat, atq; recogitat, quos fecerit ſumptus. Cõfeſſor eſt conſtitutus à Deo ad ratiocinia hęc à peccatoribus exigenda, computet ergo ipſe peccator ſumptus peccatorum quos fecit, vt ſciat rationem reddere villicationis ſuæ, aliàs ligatus manus atque pedes mittetur in tenebras exteriores donec reddat nouiſsimũ quadrãtẽ, inuenietur enim tot ratiociniis obligatus vt nullo pãcto poſsit reddere, etiã ſi ipſe vxor & filij veneãt, veluti ille qui veniens imparatus ad ratiocinia inuentus eſt debitor decẽ milliũ talẽtorũ. Quòd ſi pœnitẽs abſq; tali prę meditatione ad pedes cõfeſſoris venerit, repellẽdꝰ eſt, & dicatur ei quod dixit Dominus Samaritanæ, quando eam iuſtificare volebat Ioan. 4. Vade voca virum tuum, hoc eſt rationẽ, nam vt docet D. Auguſt. ratio viri vices in homine gerit reſpectu ſenſualitatis, quæ mulierem refert, & ſicut prothoparentum delictum nuſquã generale factum eſt nec perfectè in tota natura conſummatum quoad vſq; Adã conſenſit in eſſu ligni, etiam ſi iam Eua fuerat ſeducta, ita in quolibet homine nuſquã peccatũ conſummatur, vſq; dũ ratio quæ vir eſt, conſentiat quantumvis caro & inferior pars id appetat, ſicut ergo ad integram peccati rationẽ rationis præſentia & aſſenſus requiritur, ſiue formalis, ſiue virtualis, aut interpretatiuus, ſimiliter ad iuſtificationẽ rationis exigitur aſsiſtentia quę & vocari debet, & adeſſe & aſſentiri. Igitur peccator qui ſine rationis præmeditatione iuſtificationem quærit, quaſi abſente viro matrimoniũ hoc ſpirituale efficere contendit, ſine cuius aſſenſu impoſsibile eſt, dicatur ergo illi à confeſſore, vade voca virũ tuũ, hoc eſt rationem & iudiciũ ad tuorum delictorum præmeditationem affer, priuſque ea in memoriam reuoca cogitationemq; præueni & tũc veniens iuſtificaueris, ſecundum illud, Dic tu prior peccata tua vt iuſtificeris, dic apud te prius, deinde apud ſacerdotẽ & ſic iuſtificatus abibis. Dicat ergo Propheta; Cogitaui vias meas, hoc eſt peccata, quæ ſunt viæ hominis quæ prauæ ſunt vt ait Propheta.

Luc. 16.

Matth. 18.

Ioan. 4. Auguſt.

Iſai. 43.

Ezech. 18.

Vel ſecundò. Cogitaui vias meas, hoc eſt in quibus verſarer periculis ob delicta mea, & ad quę mala tẽderẽ, nam vt dicitur Eccl. 21. via peccãtiũ cõplantata lapidibus & in fine illorũ inferi & tenebrę & pœnæ. Et Prou. 5. Pedes eius deſcendũt ad mortẽ, & ad inferos greſſus eius penetrant, conſidera filiã regis velatis oculis in cõualle deduci, in quo & ſerpentes & leones & immaniſsimæ beſtiæ habitant,

Eccleſ. 21.

Prouer. 5. Simile.

tant, ſi velamẽ auferatur ab oculis eius cũ ſe tot ferociſsimis & venenoſis beſtijs circũdatã viderit, heu quid faciet? quid nõ faciet? quis pauor, quis ſtupor? quot eam agitabũt tremores? clamabit, auxilia poſcet, ſi quis funẽ miſerit, vt eã extrahat, quã fortiter manu apprehendet, ſic nimirũ peccator qui velatis oculis in cõualle peccatorũ eſt, nec reſpicit quibus ſit vallatus mõſtris, ſi apertis oculis intueatur, ſi Deus velamẽ ab oculis auferat, heu quid ſentiet, quã ſtupid⁹ & trepidus remanebit, heu me miſerũ, tot malis circũdatus erã, tot portẽtis, dæmonibus, peccatorũ mõſtris obuolutus? clamabit, auxi-
Pſal. 69. lia poſcet & dicet, Deus in adiutoriũ meũ intende, Dñe ad adiuuan-
Pſal. 21. dũ me feſtina, de ore leonis libera me Domine, erue afra mea Deus animam meam, conuertet pedes & fugiet, ſi quis manum, vel pœnitentiæ funem porrexerit, fortiter apprehendet vt reſiliat. Vnde
Ierem. 2. Ierem. 2. dicitur peccatori. Vide vias tuas in conualli, & Gregor. ſi
Gregor. ad quas currunt impij pœnas aſpicerent, puto greſſus reflecterẽt. Dicat ergo, Cogitaui vias meas, hoc eſt in quibus eſſem periculis conſtitutus, ad quæ damna pergerem, & cõuerti pedes meos in teſtimonia tua ad meliorem frugem à tot reſiliens periculis, ad tua
Nahum. 3. mandata confugi, nã vt dicitur Nahum. 3. Omnis qui viderit te reſiliet à te, hoc eſt cum peccator in quæ mala ſit animaduertit, quaſi à ſeipſo reſilit atq; fugit, ſibique metipſi pauor & horror eſt, ſecun-
Sap. 17. dum illud Sap. 17. Sæpe enim præſumit ſeua perturbata cõſciẽtia.
Auguſt. D. Aug. legit, Auertiſti vel cõuertiſti pedes meos in teſtimonia tua, quod in idẽ recidit, nã cũ Deus ad cõuerſionem peccatoris primus cõcurrat, peccator autẽ ipſe per liberũ arbitriũ Deo mouenti cõſentiat, atq; ad eũ ſe cõuertat, & dicitur Deũ cõuertere peccatorẽ, & ipſum etiã impiũ ſeipſum ad Deũ vertere, vnde in Cõcil. Triden. Seſsi. 6. c. 5. definitur, Vt oſtẽdat̃ q̃ Deus primitus mouet cor
Thren. 5. impij ad ſeipſum, dicitur, Conuerte nos Dñe ad te, & cõuertemur, vt autẽ patefiat, q̃ ipſe peccator Deo cõſentit, atq; eius ſuffultus au-
Zach. 1. xilio ad Deũ ſe per cõtritionẽ mouet, dicitur Zacha. 1. Cõuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. Dicat ergo noſter Pſaltes, Cogitaui vias meas, hoc eſt peccata mea, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua, ideſt in opera, quæ teſtimonium perhibent quòd ſumus filij Dei, vt ait hic Dominus Caietanus.
Caiet.

VERSVS QVARTVS.

Paratus ſum, & non ſum turbatus, vt cuſtodiam mandata tua.

Alibi

ALibi dicit Psalmista, Paratum Cor meum Deus, paratū cor meum. Postquam Dei gratia homo ad Deum reuersus est, ipsamet gratia, ipsum promptū paratūq; reddit ad Dei mādata absq; vlla hęsitatione exequēda, vnde Isai. 6. qui prius se pollutū labijs fatebatur, quasi ad loquendū ineptus esset, postquam labia eius ab angelo calculo ignito sunt mūdata, statim paratū se inuenit ad Domini legationē exequendam. Nā cum audisset vocem dicētis; Quem mittam & quis ibit nobis? ipse respondit, Ecce ego mitte me. c. 6. Quare angelici illi spiritus qui coram Deo ministraturi astant, semper quasi parati ad eius imperia adimplenda inueniuntur, nam vel volantes describuntur, vel extensis alis & aperto ore intuentes, quid nam illis imperare vellet diuina maiestas, vnde cum Tobias iunior quæreret virum qui se vsque ad Rages ciuitatem Medorum deduceret, Raphaelum Angelum adinuenit quasi iuuenem præparatū ad iter, & ingressa Agnes turpitudinis locum angelum Domini præparatum inuenit, adeò prompti, & alacres sunt ad diuina imperia, vt semper præparati videātur. Animalia illa sancta quæ vidit Ezech. habebant pedes rectos & pennatos, vt ostenderetur eorum præparatio & agilitas ad obsequendum diuinis imperijs, sic nimirum verus Dei seruus non deses aut negligens, sed semper expeditus ad bona opera inueniri debet, vnde Dominus; Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ardētes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suū, præcinctos vult ministros suos Deus, quasi semper præparatos ad opus, vnde alia litera dicit, festinaui, & non tardaui, & non sum turbatus, hoc est nec aduersa quæ Dei cultoribus obuenire solēt me perturbāt, nec opprobria cōfundunt, vt Dei semper nō obtēperē iussionibus, ideo Diuus Paulus. 2. Timoth. 2. suum admonebat Timothæum vt se exhiberet operarium inconfusibilem. Hoc est qui absq; pauore & pudore Christi nomen fateretur, atque doceret, vnde Ierem. 17. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens. Improuisa (ait Cassiodorus) fortè conturbant, non enim facit formidare animum deliberata sententia, quare Dominus suorum corda discipulorum à perturbatione libera esse suadet dicens, Non turbetur cor vestrum nec formidet, cor iustorum non turbatur etiam si corpus quibuscunq; affligatur tormentis, nam sicuti nonnunquam videmus in media regione aeris nubes obscurissimas congregari, quæ solis prospectum impedire videntur, fulgura thonitrua

Isai. 6.
Tob. 5.
Ezech. 1.
Luc. 12.
2. Tim. 2.
Ierem. 17.
Cassiod.
Ioan. 14.
Simile.

thonitrua ſonare, ignē ac fulmina non ſine magno mortalium pauore deſcendere, tamen omnes hi terribiles ſonitus, formidoloſaq; fulmina, in ipſa aeris regione duntaxat contingunt, ſol quippe ipſe nō has in ſe patitur perturbationes, ſed in ſua ſphera liber illumi nat conſuetiſq; ſplendoribus micat, imo & ſuis ardētiſsimis radijs hæc omnia ſubuertit, ſic certè animus corq; iuſtorum ſe habetcū corpus affligitur, dilaniatur, percutitur, exuritur, cōſtringitur, mē bratimq; dilaceratur, fluit cruor, ſonat vngula, emittunt cōminuta oſſa ſtridorē, commiſſerantiū gemitus aerē quatiunt, animus tamē liber ſolitis virtutis ſplendoribus emicat, caro ſola perturbatur, cor immune à pauore conſtās tot mala libentiſsimè ſuffert, imo amoris igne ac virtutum viribus munitū hæc omnia ſubuertit, atq; cū palma triumphans euadit. Videbatur quidem inſipientium oculis perturbari, putabant iam tenebris eius lumen extinctum, cum tamen tunc maioribus ſplenderet micatibus, mitiori tranquillitate frueretur. Et quomodo duo nobiles athletę ferreis loricis induti, galeis circūmuniti capita, inter ſe deſidētes in paleſtra pugnant, reſonant ictibus percuſſa arma, volitant per aera confractæ haſtæ fragmenta, facies tamen eorum tūc maximè rubent ardoreq; pugnæ ſuccenſæ pulchriores apparent, ſic iuſtorū corda inter carnificum ictus flagellorumq; vulnera rubicūdiora ex nimio Saluatoris amore redduntur, ſonituſq; atq; pauores exterius tantū audiuntur, fœda in oculis hominū dilacerata videtur caro, cum tamen animi ſpecies tunc ſole ipſo rubicundior, ſplendidior, atque pulchrior appareat, dicat ergo confidēter Propheta. Paratus ſum & nō ſum turbatus vt cuſtodiā mādata tua, nā tunc mādata bene ac integrè ſeruā-tur cum aduerſitas nulla metuitur, vt ait hic Caſsiodorus, vel aliter paratus ſum & nō ſum turbatus, vt cuſtodiā mandata tua, hoc eſt propter mandata tua paratus ſum pati, ſciens beatos qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam à te prædicari, & quod Apoſtolus tuus Petrus dicit; Si quid patimini propter iuſtitiam beati.

Aliud ſimile.

Caſsiod.

Matth. 5.

1. Pet. 3.

VERSVS QVINTVS.

Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.

Gregor.

DIuus Greg. ſuper illud Iob. 40. Et fune ligabis linguam eius, ait q̄ in diuinis literis aliquādo per funem dimēſionū ſortes aliquādo peccata, aliquādo fides deſignari ſolet. De primo

dicitur

dicitur Psal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris etenim hæreditas mea præclara est mihi, funes quippe in præclaris cadunt dum per humilitatem vitæ sortes nos patriæ melioris excipiunt. Rursum (ait) quia fune peccata signantur per Prophetam dicitur, Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Isaiæ. 5. Iniquitas nanque in funiculis vanitatis trahitur dum per augmentū culpa protelatur, quia enim funis addendo torquetur vt crescat, non immerito peccator in fune figuratur, quod peruerso corde sæpè dum defenditur multiplicatur. Rursum fune fides exprimitur Salomone attestāte qui ait. Funiculus triplex difficilè rumpitur, Eccles. 4. Quia fides videlicet, quę de cognitione trinitatis ab ore prædicantium textitur fortis in electis permanens in solo reprobrorū corde disipatur, sed in hoc loco per funes peccatorum nō solum peccata quæ vincula sunt quæ animam hominis circumligatam habent, sed potius ipsos peccatores intelligit, qui iustos circumsæpiunt, atque per peccata sua scandalizando ligare contendūt, vnde genitiuus iste (peccatorum) peccatores designat, non peccata, quare Psalm. 11. In circuitu impij ambulant, hoc est in circuitu iustorum eos prauis exemplis circunuenientes, vnde & domum Loth Sodomitæ circumierunt, & Saul cum exercitu suo, Dauid per modum coronæ circunscripsit. Et Psalm. 117. dicitur, Circundederunt me sicut apes, vetusta quædam simultas est inter iustos & peccatores, iusti quippe vita quasi impiorum condemnatio est, iuxta illud. Condemnat autem iustus mortuus, viuos impios, & ideo ipsum circunuentum imò & enecatum vellint, hinc conspiratio illa ortum habuit quā Sapiens capit. 2. Sapientiæ depinxit dicens, Dixerunt impij cogitantes apud se non rectè circunueniamus iustum quoniam inutilis est nobis & contrarius est operibus nostris & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, factus est nobis in traductionem cogitationū nostrarum grauis est nobis etiā ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius & immutatæ sunt viæ illius. Et ex his præmissis inferunt illum dignum morte, dicētes. Mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra viuentium, ad hoc ergo impij iustum circunuenire volunt, vt perdant, ideo ergo dicitur, quòd circundant eum sicut apes quæ quidem homines circuncingunt vt pungant, feriant, venenosos aculeos in eum infigant, & hoc quia inutilis sibi apparet, ea quippe quæ iustus docet non ad voluptates, honores, diuitias, vindi-

Psalm. 15. Isaiæ. 5. Eccle. 4. Psalm. 11. gene. 19. 1. Reg. 21. Psalm. 117. Sapien. 4. Ca. 2. Sap.

ctas,& cætera,quæ ſcelerati quærunt attinent,ſed omnino contraria atque his aduerſa prędicat,imò illa demoliri ſatagit, quare non ſolum inutilis, ſed & contrarius operibus eorum videtur. Dicitur
Pſalm. 21. etiam alibi. Circũdederunt me canes multi, tauri pingues obſederunt me, canes vt ringentes contra eum bona eius facta obmurmurando lacerent ac veluti tauri in eum impetunt faciant, tau-
Simile. rus quippe oculos claudit, vt fortius feriat, ſic mali oculos ſuos claudunt ne videant lucem iuſti, ideo enim dicunt, grauis eſt nobis etiam ad videndum,quoniam diſsimilis eſt alijs vita illius,diſsimilitudo autem eſt cauſa odij,ſicut & ſimilitudo amoris cor autẽ
Prou. 15. impiorũ diſsimile erit. Peccatores ergo obſident iuſtum, & funes eorum circumplectãt eum. Vnde Felix vertit. Cõgregationes impiorũ deprædatæ ſunt me, & Chaldaica paraphraſis. Cohors,vel caterua impiorum congregata eſt contra me,vnde & Chriſtũ dominum circundederũt in porticu Salomonis,vt refert Ioan. c. 10.
Ioan. 10. Ipſe quippe Dominus noſter Ieſus omnium iuſtorum perſonam gerit,vt ea quæ iuſtis omnibus accidere ſolent in ſeipſo prius experimento oſtẽderet,iuſtus autem à quàm plurimis inimicis obſidetur,à dæmone qui tanquam Leo rugiens eum circuit ad deuorandũ,ab hominibus impijs qui in circuitu eius ambulant,vt perdant, à ſeipſo qui contra ſeipſum inimicitias gerit,nam caro cõtra ſpiritum ſcandala & bella concitat,imò ab ipſo Deo qui iuſtũ frequenter in tentationes permittit,ſicut Chriſtus Dominus à Spiritu ſancto eſt ductus in deſertum,vt tentaretur à diabolo, & iuſtus Iacob qui luctator dicitur poſt luctam, cum ſocero,cum leuiris
Gene. 32. & affinibus cum Eſau fratre ſuo, poſtremo cum angelo luctatus eſt, quapropter iuſtus tot facies habere debet quot inimicos aduerſum ſe videt,vt vnũquẽq; ſuo ordine oppugnet. Vndé animal
Ezech. 7. ſanctum quod vidit Ezechiel habebat faciẽ Leonis contra diabolum,nam iuſtus quaſi Leo confidens abſque terrore erit, habebat & faciem hominis contra alios homines, qui virtutem eius oppugnare contendunt, contra quos diuinis rationibus agendum eſt,
Prou. 28. faciem vituli habebat qua ſibi ipſi reſiſtere valeat, vitulus quippe ſacrificio mactatur,carnem ſuam ieiunijs macerat,vigilijs extenuat,flagellis mactat vt ſubdita ſpiritui amplius ferocire non vellit,ſed & faciem aquilæ habebat, aquila proſpectus ſolis intuetur, cognoſcat iuſtus, quòd à Deo in tentationem permittitur, atque cum beato Iob patienter ferat, quæ à Deo ſibi prouenire cognoſcit,qui-

scit, quinimo & alia animalia quæ viderat Ioannes Apocaly. plena erant oculis ante & retro, velut alter argos, iustus plenus oculis incedere debet cum se obsessum tot aduersarijs videat luce cælesti circumfusus, vt vndique eminentia dãna animaduertat. Sunt ergo peccatores vincula & funes quæ iustum circumplexum tenent, & quod peccatores sint vincula, ex capite. 7. Eccles. accipere possumus, vbi depingens peccatricem mulierem totam ipsam laqueos ac vincula facit dicens; Et inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum est & sagena cor eius, vincula sunt manus illius, imò apud Hebræos legitur ipsa laquei, acsi tota integra laqueus ac vincula foret. Apoca. 4. Eccles. 7.

Sed quoniam à principio diximus ex sententia Diui Gregorij, quòd etiam peccata ipsa dicuntur funes & vincula non incongruè & de ijs carmen hoc intelligi poterit, nam & idem Sanctus doctor super illud Iob. 12. Balthæum Regum dissoluit & præcinxit fune renes eorum, ait. Qui membrorum suorum motus bene gerere sciunt non immeritò reges vocantur, Regum, itaque balthæum dissoluit quando in ijs qui bene regere sua membra videbantur propter elationis culpam castitatis in eis cingulum destruit & quia renibus carnis delectatio principatur & in fune accipitur peccatum districtus conscientiæ iudex qui regum baltheum dissoluit, fune præcinxit renes eorum, quatenus dissoluto castitatis cingulo, scilicet eorum membris delectatio peccati dominetur, vt quos in occulto superbia inquinat, quàm sint detestabiles etiam in publico ostendat, & Prouerb. 5. dicitur; Iniquitates suæ capiunt impium & funibus peccatorũ suorũ quisq; constringitur, quod dupliciter potest intelligi, primò sic ꝙ peccata dicantur vincula eo ꝙ peccatorem ligatum tenent, ne possit euadere diuinũ iudiciũ, sunt enim peccata veluti satellites, cõpedes, & manicæ, quibus ad luendas pœnas & diuinũ suppliciũ perferẽdũ detinetur impius, dũ em̃ peccata habuerit effugere diuinã vindictã minimè poterit, & nisi diuinitus per verã pœnitẽtiã cõteratur, vt possit dicere peccator, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis, semper ligatus quasi bos obnoxius supplicio p̃manebit. Secũdò dicũtur vincula peccata q̃ animã captiuã & impeditã detinẽt ne ad opera meritoria prograediat, iuxta illud Pauli, Vt resipiscant à laqueis diaboli à quo captiui tenent, nã qui facit peccatũ seruus, est peccati, q̃ miserã captiuitatẽ in suis plãgebat Threnis Ieremias D. Gregorius. Prouer. 5. Peccata vincula dicantur. Psal. 115. 2. Timo. 2. Thren. 1.

Thren. 1. dicēs, Quia tradita eſt in captiuitatem filia Sion, hoc eſt anima fidelis & pulchritudo eius in manus inimici, oportet ergo quod à Deo vincula hæc diſſoluātur, & ideo dicit legem tuam non ſum oblitus, in qua & captiuis redemptionem & vinctis libertatē promittis, & ideo Lazarum ligatum manus & pedes inſtitis ſoluendum Apoſtolis commiſit Dominus, nam per abſolutionis beneficium vincula peccatorum diſſoluuntur, quod & ipſa abſolutionis forma ſignificat qua dicitur, Ego tē abſoluo. Nimirum ab his vinculis quibus te teneri conſtrictum fateris, & id mandauit Dominus duobus diſcipulis Ioanni videlicet & Petro, quādo eis iniunxit, vt beſtias ſoluerent & ad ſe adducerent hoc eſt cum poteſtatē tradidit Eccleſiæ ſuæ, vt peccatores à criminibus abſolutos ad ſe reuerti iuberet. Fortiſsimus ille Samſon dum Dei auxilio fulciebatur facillimè Philiſtinorū ligamēta ſoluebat, at vero poſtquam Dominus ab eo receſsit ligatus ab eis euadere iam nō potuit, quia ſine Dei ſpecialiſsimo auxilio ſolui peccatorū vincula nequeunt.

Ioan. 11.

Forma abſolutionis.

Matth. 16.

Iudic. 16.

VERSVS SEXTVS.

Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

Nox dupliciter diſtinguitur.

NOX dupliciter ſumitur & pro tempore nocturno, vt nox diſtinguitur contra diem, & pro ſtatu aduerſitatis & tribulationis & de vtraq; nocte intelligitur carmen licet plura de hoc dicta ſunt ſuprà in verſu. 7. octonarij & tractatus ſeptimi, quare breuiter nunc pertranſeundum erit. Hi qui virtūtem colunt, quæ meliora, atque aptiora ſunt ad virtutem eligere ſemper debent, mediæ autem noctis tempus oportunius, atque commodiùs eſt ad ſpiritualia quæque quàm aliud. Primum quoniā tunc ſomnus maximè animos hominum oppreſſos, atque intercluſos tenet, ſomnus autem maximam ſimilitudinem cum morte habet nam Poetæ fingunt ſomnum & mortem fratres eſſe & alij mortem ferreum ſomnum appellāt, vnde Catullus Nox eſt omnibus vna dormienda, & Ouidius.

Somnus cū morte aſſimilatur.

Ouidius.

Stulte quid eſt ſomnus, gælidæ niſi mortis, imago?
Longæ quieſcendi tempora fata dabunt.

In morte autē quis vitalia opera exercere poterit? quod autē vitalius opus quā quod ſpiritus operatur? à quo & corpus ipſum vitam ha-

tam habet & operationes eius vitales dicũtur, præterea & animus liberior tunc eſt atque ſpiritualium capatior, quoniam vapores illi qui ex ſtomacho ad caput ex cibo & potu aſcendunt, vel inſubtiliores reſoluti, vel omnino euacuati ſunt. Silentium etiam ipſum ac omnium rerum tranquillitas ad cæleſtia meditanda animam ipſam inuitant, quare Pſalmiſta noſter alibi dicit, In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam & nocte canticũ eius, hoc eſt in die iuſti miſericordiæ operibus vacant, nocte autem cæleſtia meditantur myſteria atque in Dei laudibus inuigilant, vnde & Chriſtus Dominus in orationibus pernoctabat, & Nicodemus nocte in myſterijs fidei edoctus eſt, & de beato Dominico noſtri inſtituti Patriarcha digniſsimo legitur in officio ſuo, Sic nocte cœli per luſtrans limina, die terris dat verbi ſemina. Quin & in primitiua Eccleſia, vt Plinius iunior lib. 1. Epiſt. ſcribit ad Traianum, nihil ſe ſceleris in Chriſtianis reperiſſe aiebat, niſi quòd obſtinatè nolebant ſacrificare dijs gentium & quòd ſummo mane ſurgẽtes ante lucem Chriſtum tanquam Deum carminibus laudabant, & etiam refert ex Tertulliano Nicephorus. 3. lib. eccleſ. hiſtor. ca. 17. & lib. 14. cap. 3. Theodoſium minorem Imperatorem mane conſurgere ſolitum cum ſororibus & hymnis Deum & Chriſtũ laudare. & D. Auguſt. 9. confeſſ. cap. 12. dicit ſe ſummo mane vt à mœrore quem ex morte matris conceperat releuaretur his verſibus quos ab Ambroſio acceperat vti ſolitum, Tu es enim Deus creator omniũ, poliq́ rector: veſtiens diem decoro lumine, noctem ſoporis gratia, artus ſolutos, vt quies reddat laboris vſui, mentesque feſſas alleuet luctuſque ſoluat anxios. Imò & reuelationes ſanctis nocte & per ſomnium fiebant, vt patet in ſcripturis ſanctis, & Iob. 4. dicitur; Per noctem in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina, & media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, & quæ paratæ erant introierunt cum eo ad nuptias & media nocte venit Ieſus ad diſcipulos ſuos ambulans ſuper mare, media nocte primogenita Ægypti interfecta ſunt, quia tũc inſurgũt primordia vitiorum quæ ſtatim per vigilias, orationes & laudes diuinas interimenda ſunt, vnde Pſal. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, antequam adolerent & per diei calorem augeſcerent. Qui manna illud ſuauiſsimũ volebãt colligere, oportebat q̃ ante ſolis ortum ſurgerent ad colligendũ, aliàs orto ſole li

Pſalm. 41.

Chriſtus q̃ notabat. Lucæ. 6.

B. P. Dominicus.

Plinius.

Nicephorus.

D. Auguſtinus.

Iob. 4.

Matth. 25.

Matth. 14.

Exod. 12.

Pſal. 100.

queſiebat. Sic dulcedinem ſuam his qui mane vigilauerint ad
Sap. 16. eum oſtendit Dominus. Vnde Sapientiæ decimoſexto dicitur de illo cœleſti ædulio, quod, man; dicebatur, Quod enim ab igne non poterat exterminari, ſtatim ab exiguo ſolis radio calefactum tabeſcebat, vt notum omnibus eſſet quoniam oportet præuenire ſolem ad benedictionem tuam, & ad orientem lucis te adorare. Quare Diuus Ambroſius ſuper hunc verſum, ſic ait, Tunc tentator aſsiſtit, tunc retia iacit, quibus turbare mentem poſsit improbidam, tunc ſpirituales nequitiæ tenebras oſtentant, tunc omne nefas ſuadere contendunt, quando nullus culpæ arbiter, nullus criminis conſcius, nullus poteſt eſſe teſtis erroris, inſerit cordi vanas diſceptationes, vt dicat ſibi, quis me videt? & tenebræ & parietes circundant me, quem vereor? Surge igitur ad deprecandum media nocte, hæc hora eſt qua tentator & nocere conſueuit, & irruere, hæc hora eſt qua ſolet aduerſus graues tentationes cæleſte venire remedium, ſurgendum eſt ergo, ne qua fraude vincaris, prouidendum eſt tibi eo tempore, quo potes vincere, nequaquam tempus vincendi amittas, Surge ergo ad confitendum Domino vt gratias agas. Vnde Dominus Ieremiæ ſecundo dicit; Conſurge lauda in nocte in principio vigiliarum. Si autem de nocte tentatio-
D. Auguſtinus. nis intelligatur, per mediam noctem intelligit Diuus Auguſtinus, quando tentatio maiores vires habet, quando eſt in toto feruore ac vi ſua, tunc & feruentius Deus exorandus eſt vt
Ionæ. 2. ſuppetias ferat ne vincamur, vt Ionas de ventre cœti Deum de-
Lucæ. 23. præcatus eſt, vt latro in cruce, etiam in afflictionibus ipſis Deus
Iacob. 5. deprecandus, vt opituletur, vnde Iacobi quinto, Triſtatur aliquis inter vos, oret, & tres pueri in medio flammarum benedicebant Deum, & Daniel in lacu leonum orabat & exauditus eſt atque à Deo paſtus.
Dan. 14.

Vel tertiò ſic ſi placet; Media nocte ſurgebam, &c. hoc eſt tempore naturalis quietis ſomni quamuis ligatus funibus peccatorum ſurgam à ſomno ad confitendum tibi, ad laudandum te ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ, infra quorum numerum eſt iudicium vinculorum meorum. Intendit enim quòd ligatus non ſolum non obliuiſcetur Dei legem, verum etiam gratias referat Deo ſuper abdita iudicia iuſtitiæ Dei, & hoc media nocte, hoc eſt omni tempore, quod deſcribitur à tempore, quod maximè neceſſarium

cessarium est, nempe ab eo quod est naturali adscriptum quieti, qui enim illo tempore surgit ad laudandum Deum, quod maximè sibi necessarium est ad quiescendum, à fortiori id faciet quando talis non instauerit necessitas. Vnde semper id faciet. Hæc per docte Dominus Caietanus.

VERSVS SEPTIMVS.

Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.

CVm secundum doctrinam Pauli pluribus in locis suarum sacrarum epistolarum, omnes vnum corpus simus in Christo singuli autem alter alterius membra, fit inde vt omnes Christi cultores in charitate vitam agentes, participes fiant omnium aliorum, qui tanquam diuersa membra in vnum mysticum corpus cohærent, quod si vnum membrum tristatur cætera mœrore afficiuntur, si gaudet etiam & alia lætitia implentur, Sed obseruandum, quòd quemadmodum vnio membrorum in corpore & inter se consistit in communicatione eiusdem vitæ quæ ab eadem anima procedit, ita hæc participatio & communio Christianorum in eiusdem spiritus communicatione perstat, secundum illud Pauli. 2. Corinthiorum. 12. Nonne eodem spiritu ambulauimus, hic autem spiritus per virtutem charitatis communicatur, quæ perfectam vnionem hanc constituit, ideo quippe appellatur à Paulo vinculum perfectionis, nam sola hæc vnionem facit in voluntate, idem autem velle, & idem nolle, ea demum perfecta amicitia est, vt dicitur in Prouerbio. Sicut igitur membra mutuis functionibus se iuuant, ita & Christi cultores in charitate degentes, vnde fit quod sicut membrum emortuum per paralysim, vel alio morbo confectum & exiccatum, non communicat vitam, nec calorem animæ, quem alia membra participant, imò nec alimentis quibus alia cibantur membra alitur, sic qui extra charitatem est per quodcunque peccatum mortale, expers omnino à tali cõmunicatione tanquam membrum dissolutũ erit, vnde hic Propheta dicit; Particeps ego sum omnium timentiũ te, & custodientium mandatatua, hoc est eorum qui fide & operibus te colunt, & in Symbolo fidei sancto-

Roma. 12.

2. Cor. 12.

rum communionem confitemur id eſt eorum qui ſunt in charita
Sapien. 8. te quæ ſola amicos & Prophetas Dei cõſtituit, vt dicitur Sapiẽ. 7. Igitur opus ſatisfactoriũ cuiuſcũq; in charitate exiſtẽtis omnibus ſanctis cõmune eſt, nã amicorũ omnia ſunt cõmunia, etenim vel ſibi tota illa ſatisfactio neceſſaria eſt, & tũc dicitur omnibus cõmunis, quia omnes gaudio perfundunt de illo maximo amici bono, quod ſibi in tantã vtilitatẽ ceſsit, gaudẽt dico, vel gaudebũt qñ ad
Theſaurus eccleſiæ p pont. max. diſpẽſatur. eorũ notitiã peruenerit, quod erit in patria, vel nõ tanta ſatisfactione indigebat, & tunc cedit in Eccleſiæ theſauros, quorũ ſummus Põtifex diſpẽſator ac diſtributor eſt, hæc eſt enim alia fideliũ omniũ in charitate exiſtentiũ cõmunicatio, quod merita Chriſti & ſanctorũ ſatisfactiones, quæ ſuperfuerũt ad Eccleſiæ theſaurũ veniũt, quẽ ſummus Põtifex certis tẽporibus neceſsitate poſcẽte aperit, ac omnibus aliquã partẽ illorũ bonorũ elargitur, quibus & ſua debita ſoluãt & pœnæ debitæ peccatis, vel omnino dimittant, vel mitiores fiant. Quæ communicatio ad animas quæ in purgatorio ſunt extendit, vt fides orthodoxa cõtra hæreticos docet, & D. Au
D. Auguſtinus. guſt. 20. de ciuit. cap. 9. vel tertiò iuſtus ille qui in charitate opus ſatisfactoriũ operatur intẽdit illud cæteris iuſtis applicare, vel animabus, qui in purgatorio patiũtur, tribuere, vt noſter Patriarcha Dominicus faciebat per ſingulas noctes flagella pro eorũ requie accipiẽs, & tũc Deus ipſe diſponit quomodo oẽs cõmunicẽt talia bona, vel proportionabiliter, vel ſecundũ maiorẽ minorẽve recipientiũ diſpoſitionẽ, quæ ſecundũ auctiorẽ, vel remiſsiorẽ charitatẽ diiudicatur, vel ſaltem, ſic omnibus cõmune tale opus fit quod oẽs propter vnitatẽ amoris gaudẽt de bono illo, quod vni, vel alijs cõtigit, q̃ ſi iſti, vel illi applicuerit operans plus ei q̃ alijs prodeſſe creditur, niſi aliquid obſtans impedierit; & ſicut mẽbra omnia eodem alimento paſcuntur ſic iuſti fideles eiſdem ſacramentis, nam impius etiã ſi eadem cõmunicet ſacramenta non tamen eis paſcitur cum non ad vitã, ſed ad mortẽ ſumat, nõ ad meritoriũ augmẽtum, ſed ad ſuppliciorũ incrementũ accipiat, præcipuè autẽ hæc alimentorũ cõmunicatio in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento
1. Cor. 10. fit, quod ſinaxis ſeu vnio appellatur, vnde Paul. Vnus panis, & vnũ corp⁹ multi ſumus oẽs qui de vno pane & de vno calice participamus, quare in oratiõe Dñica docemur petere in cõmuni panẽ
D. Ambroſius. noſtrũ quotidianũ, hoc eſt cõmune oĩbus viuificatis mẽbris alimẽtũ. Vnde D. Ambr. hoc loco ſic dicit; Sicut mẽbrũ particeps eſſe

dici-

dicimus totius corporis, ſic cõiũctũ omnibus timẽtibus Deũ. Explicatur etiã hæc cõmunicatio præter hãc corporis & mẽbrorum analogiã, in hoc quod omnes ſumus eiuſdẽ familiæ domeſtici. Eccleſia quippè à Paulo domus Dei dicitur; Hæc ſcribo tibi fili Timotheæ, vt ſcias quomodo oporteat te conuerſari in domo Dei, quę eſt Eccleſia Dei viui; oẽs autẽ familiares & domeſtici vnius domus ſi inter eos amicitia viget mutuis ſe iuuãt officijs atq; ſocietate quadã inter ſe cõnexi, quaſi cõmunia opera inuicẽ faciunt, ſic in Chriſti fidelibus charitatis amicitia cõiũctis cõſiderãdũ eſt. Vnde 1. Ioan. 1. dicitur; Vt & vos ſocietatẽ habeatis nobiſcũ & ſocietas noſtra ſit cũ Patre & cũ Filio eius Ieſu Chriſto. & Paul. Col. 1. Cũ gaudio gratias agẽtes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorum in lumine. Inter eos quippè eſt vnitas fidei, doctrina cõſentiẽs, cõformis vſus ſacramẽtorũ, qui etiã qualeſcũq; dæmum quorũdã errores aut diſſẽnſiones incidãt, ſoliciti ſunt ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. De quo vide D. Aug. trac. 32. in Ioã. & 2. de doctr. Chriſt. c. 6. & epiſt. 19. item de vera religione. c. 6.

1. Tim. 3.

1. Ioan. 1.

Coloſſ. 1.

D. Aug.

Extẽditur & cõmunio hęc nõ ſolũ ad fideliũ animas qui in purgatorio ſatisfaciũt, vt ſupra docuimus, verũetiã ad illã cœleſtẽ Ieruſalẽ, quæ ſurſum eſt mater noſtra & libera eſt quæ vnã nobiſcũ ſocietatẽ facit, vnũq; regnũ conſtituit, ideò quippè præſens Eccleſia paſsim in Euangelio appellatur regnũ cœlorũ, quoniã vnũ regnũ cũ illa cœleſti cõſtituit, nã eſt idẽ vtriuſq; Eccleſiæ, tam militantis quã triũphãtis princeps Chriſus, ſcilicet, Dñs noſter, ipſum dedit caput ſuper omnẽ Eccleſiã, & ſuper omnẽ principatũ & poteſtatẽ, vt ait Paulus. Sunt eædem leges, mores, atq; inſtitutiones regales, quia vtrobiq; lex charitatis viget eadẽq; lex vtrinq; ſeruatur, licet perfectius in cœlo, vbi Deus erit omnia in omnibus idẽ ergo regnũ conſtituit terrena Ieruſalẽ cũ cœleſti ſicuti Hiſpaniarũ vnũ atq; idẽ dicit cum orbe illo nouo qui India del Pyru nũcupatur, quoniã & ſi maximo ſecernamur locorũ interuallo, tñ quoniã idẽ princeps vtrũq; moderat imperiũ, eædẽque leges vtrinq; ſeruãtur idẽ omnino regnũ nũcupabitur, hac tamẽ differentia ſeiungimur, quod illi iam trãquilla pace promiſsionis terra æterna poſſeſsione fruũtur, nos adhuc tãquam peregrini ad eam meritorijs operibus properamus, veluti cũ filij Iſrael Iordanẽ trãſibãt illi qui iam ſicco pede promiſſam terrã attigerãt, ad eundẽ populũ pertinebãt cũ illis qui adhuc ex altera parte ripæ cõſtiterãt accincti tamẽ ad tranſeundum,

Ephe. 1.

Simile.

Figura. Ioſuæ. 4.

ſeundum, arca autē teſtamenti in medio fluminis erat, eadē ergō gens atq; idē populus vterque, niſi quod illi iam ad alteram ripam appulerant, promiſſamque terrā tenebant, ſed iſti adhuc in itinere erant properātes trāſmeare. Cœlites illius ciuitatis almæ Ieruſalē, vnum nobiſcū populum cōſtituunt, niſi quod illi iam tranquilla pace fruuntur promiſſamq; attigerunt terrā, nos ad huc in itinere ſumus, adhuc arca teſtamenti, hoc eſt lex diuina nobiſcum eſt, id eſt, adhuc legem & mandata adimplere debemus ſuperſuntq; facienda opera quibus illā beatā patriā mereamur. Vnde & Dominus Ezechieli præcepit vt ciuitatē Ieruſalem in latere deliniaret, vt oſtenderet quod terrena hæc veluti pictura quædam ac ſculptura eſt illius cœleſtis, quæ in hac veluti in imagine quadā ſculpta eſt, cum ergo tanta ſocietate iungamur, quid mirum ſi & illi noſtri & nos illorū comparticipes ſimus. Vnde & nos illorū precibus adiuuamur & illi de noſtris lætantur benefactis, nam & gaudium eſt in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiā agēte, vt dicitur. Luc. 15. Quare D. Auguſtin. in Enchiridion. c. 56. ait. Tota Eccleſia accipienda eſt nō ſolum ex parte qua peregrinatur in terris à ſolis ortu vſq; ad occaſum laudās nomē Domini, & poſt vetuſtatis captiuitatē cantans canticum nouum, verumetiam ex illa quæ in cœlis ſemper ex quo condita eſt cohæſit Deo, nec vllum ſui caſus malū experta eſt, hæc in ſanctis angelis beata perſiſtit & ſuæ parti peregrinanti ſicut oportet opitulatur, quia vtraque vna erit conſortio æternitatis, & nūc vna eſt vinculo charitatis: hæ autē omnes communicationes ex alia oriūtur hoc eſt ex hoc quod iungimur Chriſto à quo tāquā à capite cōmunes, omnia mēbra influētias accepimus. Vnde Pau. Eph. 4. ſic ait. Vt in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus ex quo totū corpus cōpactū & cōnexū per omnē iunctūrā ſubminiſtrationis ſecūdū operationē in mēſurā vniuſcuiuſq; mēbri augmētū corporū facit in ædificationē ſui in charitate. Hic vides hāc mirabilē ſanctorū cōmunionē à Paulo altiſsime obumbratā, declarauerat influxū Chri in mēbra, declarauerat & ipſa mēbra corporis, modo docet officiū mēbrorū eſſe virtute capitis augere, omnia membra corporis augeamus inquit nos in illo, qui eſt caput Chriſtus. In quo incremētū capiant mēbra quæ augere debemus in illo, augeamus autē ad ſimilitudinem corporis naturalis, quod ſeipſum auget omnibus ſuis mēbris proportionabiliter incremēta dando, coniunctis ſuis partibus augmentum

Figura. Ezech. 4.

Luc. 15. D. Aug.

Epheſ. 4.

gmentū ſubminiſtrādo,ſic corpus myſticū Chriſti, quod tamdiu eſt in ſtatu augmēti,quādiu eſt in carne,donec occurramus oēs in virū perfectū,ex virtute Chriſti capitis,nō ſolum cōpactū ſeu coniunctū eſt,ſed & cōnexū,ſeu cōglutinatū. Cōiungūtur huius corporis mēbra per fidē,connectūtur nexu charitatis, ſicuti membra corporis naturalis connexa ſunt inuicem per neruos,fides quippè & charitas cōnectunt mēbra corporis myſtici ad mutuā ſubminiſtrationē in ſpiritualibus, vt dicitur ad Philip. 1. Scio enim quòd in hoc proueniet in ſalutē per noſtrā orationē & ſubminiſtrationē ſpiritus Ieſu Chriſti ſecūdū operationē in mēſurā vniuſcuiuſq; mēbri augmētū corporis faciat, hoc eſt nō ſolum à capite noſtro Chriſto eſt mēbrorū Eccleſiæ cōpactio per fidē.nec ſola cōnexio vel colligatio per mutuā ſubminiſtrationē charitatis, ſed etiam eſt ab ipſo actualis mēbrorū operatio ſecundū mēſurā cuiuſlibet mēbri quæ augmentū corporis facit proportionale ſecūdū cuiuſlibet mēbri diſpoſitionē,vt in corpore naturali fit in ędificationē ipſius in charitate,quia charitas ędificat(mirabile dictu,)vt intelligamus corporis Eccleſiæ verum augmentū non cōſiſtere in ædificatione doctrinæ,prædicationis,prophetiæ, & huiuſmodi,ſed in additione dilectionis,quia enim ædificatio cōtinuè auget ædificium,ideo augmentum corporis per ædificationē explicuit.Ecce mirabilem vnionē membrorū in capite à quo tot bona cōmunicantia inuicē ſe augent in charitate per ſubminiſtrationē,& operationem ſpiritus Chriſti Ieſu.Ideo placet Diuo Auguſtino, quod hoc carmen etiam intelligatur de hac mirabili communicatione qua & ipſum Chriſtum communicamus, conſortes eſſe diuinæ naturæ, vt ait Petrus, per vnionem illam qua noſtra natura diuinæ perſonæ vnita eſt. Vnde & mutuo ipſe à nobis communicauit naturam, qui enim ſanctificat,& qui ſanctificatur ex vno omnes Hebræ. 2. Hoc eſt tam Chriſtus ſanctificans adoptionis filios quam ipſi filij qui ſanctificantur ex vno Adā oēs ſunt. Propter quā cauſam ſubinfert; Nō cōfunditur fratres eos vocare dicēs; Nūtiabo nomē tuū fratribus meis, & iterū,quia ergo pueri communicauerūt carni & ſanguini, & ipſe ſimiliter participauit eiſdē,ex qua participatione ipſe mortalitatis noſtræ miſerias & nos diuinitatis illius diuitias communicamus,ipſe homo,nos dij facti ſumus,ipſe mortalis, nos immortales,ipſe infans vnius diei, nos æternitatis participes, imo & per ipſum ait Paulus; Cōſedere nos fecit Deus ad dexterā ſuam ad quam

Phil. 1.

D. Aug.

Heb. 2.

Ephe. 2.

ad quã ſupra Chriſtus homo conſedit. Quare deuotiſsimè Diuus
D. Aug. pater Auguſt. in Manuali, quod vulgo circunfertur. c. 12. ſic ait, Eſt in te Deo, & Dño noſtro dulciſsimo & benigniſsimo vniuſcu iuſq; noſtrũ portio & ſanguis & caro, vbi ergo portio mea regnat ibi me regnare credo, vbi ſanguis meus dominatur ibi dominari me cõfido, vbi caro mea glorificatur ibi glorioſum me eſſe cognoſco, quãuis peccator ſim, de hac tamẽ cõmunione gratiæ nõ diffido, & ſi peccata mea prohibent, ſubſtãtia mea requirit, & ſi delicta propria me excludũt, naturæ cõmunio nõ repellit, ecce mirabilem & diuinam ſimul participationem membrorum Chriſti inter ſe & à capite aqua ethnicus, hæreticus, ſchiſmaticus, & excõmunicatus excluduntur, imo & qui eſt in mortali peccato, quoniã ſicuti qui extra Noe arcam extiterũt omnes extincti ſunt, ſic qui ab Eccleſiæ vnitate quomodolibet auulſi ſunt niſi eidem recõcilientur, vel per fidẽ hæretici & infideles ſimul cum charitate, vel per amorem & penitudinem qui in mortali peccato ſunt, hãc mirabilẽ cõmunicationẽ per ſubminiſtrationem ſpiritus non participant, ſed
D. Cypria. pereũt. Vera quippè eſt illa D. Auguſtini & Cypriani regula. Nõ habebit Deum patrem, qui Eccleſiã noluerit habere matrẽ. Cypri, lib. 1. epiſt. epiſt. 11. Aug. l. 4. de Symb. ad Cate. c. 20. & Pſal. 88.

Caſsiodo. Caſsiodorus ſic dicit; Particeps ego ſum omnium timẽtium te, ita portio Dominus, vt particeps ſit non vnius, ſed omnium Eccleſiarum tanta virtus vnitatis, cum ſit particeps Chriſti humiliter dicitur particeps famulorum quod eſt & Chriſti eſſe participem.

Hebr. 3. Vnde Paulus Hebræ. 3. Participes Chriſti facti ſumus.

VERSVS OCTAVVS.

Miſericordia tua Domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

D. Auguſt. expoſitio. AVguſtinus ſic exponit, dicens propter hoc quod Chriſtus particeps factus eſt fratrum ſuorum Deus hominũ, immortalis mortalium ideo granum cæcidit in terrã, vt multiplicatum multum faceret fructũ. Vnde de ipſo fructu adiungit Pſal-

Pſal. 31. miſta, dicẽs; Miſericordia tua Domine plena eſt terra, & vnde hoc niſi cum iuſtificatur impius, ſcilicet, in cuius gratiæ ſciẽtia, vt proficiatur adiungit (iuſtificationes tuas doce me.) Itaq; Diuus Au-

Miſericordia. guſtinus hãc miſericordiã Chriſtũ intelligit. Cuius gratia & meritis iuſtificatur peccator, cui in ſcriptura dicitur; Terra es, repletus

eſt ergo

est ergo peccator misericordia Christi, quia iustificatio impij pura gratia ac misericordia est, nulla enim merita nostra primā gratiam præcedere possunt. Aliàs gratia, iam nō esset gratia, sed merces, vt Paul. infert, vnde Thren. 3. dicitur; Misericordia Dei, quòd non consumpti sumus. Dicitur autē terram esse plenam hac misericordia Dei, hoc est Christo, quia iam non solum notus in Iudæa Deus, sed à solis ortu vsque ad occasum magnum est nomen Dei, quia iam nomen Christi diuulgatum est in vniuersa terra, & vt ait Ambrosius, Plena est terra misericordia Domini, quia omnibus data est remissio peccatorū. Super omnes sol oriri iubetur, & hic quidem sol super omnes quotidie oritur. Mysticus autem sol ille iustitiæ omnibus ortus est & omnibus venit, omnibus passus est & omnibus resurrexit, ideo autem passus est, vt tolleret peccatum mundi, si quis autem non credit in Christum, generali benedictione ipse se fraudat, vt siquis clausis fenestris radios solis excludat, non ideo sol non est ortus omnibus si calore eius ipse se fraudat, sed quod solis est, prærogatiuam suam seruat, quod impedientis est communis à se gratiam lucis excludit, & hoc diuinæ misericordiæ imputatur, quia pluit super iustos & iniustos, vt dicitur Matthæi. 5. Dicitur autem Christus Dei misericordia, quia quicquid misericordiæ à Deo habemus, totum per Christum communicamus. Sicuti & dicitur nostra iustitia, quia quicquid iustitiæ ad Deū habemus ab ipso est. Vel dicitur Christus Dei misericordia quia per ipsum maximè patefacta est, nam vt ostenderet in seculis superuenientibus inæstimabiles diuitias gratiæ suæ filiū suum nobis misit, vt dicit Paulus. Patefacta sunt viscera misericordiæ Dei per Christum, quæ antea clausa & operta erant, vnde clamor ille propheticus. Esa. 63. Vbi nūc fortitudo tua & zelus tuus multitudo viscerum tuorum & miserationum? super me cōtinuerunt se, sed nunc iam alius Propheta clamore magno laudat Deum dicens; Per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto, & D. Bernardus dicit; Patent mihi viscera Dei per Christi vulnera, nam aduentus ille Christi ad misericordiam fuit non ad iustitiam, nam vt ipse dicit Ioan. 3. Non misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mūdus per ipsum, & Esa. 61. dicitur; Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me ad euāgelizandū pauperibus misit me vt mederer contritis corde & prædicarem captiuis indulgentiam & clausis apertionem

Thren. 3.

Simile.

Matth. 5.

Ephe. 2.

Esai. 63.

D. Bernar.

Ioan. 3.

Esa. 61.

tionem,& prædicarem annum placabilem Domino vt cõſolarer omnes lugentes &c.adeò auidus Deus fuit ſuã nobis patefaciendi miſericordiã,vt eam viſibilem nobis atque palpabilem præbuerit, vt eam manibus, quaſi proprium bonum noſtrũ cõtrectaremus, atq; oculis in eius pulcherrima ſpecie delectaremur, auribus dulciſsimũ eius ſonum hauriremus, demũ ſuauiſsima eius fragrantia allecti, poſt illum cum ſponſa curreremus dicẽtes,In odorem vn-
1. Ioan.1. guẽtorum tuorum currimus,vt & ſic illud Ioan. dicere poſſemus. Quod vidimus,quod audiuimus,quod manus noſtræ contrectaLucæ. 10. uerunt de verbo vitæ,& illud Luc. 10.Beati oculi qui vident quæ vos videtis & aures veſtræ quia audiunt.

Miſericordia. Sed ſimplicius verſus iſte intelligi poteſt de ipſa Dei miſericordia,quæ omnem repleuit orbem terrarum:nam & ſi iuſtitia & miſericordia in Deo, imo & omnes virtutes æquales ſint, cum ſint ipſemet Deus:tamen quia in præſenti plures nobis miſericordiæ, quam iuſtitiæ effectus innoteſcunt, ideo dicitur orbis repletus
D.Aug. Dei miſericordia,nam licet D. Auguſtinus ſuper Pſal. 16.hoc explicet de iuſtificatione peccatorum , quoniam repleta eſt terra peccatoribus ita & miſericordia Dei quæ illos iuſtificat, tamen etiam intelligitur de alijs miſericordiæ operibus, quibus replet terram,nam effudit illam ſuper omnia opera ſua,non diſtillauit, ſed prodigè effudit,non parcè comunicauit,quinimo priùs miſericor
Pſal. 102. diæ opera nobis oſtẽdit quàm iuſtitiæ ſecundũ illud Pſal. Miſeri-
Simile. cordiã & iudiciũ cantabo tibi Domine , vt diſertus rhetor blanditijs miſericordiæ animos hominũ captat atq; aucupat vt attentius cætera audiant.Præterea plures miſericordiæ quã iuſtitiæ demonſtrat opera,nam ſi vnum aut alterũ iuſtitiæ opus experimur,mille millibus miſericordiæ cõpenſatur , imo & circũcingitur iuſtitia à miſericordia ita vt vix in præſenti ſeculo appareat, ipſæ quippè pœnæ dum hanc agimus vitam medicinæ ſunt ex miſericordiæ
Pſal. 114. apotheca eductæ. Vnde Pſal. 114.Miſericors Dominus & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.Ecce circũſeptam iuſtitiã à miſericordia & tanquã in medio clauſam:vt nec ingredi,nec egredi niſi per miſericordię ianuã queat,mixta quippè ac tẽperata iuſtitia Dei,cum miſericordia nobis propinatur,vt eam abſq; mortis periculo haurire poſsimus, quis enim purã ac nudã Dei iuſtitiã ſuſtinere poſ-
1.Petri. 4. ſit,cum nec angeli iudiciũ eius portare queant?vt dicitur 1. Pet. 4.
Simile. Veluti medicus forte ac venenoſum medicamen propinaturus

ægroto

ægroto alijs benedictis herbis immiscet, quibus contemperatum absque interitu ebibere possit, quòd autē pœnæ ipsæ ex Dei misericordia nobis in hac vita proueniant, attestatur comminatio illa prophetica Ezech. 16. Auferetur zelus meus à te, & quiescam vt non irascar amplius. Vbi ira Dei amoris ac beneuolentiæ effectus designatur, flagellat enim vt pius pater, omnem filium quē diligit Prouerb. 3. Quare pronior semper Deus est ad miserendum. 2. Reg. 8. dicitur; quòd Dauid mensus est duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum, & dicunt Hebræi, quòd funiculum ad viuificandum maiorem constituit, quàm illum qui fuit ad occidendum, vnde & legunt, Mensus est duos funiculos ad mortificandum, & impleuit funiculum ad viuificandum, vt plures vitā donaret quàm interficeret, quod Deo potius attribui debet, qui vult omnes homines saluos fieri, & implet funiculum ad miserendum, alibi etiam in Psalmo. 111. dicitur; Misericors & miserator & iustus Dominus. Vbi pro vno iustitiæ titulo duplex misericordiæ ei tribuitur. Hoc enim nomine potissimè gloriatur Deus, vt dicatur pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui olim dicebatur Deus vltionum quare sponsa Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. Per oleum autem misericordia designatur, quia enim misericordiam suam effudit super omnia opera sua, ex frequentissimis pietatis effectibus ei nomen imponimus, vnde dicitur misericors & miserator, hoc est quòd nō solum in se habet misericordiā, sed q̄ in omnibus operibus eius maximè eam manifestat, dicat ergo Sponsa; Oleum effusum nomen tuū, hoc est ex misericordiæ tuæ effectibus cōmunicatis te misericordē & miseratorē nuncupamus, omnia quippè opera tua redolent misericordiam tuam. Vnde alia litera vnguentum effusum nomen tuum, ad cuius fragrantiam vnguenti, peccatores post te currunt, ita vt de te tuus Euāgelista dicat; Erāt appropinquantes ad Iesum publicani & peccatores. Hi sunt effectus illi epitecta ac tituli quos Dñs Moysi manifestare voluit Exod. 33. cū ei dixit; Ego ostēdā tibi omne bonū, & vt ostēderet quòd hoc bonū nō esset id quod deus habet in se, quod cōmunicat creaturæ, ait. Posteriora mea videbis faciem autē meā videre nō poteris, hoc est effectus profundissimos meæ bonitatis quibus creata omnia colo; Quare super faciē Moysi secūdū Hebræos trāsiturū se p̄misit Deus, experientia autē nobis cōstat, q̄ eorū quæ supra nos sunt

Ezec. 16. Prouer. 3. 2. Reg. 8. 1. The. 2. Psal. 111. 2. Cor. 1. Cant. 1. Oleū misericordiam designat. Luc. 15. Exod. 33.

tantum

tantum ſuperficiem illam cõuexam quæ verſus nos eſt cernimus, cætera tecta manent, ad inſinuandum id ſolum reuelaſſe Deum Moyſi nempe bona ſua quæ nobis communicat, quæ verſus nos ſunt, noſque reſpiciunt quæ potiſsimæ ſunt miſericordiæ opera, vnde illud. Ego oſtendam tibi omne bonum, hoc eſt maximum bonum. Sic enim frequenter loquitur ſcriptura, vt eſt illud Eccleſiaſtici vltimo. Time Deum & mãdata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo, hoc eſt maximus homo, & Prouer. 11. Deſiderium iuſtorum omne bonum, hoc eſt maximum bonum, miſericordia autem in Deo eſt maxima virtutum, quippè quæ omnem defectum excludit nam miſereri eſt miſeriam ſubleuare, qui autem aliquam miſeriam ſubleuat ea carere debet, vt qui pauperi ſubuenit egenus eſſe non poteſt, qui ignorantem docet ignorantia carere debet qui debili opẽ fert, fortis vt ſit oportet, cum ergo Deus omnem ſubleuet miſeriam omnibus expertem oportet eſſe miſerijs. Eſt ergo in Deo miſericordia maxima virtutum, quæ hic omne bonum nuncupatur. Igitur promiſit Deus Moyſi ſe ſpecimen aliquod gloriæ ſuæ ei manifeſtaturum ac deinde nomina recondita ac bonitatis ſuæ epitecta, cum ſubiungit, & vocabor in nomine Domini coram te, hoc eſt nomina propria & ingenita mea tibi reuelabo: Deo autem proprium eſt miſereri ſemper & parcere, in cuius ſignum ſubdit, & miſerebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit quod capite ſequenti clarius apparet, in quo nomen Dei Iheouah, quod eſt nomen proprium eius, quatenus fons eſſendi, ei patefacit, & poſt quam quæ pollicitus fuerat ei Deus vidit, ait Scriptura. Cumque deſcendiſſet Dominus per nubem ſtetit Moyſes cum eo inuocans nomen Domini quo trãſeunte corã eo ait. Dominator Domine Deus miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis ac verax, qui cuſtodis miſericordiam in millia qui aufers iniquitatem & ſcelera atque peccata, acſi hæc fuiſſent epitecta quæ Deus illi, ſecundum quod fuerat pollicitus manifeſtauit, & credo hunc ſenſum non longe abeſſe à literali illius loci, atque hoc obſecro aduertãt legentes me creberrime literalem explicare ſenſum teſtimoniorum quæ ex ſcriptura adduco. Igitur cum frequentiores effectus diuinæ miſericordiæ experiamur quàm iuſtitiæ talibus etiam titulis frequentius honoramus Deum. Exo. 24. Aſcendit Moyſes in montem & cum eo ſeptuaginta ſenes ex Iſrael qui viderunt Deum Iſrael &

Ecclc. vlti. Prou. 11.

In Deo miſericordia maxima virtutum.

Exod. 24.

ſub

ſub pedibus eius, quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cœlũ cum ſerenum eſt. Nam cum in hac vita faciẽ Dei cernere nõ valeamus, pedum veſtigia quibus terrã caleat videmus, hoc eſt effectus quibus ab eo gubernamur, experimur, hi autẽ ſunt miſericordię opera deſignata per lapidẽ ſapphyrũ & per cœlum ſerenum nonnullum tur bulẽtum quod exprimat iram, ſed ſerenũ ac rutilans, ceruleumq́; ſapphyri colorem, quæ omnia tranquillitatem pacemq́ue nobis oſtendunt. Dicitur autem miſericordia Domini plenam eſſe terram, quia cœli non indigent miſericordia, vbi nulla eſt miſeria, in terra hominum abundat miſeria & ſuperabundat Dei miſericordia, vt alibi ait Pſalmiſta, Miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Vbi aduertendum ex Richardo, quòd Dei miſericordia & replet cœlum, & replet terram, nam alibi etiam dicitur; Domine in cœlo miſericordia tua, & reuera, ait Richardus, periſſet totum quod Deus fecerat niſi miſericordia Domini ſubueniſſet. Culpa & vltio quicquid in hunc mundum venerat auferebant, quia & fragilitas ſemper tendebat ad lapſum, & cogebat ad vindictam ſemper iudicantis cenſura, ſic Angelus eijcitur à cœlo, ſic de paradiſo exulat homo, ſic mundus deletur diluuio, ſic gentes confunduntur linguis, ſic vrbes diuino exuruntur incendio, ſic Iudæam vltor Chriſti ſanguinis Romanus delet exercitus, hæc eſt Chriſti magna & longa miſericordia, qui iudicium omne ſeruauit ad vnum, & totum hominis tempus ad pœnitentiæ deputauit indutias, vt quod de vitijs ſuſcipit infantia, capit adoleſcentia, inuadit iuuentus, contingit vel ſenectus de peccato, vel tunc pœniteat quando ſe ſentit iam non poſſe peccare, & tunc ſaltem reatum deſerat, quando iam illum relinquit reatus faciat de neceſsitate virtutem, vt moriatur innocens qui totus in crimine vixit, ſic ergo Deus per miſericordiam reddit, quod per iudicium deperierat, vt merito dicat Pſalmiſta; Miſericordia Domini plena eſt terra. Hæc Richardus. Richardus

(Iuſtificationes tuas doce me.) Creberrimè hanc repetit petitionem, quia ſemper quærẽda ad profectum, nec vnquã eſt bonæ rei ſocietas vt ait Caſsiodorus, ſed tamen ideo (vt docet Ambr.) iuſtificationes Dei ab ipſo Domino petit doceri, quia difficile eſt in terra huiuſmodi magiſtrum inuenire, qui ea doceat quæ ipſe non videt. Ad illum ergo Doctorem intimo Propheta concedit affectu, qui ſolus magiſter eſt verus, de quo in Apocaly. ſcribitur. c. 5. Caſsiodorus. D. Ambr. Apoc. 5.

quòd agnus librum ſignatum aperuerit quem nullus antea poterat aperire, ſolus enim Chriſtus clauē habet ſciētiæ quam cui vult cōmunicat, & ideo ad ipſum conuerſus Pſalmiſta ait. Tu me doce iuſtificationes tuas, quia tu es vera iuſtitia, tu doce me quæ ſapienter dicta ſunt, quia tu ipſe es vera ſapientia: tu aperi cor meū, quia aperuiſti librum: tu aperi illud oſtium quod in cœlo eſt, quia tu ipſe es ianua, per te ſi quis intrauerit regnum illud poſsidebit æternum, per te ſi quis intrauerit non decipietur, quia falli non poteſt quicunque veritatis domicilium fuerit ingreſſus.

Vel ſi vis per iuſtificationes intellige iuſtitiam Dei, nec enim de miſericordia gaudebit qui iuſtitiam contempſerit, vnde poſt relatam miſericordiam iuſtitiarum Dei meminit. Vbi aduertendum ex Diuo Gregorio. 19. mor. ca. 16. quòd iuſtitia miſericordiam in omnibus operibus noſtris præcedere debet, vt opera pietatis, vel miſericordiæ rectè poſsint nūcupari. Ait quippe Gregorius. Ille bene agit quæ pia ſunt, qui prius ſeruat quæ iuſta ſunt, & collatus in proximis miſericordiæ riuus de iuſtitiæ fonte ducatur, nam multi proximis miſericordiæ opera impendunt, ſed iniuſtitiæ facta non deſerunt. Vide alia &c.

D.Greg.

NONVS OCTONARIVS.

ב

1.Teht. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine: ſecundum verbum tuum.

2.Teht. Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

3.Teht. Priuſquàm humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.

4.Teht. Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.

5.Teht. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum

perborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum. 6. Teht.

Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. 7. Teht.

Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti. 8. Teht.

INCIPIT TRACTATVS NONVS.

VERSVS PRIMVS.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine: secundum verbum tuum.

IN hoc nono octonario induit Propheta personam viri iusti iniustè & absque causa ab iniustis vexati vt in quinto versiculo patet vbi dicit; Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Quod clarius in Hebræo habetur vbi sic legitur. Applicuerunt super me falsitatem superbi ego in toto corde seruabo præcepta tua. Vbi clare vides personã iusti, cuius est in toto corde scrutari, & seruare mandata Dei. Introducitur autem hic iustus quasi cupidus discendi ab ipso Deo, cur iusti sic in præsenti afflictentur, cur tot calamitatibus pateant, tot hostium persequutionibus subsint. Cui quæstioni in duobus vltimis versiculis satisfacit. Fatetur quidem in primo versiculo cum sancto Iob, se bona de manu Domini recepisse cum dicit. Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine secũdum verbum tuũ, hoc est, secundũ occultas rationes agẽdorũ quibus Deus orbẽ gubernat. Acsi diceret. Etiam mala quæ patior, sunt arcana tuæ prouidentiæ

Hic propheta accipit personam hominis iusti, iniuste lacessij.

uidentiæ iudicia,quæ inter bona connumerare non dubito. Scio enim te tam bonum vt nullum permitteres malum,nisi simul tanta præstares sapientia,vt ex malo bonum emolumentaque multa eliceres. Sed hoc à te discere volo qua mente, quave intentione me iustum diu vexare placuit, ac simul scientiam legis tuæ de hac iustorum in præsenti depræsione doceri à te valde cupit anima mea. Respondet autem quæsito duobus vltimis carminibus, cum in penultimo dicit. Bonū mihi quia humiliasti me vt discam iustificationes tuas,vel bonum mihi quia afflictus sum (quod idem est) acsi diceret; quòd vexatio dat intellectum, atque præsentis vitæ afflictiones in æternorum memoriam nos reducunt. Et in vltimo carmine,dicit. Nihil noces iustis temporalia ab eis subtrahendo,cum præstantiora bona conferas qualia sunt spiritualia & cœlestia quę in lege tua promittis obseruatoribus:quæ pretiosiora quæque auri & argēti longo interuallo antecellunt. Atque hęc iustorum confidentia metum temporalem excludit, vnde litera quæ huic octonario contigit est Teht, nona in ordine alphabeti Hebraici,significat autem exclusionem quasi per hæc sperata omnem mœtum à se excludant electi, nec enim metuit temporalia amittere,qui æterna tanta cum fiducia expectat, nec corporis mortem horret qui perpetuam à Deo nanciscí confidit vitam, minus terrenam substantiam perdere formidat,qui cœlestem super aurum & topazion præstātem desiderat. Hæc autem vna est & credo potissima inter abditissimas rationes diuinas quare iustis mala,& malis bona in hac vita proueniant, quoniam iustorū retributio in melioribus promissionibus(vt ait Paulus) sita est,mali autem in futuram reseruantur vindictam cui collata temporalia bona quasi nihil sunt. Videmus multotiens primogenitum,atque totius substantiæ paternæ hæredem futurum,dissutis atque veteranis vestimentis indutum,cum seruus melioribus vestiatur, quoniam iste eras in pristinum recludetur,ille perendie in omnem ingredietur hæreditatem. Quid quod iustus Lazarus laceratis vestibus cruore ac vulneribus plenus ad ianuam diuitis iaceat, dives vero pretiosis vestibus indutus lautis cibis pastus ipsum despiciat,cum ille eras in sinum Abrahæ recipiendus sit,hic in inferno sepeliendus? Vnde Paulus electis dicit. 1. Corint. 3. Omnia vestra sunt siue Paulus,siue Appolo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura,omnia vestra sunt. Cum igitur

Theth significat exclusionem.

Paulus.

Lucæ. 16.

1. Cor. 3.

igitur iuſti ſint hæredes Dei,talia tantaq́ue bona expectent, nihil refert,ſi in præſenti ſeculo, dum adhuc paruuli ſunt, nihil à ſeruo differant,imo & viliora patiantur; mali verò quoniam ad æterna reſeruantur tormenta, parum eſt quidquid hic recipiant boni,vt D. Gregor. docet ſuper illud Iob. 21. Quoniam in diem perditionis ſeruatur malus & ad diem furoris ducetur.Interrogauerat in principio capitis,& dixerat;Quare impij viuũt, ſubleuati ſunt,cõfortatique diuitijs,& cætera quæ ibi videbis,vbi temporalem eorum felicitatem depinxit,atq; breuiſsime reſpondet dicẽs; Quoniam in diem perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Veluti cũ ſceleratus homo ad ſuppliciũ ducitur, permittitur vt ei in via delicatus cibus ſubminiſtretur, & hęretici qui cras igni tradendi ſunt cœna opulenta pridie paſcũtur,quare ergo delicijs permittuntur paſci tetri facinoroſiq́ue homines? quoniã ſtatim ſupplicium de eis ſumendũ eſt, quid facit bucella dulcis? cras flammis exurẽdus eſt; Sic quia in diẽ furoris ſeruatur malus quid magnum quod hic permittatur delitioſe viuere? ducunt enim in bonis dies ſuos,in puncto ad inferos deſcẽdunt. Vide D.Chryſo. hom. 1. ad populum Antiochenum,vbi plures rationes congerit quare iuſti hic permittãtur affligi. Hæc igitur eſt huius octonarij doctrina,(Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo Domine,) hoc eſt bonũ feciſti,vel bene feciſti,hebraiſmus eſt,vt illud Sapien. 1.Sentite de Domino in bonitate,hoc eſt bene. Tũc ergo benefeciſti cũ ſeruo tuo cum hominem ad imaginem & ſimilitudinem tuã creaſti, ad imaginẽ cum animã tui cõpotem ei infudiſti,ad ſimilitudinẽ cum dona gratiæ quaſi ſuperaddita tribuiſti, (Secũdum verbũ tuum,) id eſt, cum dixiſti; Faciamus hominem ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtram Geneſ. 1.Sic Lyranus.

D.Greg. Simile. Iob.21. D.Chryſo. Sapien.1. Gen.1. Lyranus.

Diuus Auguſtinus legit.Suauitatem feciſti cum ſeruo tuo,hoc eſt feciſti vt me delectaret bonum,quãdo enim delectat, & bonũ & magnũ Dei donũ eſt,quãdo autẽ bonũ opus quod lex imperat fit timore pœnæ nõ amore iuſtitiæ, cum Deus metuitur nõ amatur,ſeruiliter fit,non liberaliter. Seruus enim non manet in domo in ęternũ,quia perfecta charitas foras mittit timorem,filius autem hoc eſt qui amore ſeruit,manet.Et certè qui timore pœnæ operãtur, minimè permanſuros exiſtimes, non enim operantur quia volunt,ſed quia timent.Facerent enim malum,vel deſiſterent à bono ſi vindictã non timerent. Vnde quàm primũ ſerpens abſoluit

D.Aug. 1.Ioan.4.

timorem mortis à muliere dicens; Nequaquam moriemini, de ligno vetito ædidit. Suauitatem itaque (ait Augustinus) fecisti cum seruo tuo Domine eum faciēdo filium qui seruus fuit. (Secundum eloquium tuum,) hoc est, secūdum promissum tuum vt secūdum fidem firma sit promissio omni semini. Rom. 4. D. Hieronym. de bonis, quæ Ecclesiæ suæ contulit Deus, per verbum suum quod est Christus carmen hoc intelligit.

August.
Rom. 4.
D. Hiero.

VERSVS SECVNDVS.

Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

QVA connexione atque consequentia hæc carmina inter se iunguntur in præcedēti versu explicuimus cum argumentum totius huius octonarij proponebamus, sed quoniam plures hosque selectos sensus habent sequētes versiculi in eis deinceps immorādum est. Bonitatem quidem fassus fuerat se accepisse à Domino, sed hæc iterum petit se doceri atque instrui quoniam, vt ait Casiodorus. Boni cupiditas nūquā satiatur instar flagrantis flammæ in arundineto quæ quo plus flagrat magis æstuat. Per bonitatem tamē D. August. reliquique facti Doctores charitatem intelligunt, quippè quæ sola bonum gratumque animum veri Dei cultoris facit. Docet Paul. 1. Corin. 13. Reliqua omnia sine charitate nihil sunt, nec apud Scholasticos viros vlla virtus hoc nomine gaudet nisi charitate coniuncta sit, nam virtus est quæ bonum facit habentem & opus eius bonum, charitas autem prophetas Dei & amicos cōstituit, vt dicitur Sapien. Nec aliquem diligit Deus nisi eum, qui cum charitate habitat, opera autē nostra vt fides Catholica docet absque charitate meritoria non sunt, fides quippè facit hominem verum, spes rectum quia in rectum verum & bonum eum dirigit, charitas vero bonū quia voluntatem perficit à qua bonus vel malus quis denominatur, vnde in abstracto vocat eam bonitatē quasi insinuans eam esse formam cæterarū virtutū quantum ad meritoriam supernaturalemq; bonitatem (& disciplinam,) quoniam quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit Prou. 3. Cui ergo donatur à Deo charitas Dei, & propter Deum charitas proximi, profecto instāter orare debet, quo tātum sibi augeatur hoc donū vt non solum pro illo contēnat delectationes cæteras sed etiā pro illo

Casiodorus.
D. Aug.
1. Cor. 13.
Sapien. 7.
Prouer. 3.

illo quaſlibet perferat paſsiones. Ita ſuauitati ſalubriter additur diſciplina. Tã magna quippè debet eſſe charitas vt ſub diſciplinæ preſſura non poſsit extingui,ſed ſicut ingens flamma ſub impetu venti quanto magis reprimitur tanto ardentius excitatur, hæc D.Auguſtinus. Quare per diſciplinam,patientiam, tollerantiamque in tribulationibus intelligit ipſe, & alij interpretes: patientia quippè charitatis & amoris probatio eſt ſecundum illud Pauli. Tribulatio patientiam operatur,patientia autem probationẽ. Intelligitur etiam per diſciplinam, carnis mortificatio atque ſubiectio per ieiuniorum vigiliarum & ſimilium actionum maceration-nem. Sancti quippè in carnem ſuam deſeuiũt vt eam ſpiritui ſubiectam reddant vnde Paulus. Ego ſic pugno non quaſi aërem verberãs,ſed caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo,qui enim abſque membrorum mortificatione carniſque ad ſpiritũ debita ſubiectione virtutum culmina aggredere nititur quaſi qui aërem verberat fruſtra laborem aſſumit,veluti qui proprios ſubditos aut ſeruos rebellatos relinquens , alienos oppugnare contenderet. Contra ſe,ergo arma vertunt electi,ne domeſticis hoſtibus ſeuientibus fruſtra in alienos belligeraſſe dicantur. Vnde Cant.3.dicitur;En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſsimis Iſrael,omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſsimi,vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum quaſi contra ſeipſos ipſimet arma vertiſſent. Nam cum intelligant communem omnium hoſtem diabolum noſtris proprijs armis nobis bella inferre:hoc eſt quod proprijs membris noſtris nos debellare contendit, arma ipſa hebetare ſatagunt ne vulnera infligere queant, vnde carnem ieiunijs, vigilijs , diſciplinarumque ictibus extenuare hebetareque contendunt,vt ſic obtuſo gladio minus ferire aduerſarius poſſet. Cauerant Philiſtini ne eſſet faber ferrarius in terra Iſrael, qui lanceam vel gladium acuere poſsit. Sic ſancti Patres religionum inſtitutores ſanxerunt ne eſſent delitiæ in victu nec in veſtitu in religionibus, ſed omnes abſtinentiæ ieiunijſque vacarent vt non eſſet qui hoſtium gladios lanceaſque acueret,ſed retunderent potius atque hebetarent.

Simile. Rom.5. 1.Cor.9. Simile. Cant.3. 1.Reg.13.

Sed quoniam hæc carnis maceratio niſi diſcretione ac prudentia moderatur, in culpam vergeret & in malum, ideo addit Propheta. Sciẽtiam etiam doce me, hoc eſt illam moderatricẽ noſtrarum actionũ quæ eas in medio cõtineat ne ſe in extremũ aliquod

protrahant, vel cõſtringant. Vnde vt in collationibus patrum legitur q̃ cum coram beato Antonio aliquãdo diſputatio oriretur, quæ nam virtus magis neceſſaria monacho videretur, alijs alia dicentibus Beatus Antonius ſubintulit. Nulla plus indigere monachum virtute, quàm diſcretione, quæ eum per medium dirigit, nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinare patitur, quæ modum in rebus ponit, vt nec neceſſaria corpori ſubtrahat, nec ſuperflua largiatur. Et ſic intelligitur illud Matthæi. 6. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus, hoc eſt prudentia quæ omnia circunſpicet, quæ etiam & diſcretio nominatur. Et illud Romanorum. 8. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram, id eſt, diſcretio non deſit, cum iraſci debeas, ne in furorem aut ſæuitiam prolabaris, hæc quippè virtus Sol eſt, quo illuminatæ actiones noſtræ in vitiorum tenebras non deueniunt. Vnde Prouerbiorum. 24. Sapientia ædificabitur domus & prudentia roborabitur, id eſt, (modo loquendi Hebræorum) res familiaris per prudentiam rectè inſtituta perſeuerat, id enim ſignificatur per ædificationem domus, non materialis parietum erectio, ſed ſtudioſa & rectè inſtituta domus vniuſcuiuſque, domus autem monachi ipſemet eſt & per prudentiam gubernare ſeipſum debet, ne corruat & licet in omnibus actionibus prudentia veluti auriga vti debeamus, in illis tamen quæ feruore ſpiritus fiunt, cautiores ac prudentiores eſſe debemus. Nam vt ait D. Thom. quanto equus velocior eſt in curſu, lumine oculorum plus indiget. Nam ſi in medio pernicioſiſsimi curſus eius oculos operires, ſeipſum & aſcenſorem præcipites daret, ſic quo maiori ferues virtutis amore, maiori etiam indiges charitate: ne ſi velatis oculis abſque prudentia per virtutis ſpatia curras, in extremis vitiorum præcipitatus corruas. Vnde Diuus Bernardus ait, Non habet callidus hoſtis machinamentum efficacem ad tollendam de corde noſtro charitatem quàm ſi efficere poſsit, vt in ea incautè & non cum diſcretione ambulemus. Et Paulus Ephe. 5. cum antea dixiſſet; Ambulate in dilectione, ſubiungit. Videte quomodo cautè ambuletis nõ quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes. Et Romanorum. 12. Obſecro vos per miſericordiam Chriſti vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiã viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Primum dicit; Hoſtiam viuentem, hoc eſt, ne quis ita ieiunio aut carnis maceratione extenuetur, vt intereat, vel minus aptus ad

Dictum B. Antonij.

Matth. 6.

Rom. 8.

Prou. 4.

D. Tho.

D. Bernar.

Epheſ. 5.

Rom. 12.

maiora

maiora munera ſubeunda fiat,rationabile obſequiū veſtrū, id eſt, cum diſcretione nequid nimis ſit, ſed cum temperātia,vt dicit glo. Nam finis perfectionis non conſiſtit in his exterioribus virtutis exercitijs,nō enim eſt regnum Dei eſca & potus,finis autem præcepti eſt charitas,hæc autē media ſunt & inſtrumenta ad virtutē, medium autē ex fine menſurandū eſt,quare tantùm hæc neceſſaria ſunt, quantùm ad virtutem aſſequendā ſufficiunt,quòd ſi potius impediant iam in vitium & peccatum deciſcunt, vnde Hieronymus in quadā epiſtola,Nonne rationalis homo dignitatē amittit qui ieiunium, vel vigilias præfert ſenſus integritati, vt propter Pſalmorū,atq; officiorū decantationem amētiæ, vel triſtitiæ quis notam incurrit? Rectè ergo poſt diſciplinā ſciētiā poſtulat noſter Propheta,ne in interitum vergat, quod pro ſalute ſumendum eſt. 1.Timo.1. D. Hieronymus.

Sed obſerua pulcherrimū ordinē in poſtulatis, poſtq̄ charitatē diſciplināq́ue flagitauerat, ſcientiā recto ordine popoſcit, hæ em̄ animū bene morigeratū caſtigatūq́; requirit,ne ſi abſq; huiuſmodi firmamēto veniat ſuperbiam potius quā ædificationē præſtet, ſcriptū quippe eſt,Sciētia inflat charitas vero ædificat. Tunc optimē pretioſa margarita incluſa fulgebit cum ei lucidum præparaueris locū,ex cluſis priùs quæ fœdare ſolebāt,ſcientia nanq; in animo charitate diſciplinaq́; præparato tanquā pretioſa margarita optimo auro incluſa, miro ſplendore micabit, ſi prius inde quæ dedecorant animā abſtuleris,vnde Eccleſ. 5,Eſto manſuetus ad audiendū verbum Dei, vt intelligas, & Pſal. 24. Docebit mittes vias ſuas,& Iacob. 1.Cum māſuetudine ſuſcipite inſitū verbum. Quæ omnia humilitatē diſciplināq́; deſignant, vt ſcientia diſciplinaq́; Chriſti fructuoſe inſeratur cordibus noſtris, aliàs ſcientia his comitibus orbata in ſuperbiā erigit animū,vanitatiq́; ſubiectū occidit,vnde cū ſerpēs ad decipiendā mulierē acceſiſſet ſtatim per ſciētiæ cupiditatē animū eius inflauit dicens;Eritis ſcientes,quare non gula quæ carnis peccatū eſt,ſed ſuperbia quæ inter ſpiritualia vitia cōputatur primū peccatū hominis fuit.Hæc tria bonitatē, ſcilicet,& diſciplinā,ac ſcientiā explicat Paul.Ephe. 5.cū dicit,Fructus autē lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate, veritas quippe intellectū illuminat, iuſtitia voluntatē rectificat,quę carnē ſpiritui ſubijcit,vt ſic & iuſtitia ſeruetur.In hoc autē quod dicit,doce me,petit vt cū effectu erudiat à Deo,nā aliud eſt diſcere, aliud docere,ille qui nūquā didicit nunquā fuit doctus,dixit quidē illi ma- 1.Cor.8. Eccleſ.5. Pſalm. 24. Iacobi. 1. Geneſ. 3. Epheſ. 5.

giſter veritatē, ſed nō docuit quia nō didicit. Deus autē quos vult doctrina ſua imbuit, vt docti ſcienteſq; euadant, atque ad agenda quæ viderint præualeſcant, poteſt enim & intellectui nouas ſpecies agendorū infundere & voluntatem ad ea exequenda efficaciter mouere, cum ſolus ipſe Deus, ſuper totam animā hominis poteſtatem exerceat quare de Chriſto Domino dicit Marc. Erat docens eos tanquam poteſtatē habens & non ſicut ſcribæ eorum Phariſæi, & illud, Eſt ſcriptū in Prophetis erunt omnes docibiles Dei Ioan. 6. (Quia mādatis tuis credidi) nam accedentē ad Deum oportet primum credere, & Iſaiæ. 7. Niſi crediderit non intelligetis. Certè fides neceſſaria eſt ad hoc quod reuelata intelligātur, donū enim intellectus præſupponit fidem. 70. legunt, Niſi credideritis non permanebitis, vel nō ſtabiliemini, fides quippe ſtabilimentum eſt totius Chriſtiani diffitij cum ſine fide impoſsibile ſit placere Deo, Hebr. 11. & 2. Paralip. 20. dixit Ioſaphat ad populū. Credite in Domino Deo veſtro & ſecuri eritis, vbi in Hebræo eſt ſtabiliemini, credere ergo mandatis hoc modo loquendi eſt in eis ſtabiliri & confirmari acſi diceret ideo hæc peto, quia mādatis tuis firmius adhæſi, vel hoc eſt reddere rationem quare à Deo petit doceri, nam credere diuinis efficit hominē docilem Deo, ſic Caietanus. D. Auguſtinus. quærit cur dicatur credere mandatis tuis cum mandata potius in opere exerceantur alia enim ſunt mandata (ait Auguſt.) alia promiſſa, mandata facienda ſuſcipimus, vt accipere promiſſa mereamur, promiſsis, ergo credimus, mādatis obtemperamus, quid eſt, ergo mādatis credidi tuis niſi credidi, quod tu illa mādaueris nō aliquis homo quāuis per homines hominibus mini ſtrata & mandata ſint? quia ita credidi tua mandata eſſe, ipſa fides mea, qua id credidi impetret abs te gratiā qua faciā quod mādaſti. Caſsiodorus aliter ſoluit quæſtionē dicens; Ideo mandatis dicitur credere, quia ſeruatoribus promittitur regnū cælorū, credidit ergo mādatis Dei, quia promiſsis à Deo ea obſeruātibus fidē habuit.

Marc. 1.

Ioan. 6.

Eſaiæ. 6.

Hebr. 11.

2. Paralipo me. 20.

Caietanus.

D. Auguſtinus.

Alia māda ta alia pro miſſa.

Caſsiodorus.

VERSVS TERTIVS.

Prius quàm humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.

IAm in hoc carmine fatetur Propheta, ꝙ propter peccata, quibus nec iuſti in hac vita carent, humiliantur aliquando, atque pœnis & tribulationibus ſubduntur, & ideo ſubdit propterea

eloquium

eloquium tuum custodiui, hoc est ne iterum humiliarer, deprime rerq; ob transgressa mandata tua ideo decreui ea deinceps in defesse custodire, vnde hic humilitas pro pœna non pro humilitatis virtute accipitur. D. Augustinus. D. Augustinus ad pœnam originalis peccati hoc refert dicens; Hæc ad illam melius refertur humiliationem quæ facta est in Adam in quo omnis creatura tanquam in radice vitiata est, quoniam veritati subiecta esse noluit, subiecta facta est vanitati, quod tamen vasis misericordiæ profuit experiri, vt deiecta superbia diligatur obedientia, & pereat non radicata miseria & ideo expertus miseriam vt illam euadat dicit propterea eloquium tuũ custodiui, quia si Adam custodisset, non fuisset humiliatus, hæc Augustinus, & certè generaliter loquendo omnes præsentes vitæ penalitates in primam culpam referendæ sunt, ex ea quippe omnia hæc mala pœnæ consequuta sunt, nam ante peccatum benedixit Dominus Adam & vxori eius, sed post culpam maledictionibus eos repleuit, mulieri dixit, Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos in dolore paries filios tuos, virum autem immẽsis laboribus subdidit & terram ipsam maledixit, vt spinas & tribulos germinaret & in sudore vesceretur pane denique sententiam iam capitis contra eos atque filios suos protulit dicens, Quoniam puluis es & in puluerem reuerteris vide 27. & 28. cap. Deuter. vbi tot maledicta contra transgressores legis videbis congesta, licet hæ omnes maledictiones expræsiones quædam ac velut vmbræ fuerunt illius vltimæ horribilisque, qua omnes impios maledictos à patre, in infernum æternaliter puniendos detrudet, hinc illæ omnes vindictæ Dei, atq; strages in orbem terrarum ortum habuerunt, miseranda illa totius orbis per aquã submersio, ciuitatum pessimarũ conflagratio hyatus terræ viuos deglutiens peccatores, serpentum ignitorũ immissio, aliæq; complures, quæ in scripturis referuntur quasi exactiones quædam illius primorum parentum transgressionis fuerunt, quæ nisi per vnigenitum eius expiari nec solui poterant. Gene. 3.

Sed obseruandum, vt cautè atque secundum veritatem nostra procedat doctrina, quod licet generaliter loquẽdo semper pœnã præcedat culpa, quoniã vt D. Augustinus ait, Deus nõ est prius vltor, quã homo sit peccator, vnde, vt dicimus, omnes pœnæ in culpam illam priorem primordialiter referendæ sint, tamen ad singularia descendendo non omnes pœnalitates quas hic patiuntur iusti, in D. Augustinus.

actualem

actualem culpam eorũ astruendæ sunt, sed in diuinã prouidentiã, quæ ob alias & alias suæ sapiẽtiæ abditissimas rationes iustos hic puniri permittit. Amici illi Iob in hoc errore hærebant, quod nul lus sustinebat pœnam nisi ob propriam & actualem culpã, ac sic
Iob. 4. contra ipsum Iob diffiniebant. ca. 4. Recordare obsecro quis vnquam innocens perijt, aut quãdo recti deleti sunt: quin potius vidi eos qui operantur iniquitatẽ, & seminant dolores & metũt eos, flante Deo perijsse, & spiritu iręeius esse cõsumptos. Ad quos sim
Iob. 7. plicissimè simul ac sapientissimè Iob ca. 7. respondit dicens; Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Æstimabant illi ad diuinã prouidentiã expectare malos quidem punire, in Iustos non vindicem, sed beneficum ac præmiatorem existere debere: in quo errore videbantur etiam fuisse apostoli, cũ
Ioan. 9. dominum Ioan. 9. de cæco illo nato interrogauerunt dicẽtes, Magister quis peccauit hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Iob vero è contra respondit, quia homo est veluti miles in acie & operarius in labore. Ad prouidentiã autẽ optimi ducis non expectat strenuum militem domi relinquere, vt delitijs vacet, sed è contra maioribus periculis eum obijcere, in quàm difficiliora exponere. Sed quod ad eius prouidentiã attinet est, postea maioribus eũ stipendijs honorare, præmiaq; auctiora elargiri. Idem de prudente
Simile. patre familias dicimus, non erit rectè prouidus si proficuum operariũ in otio sinat, sed eum potius ad maiores labores exponere debet durioraq; onera ei superponere, cũ ad ea aptior sit cæteris. Sed tamen postea copiosiorem ei mercedem soluere, tenebitur. Sic nimirum cum Deus summus dux primusq; paterfamiliàs totius orbis sit, ad eius expectat prouidentiam meliores ac optimos milites ac seruos in maiora cõijcere pericula, in summos permittere labores. Non enim vt vacarent otio eos ex omnibus elegit, sed vt maiora subirent onera, vberioresq; profectus sibi ac ecclesiæ suæ facerent, vt dixit Dominus discipulis suis; Ego elegi vos & posui vos
Ioan. 15. vt eatis, & fructũ afferatis, & fructus vester maneat. Et beatus Sixtus ad sanctũ Laurentiũ dixit; Nos quasi senes leuioris pugnę cursum recipimus, tibi autẽ quasi iuueni maiora debẽtur pro Christi fide certamina: sed id exigit prouidentia diuina vt eis maiorẽ statuat mercedem auctioribusque pretijs honorentur. Obseruandum etiam, quod Deus in vniuersi gubernatione plura opera facit non tanquam iudex, sed tanquam Dominus & gubernator,

In vita sancti Laurentij.

nator,hoc eſt,multotiens in infligendis pœnis non tam attendit quid exigant merita operum, quàm quid conueniat bono communi vt in punitione Iob videre licet,cui pœnæ & afflictiones infligtæ ſunt nō ad delicti menſuram,ſic enim exuberantes erant, vt ipſe dicit Iob, Vtinam appenderentur peccata mea quibus iram merui,& calamitas quā patior in ſtatera:quaſi arena maris hęc grauior appareret,ſed ob bonum publicū eccleſiæ,vt tantū patientiæ ſpecimen haberetur,tot ei iniungit plagas,non tanquā iudex puniens,ſed tanq̄ vniuerſi gubernator,quid pluribus conduceret attendēs. Vnde & ipſe Iob.c.19.dicit;Scitote quoniā non æquo iudicio mecū contenderit Deus: hoc eſt nō vt iudex merita delictorum librans, ſed tāquam Dñs ob aliorum vtilitatem me flagellat, & ſic intellige illud Sap.12. Ipſum quoq; qui non debet puniri cō demnas. Sic etiā præcepit Abrahæ vt ſacrificaret filium ſuum, nō eius demerita tanq̄ iudex vindicans, ſed abſoluta poteſtate eaq̄ ordinata tanquam Dñs imperans,vt rex plerūq; præcipit diruere domū ciuis non ob eius delicta, ſed quia ſic expedit ciuitati tanq̄ gubernator,non vt iudex.Ecce ergo quo pacto humilitas, hoc eſt afflictio & punitio ad peccata conſequatur,& quo ſenſu Propheta dicat,Priùs quam humiliarer ego deliqui. Sed quid ex hac afflictione conſequutū ſit ſubintulit dicens. Proptererea eloquiū tuū cuſtodiui.Rectè Prouerb.20.dicit Sapiens, Liuor vulneris abſterget mala,& plaga in ſecretioribus ventris.Quod teſtimoniū exponens D.Gregor.in.3.p.Paſtor.admo.13.Per liuorē vulneris intelligit exterius affligens malū,per plagas vero in ſecretioribus ventris dolor internus qui ſequitur ex exteriori afflictione,hoc eſt cō punctio cordis, vt ſignificetur tum demum externā afflictionem purgare hominem,cum ſequitur in animo dolor compunctionis ac cōtritionis. Ait quippe ibidem, Liuor vulneris abſterget mala, & quia dum exteriùs percutimur ad peccatorū noſtrorū memoriam taciti afflictiq̄ reuocamur, atq; ante oculos noſtros cuncta q̄ à nobis ſunt malè geſta reducimus, & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecim⁹ dolemus,vnde fit vt inter operta vulnera corporis amplius nos abluat plaga ſecreta ventris, quia ſanat nequitias praui operis occultum vulnus doloris. Hæc ille.Licet per liuorem vulneris leuiora mala,per plagas in ſecretioribus ventris,grauiora non incongruè intelligantur quaſi viſcera penetrent, & non tantum in exteriori cute cōſiſtant,& Iſaiæ.26.Cum

Iob. 8.

Iob. 19.

Sapien. 12.

Gene. 22.

Prou. 20.

D. Gregorius,

Iſaiæ.26.

feceris

feceris iudicia tua in terra, iuſtitiam diſcent habitatores orbis. Ge-
Figura Gedeonis. deon (vt legitur Iudi. 7.) quãdo miſſus eſt à Deo contra Madianitas lagenas lutheas cũ lampadibus intus dedit militibus, quas cum
Iudic. 7. cõfregiſſent, lucernæq; apparuiſſent victus eſt Madiam. Sic Deus optimus maximus vt hominẽ ſibi ſubderet animã (quæ lucidiſsima lãpas eſt) intra lutheum vas noſtri corporis recondidit intercluſitque, & cum lutheum vas, corpus ſcilicet, flagellis, doloribus, ægritudinibuſq; conterit: tunc anima circunfuſa luce ſplendidior apparet ſuamque infirmitatem agnoſcens ſuam proteruiam re-
Iſaiæ. 9. tundit ſubditaque Deo fit. Vnde Iſaiæ. 9. Iugum enim oneris eius & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ſicut in die Madiam, hoc eſt ea ſapientia qua Madianitas deuiciſti ſuperbiam etiam filiorũ Adam cõteris repelliſq;. Sic Manaſſes, Nabucho donoſor, & alij perſecutionibus attriti confuſi à ſuperbia ſua coram omnipotente humiliati ſunt, hiſq; attriti pœnis mortales ad mandata Dei
D. Ambroſius. exequenda cõuertuntur, vnde D. Ambroſ. ſuper hunc locũ ſic dicit. Sed quãuis humilitas iſta ſit quędã deiectio perturbationis, nõ virtutis, generat tamen ſæpè virtutẽ & fit non pœna, ſed remediũ delinquẽtis, nam ſi peccatis tuis tribuas q; humiliatus es quicquid acciderit in te retorques, ex reo incipis eſſe iuſtus qui te ipſum cõdemnas, iuſtus em̃ accuſator eſt ſui in exordio ſermonis Prouerb.
Prou. 18. 18. Nec potes indignũ te iudicare humilitate, qui propria errata cognoſcis in quibus erubeſcendo non vtique extolleris, ſed humiliaris. Vides ergo quia ideo humiliatus es, quia deliquiſti & non ſeruaſti eloquia, vnde ſerua diligẽtius, ne pecces, ne iterũ quia deiectus es etiã abſorbearis & fiat tibi deiectio tua incrementũ iniquitatis, quæ debet eſſe erectionis occaſio, etenim tẽtationibus homo ſicut aurum in conflatorio probatur. Vides ergo Propheta quid dicat, Priùs quã humiliarer ego deliqui. Iure ergo tẽtationibus traditus eſt quoniã deliquerat, delinquebat autẽ, quia Dei eloquium non tenebat, verùm inde ordinẽ emendationis inuenit, vbi culpa præceſſerat, cœpit eſſe ſubditus eloquio diuino & culpa deſiuit. Cæterũ & ſi in quibuſdã hoc verũ ſit quod attriti tribulationibus
Ierem. 5. corriguntur, alij veluti Pharao peiores fiunt vnde Ierem. 5. Vulneraſti eos, ſed non doluerũt attriuiſti eos & noluerũt accipere diſciplinã, indurauerũt facies ſuas ſupra petrã & noluerunt reuerti &
Prou. 27. Prou. 27. Si cõtuderis ſtultũ in pila quaſi ptiſanas feriẽte deſuper pilo, nõ auferetur ab eo ſtultitia eius. Ptiſana eſt hordeũ decortica

tum

tũ quod in mortarijs siue ad esum siue ad medicorũ vsum teritur, quod cum durissimũ granum sit tamen in mortariolo cõteritur. Stultus autẽ & impius nullis contusionibus resipiscũt de quibus Isaiæ. 9. Populus (inquit) non est reuersus ad percutientem se, frustra percussi filios vestros disciplinã non receperunt. Et quod hic sit huius loci sensus patet ex translatione 70. qui sensum potius quàm verba transcribentes, sic dicunt, si verberaueris stultum, in medio concilij inhonorans non tolles stultitiam eius. Isaiæ. 9.

Aliter potest intelligi versus iste priùs quã humiliarer ego deliqui, hoc est tamdiu mihi dominabatur iniquitas quandiu iugum tuum recusaui ferre, nam posteaquàm humiliter ceruicem tuæ legis vinculis subdidi, statim confugit grauedo peccati, hoc est dicere, quod absque Dei gratia quæ per mandatorum debitam obseruantiam cõmunicatur, impossibile est peccati pondus excutere.

VERSVS QVARTVS.

Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

HIC modus loquendi, ait Cassiodorus est figuratiuus, dicitur autẽ hęc figura paranomasia, latinè denominatio quãdo similitudine verbi trahit ad se auditoris affectũ, hoc est, quia bonus magister es, in tua bonitate doce me iustificationes tuas. Apud topicos tamẽ vocatur locus hic argumẽtũ à cõiugatis si est bonus, ergo habet bonitatem, in ea ergo doce me. Scriptura quippe sancta omnibus passim vtitur figuris, vt experiẽtia cõstat & nostris loquẽdi modis se accõmodat, vt omnib⁹ peruia sit quæ omniũ salutiferã doctrinã cõtinet. Dicitur autẽ Deus bonus imò summe bonus imò & ipsa bonitas à quo bona cuncta procedunt, quòd Deus sit bonus ex eo probat Diuus Thomas. 1. p. q. 6. arti. 1. quia est primum agens cuius similitudinem appetit effectus, cum vnaquæq; res naturaliter desideret assimilari suo agenti hæc autẽ similitudo agentis in effectu est expressio & participatio ipsius, ergo necessariò consequitur, quod primum agens sit bonũ cuius similitudinem tanquam bonum quodam appetunt effectus, vnde etiam consequitur quod ex hoc quod omnia appetũt proprias perfectiones, appetunt ipsum Deum, nam perfectiones omnium rerum sunt quædam similitudines diuini esse, in ipso autem desiderio boni includitur necessariò quod Deus ipse desideretur, nam sicut Deus est primum agens ita & est vltimus finis, est enim Alpha & D. Thom.

pha & Omega principiũ & finis, & ſicut nihil operatur niſi quatenus mouetur à primo efficienti, ita nihil mouet tanquam finis niſi quatenus participat bonitatem vltimi finis, nec habet aliquã rationem appetibilis niſi quatenus Dei bonitatem quoquo modo communicat. Vnde dicit Dionyſius libr. de diui. nomi. Bonus dicitur Deus ſicut ex quo omnia ſubſiſtunt, dicitur autem ſummè bonus, quia ab eo omnes perfectiones deſideratæ fluunt, ſed quæ fluunt ab ipſo excellentiori modo ſunt in ipſo. Quare Deus totus eſt bonus, imò ipſa bonitas nihil admixtum habens mali, & ſic intelligitur illud Marc. Nemo bonus niſi ſolus Deus, hoc eſt, quod ſolus Deus bonitatem habet puram abſque imperfectionis admixtione, quod nulli aliæ creaturæ conuenit. Eſt etiam bonus per eſſentiam, quia ſolius Dei eſſe eſt ſua eſſentia & ſua bonitas, & ſua ſapientia, nec ei aduenium aliqua accidentia, ſed quæ de alijs dicuntur accidentaliter, ſibi conueniunt eſſentialiter, vt eſſe ſapientem, eſſe bonum, & ſic intelligitur etiam illud proximè citatum, Nemo bonus niſi ſolus Deus, hoc eſt eſſentialiter cætera non ſunt bona bonitate propria, ſed participata ab hac prima bonitate, ſicut aqua dicitur calida calore inhærente ſibi quem tamen ab igne communicauit hoc recta philoſophia docet. Sed quoniam omnem notitiam quam de Deo in hac vita habemus ab effectibus mendicamus, per quos aliquantulum Dei cognitionem adipiſcimur, etiam ipſam bonitatem Dei per effectus ipſiuſmet bonitatis cognoſcere debemus, nam ipſius bonitatis Dei nulla eſt cauſa, ipſa autem bonitas omnium bonorum quæ in rebus ſunt, eſt cauſa, & quoniam bonum eſt diffuſiuum ſui, Deus autem ſuam bonitatem ſuper omnia opera ſua effudit, hinc eſt quòd ex ipſis effectibus bonitatem Dei cognoſcimus. Omnia autem Dei effecta bona ſunt. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Quare Sapientiæ. 1. dicitur; Sentite de Domino in bonitate, hoc eſt experientiam ſumite etiam per ſenſus, quod Deus ſit bonus, ſenſus em̃ ipſi experiũtur ipſam Dei bonitatem, Matth. 7. dicit Chriſtus; Ex fructu cognoſcitur arbor, quia arbor bona bonos fructus facit, arbor mala malos fructus facit, cum ergo fructus Dei ſit bonus, etiam ipſe bonus eſt quinimo & ipſa bonitas in rebus bonitatem cauſans, quare quicquid boni in rebus creatis eſt, à prima bonitate eſt, adeò vt dicat Diuus Auguſt. Quia Deus bonus eſt, nos ſumus.

D. Dionyſius.

Marc. 10.

Gene. 1.

Sapien. 1.

Matth. 7.

D. Auguſtinas.

Obſerua

Obſerua; Bonum tripliciter dicitur, vtile, delectabile, & honeſtum, & Deus his tribus modis bonus eſt, eſt enim bonus Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum, eſt etiam vtilis iudex eo quod abſoluit reum confitentem crimen ſuum, Pſal. 117. Confitemini Domino quoniam bonus. Eſt & vtilis miles, Iſai. 63. Propugnator ſum ad ſaluandum. Vtilis etiam medicus, Pſal. 146. Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Vtilis magiſter Lucæ. 18. Magiſter bone, Et Iſaiæ. 48. Ego Dominus docens te vtilia. Vtilis conſolator Nahum. 1. Bonus Dominus & confortans in die tribulationis. Eſt etiam ſecundo modo bonus hoc eſt iucundus & delectabilis omni ſenſui, primò viſui, Ierem. 31. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ. Pſalmo. 44. Specioſus forma præ filijs hominum. Et. 1. Petri. 1. In quem deſiderant angeli proſpicere. Iucundus auditui, Canti. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis. Et Cant. 5. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus loquutus eſt. Itē guſtui, Ioā. 6. Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi, Pſal. 33. Guſtate & videte quoniā ſuauis eſt Dñs, Bernar. Ieſus mel in ore, melos in aure, & in corde iubilus. Eſt etiam ſuauis tactui, Pſalm. 85. Suauis Dñs & mittis. 2. Reg. 3. Ipſe quaſi tenerrimus ligni vermiculus. Itē odoratui, Eccl. 24. Sicut Cinamomū & balſamū aromatizās odorē dedi. De bono honeſto patet quia eſt ſplendor gloriæ portās omnia verbo virtutis ſuę, vnde fructus eius ſunt honoris & honeſtatis, Eccl. 61. Itē ſummè bon⁹ quia cū impijs etiā bonus, vnde Diuus Auguſtinus in Manuali. cap. 32. Cum totus & ſummè iuſtus ſis, tamen idcirco malis etiā benignus es, quia totus & ſummè bonus es, minus nanq; bonus eſſes, ſi nulli malo eſſes benignus: melior eſt enim qui & bonis ſimul & malis bonus eſt, quàm qui bonis tantū bonus eſt. Et melior eſt qui malis & parcendo & puniendo bonus eſt, quàm qui puniendo tantum, ideo ergo miſericors es, quia totus & ſume bonus es. Ergo quia bonus omnibus modis es, in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas, hoc eſt opera iuſtitiæ non in terrore & auſteritate, ſicut docuiſti legem veterem ſecundum illud Hebræor. 12. Moyſes dixit, Exterritus ſum & tremebundus, ita vt non auderent Hebræi aſpicere montem fumigantem, & fulgurantem, ſed dicerent Moyſi loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus; Sed in ſuauitate doce me legem gratiæ. Beatus quippe vir quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, Pſal. 99.

Thren. 3. Pſal. 117. Iſai. 63. Pſal. 146. Lucæ. 18. Iſai. 48. Nahum. 1. Ierem. 31. Pſal. 44. 1. Pet. 1. Cant. 2. Cant. 5. Ioan. 6. pſal. 33. pſal. 85. 2. Reg. 23. Eccl. 24. Eccl. 61. Auguſt. Heb. 12. Exod. 20.

VERSVS QVINTVS.

Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.

AC ſi diceret. Ideo poſco vt in bonitate tua me doceas, qm̃ multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborũ. Ex hoc quod iuſti nouã vitã inchoare prę ſumũt ſeq; diuino cultui mancipare ſtudẽt, ſtatim ſæuiores cõtra eos inſurgũt hoſtes, atq; & vi & numero multiplicantur. Satis id nobis in peccatrice illa manifeſtũ fuit, quæ poſtquã ad meliorẽ frugẽ conuerſa veteris vitæ pœnituit nouã eãq; religioſiſsimã inchoauit, protinus omnes contra eã murmurare cœperũt, Diſcipuli, Phariſæus, ſoror eius Martha: quos omnes inuidia motus diabolus cõtra eã exagitabat, vt à bono perterrita reuocaret, vnde Eccl. 2. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ Dei ſta in iuſtitia & timore, & prępara animã tuã ad tẽtationẽ. Diabol⁹ quidẽ cũ maligniſsimus ſit, optima ferociùs conatur diruere, nã omne ſublime videt & ſperat quod Iordanis influat in os eius, & cibus electus eſt eſca eius. Vnde Chriſtũ Dñm tẽtare auſus eſt & aduerſus meliores maiora machinat̃ mala, fortiuſq; inſiſtere cõtẽdit. Quare vt in vitis Patrũ legitur. Quidã vir ſanctus in vna populoſa ciuitate ſolũ vnũ diabolũ vidit per muros ac tecta ludẽtẽ, ſed in cœnobio quodã vbi pauci monachi morabãtur legiones dæmoniorũ vidit ſuper tecta, ſuper cellulas, in atrio, in ianuis, in feneſtris, cumq; diabolũ ipſum quẽ oppreſsũ ſecũ imperio diuino ferebat percõtaretur quid nã id ſibi vellet quod vidiſſet, reſpondit, Huius ciuitatis incolæ mei ſunt ferè omnes, nec vnquã meæ reſiſtũt volũtati, ſufficit aduerſariolus ille, qui eos in nr̃a obediẽtia cõtineat. At in ędicula illa monachorũ viri habitãt ſelecti, iuſti, diuinis ſemper intẽti mãdatis, orationi, ieiunijs, atq; vigilijs operã dãtes, maiorib⁹ opus eſt expeditionibus vbi maiores vigẽtvires ad repugnãdũ. Hoc docet Greg. dicẽs, Illos pulſare diabolus negligit, quos quieto iure poſsidere ſe ſentit, quod & in Euãgelio, Luc. 11. nobis patefacit Chr̃us Dñs docẽs quomodo poſtquã per Dei gratiã malignus ſpiritus expulſus eſt à iuſtis, aſſumit ſecũ alios. 7. ſpiritus nequiores, vt maioribus viribus illũ oppugnẽt ac vincãt. Ecce quomodo & vi & numero multiplicent̃ hoſtes aduerſus iuſtũ, Ipſi etiã ſatellites dæmonis, quales ſunt viri peſsimi ac peccatores, priſtinas ſimultates ac inimicitias iã ab initio contra bonos gerũt, nec rectis oculis aſpiciũt, ſed toruis, ac inuidia plenis,

Eccl. 2.

D. Grego.

Luc, 11.

vt à

vt à principio in primis fratrib⁹ patuit. Ratio autē hui⁹ eſt qm̄ vita iuſti quaſi cōdēnatio quędā eſt vitę impiorū,in ea quippe quaſi in ſpeculo maculę,neuę,ac defectus eorū videnť. Vnde cū dicit Dan. 7. Liber apertus eſt & libri aperti ſunt, per librū propriā cōſciētiā, per libros vero ſanctorū vitas ac facta intelligit Aug. per quæ impiorū opera cōdēnātur. Quare hāc limpidiſsimā aquā turbare, taleq; ſpeculū maculare cōtendūt impij. Camellus cū ad bibendū ad clariſsimas aquas accedit prius eas pedibus conculcat,ac turbat,ne in eis fœda ei⁹ gibboſitas appareat. Apud bonos tāquā in limpidiſſimis aquis fœditas prauorū apparet,nā vt ait ſapiēs. Sicut in aquis reſplēdent vultus proſpiciētiū ſe,ita corda hominū manifeſta ſunt ſapiētibus. Has ergo aquas pedib⁹ cōculcare ac perturbare ſatagūt impij,ne nequitia eorū cōrā eis manifeſta fiat. Hinc falſa prodeunt teſtimonia contra eos,de quibus Pſalmiſta in hoc verſu iuxta Hebræū vt ſupra citauim⁹. Applicuerūt ſuper me falſitatē ſuperbi,vel addiderūt,qđ idē eſt cū nr̄a ędītione. Nā multiplicare idē eſt quod addere,& omnis iniquitas falſitas quędā eſt,hinc inſidię,temeritaſque iudiciorū. Nā ſi quid aduerſitatis iuſtis accidat, hoc eorū vitijs aſcribere praui conātur,vt amici illi Iob faciebant, mala illa quę ei cōtigerāt in eius ſcelera retorquētes. Sic & S. Tobiæ inſultabāt con ſanguinei,& vxor eius irridētes ac dicētes, Vbi eſt ſpes tua,pro qua eleemoſynas & ſepulturas faciebas? Vnde & Ambr. in hoc loco dicit. Quantò magis qs Deo ſeruire deſiderat,tātò magis in ſe excitat aduerſarios,& tāquā athleta fortis coronā iuſtitiæ reportare deſiderans, irritat in ſe plurimos, & laceſsit qui inuidēt noſtro profectui. Prou. 27. Tobiæ. 2. Ambroſ.

Sed tn̄ iuſtus ſubdit,& dicit, Ego autē in toto corde meo ſcrutabor mādata tua. Iuſtus perſequutionibus ſolidatur,& fortior fit,vt de filijs Iſrael legitur, quod quāto Ægyptij plus eos affligebāt,tāto magis multiplicabātur,& replebāt terrā,nā cōtuſa vnguēta,plus redolēt. Vn̄ martyr Vincētius reſpōdit tyrāno, Videbis me pl⁹ poſſe dū torqueor quā poſsis ipſe qui torques. Quāto magis colūna quę figitur in terra ictibus quatit deſuper, tāto magis ſolidat. Sic iuſt⁹ perſequutionibus afflictus in Dei amore plus firmat. Vnde Paul. cū infirmor tūc fortior ſum. Et de B. Ioan. Euang. dicit Theophyl. q̄ ex dolio illo ardētis olei ſolidior athleta ad pugnā exiuit. Solent enim athletæ oleo vngi vt aptiores ſint ad pugnā. Quare Iob vxori inſultanti, & ad irā contra Deū prouocāti dicebat; Quaſi vna de ſtultis mulieribus loquuta es. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, Exod. 1. Simile. 2. Cor. 12. Theophylactus. Iob. 2.

Tob.2. mini,quare mala nō ſuſtineamus?& Tobias affinibus irridentibus bona ſua opera, reſpondit;Nolite ita loqui,quia filij ſanctorum ſumus,& expectamus illam requiem. Ecce quomodo attriti fortiores iuſti euadunt, quare ſtatura ſponſæ aſsimilatur palmæ quę quantò inferius deprimitur,tantò fortius ad altiora ſe erigit. Sic iuſti quanto in hoc ſeculo plus aduerſis deijciuntur,tanto animi virtute ſe ad cœleſtia contemplanda ſubleuant.

VERSVS SEXTVS.

Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego vero legem tuam meditatus ſum.

Caietan. CAietanus ex Hebręo ſic legit. Impinguatū velut adeps cor eorum,ego doctrina tua delectatus ſum. Quare exiſtimat, quod hæc ſit quæſtionis à principio huius octonarij propoſitæ ſolutio.Quā ſolutionē incipit ab euidēti differētia inter iuſtos & impios,qui eos miris modis diuexant. Eſt autē hoc diſcrimē, q̄ peſsimi impinguātur ſicut adeps: hoc eſt ex eo quod omnia proſperè & ad nutū eis eueniunt, intumeſcūt ſuperbia; è contra iuſti afflictionibus oppreſsi proficiūt,& delitias reputant nō vana mūdi gaudia,ſed Dei obſecundare mādatis atq; pro eorū obſeruatione affligi,ſicut & de Moyſe dicit Paul. Hebræ. 11. Magis eligens affligi cū populo Dei quā temporalis peccati habere iucunditatē, maiores diuitias extimans theſauro Ægyptiorū improperiū Chriſti. Vnde & in ſequenti verſu ſubdit;Bonum mihi quia humiliaſti me,vt diſcā iuſtificationes tuas,ideſt,hoc mihi emolumenti attulit afflictio,vt diſcerē,quo pacto ad iuſtitiā erudias tuos. Hæc eſt verſuum horū connexio,& non contemnenda Dñi Caiet.interpretatio.Et quod praui homines,& peruerſi proſperis intumeſcant atq; in praua opera labantur,quotidiana experientia conſtat,quare de his dicit Moyſes Deut.33. Incraſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, incraſatus,impinguatus,dilatatus, dereliquit Deū factorem ſuum. Ecce quo pacto mali delitijs præſentibus impinguati contra Dei mandata recalcitrent,atque Deum factorē ſuum contemnant. Vnde & noſter Propheta ſuper Pſal.72.de impijs dixit;Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis. Hoc eſt ex præconceptis iam atq; omnino compreſsis & coagulatis iniquitatibus,quaſi ex adipe quodam praua iniquitatis opera ſtillāt, erumpit enim iniquitas animo præconcepta, & per omnis malitię

Hebr.11.

Deut.32.

Pſal.72.

ſcelera

ſceleragraſſatur, vnde & ſubdit. Tranſierunt in affectum cordis. Hoc eſt quidquid libet etiam ſi ſceleratiſsimum tetrumque facinus ſit, opere complent, quia nec timore, nec pudore aliquo à præconcepta malitia detinentur, quin in tetra facinora prodeant, de quibus Paul. Epheſ. 4. ſic ait, Qui deſperantes, vel vt Hieronymus cenſet potius transferendum, indolentes hoc eſt abſque dolore & remorſu peccantes, ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis immunditiæ. Hæc eſt peccatorũ proſperitas, quod nec interius conſcientiæ ſtimulis compungantur, nec exterius pœnæ timore arceantur, ſed ex ſententia omnia deſiderata ſibi eueniant. Quare D. Grego. de talibus ſic ait. Manifeſtum perditionis indicium eſt, quando affectatis iniquitatibus ſubſequens fauet effectus, & nulla contrarietas impedit, quod mens peruerſa cõcipit. Et Aug. contra Epiſt. fund. ait, Nihil infelicius felicitate peccandi.

Epheſ. 4. Hieron. Gregor. Auguſt.

Cæterum reliqui interpretes hoc carmen intelligunt ſic, quod quemadmodum lac in ſua natura purum eſt & tractabile ac dulce, ſed per coagulum aceſcit & induratur, ſic hominum impiorum corda molia ex ſua prima conditione ſunt, atque ad rectum & bonum prona: ſed per peccatum tanquam per coagulum indurãtur, & coaceſcunt. Nam vt dicitur Eccle. 7. Deus fecit hominem rectũ, & ipſe ſe infinitis miſcuit quæſtionibus. Sed cor iuſtorum molle, ac ſuaue eſt. Vnde D. Ambroſius ait ſuper hunc locum, Subtile cor ſanctorum eſt, ſed coagulatum cor ſuperborum, vt enim lac natura ſui purum, ſpecioſum, ac ſincerum eſt; ſed corruptione coaceſcit: ſic mentis & cordis humani natura pura, ſyncera, & perſpicua eſt, priuſquam vitiorũ admixtione coaceſcat: coagulato enim lacte fit quædam concretio nec ſuauitatem habens eandẽ nec gratiam. Sic in hominibus cõtingit &c. vide Ambro. Hæc omnia experientia comprobantur. Homines aliàs pij, ac manſueti, ſi in peccatum deciſcant ſeuos truculentoſq; euadere. Exemplo ſit nobis, vel ille manſuetiſsimus Propheta noſter Dauid, qui cum aliàs proprijs hoſtibus peperciſſet, & cum in manus ſemel & iterum inimicus ac perſequutor ſuus incidiſſet, continuit ſe, nec manus miſſit in Chriſtum Domini, ita quòd potuit ipſe manſuetudinem ſuam Deo opponere, vt eum ad ſe flecteret dicens; Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Tamen cum poſtea in peccatum prolapſus eſt alienam rapiens vxorem, adeò indurati ac fæuiſsimi cordis effectus eſt, vt inſontẽ, imo & ſtrenuum militẽ ac

Ambroſ. 1. Reg. 26. & 27. Pſal. 131.

fidelem Vriam Etheum gladio filiorū Amon crudeliter ſimul ac
Heb. 3. infideliter trucidauerit. Vnde & D. Paul. Hebr. 3. monet, Ne obdu
Pſal. 94. retur quis fallacia peccati. Et Pſal. 94. etiā nos monet ne obdure-
mus corda noſtra. Hinc peccatores durum habētes cor dicuntur.
Induratum eſt cor Pharaonis, & de impio Sedechiā dicitur. 2. Pa
2. Par. 36. ralipo. 36. quòd indurauit ceruicem ſuam, & cor. Et Iob. 41. Cor
Iob. 41. eius indurabitur tāquā lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus.
Durū eſt quod ſuis terminis continetur, molle & liquidum ad alia
rarefit & dilatatur. Impij in ſeipſis continentur, nec aliud quam
ſeipſos reſpiciunt, in commodū ſuum omnia referunt, nec alijs cō-
municant, nec rare fiunt, aut dilatantur ad alios. Vnde vox impij
2. Reg. 5. Nabal. 2. Reg. 25. Tollā ergo panes meos & aquas meas, & carnes
pecorū quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris, quos neſcio vn-
de ſint. Hinc vides quomodo in ſeipſo cōſtringitur impius, nec ad
Prou. 12. alios dilatatur. Vnde Prou. 12. Viſcera impiorū crudelia. E contra
iuſti quia molles ſunt rare fiunt, & ad alios extenduntur hinc illa
2. Cor. 5. vox Pauli. Cor meū dilatatū eſt ad vos ô Corinthij, & ſapientibus,
& inſipientibus debitor ſum, omnibus omnia factus ſum. Itaq; ra-
refiebat, & ad omnes dilatabatur, hanc autē cordis duritiā auaritia
maximè cauſat, vt in diuite illo epulone perſpicuum eſt, qui ſuper
pauperem Lazarū vlceribus plenum, iacentem ad ianuā eius, mini
me cōpatiebatur. Sic intelligunt aliqui ſancti Doctores illud Pſal-
mi. Mons coagulatus, mons pinguis hoc eſt, ex hoc quod diuites
pingueſcunt diuitijs, indurantur & coagulatur cor eorū. Hinc eſt
Amos. 6. illud Amos. 6. Væ qui opulenti eſtis in Siō &c. & ſtatim, Qui dor
mitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis
agnum de grege, & vitulum de medio armenti, bibentes vinum in
phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper
pſal. 16. contritione Ioſeph. Et Pſal. 16. de diuitibus dicitur, Adipem ſuū
concluſerunt. Hoc eſt miſericordiā ſignificatā per adipem. Solent
enim pingues aptos eſſe ad miſerendū è cōtra macilentos, truculē-
1. Ioan. 3. tos, & duros. Et videtur alludere ad illud. 1. Ioan. 3. Qui viderit fra
trē ſuū neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo cha
ritas Dei manet in illo? vel adipē ſuum concluſerunt, hoc eſt cru-
menam quæ plena numis adipis ſpeciem refert, ne ex illa, vel di-
pondium egenti porrigerent. Vnde & impietas ponitur auā-
ritiæ filia. Quippe alijs compati, ex hoc fit quia conſidero me
eiſdem poſſe ſubdi miſerijs, & caſibus. At diues cui omnia abun-

dant,

dant, nihil tale timent & longe se à tali miseria distare putant ac ideo raro, vel nunquam aliorum ærumnis miserentur. Peccato ergo obduratur cor, charitate & Dei gratia emollescit. Hinc illa vox sponsæ. Anima mea liquefacta est, & cor meum. Iob. 24. Iob. 24. Deus molliuit

Sed aduertendum, quod etiam cor iustorum aliquando coagulatur sed ad bonum, nam vt ait D. Greg. super illud Iob. 10. Nõne sicut lac mulsisti, & sicut caseum coagulasti me, Mens nostra cum per sancti spiritus gratiam ab vsu vetustæ conuersationis abstrahitur, sicut lac mulgetur quia in quadam coagulationis noua teneritudine, & subtilitate formatur, sicut caseus coagulatur, quia in consistipatione pinguescentis cogitationis constringitur, vt nequaquã iam per desideria defluat, sed in vno amore se colligens, ad solidam reformationem resurgat, hæc Gregor. Vnitur quippe in se ipso, & consolidatur cor iusti, ne dissolutum defluat, quia virtus vnita fortior est seipsa dispersa. Aliter etiam cor impiorum coagulatur, quoniam ad malum concordes, hoc est vnius cordis efficiuntur secundùm illud quod impij dicunt, Prou. 1. Marsupium vnũ sit omniũ nostrũ, tamen postea facilè diuiduntur, quoniã quisq; sibi acquirere cupit, Vnus quidẽ est finis eorum nempe mala perpetrari: sed quisq; singulariter sua propria cõmoda intendit. Vnde vulpes illæ quarum caudas alligauit Sampson, & si in caudis erant vnitę tamẽ caput vnius cuiusque ad suam propriã foueam tendebat. In fine ligantur mali, attendit tamen vnusquisq; sibi: vnde Gregor. super illud Iob. 24. Et sicut sumitates spicarum conterentur ait, Mali sunt veluti aristæ spicarum, quæ simul cum tritico succrescunt, sed cum iam in culmum prodeunt, inter se diuisæ apparent & asperitate rigent, Sic praui homines & impij in eodem fine succrescunt, nempe scelera perpetrandi, tamen protinus inter se diuiduntur, dum quilibet sibi & non alteri lucra vult. Atque hinc asperrime inter eos rixæ ortum habent. Quare multotiens comparantur latronibus, qui ad rapiendum simul aliena coeunt, & dicunt illud Prouerb. Veni nobiscum, insidiemur sanguini &c. Tamen postea in diuisione furti rixantur, dum quisque pretiosiora sibi cupit. Iusti autem in bonum copulantur, & dicunt, Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Atque in charitate vniuntur, dum intelligunt quantum Deus diligat vnitatem quantique momenti sit ad hostes & peccata depellenda. Grego. lib. 9. mor. ca. 39. in prin cipio, Prouer. Iudic. 15. Grego. lib. 18. moral. cap. 6. Prou. 1.

Dictum B. Dominici ad B. Franciſcum.

Vnde D. Dominicus beato Franciſco cum obuiam iſſet dixit; Stemus ſimul & nullus aduerſarius præualebit. Superborum ergo (ait Diuus Auguſt.) obduratur cor, iuſtorum autem molleſcit, & humiliatur, vnde & opponitur iuſtus eorum duritiei, & dicit, Ego vero legem tuam meditatus ſum, ſuperbis enim Deus reſiſtit, vt obdurentur: humilibus autem dat gratiam, vt diligant obedientiã, recipiant excellentiam, meditatione quippe legis huius volũtaria ſeruatur humilitas, vt pœnalis euadatur, nempe illa de qua ſubdit, Bonum mihi quia humiliaſti me, hoc eſt afflixiſti, & hęc Auguſt.

Auguſt.

VERSVS SEPTIMVS.

Bonum mihi quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.

IAM in hoc verſu fatetur, ſe didiciſſe quæ concupierat: nempe bonitatem Dei, & intentionem qua in hac vita punit iuſtos. Confert enim illis Deus hoc bonum vt diſcant eius iuſtificationes, Ex quo collige finem & intentionem Dei in puniẽdo probos. Quoſdam punit vt eorum merita augeantur, vt Iob, & Tobiam. Alios ne ſuperbia intumeſcant ob Dei dona ſibi peculiariter col-

2. Cor. 12. lata, & ſic afflixit Paul. vt ipſe dicit, Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Satanæ qui me colaphizet, Nonnullos vt Dei percuſsionibus reſipiſcant, atq; in Dei obedientia ſolidẽtur vt in Dauid, manifeſtum fuit. Sed

Num. 12. in prauos vindictam exercet ob eorum peccata, vt quando Mariam Moyſi ſororem fœdauit lepra, quia contra fratrem ſuũ murmurabat, & vt oſtenderet quantum eius oculis tale vitium diſpliceat. Alios vt eorum æterna pœna hic aliquo modo incipiat, & in inferno continuetur, vt in Pharaone, Antiocho, & Herode patuit. Alios ob manifeſtationem gloriæ ſuæ, qualis fuit infirmitas Laza-

Ioan. 11. ri, de qua Dñs dixit, Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro

Ioan. 9. gloria Dei, & cæco nato Ioan. 9. reſpondit. Nec hic peccauit, nec parentes eius, ſed vt manifeſtẽtur opera Dei in illo. Dauid puniti eſt, vt diſceret Dei iudicia, & coram Deo humiliaretur. Nam mali cui omnia proſpera fiunt, ex hoc intumeſcunt, quia Dei flagella

Pſal. 72. non ſentiunt, vnde Pſal. 72. In labore hominum nõ ſunt, & cũ hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia cogitauerunt, loquuti ſunt nequitiam. Quare D. Aug. contra Epiſto. fund.

Auguſt. ſic ait. Nihil infelicius felicitate peccandi. Per hanc enim & pœnã-

lis nu-

lis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur. Ac si diceret quod impunitate & felicitate peccandi nutrita robur accipit deprauata voluntas. Vnde idem Diuus Augustinus ait. Nemo gratuletur homini qui prosperatur in via sua, cuius peccati deest vltor, & adest laudator. Maior hic ira Domini est, vt correctionis flagello non puniatur. Vnde Iob. Ego vidi stultum firma radice & maledixi pulchritudini eius. Statim hæc Augusti. Imò & Diuus Paul. Hebræ. 13. adulteros & nothos vocat illos qui extra disciplinam Domini sunt, & Hierem. 6. secundùm aliâ literâ. Per omne flagellum erudieris Hierusalem, vbi litera nostra habet. Audietur in ea corâ me semper infirmitas & plaga. Et erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea à te. & c. 31. Castigasti me Domine & eruditus sum. Et Diuus Greg. 6. mor. c. 15. & 16. sic ait. Torpens animus passione tangitur vt excitetur, quatenus qui statum suæ rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret quò iacet, hinc namque ipsa asperitas humiliationis origo fit luminis, vnde per Paulum dicitur Ephe. 5. Omne quod arguitur, lumine manifestatur, argumentum ergo salutis est vis doloris. Hinc est quod Salomon ait. Curatio facit cessare peccata maxima Eccl. 20. Hinc Paulus ait Hebræ. 12. omnis autem disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij, sed mæroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis reddit per eam iustitiæ. Quãuis ergo conuenire simul nequeant dolor & beatitudo, rectè tamẽ nũc dicitur beatus homo qui corripitur à Domino, quia per hoc quod peccator dolore humiliationis præmitur, quandoque ad beatitudinem, quæ sine interuentu est doloris, eruditur.

Idem. Iob. 5. Hebræ. 13 Hierem. 6. & cap. 31. Gregor. Ephes. 5. Eccles. 20. Hebr. 12.

VERSVS OCTAVVS.

Bonum mihi lex oris tui: super millia auri & argenti.

PRæstat omnibus concupitis lex Dei, vnde iusti etiam si cæteris huius seculi bonis careant, tamen in hac veritate legis Dei eruditos ac doctos esse, tam in opere, quam in affectu, & intellectu plus æstimant quàm cætera omnia, vnde soluitur quæstio à principio proposita, vt iam in primo versu diximus, crebro bonũ repetit, nũquam enim hac dulcedine satiatur, ait Cassiodorus. Ideò quippe passim repetit bonum quoniam omne bonum Deus est, nec bonum aliquod vnquam offendes quod nõ à Deo sit, bonum

Cassiodo.

autem dicit concretiue, quia bonum ſibi ipſi eſt in ſe continens ac coaceruans omnia bona, mihi dico, quoniam legem tuam mihi volo, vt ego ipſe eam obſeruem ne ſim ſicut plures, qui aligant onera grauia, & importabilia, & imponunt ſuper humeros hominum, digito autē ſuo nolunt ea mouere (Lex oris tui.) De lege Euāgelica loquitur quæ miris modis alijs præeminet legibus, quoniā ex ore altiſſimi proceſſit. Olim per Angelū loquebatur Deus, & per Moyſen & reliquos Prophetas, Euangeli am legem ipſe Dominus proprio promulgauit ore, quod Diuus Paulus in initio Epiſtolæ ad Hebræ. magni facit dicens. Multifariè multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouiſsime diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio: nimirum vt verum fieret vaticinium illud Iſai. 52. Ego ipſe qui loquebar ecce adſum. Vt ore proprio omnia antedicta confirmaret, hoc vtique erat flagrans illud deſiderium ſponſæ, in quod velut ab exta ſi expergefacta prorupit dicens, Oſculetur me oſculo oris ſui. Hoc eſt os ad os loquatur mihi, non ſibi ſoli hoc arroget ipſe Moyſes, quod os ad os cum illo loquebatur quaſi ſolet homo ad amicum ſuum: ſed omnibus hūc largire fauorem, & ex ore tuo tua verba audiamus, non cum Hebræis dicimus ad Moyſen; Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ſed potius taceat iam Moyſes, veteraque intereant ſacrificia, & tu loquere nobis noua condens gratiæ ſacramēta, oſculetur me, ergo oſculo oris ſui. Quouſq; ſponſus meus mittit oſcula per Moyſen mittit oſcula per Prophetas, iam ipſius cupio ora cōtingere, ipſe veniat, ipſe deſcendat, ipſe loquatur. Vnde cum in monte aſcenderet cum diſcipulis ſuis docturus eos vt omnibus doctrina ſua mirabilis appareat ait Euangeliſta. Aperiens os ſuū docebat eos dicens. Beati pauperes &c. Mira res noua doctrina, felicitatem, miſeriam, luctum, gaudium, famem, ſaturitatem, ignominiam, gloriam docere, quæ niſi ab ipſo ore altiſſimi prodijſſet quis crederet? Quare D. Auguſti. ſummopere docet, collenda Euangelica verba quoniam os & linguam Chriſti tetigerunt, ſi enim veſtem Chriſti ſumma religione collimus quia ſanctiſsimum eius corpus tetigit cur non & verba quæ gutture lingua & labijs eius pronuntiata ſunt? Aperiens ergo os ſuum docebat dicens. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Ideo melior mihi lex oris tui, quàm millia auri & argenti, quia pauperibus maximas promittis diuitias, lugentibus ſumma gaudia, famelicis

Ad Hebræ.
Iſai. 52.
Cantt. 1.
Exod. 20.
Matth. 5.
Auguſt.

mplicis omnium rerum copiam, denique despectis summum policeris honorem, ideo Euangelium tuum thesauro abscondito in agro comparatur quoniam in paupertate diuitias, & in morte vitam, & in luctu risum, inclusa gerit, recte ergo dicit (ait Cassiodorus) bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti, quoniam infinita est distantia, nec aliqua similitudine intercludi potest sed super omnia semper excellet, vt tali excessu prius mente concepto vilescat protinus argentum & aurum quæ sunt maiora hominis concupita, facta est ergo comparatio absque similitudine, pretium sine modo, amor sine fine vt amplius diligat charitas legem Dei (ait Augusti.) quàm diligat cupiditas millia auri & argenti. Vnde Sapien. 7. dicitur. Nec comparaui illi lapidem pretiosum quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua & tanquàm lutum æstimabitur argentum in conspectu illius & Iob. 28. Nõ conferetur tinctis indiæ coloribus nec lapidi sardonico pretiosissimo, vel Sapphyro quoniã hæc omnia corpori tantum medentur nec ad animam penetrare possunt. Lex verò diuina medela est animæ æternamque ei confert sanitatem & vitam. Vnde Prouerb. 11. ait sapiens. Non proderunt diuitiæ in die vltionis iustitia vero liberauit à morte hæc autem iustitia in lege Dei conrinetur.

Matth. 13.

Cassiodor.

D. August. Sapien. 7.

Iob. 28.

Prou. 11.

DECIMVS OCTONARIVS.

Manus tuæ fecerunt me & plasmauerũt me: da mihi intellectum vt discã mandata tua. 1. Iod.

Qui timent te videbunt me & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui. 2. Iod.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me. 3. Iod.

Fiat

4. Iod. Fiat miſericordia tua vt conſoletur me: ſecundum eloquium tum ſeruo tuo.

5. Iod. Veniat mihi miſerationes tuæ & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.

6. Iod. Confundantur ſuperbi quia iniuſtè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

7. Iod. Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt teſtimonia tua.

8. Iod. Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVS.

VERSVS PRIMVS.

Manus tuæ fecerunt me & plaſmauerant me: da mihi intellectum vt diſcam mandata tua.

EAdem perſona introducitur in hoc octonario quę in præcedenti aliter tamen affecta, nempè iuſtus iniuſtè ab iniuſtis vexatus, deſiderans tamen conſequi finem propter quem vexatus eſt, nimirum obſeruare mandata Dei & perfectionem adipiſci quæ per tollerantiam vexationū nanciſci ſolet. Vnde in vltimo verſu dicit. Fiat cor meū immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar, hoc eſt ne me hoſtes tentationibus ſuis ac vexationibus ſubruant, & confuſus abſcedam ab eis, fiat cor meum immaculatum in huiuſmodi perſecutionibus ne cadere cogar eis. Vnde in Hebræo dicitur. Erit cor meum perfectum in ſtatutis tuis, propterea non confundar, tribulationes patienter tollerate cor meum in tuis mandatis perficient.

ficient.Et ad hanc cordis perfectionem poſtulandam duplici vtitur medio. Primò ex parte creationis,quia cum Dei ſit plaſma atque factura,proprium artificis eſt ſuis operibus ſubuenire atque ad perfectionem adducere:effice ergo plaſmator meus vt mandata tua plenè addiſcam, atq; perficiam.Secundò ex parte Angelorum ſeu hominum perfectorum qui videntes meam ſuſtinentiam in tribulationibus quas patior innixus verbis tuis,lętabũtur in me atque laudabunt te factorem & perfectorem meum. Vnde & litera decima,Iod,huic præmittitur octonario, quæ ſecundum Ambro.interpretatur, cõfeſsio, vel deſolatio,quæ inuicem pulchrè cõueniũt. Vexatio quippè iniuſtis deſolationem parit,ex qua ad cõfeſsionem tam ſuæ fragilitatis ad ſuſtinendum,quàm Dei potentiæ ad ſubueniendum adducimur. Nã(vt ait Ambro. & experiẽtia docet) deſolati citiùs confitentur,magis enim ſecundis rebus animus extolli ſolet,cum autem vrgentur aduerſis tunc diuinum implorant auxilium,nam & in his quæ humana ſunt, hunc vſum eſſe cognoſcimus vt cui ſuccedunt proſpera animus elatior ſit, cui autem mundi huius infeſta ſunt & potentia alicuius aduerſa tunc conſurgit,tunc opem quærit,vel vt rogando ſuperioris mitiget poteſtatem,vel ſe viribus armet adiunctis,ne quaſi inferior ſuperioris viribus ſuperetur. Alcuinus & Hierony.ad Paulam vrbicam aliter interpretantur hanc literam,dicunt enim ſignificare principium, vel ſcientiam.Quoniã iuſtus vult addiſcere mandata Dei quæ ſunt veluti principia quædam legis naturæ, vel poſtulat vt ſcientiam ſui principij quod à creatore & plaſmatore ſuo accepit nanciſcatur vt per hoc confiteatur Deo; debitas gratias ob tantum munus ei referendo. Ait ergo; Manus tuæ Dne fecerunt me & plaſmauerunt me.Manus metaphoricè ſumuntur hic pro potentia factiua Dei,nam quia nos per manus operamur virtutem qua Deus operatur hoc nomine nuncupamus, tamen quia in numero plurali dicitur manus,Auguſt.vult quòd hoc nomine intelligatur virtus & potentia Dei qua hominem & vniuerſa condidit,ſecundum illud Pſal. Omnia in ſapientia feciſti & quia filius eſt virtus & ſapientia patris(vt Paulus docet)hoc nomine filius intelligatur, aut per manus intelligamus Dei filium & Spiritum ſanctum.Qui cooperator eſt patris & filij,hæc Aug.D. Tho.dicit ſuper illud Iob. 10. Manus tuæ Domine fecerũt me &c. Manus dicit in plurali quia licet ſit vna diuina virtus operans, multiplicatur tamen eius

D.Ambro. Iod cõfeſsio vel deſolatio.

Alcuinus. Hierony.

Auguſt.

Pſal. 103. 1.Cor. 1.

Iob.10.

operatio

operatio in effectibus,tum propter diuerſitatem effectuum tum etiam ob varietatem cauſarum mediarum quæ plures ſunt,& illis mediantibus quaſi per manus ſuos effectus producit Deus.

Ambro. Sed tamen D. Ambroſ. videtur ſentire ad commendandam hominis dignitatē manibus Dei fuiſſe plaſmatū,ait quippe in hoc loco. Manus tuæ Dñe fecerunt me hoc eſt dicere,beſtias nō fecerūt manus tuæ,ſed dixiſti producant aquæ reptilia animarum viuentium,& produxit terra te iubente ſecundùm genus quadrupedia & beſtias terræ,me autem tu feciſti,me tuis manibus figuraſti,hoc eſt non figuraſti beſtias manibus tuis,nō reptilia,nō volatilia, me autem fecerunt manus tuæ & plaſmauerunt me. Aliqui interpretes dicunt quòd hic de totius hominis creatione fit mentio & dicitur factus quoad animam,plaſmatus verò quoad corpus, vel è diuerſo plaſmatus propter animā,factus propter corp⁹ dicitur, quia vtrumque à Deo à principio ſuæ conditionis accepit & ita intelligunt illud Iob. 10. Manus tuæ Dñe fecerunt me,& plaſmauerunt me totum in circuitu. Vbi D. Greg. ait. Qui plaſmatum ſe & factū totum in circuitu à Deo aſſerit tenebrarū genti: nec in ſpiritu ſuo nec in carne aliquid dereliquit. Nam plaſmatum ſe propter internam imaginem retulit: factum vero totum in circuitu in eo quòd carnis conſtare indumento memorauit. & Iſa. 64. Et nūc Dñe Pater noſter es tu nos vero lutum & fictor noſter tu & opus manuū tuarum omnes nos, primùm ad animam, ſecūdùm ad corpus poteſt referri & quoad vtrumq; ſumus opus manuū Dei, omnia autem hæc maximè hominis dignitatem commendāt. Vnde Greg. vbi ſuprà. Notādum tamen eſt hoc quòd ſe plaſmatum manibus aſſerit conditoris, quia miſericordiæ iudicis dignitatem ſuæ conditionis opponit, quanuis enim per coæternum patris verbum cuncta creata ſint in ipſa tamen relatione creationis oſtenditur, quantùm cunctis animātibus, quantùm rebus, vel cœleſtibus ſed tamē inſenſibilibus homo præferatur. Cūcta quippe dixit & facta ſunt cum vero facere hominem decreuit hoc quod reuerenter penſandum eſt præmiſit dicens. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Neque enim de eo ſicut de rebus cæteris ſcriptum eſt, fiat & factum eſt. Nec vt aquæ volatilia ſic terra hominem protulit, ſed prius quàm fieret, faciamus dicitur, vt videlicet, quia rationalis creatura condebatur quaſi cum conſilio facta videretur. Quaſi per ſtudium de terra plaſmatur & inſpiratione

Iob. 10.

Ibidem D. Gregor.

Iſai. 64.

Greg. vbi ſuprà.

Gen. 1.

tione conditoris, in virtute ſpiritus vitalis exigitur vt,ſcilicet,non per viſionis vocem ſed per dignitatem operationis exiſteret quæ ad conditoris imaginem per manus conditoris fiebat, hæc Gregor.Diuus Auguſtinus. 6. ſuper Geneſim ad lit. ſic docet dicens. Auguſt. Non in hoc præeminet homo alijs rebus quòd Deus fecit hominem ipſum quaſi alia ipſe non fecerit, cum ſcriptum ſit,Opera manuum tuarum ſunt cœli,& alibi,Aridam fundauerunt manus tuæ, ſed in hoc quòd ad imaginem Dei factus eſt homo. Vtitur tamen ſcriptura in productione hominis ſpeciali modo loquendi ad oſtendendum quòd alia propter hominem facta ſunt. Ea enim quæ principaliter intendimus cum maiori deliberatione & ſtudio conſueuimus facere,ſic Diuus Thomas. 1. Parte quæſtione. 93. articulo quarto. ad primum. Non ſolum autem ipſum magnifacit hominem conditum conditionis modus ſed, & ipſam conditoris ſapientiam miris modis exaltat mirabiliſque in tali plaſmate apparet, vnde & noſter Pſaltes Pſalmo. 138. exclamat dicens. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me confortata eſt & non potero ad eam, nec ipſe homo conditus capere poteſt mirabilem ſui artificis ſcientiam in ſui ipſius conditione: nam tam in corpore quàm in anima diuina ſplendet ſummi opificis ſapientia, homo quidem conditus eſt ad imaginem Dei. Et licet pleriq; doctores dicant hoc eſſe ſecundum animam quæ ſecundum tres potentias quas habet intellectum, voluntatem, & memoriam Trinitatis ſummæ imaginem refert, ſpiritualiſque factura ſpiritualem factorem reddit, tamen non deſunt authores qui affirment quòd homo ſecundum corpus eſt ad imaginem Dei factus & ſecundum animam ad ſimilitudinem, ad imaginem dico humanam non diuinam, inter quos Tertullianus libro de Reſurrectione, Nazianzenus Sermone, vel Oratione de Epiphania, Ambroſius libro de Fide orthodo. capite. 8. Baſilius aduerſus Enmonium libro. 2. Eugubinus in illo verſu Pſalmi. Tu formaſti me & poſuiſti ſuper me manum tuam, Auguſtin. libro 83. quæſtionum. tom. 4. quæſt. 51. ait quòd quando dicitur quòd homo creatus eſt ad imaginem Dei hoc refertur ad animam, quãdo ad ſimilitudinem Dei ad corpus, itaque ſecundum corpus homo dicitur, & eſt conditus, vel ad imaginem, vel ad ſimilitudinem Dei. Sed aduertendum quòd cum ſubſtantia Dei corpus non habeat, non recte intelligitur quomodo ad imaginem Dei ſit

D. Thom.

Pſal. 138.

Tertul.

Greg. Nazianze. Ambroſ. Baſilius. Auguſt.

factus

factus homo ſecundum corpus, niſi finxeris quod Tertullianus dixit nimirum quòd ipſum verbum Dei à principio conditionis humanæ corpus aereum forte ſumpſit ad cuius ſimilitudinem corpus Adam formatum eſt. Itaque ad ſimilitudinem illius corporis aerei quod filius Dei tũc acceperat ex ipſo luto & lymo terræ deliniauit Deus corpus hominis integrum cum ſuis membris & poſtea vt oſtenderet ſpiritum de foris aduenire inſufflauit in eo ſpi-
Gen. 1. raculum vitæ & factus eſt homo in animam viuentẽ veſtitus pelle & carnibus atque oſsibus & neruis compactus. Tanto deſiderio flagrabat filius Dei humanam aſſumendi naturã vt iam ab initio eius ſimilitudinem ſumpſerit quaſi exercens ſeipſum antequã ve-
Simile. ram aſſumeret eius ſimilitudinem. Veluti qui armatus proceſſurus eſt ad bellum prius in ludicris belli ſe exercet quæ effigiẽ aliquam & ſimilitudinem verorum præferant. Et ſic poteſt intelli-
Prou. 8. gi forſan illud Prouer. 8. Ludẽs coram eo ſemper, ludens in orbem terrarum, & delitiæ meę eſſe cum filijs hominum, vel ſine infinitibo vt Hebræi legunt, Delitiæ meæ filij hominum. Iam tunc ludebat & iucunditatem capiebat, quia humana induendus erat natura: in cuius ſimilitudine iam delectabatur atque ad eius effigiẽ corpus hominis fingebat. Quod ſi hoc forſam tibi nouum & incredibile viſum fuerit memineris oportet, quòd multi ſancti Doctores affirmant apparitiones illas quas Deus faciebat veteris teſtamenti patribus factas fuiſſe in perſona ipſius verbi, hoc eſt quòd ipſe filius Dei in corporibus illis aereis apparebat eis. Vnde Leo Papa Epiſ. 13. ſic ait. Poterit quippe omnipotentia filij Dei ſic ad docendos iuſtificandoſque homines apparere quomodo & Patriarchis & Prophetis in ſpecie carnis apparuit, cum aut luctamen iniuit, aut ſermonem conſeruit, cum officia hoſpitalitatis non abnuit, vel etiam appoſitum cibum ſumpſit, ſed illa illi imaginis huius hominis erant indicia aut indices, cuius veritatem ex præcedentium patrum ſtirpe ſumendam ſignificationes myſticę nuntiabãt. Imò
Concil. Sirmienſi de regul. fidei regula. 14. Auguſt. in Concilio Sirmienſi de regulis fidei regula. 14. ſic diffinitur. Si quis contra Iacob non filium tanquàm hominem luctatum eſſe ſed ingenitum Deum aut Patrem eius dixerit, anathema ſit. & D. Auguſt. q. de nou. teſta. queſtione. 37. Colluctans (inquit) Iacob cum ſaluatore, quem Deum intellexit, quem ſpecie corporis videbat, & idem D. Auguſti. 2. de Trinit. à cap. 7. & deinceps docet in illis apparitionibus veteris teſtamenti verbum affuiſſe, & quando

dicit

dicit Stephanus Actor.7. quòd Angelus loquutus eſt ad Moyſen, dicit poſſe interpretari de magno conſilij Angelo. & gloſſ. interlinealis Exod.33. à principio dicit quòd Angelus qui præcedebat populum per deſertum: poteſt intelligi quòd fuerit filius qui dicitur magni conſilij Angelus. Quaſi exercens ſe hoc agebat vt poſtea hominis officia rectius repreſentaret. Aut ſicut filius Regis priuſquàm ſponſam principem accipiat ad ſe, & det ei manus abit incognitus ad itinera quibus ipſa venit & inſinuat ſe illi varijs modis, nunc ſuper pulcherrimum equum, nunc ſicut peregrinus pedes, nunc tanquàm venator viridi veſtitus colore quòvſque eam in ſuam accipiat poteſtatem: ſic nimirum verbum ac filius Dei humanam naturam ſponſam ſibi aſſumere cupiebat eius amore captus antequàm ſponſalia fiant varijs modis ſe illi inſinuat, nunc tanquàm luctator fortis, nunc velut peregrinus & hoſpes, nonnunquam confabulando ſimul & edendo cum homine quouſque manum ei perpetui coniugij daret cum verbum caro ex Maria Virgine fieret, vnde Paul. Hebræ. 1. Multifariè multisque modis, olim Deus loquēs patribus in Prophetis. Quòd ſi hæc vera ſunt vt Concilium videtur diffinire ac citati patres ſentire, probabile etiam apparet quòd in hominis creatione ſimiliter in naturæ humanæ ſimilitudine apparuerit vt primus Adam etiam in corpore typum eius exprimeret. Aduertenda tamen duo hic ſunt alterum quòd ſi formam tunc accepit humanam non fuit in vnitatem ſuppoſiti: ſed ſicut Spiritus ſanctus accepit columbam hoc eſt ſimilitudinem columbæ vt exprimit Euangeliſta dicens Spiritus ſanctus viſus eſt ſicut columba ſuper ipſum, hoc eſt in ſimilitudine & effigie columbæ: & tunc opus fuit totius Trinitatis licet ſecundum appropriationem filij. Secundò tamen aduerte quòd hæc curioſitatis ac ſtudiorum gratia dicta ſunt quoniam ego non multum probabile exiſtimo quod Tertullianus dicit, nempe hominem ſecundum corpus factum eſſe ad imaginem Dei & multo minus quòd verbum tunc aſſumpſerit in creatione hominis corpus aereum ad cuius ſimilitudinem expreſſum fuerit corpus Adam. Quoniā id neſcio quid nouitatis imò & aſperitatis præſefert ita quòd non tam ſuauiter pijs auribus ſonet nec ita placide accipiatur, licet forſam potuit ita cōtingere. Imò & ipſe D. Aug. in locis citatis videtur ex opinione aliorum loqui, nam ſi attente legatur aſſeueranter videtur diffinire non perſonam verbi

Actor.7.

Exod. 33.

Simile.

Hebr.1.

Auguſt.

ſed Angelos patribus apparuiſſe vt lib.3. de Trinitate ca. vltimo. & lib.4.ca.vltim.videre poteris. De quo etiam diſputat lib. 10. de
D. Thom. ciuitate ca.5. & 15. & 16.& D.Tho.1.part.q.93.ar. 3. aſſeuerãter tenet quòd homo ſolum ſecundum mentem eſt ad imaginẽ Dei conditus,& ad tertium dicit,quòd quia corpus hominis ſolum inter terrenorum animantium corpora non pronum in aluum proſtratum eſt,ſed tale vt ad contemplandum cœlum ſit aptum: magis in hoc ad imaginem & ſimilitudinem Dei quàm cætera corpora animalium factum iure videri poteſt vt dicit Aug.lib.83. quæſtionum.Quod tamen nõ eſt ſic intelligendum quaſi in corpore hominis ſit imago Dei ſed quia ipſa figura humani corporis repręſentat imaginem Dei in anima per modum veſtigij,hæc ſunt verba D. Tho. hoc eſt quòd quia corpus humanum erectum verſus cœlum formatum eſt, veſtigium quoddam ac ſignum eſt quòd anima ſit imago Dei cuius corpus quod propter ipſam animã cõ-
D. Thom. ditum eſt id in erecta ſtatura repræſentat,vide D.Thom. 1. par.q. 91.articulo.1.Corporea quidem hominis ſtructura nulli dubium eſt quin præcæteris animalibus ſubtilior ac perfectior ſit: quoniã cum materia ſit propter formam & corpus ſe habeat veluti materia animæ rationalis quæ forma & actus eſt corporis Phyſici or-
Ariſtot. ganici(vt ait Ariſtoteles)talem decuit eſſe materiam qualem talis forma exigebat. Primùm ſecundùm Hebræ.fecit Deus hominem de puluere terræ non ex vapore nec ex groſiori & rudiori parte terræ,ſed ex ſubtiliſsimo terræ quod ſignificatur per puluerem, ſignificatur enim per hoc quod terra redacta in ſupremam ſubtilitatem quam poteſt habere, eſt illa ex qua conſtat corpus humanum,quod perfectiſsimus hominis tactus ſignificat, erectaq; nec prona ſtatura eius,& vt intelligas quòd corpus hominis eſt redactum ad æqualitatem remotiſsimam à contrarijs qualem exigit terra ſubtiliſsima optime mixta,per quæ fit inſtrumentum conſonum animæ ad imaginem Dei factæ quæ ſurſum reſpicit & congruum vas animæ rationalis ad ſuas exercendas operationes quoniam cerebrum non niſi eleuatum idoneũ eſt ad ſpiritualia phantaſmata miniſtrandum intellectuali animæ: nam tunc interiores vires liberius ſuas operationes habẽt dum cerebrum in quo quodammodo perficiuntur non eſt depreſſum ſed ſuper omnes partes corporis eleuatum: quare homo inter cętera animalia eſt maximi cerebri vt liberius in eo perficerentur operationes interiorum

virium

virium ſenſitiuarum quæ ſunt neceſſariæ ad intellectus operationes.Sed cor habet plus cæteris calidum vt recta ſit ſtatura eius.Calor quippe ſurſum dirigit ac tẽdit,cerebrum autem,oportet quòd ſit humidum ac frigidum vt calorem cordis temperaret,ex quo fit quòd non ſit ita perfecti odoratus vt alia animalia, quoniã olfactus requirit ſiccitatem cui opponitur humiditas cerebri qua homo ex neceſsitate ſuæ complexionis abundat.Et ob hoc etiam alia animalia ſunt acutioris viſus & audit⁹ velociorisq; curſus quã homo,quoniã ijs excellẽtijs repugnat æqualitas humanæ cõplexionis,prẽterea alijs animalibus dati ſunt ſenſus ſolũ ad cibum exquirẽdũ homini vero etiã ad cognoſcẽdũ. Quare cætera animalia nõ delectãtur ſenſibilibus niſi per ordinẽ ad cibũ,vel venerea;homo vero in ipſa pulchritudine ſenſibiliũ ſecũdũ ſeipſam delectatio nẽ capit.Quare quia ſenſus prẽcipuè vigent in facie cętera animalia prona facie terrã reſpiciũt quaſi victũ ſibi quærant;homo vero vultus habet ſurſum erectos vt per ſenſus & præcipuè per viſum qui ſubtilior eſt & plures differẽtias rerũ demonſtrat,libere poſsit ex omni parte ſenſibilia cognoſcere & cœleſtia & terrena,ex quibus omnibus intelligibilẽ colligat veritatẽ. Vnde poeta quidam, Ouidius.

Pronaque cum aſpiciant animalia cætera terram
Os homini ſublime dedit cœlumque videre
Iußit & erectos ad ſidera tollere vultus.

Et Empedocles dicebat ſe ad cõſpicienda cœlorũ aſtra natũ. Ecce mirabilẽ opificis ſapiẽtiã in humani corporis ſtructura quare Pſal. 138.vbi nos legimus, & ſubſtãtia mea in inferioribus terræ, legũt alij vt Reclini⁹ & Caicta.acu pictus ſum,ſiue polimitatus,ſum,hoc eſt ſubtiliſsime ſimul ac pulcherrime ſicut veſtis diuerſorũ colorũ in diuerſis perfectionib⁹ me formaſti,acſi diceret(ait Caiet.)labraſte me de recamado).Vnde Ambr.hic manus tuæ Dñe fecerũt me magnæ cõmẽdationis vſus exordio eſt vt opus Dei ſe eſſe diceret quo facilius circa operis ſui gratiam fauor inclinaretur authoris. Grandis etiam prærogatiua eſt in rebus humanis vt aliquis operibus & beneficijs faueat ſuis,ne meritum ſpectet alienum ſed in ſuę gratiæ munus intendat ne videatur abrogare quod ipſe donauit itaque etſi de luto noſtri corporis ſubſtantia eſt,carnem induamur, corpus oſsibus intexatur & neruis, tamen quòd ſimus perfectiſsimum opus Dei nemo dubitauerit, nam & ſi fabricam Empedocles. Pſal. 138. Caietan. Ambroſ.

ipſam humani corporis quis conſiderare voluerit nihil poterit in terra pretioſius iudicare. Eſt enim homo ſtatu celſus, vultu decorus, cæſarie gratus, non cæterorum more curuatus animantium ſed ipſo naturæ iure ſublimis, qui cœlum libero ſpectet obtutu, nulla captiuæ ſeruitute ceruicis depreſſus in terram ſed tanquàm proprię conſcius libertatis & locuples ſui teſtis authoris. Hæc Ambro. ¶ Animæ vero pulchritudinem quis ſatis mirari queat? ſpiritus incorporeus eſt, non ex traduce ſed à Deo creatus, incorruptibilis & immortalis, operationes habens à tempore independentes quæ maximè eius æternitatem atteſtantur, materiæ omnino expers extra corpus ſuſiſtere compos: verum vniuerſale intelligens ac bonum in communi amans gratiæ ſupernaturaliumque bonorum capax. Imò per lumen gloriæ eleuata ipſum Deum in ſeipſo videre potens eiuſque æternitatis particeps eſſe.

Greg. lib. 10. mor. c. 13. in fine. Et ſic intelligit Diuus Grego. illud Iob. 14. Roborasti eum paululum vt in perpetuum tranſiret. Paululum roboratus eſt homo (ait) quia hic viuendi vires ad modicum accepit vt in perpetuum tranſeat vbi vitam eius terminus non concludat. Vnde & ſi in omnibus operibus ſuis complacuit Deo, ſed præcipue in homine. De cæteris quidem dicitur Prouerbiorum. 8. Et delectabar per ſingulos dies ludens coram eo ſemper ludens in orbem terrarum, quaſi luſſus & lætitia erant Deo opera ſua vnde Geneſis. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Complacentia Dei ſignificatur in rebus à ſe factis nam prius de ſingulis dixerat vidit Deus quod eſſet bonum nunc de omnibus ſimul quaſi qui iterum opera à ſe facta reſpicit nouum gaudium de omnibus ſimul concipit, ac ſi in noſtro vulgari diceremus. (miraſe y remiraſe en ellas.) Vnde Sapientiæ. 11. Diligis enim ea quæ ſunt & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Cæterum de homine ſingulariter dicitur. Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum, vel delitiæ meæ filij hominum, ſingulariter de hominis conditione conditor lætabatur complacebatque ſibi in illo: vnde poſt hominē cōditū dicitur. Requieuit Dñs die ſeptimo ab omni opere quod patrarat. Sabbathū egit Dñs poſt hominis creationē quaſi qui iam perfectū opus haberet. Quoniā cætera omnia propter hominē creauerat nōdū quieuerat quia nōdū præcipuū finē quē in opere ſuo intenderat Deus attigerat: ſed poſt hominis fabri cā nihil iam mūdi perfectioni deerat cum domus iam ſuū propriū

Prou. 8.

Gen. 11.

Sapien. 11.

haberet incolam illeque propter quem omnia facta fuerant iam præſens adeſſet, itaq; in corporis fabrica mirabilis apparet Deus ſed mirabilior in animæ immortalis creatione. Vnde Diuus Ambroſius hic ſtatim poſt verba ſupra relata ſubiungit. Veruntamen in cæteris animantibus membrorum forma laudatur in quibus præter gratiam corporis nihil aliud eſt quod requiratur, homo in eo eſt pulchrior quod non videtur non in corpore quod videtur, in ſe habens æternitatis gratiam & præſentium venuſtatem, quæ enim videntur temporalia ſunt quæ non videntur æterna in hoc terreſtri hoſpitio indutus habitatione cœleſti, cui ſimul competit & in terris videri & Deo iungi. Et infra. Noſce ergo teipſum ô homo cognoſce te anima quia non de luto non de terra es, quia ſufflauit in te Deus & fecit animam viuentem, opus es magnificum Dei generatione inſpiratũ, ſecularia te & mundana non teneant, ad illum tota intentione feſtina cuius inſpiratione conſiſtis. Rectè ergo Propheta dicit; Manus tuæ Domine fecerunt me hoc eſt rectè opus manuum tuarum videor cui tot præ cęteris cõtuleris pretioſa dona. D. Ambro.

(Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua.) Acſi diceret in hoc gratus eſſe volo conditionis meę beneficio in addiſcẽdo opere & veritate mandata tua, ſed quia hoc minimè ex viribus meis valeo, obſecro vt ex tua benignitate intellectũ largiaris mihi, quo perfectè diſcam mandata tua opere, ſcilicet, adimplẽdo. Intellectũ petit non quidem potẽtiam intellectiuam iam enim illam in creatione acceperat, ſed actum intelligendi qui etiam vocatur intellectus ſicut actus voluntatis vocatur voluntas: actus autem iſte augetur ſecundum quod intellectus à Deo ſubleuatur ad maiora intelligenda. Talẽ ergo actum intelligendi poſtulat Propheta nimirum vt à Deo intellectus eius ſubleuetur ad cœleſtia & diuina intelligenda. Omnia in ſuas conuertuntur cauſas, vt ab eis quod deeſt accipiant, ab eis acceperunt quod habent, ab eis ſuſceptura ſunt quod deeſt. Terra indefinenter ſolem aſpicit, à quo & quod habet, & quod habere poteſt, mutuare ſperat. Pulli vix ab ouo exuti ſub alis gallinæ ſeſe recipiunt. Agniculus protinus vt ab vtero exit lateribus adhæret matris; Nam qui ab ea acceperunt quod habent, accepturos ſe ſperant quod eis deeſt. Quòd ſi picturæ intellectus eſſet quam depinxit pictor, nec oculos poſuit, non ad domos regum aut diuitum ſed ad ipſum properaret artificem

tificem vt quod ei deficit, daret. Eodem modo iuſtus à Deo agnoſcit ſe accepiſſe quod habet, ab eo petit quod deficit, dicens. Manus tuæ Domine fecerunt me, da mihi intellectum &c. acſi diceret, hoc quod deficit, tribue, qui cætera iam dediſti mihi; Oculos corporis habeo, oculos mihi dona mentis, qui deſunt.

Ambro. Vnde Ambroſius intellectum poſcit vt ipſe ſe ipſum nouerit & naturæ ſuæ poſsit ſcire rationem. (Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua.) Obſerua cum beato Ambro. quòd perfecte intelligere mandata Dei non eſt cuiuſcumque ſed ſolum ſapientis, ſapiens autem ſolum ille eſt qui bonum quod intelligit facit; vn-

Matth. 7. de Dominus Matthæi. 7. Omnis qui audierit verba mea hæc & fecerit ea, aſsimilabitur viro ſapiēti. Qui audierit & fecerit hæc ait, ergo nec factum ſine auditu nec auditio ſine facto poteſt eſſe ſapiētis ſed qui audit & facit. Audiamus igitur, vt intelligamus, intelligamus vt faciamus, vt intellixiſſe nos quod audiuimus comprobemus. Aliqui enim intelligunt verba legis ſed non vt faciant

Pſal. 35. de quibus dicitur. Noluit intelligere vt bene ageret, & tales non plene dicūtur intelligere ſed potius negligere iuxta prouerbium; Legere & non intelligere negligere eſt, legunt enim & non intelligunt quòd illa mandata poſita ſunt vt opere compleantur non vt memoriter teneantur.

Auguſt. Diuus Auguſtinus ſic ait. Da mihi intellectum vt diſcam mandata tua & ſi in hominibus intellectus eſt per naturam quo diſcernitur homo à pecore, tamen peccando deformatus eſt &

Epheſ. 4. quotidie renouatur, propter quod Apoſtolus ait Epheſ. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ, intellectum ergo renouari petit fi-

Auguſt. bi vt diſcat mandata Dei, hæc Auguſti. Quippè adhoc donatus eſt nobis intellectus & voluntas cæteraque dona tam naturalia quàm gratuita vt in Dei obſequium ea impenderemus, cætera enim propter hominem facta ſunt, homo verò propter Deum vt illum agnoſceret amaretque atque eius obtemperaret mandatis, in cuius ſignum protinus vt creatus eſt præceptum accepit à Domino ne de ligno illo vetito quod erat in medio paradyſi veſceretur, quaſi ei diceret cætera vt tibi, obſecundarent feci, te autem vt mihi obedires plaſmaui, non ſolum autem animæ potentias in Dei cultum exibere debemus ſed & corporis membra ad id etiam munus aptare fas eſt, ſecundum illud præce-

Matth. 22. ptum Matthæi. 22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo

de tuo,mente,anima,& viribus tuis. Per cor voluntatem intellige,per animam inferiores animę vires secundum quas dicitur forma corporis ipsi vitam ac animales actiones præbens,per mentem supremam animæ partem rationalis. Cuius actiones nec à corpore nec à tempore pendent sed exuta à corpore exercere eas potest,per vires autem corporis membra quibus ad peccatum vti non decet sed ad opera virtutis tanquam animæ instrumenta adaptare, secundùm illud Paul. Rom. 6. Humanum dico propter Rom.6. infirmitatem carnis vestræ,sicut enim exibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete seruire iustitiæ in sanctificationem. Quippe ingratitudinis genus est his quibus ab alio donatus es,in perniciem,vel offensam illius abuti, qui per hæc Dei dona peccatis deseruit ingratissimus est,cõtra quos Dominus. Dedi eis argentum & aurum ipsi autem fabricati sunt Hiere. 32. Baal. Per aurum animæ per argentum,quod minus est,bona corporis intellige. His autem non Deo qui dedit, sed idolis & peccatis inseruire impijssimum est. Similes enim tales sunt Christi Dñi tortoribus qui arundine quã de manu ipsius tollebant percutiebant sacrũ caput eius,sic isti ijs quæ de manu Domini accipiũt & fratres percutiunt & in ipsum Deum peccatores sunt, adhoc quippe hæc dona accepimus vt ad virtutem tanquàm instrumentis eis vteremur,non vt ad vana,vel iniusta abuteremur,contra quos dicitur Sapien. 15. quòd æstimauerunt lusum esse vi- Sapien. 15 tam nostram, quasi Deus tot splendidissimas potentias ad res ludricas donasset homini,& non magis ad seria & in æternum victura. Vnde Tullius de officijs non ita (inquit) à natura generati sumus vt ad ludum, vel iocum facti esse videamur, sed ad se- Cicero in lib. offic. ueritatem potius & quædam studia grauiora atque maiora. Quare Aristoteles decimo Ethicorum capite. 9. irridet quorundam Arist. 10. Ethic. 9. opinionem qui beatitudinem in ludis constituebant quomodo enim beatus eris in illo de quo erubescis? In fabulis est quomodo Mineruã inuentis tibijs canere cœpit, & cum iuxta splendidissimas aquas quadam vice insufflatis buccis caneret & se in Fabula Mineruæ. aqua perspexisset quàm fœdus sic appareret vultus eius, proiectis tibijs atque erubescens abijt. Erubescat homo qui ad seriora seuerioraque vocatus est officia, his vanis & ludicris venustatem ac decorem pulcherrimi sui vultus fœdare. Vnde idem Cicero primo de offi. Tullius primo de officijs ait quòd nec puerilibus annis licentia

ludendi danda eſt ſed ſolum circa ea quæ ab honeſtis actionibus non ſunt aliena, vt ſic in ipſo ioco ſemper aliquid probi ingenij eluceſcat. Quare Propheta noſter intelligens ad Dei cultum intellectum ſibi datum adhoc petit intelligentiam ſibi largiri non vt ea ad voluptatem, vel luſum abutatur ſed ad addiſcenda mandata Dei. Vide quàm alte intelligenda ſunt mandata (ait Auguſtinus) ad quæ petit ipſe intellectum di-
Auguſt. cens vt diſcam mandata tua. Multi quippe nolunt ea addiſcere quia nolunt ea adimplere, non loquor modo de illis qui adeò in mandatis Dei torpent vt nec decem quidem verba legis memoriter addiſcere velint, ſed de illis qui nolunt doceri quòd ea quæ eis placent ſint contra Dei mandata. Videbis quam plures peccatores adeò ſuis affectos cupiditatibus vt velint ipſam legem Dei illis fauere non contraire, atque id ſatagunt vt lex Dei ſuis adæquetur deſiderijs potius quàm ipſi legi Dei, cum tamen lex diuina ſit virga ferrea quæ integra ſemper in ipſa æquitate conſiſtit non plumbea vt tuis cedat affectibus. Hi ſunt homines qui centies interrogant Theologos vt ſuos approbent contractus quantumuis iniuſtos, quòd ſi iſte vel ille eos condemnat alios & alios adeunt nec vnquàm quieſcunt vſque dum approbatorem inueniant cui quantumuis ſtulto maiorem adhibent fidem quàm multis viris doctis qui contrarium doceant. Sed falluntur in caput ſuum & mentita eſt iniquitas ſibi, vnde Prouerbiorum. 18. de talibus dicitur. Non recipit ſtultus verba pruden-
Prou. 18. tiæ niſi ea dixeris quæ verſantur in corde ſuo, hoc eſt niſi ea quæ ipſis placent docueris & Iſaiæ. 30. dicitur. Populus ad iracundiam
Iſai. 30. prouocans eſt & filij mendaces filij nolentes audire legem Dei qui dicunt videntibus nolite videre & aſpicientibus nolite aſpicere nobis quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores &c. & Paul. etiam de his Prophetauit dicens. 2. Ti-
2. Tim. 4. motheum. 4. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt ſed ad ſua deſideria coacceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus & à veritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur, iuſtus tamen intellectu vero vult Dei mandata addiſcere vt ea opere compleat.

(?)

VERSVS

VERSVS SECVNDVS.

Qui timent te videbunt me, & lætabuntur quia in verba tua ſuperſperaui.

HOC eſt. Ideo quod poſtulo libentius largiri debes quia timentes te lætabuntur videntes me aſſequutum quæ poſcebam. Propriũ autem tibi eſt omnibus elargiri gratiam, de quo dicitur q̃ imples corda hominum lætitia. De charitate quidẽ dicit Paul. 1. Cor. 13. quòd non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. 1.Cor.13. Gaudere de iniquitate contrarium eſt maxime charitati, de peſsimis quippe dicitur quòd lætantur cum male fecerit & exultant in rebus peſsimis, congaudere autem veritati congenitum opus charitatis eſt, quippe cuicunq; amori ſua correſpõdet delectatio, & èconuerſo amori carnali delectatio carnalis & tali delectationi talis amor, charitatis amor eſt veritatis non vanitatis, nõ enim per charitatem vana hæc & peritura diligimus, ſed cœleſtia & perẽniter duratura. De his ergo delectatur charitas, quare rectè dicit Propheta, Qui timent te videbunt me, & lætabuntur quia in verbis tuis (hoc eſt promiſsis tuis) ſuperſperaui, vnde in. 2. epiſto. 1.Ioan. Ioan. ait, Ideo gauiſus ſum valde venientibus fratribus, & teſtimonium perhibentibus veritati tuæ, ſicut in charitate ambulas, & dicit, Congaudet, quia non eſt gaudium ſingulare, ſed mutuum, hoc Figura. eſt ſimul gaudet cum alio de bono illius. Hoc forſan adumbrabat Exod. 25. mutuus ille aſpectus duorum Cherubim qui in tabernaculo & in 3.Reg.6. templo erant, reſpiciebant ſe mutuò (ait Scriptura) hoc eſt inuicem gaudebant, nam qui alterutrum gaudent ſe inuicem reſpicere ſolent, quia ergo iuſtus ex charitate gaudet de bono alterius, & alter de bono illius, ideo ſe mutuò reſpiciunt, atq; vultu hylarii interioris lætitiæ ſtemmata proferunt, & hoc eſt ſe inuicem diligere, hoc eſt mutuo gaudere vel triſtari de vtriuſq; bono, vel malo, iuxta illud Pauli. Gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus, ſed hoc gau- Rom.12. dium referunt in gloriam Dei, de hoc quippe gaudet iuſtus quod in timore Domini alios videat ſperantes in eum, quia in verbis tuis ſuperſperaui, ait, ideo lętabuntur. Vnde Dominus Matth. 5. Sic lu- Matth. 5. ceat (inquit) lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt, quid enim homo prę ſtare poteſt Deo? quis prior dedit illi & retribuetur ei? cum ergo Deus nihil à nobis accipiat boni, quippe qui in ſe ipſo omnẽ Rom. 11.

bonitatem includat, hoc ſolum ei præſtare poſſumus nempe ſummo gaudio affici, & quòd Deus in ſe ſummè bonus ſit & q̃ ab omnibus honoretur, complacere quippe de bono diuino ſignum eſt quòd ſi in noſtra fuiſſet facultate, etiã donaremus id de quo quia
Apoca. 19. habet: lætitia ſumma perfundimur. Vnde Apoc. 19. ſic ſancti gaudio ſummo afficiebãtur dicentes, Alleluia, quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens gaudeamus, & exultemus & demus gloriam ei, de hoc perfundebantur lætitia q̃ regnaſſet Dominus Deus eorum, & cap. 4. & 24. ſeniores clamabant, Dignus es Dominus Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutẽ, quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt. Hoc autẽ gaudiũ etiã cœlicolas attigit, qui Deũ timore filiali reuerẽtur, nã ſi gaudiũ eſt angelis in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, cur non etiam ſuper vno iuſto in timore Domini indies proficiente? è contra vero peſſimi & peccatores inuident bono diuino nec de hoc gaudent, quinimo & triſtantur, & di
Sapien. 2. cunt illud Sapien. 2. Grauis eſt nobis etiam ad videndum, non dicit ad conuiuendum, conueſcendum, vel loquendum, ſed q̃ mirabilius eſt, etiam ad videndum. Nam viſus inter omnes ſenſus ſpiritualior ac delicatior eſt, ac proinde ſpiritualius immutatur, vt pa-
Ariſtot. tet. 2. de anima. Spiritualis autem immutatio minus grauat quàm corporalis, cur ergo adeò grauantur impiorum oculi ex iuſtorum
Figura. aſpectu? niſi quia inuidia adeo teneros oculos eorum fecit, vt de viſu bonorum grauentur, ſicut oculi Lyę teneri grauabãtur ex aſpectu pulchritudinis ſororis ſuæ, & inuidia hæc erat lippitudo illa
Eccl. 14. quæ oculos eius fœdauerat, vnde Eccleſiaſt. 14. Nequam eſt oculus inuidi, & auertens faciem, id enim inuidus ſignificat, quòd non
Simile, libenter alium videat, & apud Hebræ. vocatur malus oculo, ſimilis veſpertilioni & noctuæ, qui lumen ſolis ſuſtinere non poſſunt,
Auguſt. quia oculis egris odioſa eſt lux quæ puris eſt amabilis (ait Auguſt. in confeſ.) Vnde & Seneca dicit, Vtinam inuidi oculos centum haberent in omnibus ciuitatibus, vt de omnium felicitatibus torquerentur, nam quanta felicium ſunt gaudia, tanta ſunt inuidorum
Ambroſ. detrimenta. Quare D. Ambr. in hoc loco, Qui videt (inquit) iuſtũ, & gaudet etiam ipſe vult eſſe iuſtus, pulchrum eſt enim quod in alijs delectatur, quod vult ipſe in ſe ſeruare ſi poſſet. Eſt enim inſitum bonis vt caſtum pudicus, prudentem ſapiens affectu piu diligat, miſericors liberalem, & virtutes ſuas in alijs amet, pleriſq; enim

iuſti

iusti aspectus admonitio correctionis est, perfectioribus verò lætitia est. Quã pulchrũ igitur si videris & prosis? & subdit, Sed quem admodum iustus lætificat cor innocentium cum videtur, ita improbi iustorum cognitione torquentur, quia vel tacitis iustorum moribus arguuntur, torquet castitas incontinentem, auaritiam liberalitas, impietatem fides. Et subinfert quorundam animalium exempla, Sicut animal visum prodest ictericis nimirum Merula, si ab icteritio attentè aspiciatur (aiunt medici) quòd mirificè prodest illi, sic iusti aspectus & conuictus emolumentum magnum afferre poterit aspicienti. Basiliscus quoque, si quodcunque viderit prior animal fertur occidere, ipse quoque serpens mori dicitur, si fuerit hominis præuentus aspectu, ergo si tanta virtus est in oculis serpentis, vel hominis, vt si alter alterum prior viderit possit occidere, non erit virtus in oculis iusti, qui repletus est virtutis gratia? cum præsertim totum operetur fides, vt & illa quæ fimbriam Domini tetigit sanaretur, & ille cui intendit Dominus Iesus statim ex eius oculis gratiam sanitatis hauriret. Quiergo iusti virtutem viderint quid mirũ si perfectum ex tractatu eius assumat? hæc Ambrosius. Similit.

Sed aduertendum ex D. Augustin. quòd de præsenti dicitur, Qui timent te, de futuro vero videbunt & lætabuntur, quoniam timor duntaxat in præsenti vita locum habet, nam perfecta charitas quę erit in patria foras mittet timorem, in futura autem erit visio, ad quam consequitur delectatio, nam vt idem docet doctor; Visio est tota merces, nunc tristatur iustus, nec gaudia præsentia æstimat aut quęrit, omnia simul bona vult ad futuram sibi reseruari. Steterunt aquæ Iordanis, nec solito cursu fluebant, sed in modum altissimi montis coaceruatæ siluerunt, donec Israeliticus populus terram promissionis intraret, postquam autem in eam ingressi sunt, simul tumulus illæ aquæ extemplò totus præcipitem se dedit, atq; vehemẽtissimo impetu sicca prætereuntiũ vestigia abluit, sic nimirũ iusti is accidit, dũ ad patriã promissam trãseunt, hoc est toto præsentis vitę cursu voluptates detinẽt, omnes stant delectationes ne fluãt, & in modũ cumuli coacerbant, sed postquã desideratã patriã attigerint cœlestiaque regna feliciter ingressi fuerint, tunc simul omnes coaceruatæ cadunt voluptates, animãq; simul & corpus replẽt, siccamq; delectationibus mẽtẽ omnibus simul voluptatibus alunt. Vnde Isai. 60. Tũc videbis & affluës, & mirabitur & dilatabit cor tuum. Augustin. Figura. Exod. 14. Isai. 60.

Matth. 5. cor tuum. Et Dominus, Matth. 5. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. In præſenti ſtatu eſt luctus in futuro gaudium & conſolatio ne verearis hic tuas continere voluptates quæ fluunt, quibus poſtea ſimul & ſtabiliter frueris.

(Quia in verba tua ſuperſperaui.) Non ſolum dicit ſperaui, ſed ſuperſperaui, quia enim potens eſt Deus (ait D. Auguſt.) facere ſupra quàm intelligimus & petimus, vt dicitur Epheſ. 3. parum videtur ea tantum ſperare quæ intelligimus & petimus ſed ſupra, ideſt ampliora ſperare debemus, maiora quippe præmia inueniemus quam ſperabamus aut deſiderabamus, quoniam maior eſt Deus corde noſtro, ait Ioan. 1. c. 2. hoc eſt, deſiderio noſtro, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparauit Deus diligentibus ſe, hoc eſt nec corpore nec anima comprehendi hìc poſſunt ineffabilia bona quæ electos expectant, bene ergo dicit, ſuperſperaui, quia maiora bona percipimus quam ſperabamus, & etiam quia plura Deus elargitur quam petimus.

Auguſt. Epheſ. 3. 1. Ioan. 2. 1. Cor. 2.

Iob vltim; 2. Reg. 3. Matth. 18. Amiſerat Iob plura bona, & non ſolũ amiſſa reddita ei ſunt à Deo ſed duplicia recepit. Poſtulauit Salomon ſapientiam Deus autem etiam diuitias contulit ei. Popoſcit miſer ille ſeruus qui debebat decem millia talentorum vt temporis indutiæ ei concederentur quibus poſſet perſoluere debitum, nec hoc ſolum impetrauit verum etiam totius immenſi debiti remiſsionem. In verba ergo tua ſuperſperaui, quoniam potens es ſupra id quod petimus aut intelligimus elargiri. Vel tertio, ſuperſperaui, hoc eſt ſuper merita mea, quia vt eſt proloquium Theologorum Deus præmiat vltra condignum, & Paul. dicit Roma. 8. quòd non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, hoc eſt quòd vniuerſa congeries operum noſtrorum quantumuis magna, quantumuis ſancta ſecundum ſe conſiderata attingere non poſſunt immenſum illud beatorum præmium niſi per gratiã Dei communicatam nobis per Chriſtum ad tantũ præmiũ eleuarẽtur.

Rom. 8.

Hierony. Vnde D. Hierony. legit in ſingulari, quia in verbo tuo ſuperſperaui, hoc eſt in Chriſto cuius merita mea opera adeò ſublimia reddiderunt, vt iam ſublimis illa atque excelſa beatitudo iuſto atq; veriſsimo titulo merces eorum nuncupetur, quanuis ſenſus literalis huius loci hic ſit, q̃ paſsiones atque huius temporis erumnæ ęquari tantæ gloriæ minimè debent, nec poſſunt. Celſitudo quippe illius abſq; vlla menſura, omnia hæc inferiora excellit, quòd in ſingulis

gulis particulis citati teſtimonij docetur primum, quoniam vocat eam futuram, hoc eſt poſt hoc tempus, nihil autem eſt poſt hoc tẽpus niſi æternitas, quare illa gloria excellit paſsiones huius temporis, ſicut æternum temporale. 2. Cor. 4. Id quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ: ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. Secundò vocat eam gloriam quæ claritatẽ quandam dignitatis inſinuat, vt in Pſalm. 149. Exultabunt ſancti in gloria. Tertiò ſuperat illa gloria quoniam erit manifeſta, nam dicit, quæ reuelabitur, nunc quidem gloriam habent ſancti, ſed in abditis conſcientiæ occultam, vt dicitur. 2. Cor. 1. Gloria noſtra hæc eſt teſtimonium cõſciẽtiæ noſtrę, tunc autem gloria illa in propatulo erit, & in conſpectu omnium reuelabitur, Sapien. 5. Mirabuntur in ſubitatione inſperate ſalutis. Quartò manifeſtatur eius excellentia in hoc quòd eſt gloria vera cum dicit in nobis, quoniam gloria huius mundi vana eſt, quoniã eſt in his quæ ſunt extra hominem, nempe in diuitiarum ſplendore, in opinione hominum fallaci, ſecundum illud Pſal. In multitudine diuitiarũ ſuarum gloriantur, ſed illa gloria & erit vera, ſolida & immortalis eo quòd eſt intra hominem ſecundum illud Lucæ 17. Regnum Dei intra vos eſt, quare paſsiones huius temporis cõſideratæ minime quantitatis ſunt reſpectu illius immenſæ glorię, Iſai. 54. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te, ſed quatenus ſimiles paſsiones ex charitate tollerantur propter Deum, ſic per eas ex condigno meretur iuſtus vitam æternam, nam Spiritus ſanctus qui huiuſmodi charitatem infundit, eſt etiam fons cuius aquę, hoc eſt effectus, ſaliunt in vitam æternam, vt dicitur Ioan. 4. Sed ſi perſiſtimus in interpretatione Hieron. id vult dicere, In verbo tuo ſuperſperaui, hoc eſt in Chriſto ſpes mea innititur, quatenus opera mea ſupra id quod ex ſeipſis habent ad meritum æternæ gloriæ eleuentur, id enim efficit meritum Chriſti, vt mea opera ſuis meritis per fidem & charitatem vnita tanti ponderis ſint. El ambar, y el almizcle quorum nomina apud Latinos non inuenio, quoniam ſuccinum ſuccini, & electrum electri, non talem liquorem ſignificant ſed alium, dico ergo quòd almizcle quando ſeorſum venditur, pretio & pondere quo ſolet ipſum vendi emitur & valet; verum cum ad miſcetur ambari, eo pretio & pondere quo ipſum ambar venit; æſtimatur, ſic nimirum opera noſtra ſeorſum & per ſe conſiderata,

2. Cor. 4.
Pſal. 149.
2. Cor. 1.
Sapien. 5.
Pſal. 48.
Luc. 17.
Iſai. 54.
Ioan. 4.
Hieron.

tanquam

tanquam noſtra, & à noſtris viribus procedentia humana quidem opera ſunt, nec plus valoris habent quam opera humana, quæ ſic conſiderata ad beatitudinis meritum nullatenus attingere poſſunt, ſed ſi eas miſcueris cum ſucco illo pretioſiſſimo, hoc eſt cum ſanguine Chriſti, iam pondus & valor Chriſti illis communicatur, hoc eſt dicere quòd opera noſtra ſtudioſa, quæ ſunt in fide & charitate Chriſti, quoniam meritis eius iunguntur vitam æternam merentur, quam meruerunt
Rom. 11. nobis opera Chriſti, vnde Paulus Romanorum. 11. Tu autem cum oleaſter eſſes inſertus es oliuæ, & ſocius radicis & pinguedinis factus es, opera quidem hominis ex ſuo actu atque natura amara ſunt, vt oleaſter, hoc eſt, vel peccata, vel ſaltem nullius valoris apud Deum, quippe quæ ad meritum vitæ æternæ non pertingunt, attamen ſi ſuper fidem & charitatem huic oliuæ, hoc eſt Chriſto inſertus fueris, particeps pinguedinis, hoc eſt, ſanguinis ac meritorum eius efficeris, quippe cum vniaris illi qui radix omnium meritorum eſt. Contigit aliquando illi qui aurum in vilanci ponderat, vt ſcutum à veritate ponderis defficiat, & mittit granum auri in pondere illo, vbi eſt ſcutum defficiens, vt vero ponderi adæquetur. Pondus noſtrum defficiens erat per peccatum, & ex ipſa noſtra ex ſe indefficienti natura. De nobis
Dan 5. quippe dicitur illud Dan. 5. Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens, attamen pater qui omnium rerum ponderator eſt granum aureum, hoc eſt Chriſtum filium ſuum, qui granum frumenti dicitur, & minimum granum factum eſt cum ex vtero virginis infans vnius diei prodijt, miſit in ſtatera noſtra, & iam quod deficiebat noſtris operibus ſuppletum eſt, vt æquum & iuſtum pondus conſtituat cum Deo & ſatisfactoria, & meritoria de condigno ſic effecta ſunt opera noſtra adeò vt Pau-
2. Tim. 4. lus præmium iam coronam iuſtitiæ vocet dicens. 2. ad Timothæum. 4. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex, id etiam voluit
Iob. 6. indicare Iob capite. 6. cum dicit; Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtatera, quaſi arena maris hæc grauior appareret, vbi Diuus Gre-
Gregor. gorius libro. 7. moralium. capite. 2. dicit hæc verba dicta fuiſſe in perſona Chriſti, ſtateram autem facit crucem, de qua in hymno concinitur; Statera facta corporis, in qua adeò abun-

dans,

dans, & copioſa ſatisfactio facta eſt à Chriſto pro noſtris reatibus, vt præponderet ſatisfactio culpis, quaſi arena maris folijs. Vnde & alibi Pſalmiſta dicit, copioſam eſſe apud Deum redemptionem, & Paulus Romanorum. 5. Vbi abundauit delictum ſuperabundabit & donum (ſobro la ſatisfaction) Et ex hac plenitudine, ait Ioannes, accepimus, & ideo opera noſtra, & ſi minima huic innixa ſatisfactioni vitam merentur æternam. Quid vilius quam calix aquæ frigidæ? Sed hic propter Chriſti amorem porrectus regno cœlorum fit dignus. Properabat virgo cum puello ſuo Ieſu in Hieruſalem, vt ſiſteret eum Domino, & vt offeret pro eo par turturum aut duos pullos columbarum, vtique pauperculum munus hoc erat, ſed quoniam in alio brachio portabat Ieſum, immenſi valoris efficiebatur. Quodcunq; minimum opus, Chriſti tamen merito aſſociatum vitam meretur æternam. Vnde & accepit eum Simeon in vlnas ſuas, non dicit in brachijs, ſed in vlnis, brachium nomen eſt membri, vlna nomen menſuræ, quoniã vlnis multa metimur, vt doceremur quod Chriſtus in operibus noſtris menſuram æquã conſtituit, vt mereamur perennem beatitudinem. Cum ergo in Chriſto ſint opera tua facta, iam eius meritis menſurantur, & cœleſtia valent præmia.

pſal. 129. Rom. 5. Ioan. 1. Luc. 2.

VERSVS TERTIVS.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.

HIeronymus. Æquitas tua eſt, vt peccatores arguas pro delictis, veritas vt ſuperbos humilies à proſperitatibus ſuis, ergo quia me humiliaſti vt corrigeres, fiat miſericordia tua vt conſoletur me, cognoui ergo Domine quia æquitas iudicia tua, hoc eſt, in me expertus ſum quàm iuſtè punias, tam peccatores quam iuſtos, hos tanquam filios corripiendo, in illos tanquam in hoſtes animaduertendo. Nam cum non ſint condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæcunque pœnæ ad tribulationes hic infligantur iuſtis, nullo modo limitem æquitatis aut iuſtitiæ tranſcendere poſſunt, & cum peccator in Deum ipſum infinitæ reuerentiæ dignum contumelioſus ſit, minor eſt quæcunque pœna. Vnde Prouerbiorum. 16. Pon-

Hieron. Rom. 8. Prou. 16.

dus

dus & ſtatera iudicia Domini ſunt & opera eius, omnes lapides ſacculi: nam olim per lapides incluſos in ſacculo pondera fiebant modò verò ex ære ſunt. Eſt ergo ſenſus quod omnia iudicia Domini ſunt æquo pondere facta, imo quòd ab ipſo omnis rectitudo, & æquitas ponderum dimanat, non enim vltra culparum pondera diuina punitio procedit. Seductus fuit Prophe-
3.Reg.13. ta ille. 3.Regum. 13. ab alio Propheta falſo vt rediret in Bethel, & ſuffocatus fuit in itinere à leone, verumtamen cadauer illius non tetigit, ſed obſeruauit illud quouſque traderetur ſepulturæ, vt oſtenderetur peccatum illius Prophetæ ſufficienter punitum morte illa, in cæteris iuſtum fuiſſe. Vel (In veritate tua humiliaſti me) hoc eſt per talia iuſta iudicia me feciſti humilem. Vnde ea
Iob. 6. mihi eſſe vtilia fateor Iob. 6. Sagittæ Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, hoc eſt conſumit inflatum ac tumeſcentem ſuperbia animum, nam per ſpiritum qui aerem aliquando in Scriptura ſignificat, tumentem ac inflatum præ ſuperbia & vanitate animum intelligimus. Sic intelligit Diuus Auguſtinus illud Matthæi. 5. Beati pauperes ſpiritu, hoc eſt humiles qui minimum habent ſpirituum ac ſuperbiæ. Et. 1.
1.Pet.5. Petri. 5. Humiliamini ſub potenti manu Dei, per manum potentem, manum percutientem ac flagellantem intelligens, vel ſic quòd quia intellectu deficientes intelligere non poſſumus iudiciorum Dei æquitatem, ſaltem in illis humiliari debemus, vt illa ſemper eſſe iuſta credamus: exemplaque ponit quàm plu-
Gregor. rima Diuus Gregorius. 29. moralium capite. 9. quibus oſtendit iudicia Dei nobis occulta, ſed tamen fide iuſta eſſe credenda. Quis diuina diſcernat iudicia? ait, multos enim videmus quotidie, quia iuſtitia reſplendent, & tamen ante finem ſuum nequitiæ obſcuritate tenebrantur, & multos cernimus peccatores tenebris obuolutos, & inde iuxta viæ ſuæ terminum repente reddi luci iuſtitiæ, multos nouimus ſemel inuentam viam iuſtitiæ illibatè vſque ad obitum tenuiſſe, & pleroſque conſpeximus cœpta ſemel crimina ſine ceſſatione cumulaſſe, vide alia.

Ergo ſemper laudanda ſunt iudicia Dei cum ſemper iuſta
Pſal.96. ſint, ſecundum illud Pſalmi. 96. Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine.

*

VERSVS

VERSVS QVARTVS.

Fiat misericordia tua Domine: vt consoletur me secundum eloquium tuum seruo tuo.

HOc est, Scio & fateor, quòd in veritate tua humiliasti me, sed ne in humiliatione deficiam fiat misericordia tua, vt consoletur me, quia vniuersæ viæ tuæ misericordia & veritas Psalm. 24. Multi sunt diuinæ misericordiæ effectus, sed inter cæteros, afflictos cõsolari, ideo quippe à Paul. appellatur Deus pater misericordiarum & Deus totius consolationis, pater probatur cum misericors fit Deus, quia in omni præssura consolaturus assistit, vnde supra Psalm. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me cõsolata sunt. Per virgã Dei flagella (nam virga ferire solemus) per baculum vero in flagellis sustinentiam per Dei consolationem intelligit, nam ipsemet qui vt pater infligit vulnera consolatur afflictos, vt sustineant, iuxta illud. Ipse vulnerat & ipse sanat. Sennacherib ergo sensit virgam, sed non baculum & ideo non est consolatus & similiter Pharao. Dauid vero & Nabucodonosor & virgam & baculum senserunt & ideo consolati sunt, sed hoc intelligitur quando punitio est etiam opus misericordię, quod fit quando in hac vita tanquam pater filios flagellat nos Deus, talis quippe punitio & si nonnihil iustitiæ redolet plus tamẽ misericordiæ includit, vnde Hieronymus ad Amandum. Putridæ carnes, ait, ferro indigent & cauterio nec est medicinæ culpa, sed vulneris cum clementi crudelitate non parcit medicus vt parcat, sæuit, vt misereatur, post afflictionem ergo qua se à Deo senserat humiliatus iustus solatium misericordiæ flagitat memor illius Saluatoris sentẽtiæ. Tristitia vestra vertẽ in gaudiũ, qđ & Gene. 1. expressum est cum dicitur, Factũ est vespere & mane dies vnus qm̃ præsens vita iustorum ex afflictione (quæ per vesperã significatur in quo tenebrę sunt) & solatio (q̃ per mane in quo est lux intelligitur) cõstat, sed priùs vespere deinde mane, qm̃ prius tristitia deinde gaudiũ. Sic enim intelligitur illud Prouer. Gloriã præcedit humilitas, hoc est afflictio solatium, tristitia gaudiũ sicuti cælum rubicundum in vesperi, serenitatẽ subsequẽtis diei significat secundũ illud Matth. 16. Cras serenũ erit rubicundũ est enim cælũ; Sic præcedẽtia vulnera à Deo inflicta subsequẽtẽ sanitatẽ annũtiãt. Deniq; post nubila Phebus, vt est in antiquo ,puerbio, vnde & Tob. 3. dicit̃ post

Psalm. 24.

2. Cor. 1.

Psalm. 22.

Tobiæ. 9.

D. Hieronymus.

Ioan. 16.

Gene. 1.

Prou. 15.

Matth. 16.

Tobiæ. 3.

tempeſtatē tranquillū facis & poſt lachrymationē & fletum exul
Matth. 5. tationem infundis, quare & Matth. 5. dicitur; Beati qui lugent qm̄ ipſi conſolabūtur, ideo quippe præſens eccleſia, vbi iuſti afflictio-
Cant. 2. nibus ſubduntur cōparatur cortici mali punici Cant. 2. Quoniam malū punicū ſub aſpero & rudo cortice pulchritudinē ac dulcedi nē granorū continet, ſic ſub lachrymis lætitia, ſub paupertate diui tiæ, ſub eſurie ſaturitas includūtur. Vult enim Deus veluti cōmertium quodā celebrari inter militantē hāc Eccleſiā & illā triūphantē, vt nos quod in noſtra patria eſt & deeſt in illa tribuamus, vt & illi viciſsim quod in ſua regione eſt & in noſtra deficit retribuant nobis, fiatq; inter nos & illos hoc cābij genus, ibi nec ſunt lachrymæ, nec fames, nec paupertas quæ in nobis abundant, ſunt tamen ſolatia, omnium rerum copia ac ſaturitas, infiniti diuitiarum theſauri quarum omniū nos maxima inopia laboramus. Demus ergo nos lachrymas, ieiunia, paupertatem voluntariā, perſequutionem, tolerantiam, vt illi viciſsim ſolatia, gaudia, diuitias, ſaturitatē gloriam, copioſiſsimaq; cætera dona rependāt. Hæc autem miſeri cordia quam hic petit Propheta eſt cum Deus tribulatæ animæ fi dem, ſpem ac charitatē infundit, vel iam infuſas auget atq; cuſtodit, nimirum cum per harum virtutū effectus accidiam quæ triſtitiam infert ab animis iuſtorum eliminat, vel refrigeſcere aut langueſcere facit, quod adūbratū eſt Nehemię. 4. vbi dicitur q̄ Nehemias reparauit muros Ieruſalem quos Nabuchodonoſor deſtruxerat. Nehemias inrerpretatur cōſolator, Nabuchodonoſor ſedēs in anguſtia per quod inſinuatur accidia, muri autem Ieruſalē, hoc eſt, animæ ſancte ſunt virtutes quibus tanq̄ mœnibus ab hoſtium telis & incurſibus munitur. Conſolator ergo Deus animæ virtutes infundit, vel conſeruat & auget, quibus munita accidiam damnoſamq; triſtitiā expellit. ¶ Sed obſerua q̄ non petit, vt tribulatio ab eo tolleret, ſed vt in ea cōſolationē accipere mereretur, vt perſiſtere poſſet, nā non debemus petere vt tētatio diſcedat à nobis, ſed
2. Cor. 12. auxiliū poſcere ne ſuccūbamus ſic enim reſpōſum eſt Paul. peteti, vt diſcederet ab eo Satā. Sufficit tibi gratia mea nā virtus in infirmitate perficitur, qui enim in ipſo cōflictu petit ab hoſte, vt diſcedat quaſi illi ſuccūbere videt ſuperiorēq; ſe illū fateri, quod inertiæ timiditatiſq; maximū indiciū eſt, poſcat ergo auxiliū à Deo &
3. reg. 17. non cædat hoſti, ſed viriliter dimicare cōtendat ſicut & Dauid cū cōgrederet cū illo viro ſpurio proceræ ſtaturæ, nō petijt ab eo, vt diſcede-

diſcederet à certamine, ſed inuocato Dei auxilio fortiter aggreſſus gigantẽ interfecit,& tu ſimiliter facere debes,quoniã fidelis eſt Deus qui nõ permittit nos tẽtari ſupra id qđ poſſumus, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum vt poſsimus ſuſtinere. Quis in paleſtram ingreditur vt ſedeat? non vtiq; niſi vt dimicet & contẽdat, Vita præſens paleſtra eſt qua Dei athletæ exercentur' non vt quieſcãt,ſed vt fortiter pugnẽt debent agere. Quare Ioan. in Apocaly. vix dimidiam horam ſcribit factum ſilentium in cælo iſto, quod Eccleſiam militantẽ deſignat. Fiat ergo miſericordia tua, vt conſoletur me,dicat iuſtus,quoniam ſecũdum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerũt animam meam Pſal. 24.(Secundum eloquium tuum ſeruo tuo)hoc eſt ſicut ſeruo tuo promiſiſti per verba tua Iſaiæ. 51. Cõſolabitur Dominus Sion & conſolabitur omnes ruinas eius, methaphoricus ſermo pro hoc, qꝑ eſt dicere,reparabit omnes ruinas eius propter quas triſtabatur. Cũ ergo reparatę ac reſarcitæ fuerint conſolabitur mœrentes ablata cauſa mœroris & reſtituta occaſiõe gaudij,imò etiam per angelos ſolatium mittet, vt Lucæ. 22. Apparuit Angelus confortans Chriſtum Dominum in horto & Actor. 12. Angelus Domini aſtitit & lumen refulſit in tabernaculo carceris vbi Petrus erat vinctus cathenis duabus. Per homines etiam conſolationem tribuit,vt Paul. 2. Cor. 7. Conſolatus ſum in aduentu Titi.& Hebr. vlt. Rogo vos fratres vt ſufferatis verbum ſolatij. Sed hæ promiſsiones ſolum his qui pro Chriſto tribulãtur factæ ſunt ſecundum illud Pſal. 4. loquens de iuſto. Cum ipſo ſum in tribulatione,& illud Matth. Cum ſteteritis ante reges & præſides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis.

Apocal. 8.
Pſalm. 24.
Iſaiæ. 51.
Lucæ. 22.
Actor. 12.
2. Cor. 7.
Hebr. vlt.
Pſalm. 4.
Matth. 10.

VERSVS QVINTVS.

Veniant mihi miſerationes tuæ & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.

IN præcedenti verſiculo miſericordiã popoſcit: in præſenti miſerationes poſtulat. Aliqui intelligũt per miſerationes Dei, effectus oẽs prædeſtinationis tã vltimũ qui erit in gloria cõſummata, q̃ medios quibus in preſenti electos ad finem ducit, vt ſit ſenſus. In hac vita gratiã cæteraq̃ dona cõcede, & in futura vitã æternã

vt viuam in præsenti vita gratiæ & in futuro vita gloriæ, vt sic de vita in vitam transeam de medio ad finem properē. Sed obserua q̄ per miserationes, effectus ipsos misericordię intelligit tā præsentis vitæ q̄ futuræ vna quippe Dei misericordia plures parit effectus, est em̄ vnica & multiplex, vt dicitur Sap. 7. Vna secundū rē, multiplex secundū effectus. Cū ergo prȩcedēti carmine misericordiā ad singularē effectū post ulauerit, hoc est vt cōsolaret, nūc effectus multos misericordiæ poposcit cū ad multiplicē miseriam humanam multiplices misericordiæ effectus necessarij sint, sed q̄m oēs miserationes Dei in vna includūtur misericordia nempe in ea qua hominē in beatitudine collocat (hic est enim vltimus misericordiæ diuinæ effect⁹ quippe quo omnes humanæ miseriæ subleuantur & ad quē cæteri misericordiæ effectus dirigebantur) ideo hanc vltimā misericordiā in qua omnes includūtur miserationes in hoc versiculo petit, vt D. placet Augusti. Vnde Psal. 102. animā suā excitat propheta ad benedicendū Deum & omnia interiora sua in eius laudibus, puocat. Atq; inter alias rationes, ppter quas æquum est Deum totis viribus benedicere hanc etiā numerat dicēs, Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Vna illa misericordia qua te in suam assumit beatitudinem cæteros misericordiæ effectus eminenter includit, quibus te tanq̄ corona circumseptat & cingit ita vt nullus iræ aut vindictæ pateat aditus adeò misericordia illa circūamictus eris: quæ & corona vocatur. Primum, quia præmiū est etiam meritorium, licet per misericordiā Dei ad tantū præmiū ascitus sit. Secūdò quoniā hac misericordia te regē in regno suo facit honoreq̄; maximo te totū circundat atq; ornat. Considera quantū spectaculū erit tot reges in illa cælestium republica videre. Magno stupore affectus fuit quidam homo qui Romam ingressus vidit tot senatores cultu pompaq̄; regali incedentes dixit se rempublicam regum vidisse, regalis ciuitas est illa cælestis Hierusalem quæ tot reges quot incolas habet, mirabile spectaculum erat cū Romanus dux triumphans super fornicem ciuitatē ingrediebatur, mirabilius erit tot triumphi stemmata portantes cernere quot in illam sanctam ciuitatem intrauerint. Cum palmis quippe ac candidis vestibus eos vidit Ioan. Et 24. seniores coronis aureis redimitos capita, q̄ autem de hac misericordia loquatur proposita in hoc Psalm. ex subiuncto versu patet vbi dicit. Qui replet in bonis desiderium tuum, nusquam enim hominis desideriū repletur

Sapien. 7.

D. Augustinus.

Psal. 102.

Simile.

Apoca. 4.

repletur niſi in illa beatitudine omnium bonorum nutrice iuxta illud Pſalm. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Eſt enim pretio ſum illud margaritū quo habito nihil aliud quærendū reſtat cum in eo omnes pretioſæ contineantur gemmæ deſiderabileſque diuitiæ includantur. Veniant ergo mihi (ait iuſtus) hæ miſerationes tuæ & viuam. Ecce dicit, ait Auguſt. vbi beatam illam vitam petit cum abſque additu dicit, Viuam, ſola quippe illa vita abſolutè & abſque addito vita eſt quæ nihil mortis aut imaginis eius habet. Vnde in ſcriptura anthonomaticè vocatur vita cum abſque addito vita dicatur iuxta regulam Summuliſticam. Analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato, quare Matth. 19. ſimpliciter & abſque addito dixit Dominus iuueni illi. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, & Ioannis. 5. Et qui bona egerunt ibunt in reſurrectionem vitæ. Illa enim vera vita eſt, in qua nec mors nec ea quæ ad mortem diſponunt locum habēt. De morte quidem dicitur Iſaiæ. 25. Præcipitauit mortem in ſempiternum. Cum peccatore angelo mors præcipitata ac deturbata eſt à cælo vbi nunquàm aſcendet, quia ibi nunquam erit peccatum, vnde nec mors quæ eſt ſtimulus peccati & ſtipendium culpæ iuxta Paul. ſententiam. Præcedentia autem mortem & diſpoſitiones interitus quæ ſunt dolor & infirmitas nullum in illa feliciſsima regione ius habēt; Abſterget quippe Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum & iam non erit amplius nec luctus nec clamor, ſed nec vllus dolor quoniam priora tranſierunt, hoc eſt, præſens vita in qua propter peccatum, omnia hæc ius habent & vigent. Vita ergo illa vita viuens eſt, in qua nulla mortis imago, at præſens vita potius habet rationem mortis, non ſolum quia pluribus eſt immixta miſerijs quę ad interitum pergunt: verumetiam quia tota vita præſens iter quodam eſt ad mortem, ita quòd quanto plus viuimus magis morti appropinquamus. Imò vita prę ſens eſt veluti equus velociſsimus quo properanter mors ipſa ad nos venit, vnde quo velocius trāſit: citius appropriat mors. Quapropter cum primum mobile velociſsimi ſit curſus ac illud ſit noſtræ vitæ menſura, ea velocitate qua cælum illud mouetur: ad nos properat interitus. Quare Iob. 7. dicitur, Dies mei velociores tranſierunt quàm à texente tela ſuccinditur. Fingebāt poetæ tres ſorores vitā noſtrā texere ex quibus Atropos fila iam torta, atq; in fuſum inuoluta acutiſsimo gladio dirūpebat. Multa fila texit homo, multas ſibi

Pſalm. 16.

D. Auguſtinus.

Matth. 19.

Ioan. 5.

Iſaiæ. 25.

Rom. 9.

Apoca. 21.

Iob. 7.

tas ſibi ſolicitudines aſciſcit magnas mente verſat curas. Id facinm, illuc ibo, id emam, aliud acquiram, diues, doctus, iudex, prelatuſve efficiar, & cum iam ordiri cœpta eſt tela, vno ictu ſuccidit tota filaq; diruta in aerem volant, vel protinus vt adeptus es quæ cogitabas mors intercipit omne gaudium, quare & de talibus dicitur, Telas araneę texuerũt. Aranea quippe ſe euiſcerãdo defatigãdoq; telam ſuam orditur quam, vel aeris flatus, vel ſcopa verrens in momento diſſoluit, ſic hominibus qui immenſis curis aliquid huius mundi acquirunt febricula quædam, omnia intercipitatq; diſſoluit, vnde Pſalm. 89. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur. Imò ea quæ videntur ad vitam iuuare vt cibus, potus, ſomnus & alia etiam interitus cauſa eſſe ſolent, quoniam id etiam laborare eſt & humidũ radicalem atq; naturalẽ ſtomachi calorem in quibus vita conſiſtit paulatim conſumunt, vnde Eccleſia canit, Media vita in morte ſumus, & Dominus poſt peccatum maledicens homini dixit; Morte morieris, hoc eſt, ipſa vita qua viuis erit mors qua morieris qm̃ per ipſam properas ad mortẽ, vel vt Simmachus tranſfert, mortalis eris, hoc eſt, viues in vita morti ſubiecta. Ecõtra autẽ de vita illa beata dicitur his quibus promittitur, vita viues, id eſt vita illa qua frueris tota erit vita, nihil habebit admixtũ mortis quoniã bibunt de fonte vitæ & quicquid, auriunt vita eſt iuxta illud Pſal. Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuũ, & prꝫceſſerat; Quẽ admodũ deſiderat ceruus ad fontes aquarũ, itaq; vita præſens ad mortẽ deducit viuit enim moribundus mortalis, vnde in ea quaſi morte viuitur, quare mulier illa ſapiens Thecuites ſic faſſa eſt ad Dauid. 2. Reg. 14. Omnes morimur & ſicut aquę dilabimur ſuper terrã quæ nõ reuertunt, nã ſicut aquæ properãtes & ſe inuicẽ impelentes ad mare feſtinãt vbi iam deſinũt eſſe flumina; ita ꝙ aquæ quæ præcedũt ſe in tumulos erigãt, vt ſequẽtes ꝓpellant, vt fæſtinãter currãt; ſic nimirũ vita humana ad mortẽ properat, ita ꝙ quimodo naſcũtur iã natos quaſi impellunt, vt ad ſepulturã pergant dentq; locũ iunioribus, qm̃ non capit iam eos mundus. Cũ ego cuneos puerorum in plateis video ſtatim venit in mentem ꝙ illi ſint aquæ intumeſcẽtes & quæ ſe in tumulos erigunt, vt me & alios ſeniores in mare ſuffocãdos propellãt, quare quidã Hiſpanus poeta ſic dicit (Nueſtras vidas ſon los rios que van a dar en la mar.) Vita ergo illa anthonomaticè, & abſq; additovita eſt, vbi nec mors, nec interitus properãt, nã aliàs, nec eſſet plena, nec perfecta illa requies ſi timor

Similitudo aranearũ.

Iſaiæ. 59.

Pſalm. 89.

Simmach⁹

Pſalm. 41.

2. Reg. 14.

Mors.

Poeta Hiſpanus.

ſi timor irrepſerit quòd ſit amittenda, nam ſi ideo mors ab Ariſt. omnium terribilium terribilior dicitur, quia nos præſentibus bonis quæ tot admixta incommoda habẽt, priuat: quanto terribilior atque horribilior mors illa dicetur quæ tot bonis perfectiſsimiſque gaudijs nos orbaret? ſi cogitas te moriturum, præſentis vitæ gaudia faſtidis amaritudinemque dulcedini eius magnam admiſces, quid ſi beati cogitarent ſe talia bona amiſſuros? certè non beata aut felici fruerentur vita, quoniam ea cogitatio quaſi admixtum quodam fel mellis ſaporem turbaret. Tota ergo vita eſt quæ nec morte intercipitur, nec dolore langueſcit, nec malo aliquo perturbatur & ideo illic ſuam poſcebat portionem Prophe- Pſalm. 26.
ta dicẽs, Portio mea Domine in terra viuentiũ vtiq; qui ſine morteviuũt, ideo quippe mors ſanctorũ vocatur natalis eorũ, qm̃ tunc ad verã vitã naſcuntur. Veniant ergo miſerationes tuæ magnæ mihi, vt illa fruar vita quæ ſola vita ſemper viuens ac immortalis eſt quã hoc nomine flagito, quia lex tua meditatio mea eſt. Hæc me- D. Auguſtinus.
ditatio ait D. Augu. niſi eſſet in fide quæ per dilectionẽ operatur nunquàm propter eam poſſet quis ad illam beatam vitam peruenire, hoc ideo dicendum putaui ne quiſquam cum totam legem memoriæ mandauerit eamque creberrima recordatione cantauerit non tacens quod præcepit, nec tamen viuens vt præcepit, arbitretur ſe feciſſe quod legit, quia lex tua meditatio mea eſt, & hinc ſe adepturũ exiſtimet, quod verbis ſuperioribus propter hoc meritum poſtulauit dicens, Veniãt mihi miſerationes tuæ & viuam, hæc enim meditatio à mandatis eſt cogitatio & tantùm amantis, vt charitas non frigeſcat huius meditationis ſuæ quãtalibet abun Simile.
dantia conſtipetur iniquitatis alienæ, hæc Augu. Vt fidus amator etiam inter ſpetioſas mulieres pulchritudinem ac formam ſponſæ ſuæ in memoriam adducit, vt non rapiatur aliena ſpecie, qui venuſtiſsimam ſponſam coram ſe in memoriã habet: ſic fidus Chriſti amator inter mundi ſcandala Dei mandata meditetur ne illorũ oblitus in alienum rapiatur amorẽ. Ideo quippe tot verbis Deus Prouer. 3.
ſuæ legis memoriam nobis commẽdat dicens, Prouerb. 3. Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ & præcepta mea cor tuum cuſtodiat, circunda ea gutturi tuo & deſcribe in tabulis cordis tui, vnde hîc meditatio conuincta operationi intelligitur, vt ſupra; Et meditabar in mandatis tuis quæ dilexi: & leuaui manus meas ad mandata tua &c, quoniam opus meditationem ſubſequebatur.

VERSVS SEXTVS.

Confundantur ſuperbi quia iniuſtè iniquitatem fecerũt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

FRequens in Scriptura eſt & mutatio temporum & modorũ, vt præteritum pro futuro. Benedicam ei & dedi ex ea tibi filium, pro dabo. Gene. 28. aliquando ponitur præteritũ perfectum pro imperfecto, vt eſt illud Gen. Quia virum occidi in dolore meo, ideſt, occidebam, hoc eſt ſi me quiſpiam vulnerabat, vel dolore afficiebat occidebam illum, ita exponit quidam Hebræus. Nonnunquã modi ipſi mutãtur vt imperatiuũ pro ſubiunctiuo; Confundantur, hoc eſt cõfundentur, & tunc ſunt ſimplices enuntiationes, quia idem eſt dicere acſi enuntiaret qnæ his aduenire debent nempe confuſionem ac cætera mala, ſecundum illud Pſal. 6. Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi & confundãtur, & pereant. Poteſt etiã exponi optatiuè, hoc eſt vtinã cõfundant, & tunc ſunt quædã cõminationes diuini iudicij cui ſe ꝓpheta cõformare deſiderat acſi diceret. Vtinam Deus iudicia ſua in ſuperbos exerceret tũc enim ego de diuinis oblectarer iudicijs, ſed quomodocũq; intelligat cõfuſio eſt propria ſuperborũ pœna: remanent enim victi à diuina iuſtitia, victus autẽ confuſus manet. Superbus aduerſus Deũ ſe extollit ſecundũ Iob. Tetendit aduerſus Deum extenſo collo & cõtra omnipotentẽ roboratus eſt. Vnde & Boetius dixit, quòd cum omnia vitia fugiant à Deo ſola ſuperbia ſe Deo opponit. Quare Deus ſuperbis tãquàm impugnatoribus reſiſtit, vt dicitur Iacob. 4. Nec mirum quod aduerſus Deum bella gerere audeat ſuperbus quoniam ſuperbia excęcat eius oculos ne & ſuam imbecillitatem & Dei maieſtatem agnoſcat, ſic enim Diuus Auguſtinus, & Gregorius intelligũt illud Iob, Operuit craſsi tudo vultum eius; Sicut enim vultus craſsitudo oculorũ aciem ali quando occupat, ſic cum intumeſcit animus ſuperbia excæcatur ne verum cernere poſsit. Vnde & ad ſuperbum eodem capit. dicitur, Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus? igitur confuſio accommodata pœna ſuperbis eſt tam in præſenti ſeculo quàm in futuro: in præſenti quidem auferuntur ab eo virtutes infuſæ cæteraque dona Dei, nam & ſi fides & ſpes manent in peccatore à Deo non tamen in genere virtutis, nam qui non cognoſcit dona Dei ſibi collata: indignum ſe tam illis, quàm alijs oſtendit.

Genes. 28. Gene. 4. Pſalm. 6. Iob. 15. Boetius. Superbia. Iacobi. 4. D. Auguſtinus. D. Gregor. Iob ibid.

Vnde

Vnde Dominus Oſeæ. 2. dicit; Et hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal, idcirco conuertar & ſummam frumentum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius, & nunc reuelabo ſtultitiam eius, hoc eſt, quia virtutes quæ turpitudinem animæ tegebant noluit intelligere eſſe dona mea, ſed ſibi applicuit ac elatus ſeipſum ſui ipſius idolum fecit, vt ſibi cultum referret: idcirco vindicabo ab eis tanquam ab iniquis poſſeſſoribus bona mea & cum ſua ſtultitia confuſum coram omnium oculis dabo. Secundò confunduntur etiam in hoc ſeculo, quoniam in ignominioſas & confuſibiles iniquitates permittuntur ruere, vt confuſi ab eis reſipiſcant; ſicut medicus in minora damna permittit ægrotum vt à grauioribus liberet. Sic docet Diuus Thom. 2.2. quæſt. 162. arti. 6. ad tertium. Nam ſicut qui diſſutas habet veſtes vel ſordidas, & nec conſuit nec lauat, contingit vt alius maiorem inciſſuram faciat aut ſordidiores reddat, vt ſic confuſus reſarciat, & lauet quod antea negligebat: ſic Deus nonnunquam in ſordidiores culpas manifeſtioreſque permittit aliquando ſuperbum, vt ab illis confuſus, quæ antea negligebat intelligere capiat atque emendet, & ſic intelligi poteſt illud Apoca. 22. Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc, vt qui ſpirituales ſordes cernere negligebat in carnales incidens reſipiſcat. Quare præcipuè in venereis & carnis immunditijs, quæ manifeſtam habent turpitudinem eos permittit cadere, vt ab illis confuſi humiliari diſcant: ſicuti qui falſitatem alicuius propoſitionis non percipit ad clariora impedimenta deducitur, vt per ea falſitatem quam non capiebat cernat, veluti cum aliqua conſequentia per aliam inſtatur, vt hac perſpiciat defectum quem in alia non intelligebat. Confunduntur etiam in ſuperuenturo ſeculo à propria conſcientia, à iudice, ab aſſeſſoribus, à teſtibus & accuſatoribus, qui ſunt dæmones, & ab omnibus ſimul creaturis: interius confunditur à ſe ipſo, quoniam propria conſcientia eum prodit eſtque vermis ille, qui non moritur. Vnde Seneca. Prima & maxima pœna peccantium eſt peccaſſe, nec vllum ſcelus licet illud fortuna exornet muneribus ſuis, licet tueatur ac vindicet, impunitum eſt, quoniam ſceleris in ſcelere ſupplicium eſt; & Epicurus ait mala facinora conſcientia flagellari, quod magnum argumentum eſt, quod natura

Oſeæ. 2.

Simile.

D. Tho.

Simile.

Apoc. 22.

Seneca.

tura ipſa nos à ſcelere abhorrere iubet quod nulli non etiam inter tuta timor eſt multoſque fortuna liberat pœna neminem metu. Libet verſus quoſdã ex Saty. 13. Iuuenalis hic adducere, quoniam multum hanc naturæ veritatem exornant. Ait ergo;

Iuuen. Saty. 3.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet autori: prima eſt hæc vltio quod ſe
Iudice, nemo nocens abſoluitur. Et poſt; *cur tamen hos tu*
Euaſiſſe putas, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos? & ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multo ſæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Radamantus
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Conſcientia mille teſtes. Cicero. D. Chry.

Vnde prouerbium conſcientia mille teſtes. Et Cicero nullas alias putat furias infernales, quas Poetæ fingunt ſcelerum vltrices. Chryſoſtomus dicit, quod ex vnaquaque re oritur exterminium eius, ex veſtimento oritur tinea quæ eam dirumpit, ex ligno teredo ipſum conſumens, ſic ex peccato quod in corde perficitur oritur vermis conſcientiæ, qui cor infatigabiliter corrodit nec ſatiatur in æternum ipſum affligere. De his enim intelligũtur vermes illi de quibus dicebat Iob. Qui me comedunt non dormiũt. Vnde Prouerb. 25. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ſic triſtitia viri nocet cordi, nempe illa quæ ex peccato concipitur in dãnatis, & de hoc conſcientiæ verme intelligit D. Greg. illud Matth. Eſto conſentiẽs aduerſario tuo dum es in via cum eo, ne fortè aduerſarius tradat te iudici, & iudex tradat te miniſtro & in carcerẽ mittaris Amẽ dico tibi non exies inde donec reddas nouiſsimũ quadrantẽ, hoc eſt, dum in præſenti vita te accuſat conſciẽtia propria, quæ ſub nomine aduerſarij intelligitur, quoniã recta ratio hominis ſemper iniquitati aduerſatur. Cum ergo tua te propria cõſcientia nunc accuſat aſſentire illi, & deſine facere mala alioquin ipſamet cõſcientia tradet te iudici, condẽnabit te apud omniũ iudicẽ Deum qui tradet te tortori diabolo qui detrudet te in inferni ergaſtulo vnde non liberaueris quoadusque totũ perſolueris debitũ etiã minimũ, & cum nunquã ſoluere poteris, in æternũ nõ erueris. Ecce interiorẽ impiorũ confuſionẽ, quam ſequitur exterior nẽpe

Iob. 30. Prou. 25.

D. Greg. Matth. 5.

illa

illa quam coram cœlicolis & terrigenis patietur, quoniam tunc omnia ſcelera coram omnibus patebunt, cogitatus fœdi, turpes loquellæ, peſsimæ actiones quantumvis occultæ omnibus conſpicabiles erũt, quoniã dies ille (ait Pau. ad Cor.) illuminabit abſcõdita tenebrarũ & manifeſtabit cõſilia cordiũ. Quare vnuſquiq; dãnatorũ à peccatis ſuis confundetur, quæ omnibus tunc in propatulo erũt, ſecundũ illud Ierem. 12. Confundemini à fructibus veſtris. & illud Eſa. 1. Confundẽtur enim ab idõlis quibus ſacrificauerũt, & erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis cũ fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus abſq; aqua & erit fortitudo veſtra, vt fauilla ſtupæ & opus veſtrũ quaſi ſcintilla & ſuccẽdetur vtrũq; ſimul, & nõ erit qui extinguat, hoc eſt, tũc erit talis cõfuſio, quãdo hæc eueniẽt vobis quod erit in nouiſsimo die. & Thren. 4. Viſitabit iniquitatẽ tuã filia Edon, diſcooperuit peccata tua, itaq; interius & exterius cõfundẽtur. Vnde Iob. 8. dicitur; Qui oderũt te induentur cõfuſsione, quod exponẽs Greg. ait. Malos in extremo iudicio cõfuſio induit, quia cũ trãſacta mala redũdare ſibi ante oculos conſpexerint ſuus vndiq; eos reatus deprimens vertit, & poſt pauca. Quis igitur dignè pẽſet quãta tũc erit iniquorũ confuſio quãdo & foris ęternus iudex cernitur & intus ante oculos culpa verſatur? Vnde ſupra. Induantur ſicut diploide cõfuſione ſua, hoc eſt, intus & extra in hoc ſeculo, & in futuro corã Deo, & coram hominibus veſtiti, & circundati vndique confuſione erunt. Quare Gregor. lib. 9. mor. cap. 33. diploidem (ait) duplex veſtimentum dicimus; Confuſione ergo ſicut diploide induti ſunt, qui inxta reatus ſui meritum & temporali & æterna animaduerſione feriũtur. Solos enim illos pœna præſens ab æterno ſupplicio liberat quos immutat, nam quos præſentia mala nõ corrigunt ad ſupplicia æterna perducũt. Superborum ergo gloriam in confuſionẽ conuertet æternus iudex. Vnde Oſeæ. 4. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. & Philip. 3. Gloria eorum in confuſione. & Iob. 40. Reſpice cunctos filios ſuperbiæ & confunde eos. Operepretium erit ex dictis colligere, quanto odio Deus ſuperbiæ vitium proſequatur in quod tam grauiter animaduertit. Exempla quidem paſsim in ſcriptura occurrunt, ſed ex pluribus hoc vnum accipito. Peccauit Dauid peccatum graue cum & in alienã mœchatus eſt vxorem & optimum & ſtrenuum militem Vriam Ethæum inſontem ac benemeritũ peremit. Sed quoniã ad verba

Ierem. 12.
Eſa. 1.
Thren. 4.
Iob. 8.
Pſal. 108.
D. Greg.
Oſeæ. 4.
Philip. 3.
Iob. 40.
2. Reg. 12.

Nathan

Nathan videtes ſe peccaſſe faſſus eſt hoc vno verbo. Peccaui Domino, veniam tāti ſceleris obtinuit & duntaxat morte pueri mulctatus eſt, at vero iterum lapſus eſt in aliud crimē, quod ex ſuperbia ortum habuit, nam cum ſe cerneret potentiſsimum regem, tot victorijs inclytum, tantiq́ue populi principem, in ſuperbiam elatus numerare fecit populum à Dan vſque Berſabe, vt ex ſubditorum copioſiſsimo numero in ſeipſo ſuperbiret in tantaq́ue poteſtate eleuaretur tanquam potens in potentia ſua. Propter quod Deus iratus contra illum & contra populum ſuum percuſsit ex populo ſeptuaginta millia viros peſte; & quod plus mihi graue videtur eximiumq́ue iræ Dei indicium, quòd cum per prophetam Gad illi optio à Deo daretur aut famis ſeptem annorum in regno ſuo, aut quod tribus mēſibus fugeret aduerſarios, aut quod tribus diebus ſæuiret peſtis in vniuerſa terra ſua, reſpondit & di-
2. Reg. 24. xit; Coarctor nimis, ſed melius eſt mihi vt incidam in manus Domini (multæ enim miſericordiæ eius ſunt) quàm in manus hominum. Adeò fidēs fuit in Deo, quod ſe totū in manus eius dimiſsit de tanta clementia confiſſus, quod regale nobiliſsimumq́ue Dei omnipotentis pectus quaſi obligare videbatur ad veniam, & nihilominus tam ſeueram vindictam exercuit, vt oſtenderet quantum inter cętera facinora ei diſpliceat ſuperbia. Adde quod aliqui non ſine aliqua probabilitate arbitrantur peccatum hoc Dauid, quando numerare fecit populum non fuiſſe mortale, ſed veniale eo quod diuina Scriptura, quando recenſet peccata Dauid Regis nō huius mentionem facit, ſed duntaxat illius Vriæ Ethæi vt eſt
3. reg. 15. illud. 3. Reg. 15. Sed propter Dauid dedit ei Dñs Deus ſuus lucernam in Ieruſalem vt ſuſcitaret filium eius poſt eum & ſtatueret Ieruſalem, eo quod feciſſet rectum in oculis Domini & non declinaſſet ab omnibus, quæ præceperat ei cunctis diebus vitæ ſuæ, excepto ſermone Vriæ Ethæi. Quod ſi ita eſt plus ſtuporis parit tam ſeuera vindicta: & grauius indicat quanto odio proſequatur ſuperbiam diuina iuſtitia.

(Ego autem exercebor in mādatis tuis.) In quibus præcipis mihi, vt inimicos meos diligam. Tunc ergo quando iniqua & iniuſtè in me violenter iactabant, intendebam ego mandatis tuis & tunc in opus erumpebat amor etiam in ipſos, qui in me iniuſta ingerebant: imo & ex hoc ipſi conuerſi ſunt, vt imitarentur me. Vnde & ſubiungit ſtatim.

VERSVS

VERSVS SEPTIMVS.

Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt teſtimonia tua.

HÆC eſt victoria quæ vincit mundum nempe per bona opera inimicum ad te conuertere vt iam timendo Deum cum eius nouerit teſtimonia tuis delinitus beneficijs ad te ſupplex veniat. In inimico duo ſunt, & natura humana quæ bona eſt, & inimicitia quæ eſt mala, ſi ergo ab eo per bona opera inimicitiam abſtuleris inimicum quidem peremiſti ac viciſti, hominem vero cuius natura bona eſt ſeruaſti. Illuſtris victoria hæc eſt quæ hoſtem beneficijs deuincit, hoc eſt, odiũ illud perfectum quo inimicos ſuos perſequebatur Dauid quando Pſalm. dicebat. Perfecto odio oderam illos. Nunquid perfectio in odio proximi inueniri poteſt? poteſt certè vt quando malitiam eius odio proſequeris ſecundum quod infra dicit in hoc Pſalmo. Iniquos odio habui, hoc eſt iniquitatem horrui & hanc beneficijs meis peremi atque hoc pacto inimiciſsimum ſibi regem Saulem deuicit Dauid. Nam cum ſemel & iterum in manus eius incidiſſet, vt hiſtoria primi libri Regum narrat, pepercit illi Dauid prima vice in ſpelunca quadam vbi deliteſcebat Dauid cum ſocijs, cum ibi forte ad purgandum ventrem introijſſet Saul, & poſſet eum Dauid configere, etiam ſuadentibus ſuis non acquieuit, ſed abſcidit oram clamidis eius, quod cum reſciuiſſet Saul placatus eſt & ceſſauit perſequi eum. Altera vice cum ad eius caſtra tranſiſſet Dauid cum Abiſai filio Saruiæ & intraſſet tabernaculum regis, tulit lanceam eius quam ibi inuenit & ſcyphum nec voluit eum confodere lancea cum poſſet, ſed ex ſuis caſtris clamauit contra Abner principem militiæ regis, & eum grauiter obiurgauit, quia non rectè cuſtodierit dominum ſuum; quo beneficio confuſus Saul abijt ac quieuit ab eius perſequutione. Ecce perfectum odium quo hoſtes ſuos perſequebatur Dauid ac inſigne trophæum ex eis tali pacto lucrabatur. Vnde cum quidam dixiſſet coram rege Lacedæmoniorum Ageſilao, Officiũ regis eſſe amicis præmia, inimicis mala reddere, reſpõdit, melius dixiſſet, Regale officium eſſe ex inimicis amicos ſuis beneficijs facere, quod Sap. Prouer. 25. his verbis docet, & Pau. ad Rom. Sitit inimicus tuus potum da illi, ſi eſſurierit ciba illum, hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius

Pſal. 138.

1. Reg. 24.

Ibid. 26.

Dictũ celebre Regis Ageſilai.

prou. 25. Rom. 12.

eius, hoc eſt his beneficijs odium eius extingues atque in tui amo
Rom. 12. rem inflammabis, & Rom. 12. Noli vinci à malo ſed vince in bo-
no malum, id eſt, non ad ſuam malitiam te trahat inimicus vt
ipſum odio habeas ſicut & ipſe te, ſicut ignis dicitur aquam vin-
cere cum eam in ſe cõuertit, & ad ſuam trahit naturam, ſed potius
ad te conuerte vt in te beneuolus ſit ſicut & tu in ipſum, vt ſic ad-
Ierem. 15. impleas vaticinium illud Ieremiæ. 15. quod ad iuſtos dirigitur.
Ipſi conuertentur ad te, & tu non conuerteris ad eos.

Alius intel lectus hu ius verſic. Aliter poteſt intelligi verſiculus iſte, quòd cũ præcedenti verſu
confuſionem malorum enuntiaſſet tanquam qui vellet nauſeam,
quam ex eorum memoria concepit temperare, in memoriam re-
uocat iuſtos quos optat ad ſe conuertere vt in eorum conſortio
vitam iucundiſsime peragat, quoniam ſimilis ſimilem quærit, ſic
iuſtus cum iuſtis gaudet conuerſari, qui pergis verſus Compo-
ſtellam, quid iungeris illi qui in Hiſpalim iter agit? diuerſa itinera
capitis quomodo ſimul ambulare poteſtis? iuſtus cœlos impius
inferos petunt, contrarij & diuerſiſsimi termini, quid cum illo
iungeris homo? quomodo poteris cum illo ambulare qui diuer-
1. Theſſ. 3. ſiſsima via incedit? Vnde Paulus ad Theſſalo. Denuntiamus vo-
bis fratres in nomine Domini Ieſu Chriſti, vt abſtineatis vos ab
omni fratre inordinate ambulante & non ſecundum traditionem
quam accepiſtis à nobis. Conuictus autem iuſtorum cõſentaneus
maximè & vtiliſsimus eſt, ſunt enim labij vnius & ſermonum eo-
rundem atque ad eandem patriam pergunt atque ſe inuicem ad
Apoc. 22. id inuitant, ſecũdum illud Apoc. 22. Qui audit dicat veni, hoc eſt
Exod. 36. amicus amicum ad cœleſtem patriam inuitet, & illud. Exod. 36.
Cortina cortinam trahat, fibulla charitatis compacti Chriſtiani
vnus alterum ad virtutem, tam verbis, quam exẽplis trahat. Vnde
Ezech. 1. & ſe mutuo iuuant ſecũdum illud Ezech. 1. quòd pennæ anima-
lium ſanctorum erãt erectæ alterius ad alterum, vbi dicit Grego-
rius hoc eſſe adiutorium mutuũ, quod ſibi prẽſtant iuſti, hic elee-
moſynã illi largitur, ille orationibus iſtũ iuuat, & ſic de alijs. Vnde
1. Petri. 4. D. Petrus. 1. Epiſt. c. 4. Eſtote prudentes & vigilate in orationibus
ante omnia mutuam in vobiſmetipſis charitatem habentes, quia
charitas operit multitudinem peccatorum hoſpitales inuicem ſi-
ne murmurationibus vnuſquiſque ſicut accepit gratiam in alte-
Ezech. 3. rutrum illam adminiſtrantes, & capite. 3. dicit Ezechiel. 3. quòd
audiuit ſonitum alarum percutientium alteram ad alteram, quia
virtus

virtus vnius in qua ſplẽdet, alterũ excitat. Deuotio quippè iſtius teporem alterius percutit: iſtius vigiliæ illius ſomnium flagellat, huius abſtinentia alterius corripit intemperantiam. Ecce ergo quàm bonum, & quàm iucundum (hoc eſt vtile ſimul & delectabile) habitare fratres in vnum. Quare iuſtè deſiderat Propheta timentium Deum conſortium & Deo laudes decantare in medio iuſtorum, & congregatione, & dicere. Conuertantur mihi timentes te, & qui nouerunt teſtimonia tua. Pſal. 132.

VERSVS OCTAVVS.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: Vt non confundar.

QVis enim poteſt dicere mundum eſt cor meũ niſi tu Domine iuſtificans me mundaberis? à te ergo poſtulo vt cor mũdum in me crees qui ſolus corda mũdare vales. Ne dicas mihi quod Scribis & Phariſæis, qui ſolum mũdabant quod exterius erat calicis & paropſidis: intus autem pleni erant omni ſpurcitia ſed vt cor immaculatũ mihi tribuas poſco ac expoſcere ſummopere cõcupiſco. Sic enim & de beata Cecilia dicitur, quod cantantibus organis Cecilia ſoli Dño decantabat dicens; Fiat cor meum & corpus meum immaculatum, vt non confundar. B. Cecilia.

Obſeruandum quòd pulchritudo animæ in cordis munditia ac claritate ſita eſt, cum autem vt ſupra docuimus duplex ſit lux in anima, altera naturæ, altera gratiæ in vtriuſque puritate ſpecioſitas animæ erit tunc autem ſplendor iſte obumbratur cum rebus inferioribus immiſcetur. Quemadmodum argẽtum minoris ponderis eſt cum minori mixtum eſt metallo puta cum ſtanno aut cholcidi immiſcetur, triticũ etiam cum zizaniæ, aut terræ, aut cæteris impuritatibus miſcetur minus valet nam teſte Dionyſio anima noſtra aſsimilatur ſpeculo quoquouerſus verteris id in ipſo reſplendet. Si enim verſus cœlum ſpeculi faciem poſueris, cœlum ipſum cæruleum lucidiſsimaque lumina eius in ipſo ſplẽdoribus ſuis micabunt ſpeculo, ſin vero cõtra terram verſaberis iam lutioſæ paludes, ſterquiliniaq; ac cæteræ ſpurcitiæ, quibus ſcatet terra, in eo cernes reflexas. Sic nimirũ anima ſi aciem mẽtis in ſuperiora eleuauerit id in ea reſplendet, quòd ſi ad terram reſpexerit eius immunditiæ commaculabitur, voluntas enim ad ea quæ amat rapitur

Pulchritudo animæ in cordis munditia ſita eſt.

D. Dionyſ.

Simile.

Oseæ. 9. rapitur & in ea transformatur secũdum illud Oseæ. Facti sunt abo
D. August. minabiles sicut ea quæ dilexerũt. Vnde D. August. Si terram diligis terra es, si cœlum diligis, cœlum es, minus dixi si Deum diligis Deus es. Si alicui puellæ quæ summopere desiderat speciosa in oculis hominum apparere diceretur, quòd quotiescunque vultus ad sydera erectos habeat, eius facies solis ac cœli pulchritudinem accipiet aureosque capillos rubicundas gennas nimioque splendore refulgentem vultum mutuabitur, quòd si ad terram depræserit oculos atque faciem iam illa pulchritudine amissa pallida, lutulenta ac deformis apparebit, quanta cura cœlum respicere sataget nec terram vsquam dignabitur cernere vt species quam cupit permaneat. Tibi ô anima mea hæc adeò intimatur sententia, si ad sydera respicis syderumque factorem amaueris, pulchrior cunctis astris eris, quòd si in terram depræsseris vultum amoreque terreno capiaris iam deformior cunctis immunditijs apparebis. Respice ergo cœlum vt speciosior sole fis, nec terram digneris aspicere à qua turpissima dedecoraris effigie, hanc mentis deformita-
Thren. 4. tem in suis lamentationibus deplorabat Propheta dicens; Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores. Denigrata est super carbones ignis facies eorũ, & non sunt agniti in plateis. Nix & lac naturali fulgent candore per quem naturalis animæ pulchritudo à lumine naturæ designatur.
D. Grego. Ebur (ait Gregorius.) fertur vetustate ex albo rubescere per quod significatur species & color quem ex habitu & longo exercitio virtutum animus acquirit, at per sapphyrum, cuius color cœlum imitatur, supernaturalis ostenditur species animæ, quæ à gratia & à charitate cæterisque virtutibus quæ à Deo iniunguntur prouenit, quibus anima supra omnes alias pulchritudines decoratur. Per peccatum ergo adeo anima commaculatur vt vtraque pulchritudo pereat, cum & naturali & supernaturali lumini aduersetur culpa, nec iam candido colore fulgeat, sed tetro ac turpissimo deturpetur ita vt iam nõ agnoscantur in plateis, homines quippè abõminabuntur eos cum in publicis eos offenderint locis & domi-
Matth. 25. nus in platea campi Iosaphat respondebit illis, nescio vos. His maculis post peccatum se sentiebat asperſum noster Propheta cum
Psal. 50. Psal. 50. clamabat dicens; Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Vbi aliæ trãslationes habent, Multum laua me, magis ac magis laua me, vt pannum sordidissimum lauan-

em

uantem, dicimus iterum atque iterum aliaq́ue vice munda eum, vt expellantur ſordes; ſic anima deturpata culpa millies lauari debet donec immaculata maneat, quoniam nihil coinquinatum intrabit in regnū cœlorum. Et Pſalm. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo &c. innocens manibus, & mundo corde, & Dominus Matth. 5. Beati mūdo corde, quoniā ipſi Deum videbunt, ſicut enim oculus corporalis ſi vel minima macula aſperſus fuerit corporalia aſpicere non valet; multo minus mentis oculus culpa commaculatus Deum ipſum omni impuritate expertem cernere poſſunt. Vnde D. Auguſt. Deus quem non niſi mundi oculi aſpicere valent, & Paul. Hebræ. 12. Sectamini ſanctimoniam (hoc eſt munditiem) ſine qua nemo videbit Deū. Hoc autem intelligo de viſione beatifica. Igitur ſi per terrenarum rerum commixtionem cor hominis immundū redditur, eo quod rebus inferioribus ordinis cōmiſcetur, quemadmodū & argentum per mixturā inferioris metalli ſecundū illud Eſai. Argentū tuū verſum eſt in ſcoriā; hinc cōſequitur, quod purificatio cordis cōſiſtet in coniunctione ad res ſuperioris ordinis, quemadmodū argētū pretioſius fiet ſi auro aut pretioſioribus admiſceatur rebus, ſi ergo depræſſeras intellectum his caducis rebus ac rudibus cœleſtē ac immaterialiſsimā potentiā applicando: ab eis illū diuelle & ad ſuperna cœleſtiaq́; adpelle, vt ſic & priſtinas deponat ſordes, quibus infectus erat & altioribus vnitus perfecta ſit affectus mūditie, quare fides maximè perficit ac purificat intellectum, ſecundū illud Actor. Fide purificans corda eorū, fides enim quæ per dilectionē operatur totos animæ receſſus occupat totā etiā ipſam mēdam reddit, nam licet intellectus noſter ea quæ intelligit ad ſe trahat tamē fides cum ſit ſuperioris ordinis ac diuini ipſum potiùs ad ſe rapit vt abſque rerū euidentia eius aſſentiat veritatibus, ſecūdū illud Pau. ad Cor. In captiuitatē redigētes omnē intellectū in obſequiū fidei, hoc eſt, dicere (Dexaos lleuar de la fe.) Ne illa ad te, ſed intellectus tuus ad illam trahatur, charitas deinde (quæ multitudinē operit peccatorū) lucidiſsimā animā reddit ipſoq́; pulcherrimo ſole ſpecioſiorē. Huic ergo mentis puritati toto conatu intēdere debet verus Dei ſeruus ac cultor ad ſacramētaq́; ieiunia, orationes, vigilias, ſolitudinē cæteraq́; virtutis officia, quę ad id cōferunt, auidiſsimè recurrere nec iterū eam ad ablutas iam ſordes deprimi permittat, ſed dicat cum Spōſa; Laui pedes meos, quomodo iterū coinquinabo illos? imo & quiduis

Pſal. 14. Matth. 5. D. Aug. Heb. 12. Eſai. 1. Actor. 15. 2. Cor. 10. Cant. 5.

quiduis patiaris ne iterū fœdam reddas animā tuam, quæ tali iam pulchritudine nitet: quā ſi oculis cernere liceret velut alter Narciſus te ipſum ardentiſsime deperires. De animali quodā albiſsimo, quod (el armiño) in noſtro vulgari nūcupatur (nā Latinum nomē fateor me hucuſque non inueniſſe) de hoc inquam candido animali fertur, quod qui ad venationem eius pergunt circulum quendam luteū faciunt circa illud, vt niſi per lutum aliò non poſsit euadere, quod potius capi ſe permittit quàm in luto pollui. Anima iuſti in charitate exiſtentis ſuper omnia candidiſsima eſt, quiduis tollerare debes & non iterum coinquinare illam. Quare ſancti capi, ligari, flagellari, necari ſe permittebāt potiùs quam ſemel ablutam Chriſti ſanguine animam vel minima peccati macula polluerent. Vnde Pau. Quare nō magis iniuriam accipitis? quare nō magis fraudē patimini? Surſum ergo ſubleua cor vt ſumma pulchritudine decoretur, vel elementa ipſa attētius contemplare qualiter vnumquodque quærat ſuperioris perfectionem attingere; terra enim in aquam conuertitur, quæ ſuperiorē obtinet locū, ad huc & ipſa aqua rarefit quouſq; fiat aër, qui & in ignē transferri ſatagit, qm̄ vniuſcuiuſq; perfectio in cōiunctione ad ſuperiorē naturā cōſiſtit. Inter angelicos ſpiritus ille maior, qui proprius ad Deū accedit: ſic & tu propera, ô anima mea vt Deo coniungaris, ſurſum elua cor atq; ab his inferioribus diuelle in quibus veluti depreſſum atq; captiuum habes vtpote rebus eius nobilitati valde inferioribus. Verum eſt quòd hæc perfecta mūdities cordis in hac vita nō contingit in qua habitat anima noſtra domos luteas, quæ terrenū habent fundamētum, ex cuius vel minima adhæſione maculatur ſicut veſtis, quæ tantilum parieti luteo adhæſit: at in illa ciuitate ſancta Ieruſalem, quæ ex auro puriſsimo ſtructa eſt vbi nihil coinquinatum ingreditur, vbi Deus erit omnia in omnibus, erunt corda beatorum ipſis ſtellis cœli puriora; fulgebunt enim ſicut Sol in regno patris eorū, quoniam ibi eſt caminus ignis qui omnē excoquit rubiginem omniq; ſpurcitia purificatā reddit animam. Nam licet in hac Eccleſia militante ſint conflatoria in quibus animæ ſpurcitiæ eliquantur, ac defluunt qualia ſunt ſacramenta, ſed non ita fortiter ſicut in triumphante. Vnde Eſai. 31. Cuius ignis eſt in Sion, & caminus ignis eſt in Ieruſalem. Ignis quidem purificans eſt in hoc tēplo, quod eſt ſuper montem Sion, hoc eſt, ſuper fidē Romanæ Eccleſiæ, ſed caminus ignis eſt in Ieruſalem, vbi eſt

2. Cor. 6.

Eſai. 31.

Deus

Deus clarè visus qui ignis consumens est. Vnde Esai. 1. Dequo- Esa. 1.
quam ad purum scoriam tuam: auferam omne stannum tuum.

Sed vltimo aduertendum, quibus modis in hac vita mundandum est cor. Primo per verbum Dei Ioan. 16. Vos mundi estis propter sermonem, quem loquutus sum vobis, quod figurabatur Exodi. 38. per mare illud æneum ante quod erant specula quibus quis videre poterat sordes suas & intus in aqua lauare. Verbum Figura
Dei, quod est veritas, est animæ speculum in quo errata sua videt, Exod. 38.
sic enim illud appellat Iacobus. 1. Secundum est contritio cordis Iacob. 1.
ex qua est aqua lachrymarum cui si adiungitur cinis, hoc est, con
sideratio mortis, vel propriæ vilitatis aut passionis Christi cum la- Simile.
chrymæ ex contritionis & amoris Domini prunis calidę exeunt,
fit optimũ lixiuiũ ad abstergẽdas cordis maculas quo lixiuio per
singulas noctes propheta lauabat lectulum cõsciẽtiæ suæ Psal. 6. Psal. 6.
Tertiũ est frequẽs confessio, qua mundandũ est tẽplum spirituale
quod adumbratum fuit. 1. Mach. 4. vbi legitur, quod Iudas mun- 1. Mach. 4.
dauit tẽplum à gentibus pollutũ; Iudas autẽ cõfitẽs interpretatur,
vbi & dixit Iudas. Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus
nunc mundare sancta & renouare. Cõtritio inimicorum munda-
tionem Iudæ præcessit, sic & contritio de peccatis quæ ex auditu
verbi Dei generatur, debet prẽcedere cõfessionẽ. Vnde Psal. Facta psal. 113.
est Iudæa sanctificatio eius. 4. Reg. 5. Vade & lauare septies in Ior 4. Reg. 5.
dane, & mundaberis à lepra tua, septies in Iordane lauatur, qui hu-
militer septem vitia capitalia cõfitetur, vel septies, hoc est perfectè
cõfiteberis, quoniã septenarius numerus perfectionem significat,
apud Heb. Vnde Ber. in Epist. ad quandã Virginẽ. Ama cõfessio- D. Bernar.
nẽ, ob quam amaris, ama cõfessionẽ, si affectas decorẽ, confessioni
iungitur decor, iungitur pulchritudo. Vnde in Psal. 103. Confes- psal. 103.
sionẽ & decorẽ induisti, cõfessio & pulchritudo in cõspectu eius,
reuera vbi cõfessio, ibi pulchritudo, ibi decor quãtũ est vitæ auste- Simile.
ritas; Sicut enim vas melius mũdatur cũ lintheo aspero ac grosiori
sic ad mũditiem animæ præstat maximè asperior cultus & victus
corporis. Vnde Ioan. Baptista de pillis camellorũ induebatur ve- Ioan. 2.
scebaturq́; locustis & melle siluestri. Quintum est eleemosynarũ
largitio Luc. 11. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia Luc. 11.
munda sunt vobis. Sextũ est oratio. Luc. 9. Facta est dũ oraret spe- Luc. 9.
cies eius altera & vestitus eius albus & refulgens, orando quippè
trãsfiguratus est Christus Dñs. Alia etiã quamplurima remedia in

hac vita ſunt ad purificationē cordis conducētia, qualia ſunt correptio ignis tribulationis,& alia.Sed hæc dicta ſunt potiora & inter omnia confeſsio ac contritio,de qua hîc loquitur Propheta cū dicit;Fiat cor meū immaculatū in tuis iuſtificationibus,hoc eſt,in ſacramentis in quibus iuſtificas animas & præcipuè in ſacramēto confeſsionis,quod ad abſtergendas maculas ex peccatis priſtinis contractas immediatius inſtitutum eſt.

(Vt non confundar.)Cum rectè mundatus fuero non confundar etiā ante diuini iudicis tribunal. Eſt quidē generatio (ait Sap. Prouerb.)quæ ſibi munda videtur,& tamen non eſt, non eſt lota à ſordibus ſuis de quibus dicitur Ierem. 20. Confundentur vehementer,quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod nunquā delebitur,qui autem per veram confeſsionē cordis & oris à peccatis mundatus eſt non confundetur ab eis nec pudefiet,cui dicitur Sopho. 3. Sophon. 3. In die illa non confunderis ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me. & Pſal. 36. Nouit Dñs dies immaculatorū,& hæreditas eorū in æternū erit nec confundentur in tēpore malo, quoniā peccata per pœnitentiā ablata iam nō turpem aut deformem, ſed candidā & pulcherrimā ipſam animam reddunt:imo(ſi fas eſt dicere)ipſamet peccata per pœnitentiam dealbantur,quoniā peccata ipſa ſuper quæ lachrymas fudit pœnitens iam in honorem ſuum & gloriam Dei cedunt, & ea quæ abſolutè cōſiderata abominabātur à Deo,iam ſic abluta placent.Nō quia peccata Deo vllo modo ſint grata, ſed quoniā detestata à peccatore iam ab eis mūdatur & hoc placet Deo,quod peccator deteſteturilla. Vnde Eſai. 1. Eſaiæ. 1. Lauamini mundi eſtote auferte malum cogitationū veſtrarū ab oculis meis:ſi fuerint peccata veſtra vt coccinū,quaſi nix dealuabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana alba erunt.Ecce quomodo per pœnitentiæ lauacrum peccata mutantur in melius,& quæ antea turpē reddebant animā iam decorā faciunt, vt patet in Magdalena cuius peccata ante Chriſti pedes lachrymis abluta,vnguētis delibuta,capillis terſa iam non in confuſionē aut pudorem ipſius cedunt, ſed in maximā gloriā Dei qui dimiſit,& ipſius pœnitentis honorē,quæ ea dignis lachrymis abluit, & ſic interpretatur D. Gregor. illud D. Greg. 1.Regū.Quando viri quinq; ciuitatū qui irreuerēter arcā Dei tractauerāt,cū ad requiſita naturæ ibāt vulnerabātur in ſecretioribus partibus à muris, & ideo poſtea pœnitentia ducti quinque agnos

aureos

aureos ante arcam obtulerunt iuxta numerum ciuitatum ſuarum: ſic nimirū, ait D. Greg. ſuper illū locū; Sub prętextu neceſsitatis, & earum rerum, quæ ad naturæ cōſeruationē requirūtur in ſecretioribus animæ partibus nos percutit diabolus, quoniā ſub ſpecie neceſſarij cibi in gulam nos proſternit, & ſub prætextu alendi familiā in auaritiā, & ſic de alijs, ſed cum ab his animæ plagis pœnitemus iam ea quæ pudenda erant & turpia aurea reddūtur, hoc eſt, ipſa peccata per pœnitentiam dimiſſa iam non ſordida, aut deformia, ſed aurea & ſpecioſa apparent, & ante arcā Dei apparere poſſunt, quia talia peccata ſic per pœnitentiam deleta iam nec diſplicent Deo nec pœnitentem pudefaciunt, aut cōfundunt, quia ipſe homo tunc placet Deo, eo quod peccata deteſtatus eſt. Hoc enim Deo gratum eſt, quod peccata peccator deteſtetur.

VNDECIMVS OCTONARIVS.

ב

Defecit in ſalutare tuum anima mea: & in verbum tuum ſuperſperaui. 1.Caph.

Defecerunt oculi mei in eloquiū tuum: dicentes quando conſolaueris me. 2.Caph.

Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus. 3.Caph.

Quot ſunt dies ſerui tui? quādo facies de perſequentibus me iudicium? 4.Caph.

Narrauerūt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua. 5.Caph.

Omnia mandata tua veritas: iniquī perſequuti ſunt me adiuua me. 6.Caph.

Paulo minus cōſummauerūt me in terra: ego autē non dereliqui mandata tua. 7.Caph.

8.Caph. Secundùm misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

INCIPIT TRACTATVS VNDECIMVS.

VERSVS PRIMVS.

Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum superspraui.

Indult per sonā optantis vindictā à Deo.

IAM aliam accipit personam peregrinus noster vel eandē alio modo affectam. Introducitur quippe hic iustus adhuc afflictus, ac iniuste vexatus cupiens tamen à Deo exerceri vindictā in aduersarios, ac æmulos suos, quā personā exprimit versu quarto, vbi dicit; Quādo facies de persequētibus me iudiciū? hanc autē vindictā, vel iudicium intellige à iustis flagitari, ac concupisci nō ex vindicta aut liuore, sed vt diuina iustitia appareat in hostes suos, quoniā iustorū persequutores ipsum Deū & Christū in illis potius persequuntur, ac extinctū iri auidissimè cupiunt. Quod Christus Dñs è cœlo explicuit cū Paulū in suos Christianos sæuientē alloquutus dixit; Saule Saule, quid me persequeris? iustitia autē vindicatiua in Deo maximum suæ diuinitatis splēdorē ostēdit, quare eam in puniēdis sceleribus lucere maximè desiderat iustus, sed quoniā hæc vindicta in vltima retributione exequēda est: cū duplici cōtritione conterendi sunt impij in corpore nimirū & anima: iusti etiā duplicibus vestiendi sunt, qui modo vnica cōtenti stola gradiuntur, hæc postulatio vindictæ resurrectionis exprimit desiderium & præmij, quod cū iustis in hac vita differatur afflictionē pijs eorum animis ingenerat, qua & animā & oculos deficere cōfitetur. Simile quid legimus apud Ioan. Apoc. ca. 6. vbi dixit; Vidi sub altare Dei animas interfectorū propter verbū Dei & propter testimoniū, quod habebant & clamabant voce magna, dicētes; Vsquequo Domine sanctus & verus nō iudicas, & nō vindicas sanguinē nostrū, de his qui sunt super terrā? Per altare significatur Christus in quo & per quē Deo patri offerre debemus quicquid boni agimus, nam per illum est acceptabile Deo. Fuit enim altare thimiamatis, & altare holocausti cuius sacrificiū fuit acceptū Deo in odorem suauitatis.

Actor. 9.

Apoc. 6.

Sub

Sub iſto igitur altari proteguntur animæ nō ſolum in hoc ſeculo verumetiā in futuro, eſt enim vmbraculum earū cōtra omne malum cuius illa ciuitas expers omnino eſt. Vnde Pſal. Proteges eos in abſcōdito facieiuæ. Vel dicuntur eſſe ſub eo, vt docet Haimo, quia capiti ſuo coæquari nō poſſunt, vel ſub eo ſunt per humilitatē ſublimē eius excellentiā venerātes, ſecundū illud Ioā. 3. Qui de cœlo venit ſuper oēs eſt. Hæ animæ interfectorū clamabāt dicētes; Vſquequo Dñe cū ſis vniuerſorū Dñs, & quę velis poteris, ſanctus qui ſanctitati præmia tribuis & verus in promiſsis tuis, & noua corporis & animæ præmia pollicitus fueris: vſquequo igitur hæc nō exerces iudicia & impijs cōdignā pœnā, pijſq; merita prę-mia nō largiris? Id poſcunt vt Dei vindicatiua iuſtitia ſplēdeat perfectāq; iam corporis & animæ adipiſcātur gloriā, hæc autē beatarum animarū poſtulatio potius eſt huius ſancti deſiderij cōtinuatio. Nam deſiderare aliquid fieri dupliciter cōtingit, vel quod ſtatim fiat, & hoc ſperare affligit animū, aut quod opportuno tēpore adimpleatur, & ſic dilatio nō diuexat animū, licet maneat deſiderij cōtinuatio, at in hoc octonario deſideriū viatorum deſcribitur tam eorū, qui in lege veteri viuebāt, quam illorū qui in noua agūt vitā. Illi quidē primū Chriſti Dñi aduentū flagrātiſsimo deſiderio præſtolabātur: nos ſecundū in quo præmia largiturus eſt ſumma auiditate expectamus. Quare litera quæ huic apponit octonario eſt, Caph, quæ interpretatur incuruatus, quia lōga militia feſsi incuruari ſolēt ſic & lōga expectatione laſſati incuruātur. Priſci patres incuruati erāt ab onere legis veteris nouū exoneratorē expectātes. Ierem. 27. Quicūq; nō incuruauerint collū ſuū Eccl. 33. Iugū & lorū curuāt collū durū, quare Petrus Act. 15. dixit; Nūc ergo quid tentatis Deū imponere iugū ſuper ceruicē diſcipulorum, quod nec nos, nec patres noſtri portare potuimus? Quare Dñs Ieſus mulierem quæ incuruata erat erexit, quaſi inſinuās ſe ab onere legis, quæ ſuo pondere homines incuruabat liberaturum aduenisse. Deſideriū autē primi aduētus Meſsiæ multipliciter in ſacro eloquio deſignatur Gene. 49. vocatur deſideriū colliū æternorū; nempe priſcorum patrum, qui ob ſanctitatis celſitudinem colles nuncupantur, æterni autē, vel propter diuturnitatē vitę, quemadmodum in ſcriptura res multū duraturæ æterne dicūtur, vt mōtes æterni: vel propter antiquitatē, vel certè, quia ſolis excelſis animis ad æternitatem inhiantibus notus tūc erat explicitè & deſideratus

Pſal. 30. Haimo. Ioan. 3. Caph, id eſt, incuruatus. Ierem. 27. Eccl. 33. Actor. 15. Gen. 49.

Esa. 64. aduentus Messiæ, hinc illi clamores. Vtinã dirũperes cœlos & de-
Idem. 45. scẽderes à facie tua mõtes defluerẽt. Rorate cœli desuper & nubes pluant iustũ, aperiatur terra & germinet saluatorẽ; Emitte agnum Domine dominatorẽ terræ de petra deserti ad mõtem filiæ Sion.
Exod. 4. Obsecro Dñe mitte quem missurus es, & alia quam plurima quæ passim apud Prophetas reperies præcipuè apud Esaiã. Hinc quasi lassati longa expectatione, quasi murmurãtes dicebant apud Esai.
Esa. 28. cap. 28. Et erit eis verbum Dñi mãda, remãda, expecta, reexpecta, modicũ ibi, modicũ ibi, quasi irridẽtes has expectationes Messiæ, vel iam fastidiẽtes eas aiebãt, quod omnia verba Prophetarũ erãt expecta modicũ, expecta modicũ, & expectatus iste nunquã veniret, veluti serui murmurãtes aduersum dominorum imperia referunt ac reduplicant verba eorũ (moços rezongones) quos vulgo dicimus; Tam longa ergo expectatione vexati incuruati erãt; Nos etiã melioris testamẽti participes facti secũdum redemptoris aduentũ, quo præmia publicè decernẽda sunt expectantes vitæq; præsentis fastidientes onera, incuruati etiã ambulamus, nam quia
Sapien. 9. corpus quod corrũpitur aggrauat animã, vt dicitur Sap. 9. Quodammodo incuruãtur velint nolint iusti ad hæc infima, quod nimis graue spiritualibus viris est; cupiũtq; vehemẽtissime hoc onere depositi erecti semper cœlestia meditari, vel quod corpore spirituali nõ animali anima superuestiatur, quod erit in resurrectione.
Psal. 37. Vnde Psal. 37. Miser factus sum, & curuatus vsque in finẽ, hoc est, vsq; ad mortẽ, nam deinde Saluatorem expectamus Dñm nostrũ Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ cõ-
Philip. 3. figuratũ corpori claritatis suæ, vt dicitur Phil. 3. Hinc vox illa iu-
Apoc. vlti. storũ Apoc. vlti. Ecce venio cito, amen veni Dñe Iesu. Quare & iu-
2. Tim. 4. sti dicũtur diligere aduẽtũ eius. 2. Tim. 4. nondũ timere. Nõ solum autẽ mihi, sed & his qui diligũt aduentũ eius tunc enim incuruati iusti, erecti & recti stabunt cũ magna constantia aduersus eos, qui
Sapien. 5. se angustiauerunt, vt dicitur Sap. 5. Et Dñs loquẽs de die aduẽtus
Luc. 21. sui, ait iustis. Luc. 21. Cum autem videritis hæc fieri respicite & leuate capita vestra, quoniã appropinquat redemptio vestra. Itaque in hoc versu desiderium vtriusque aduentus Messiæ designatur.
D. Hiero. Vnde Hierony. Defecit in salutare tuum anima mea: in Iesu qui venit saluum facere populum suũ à peccatis eorũ. Et in verbũ tuũ superspe raui, quod in principio Deus erat apud Deum; vt veniat ad redẽptionẽ humanã. Salutare quippè in Hebr. Iesus dicitur.

Sed

Sed aduertendū ex Aug. quod verbū, deficio, si solitarie sumatur in malū accipitur sicut verbū proficio in bonū, sed cū addito proficio in malū & deficio in bonū sumi poterit, vt est illud. 1. Timoth. 6. Prophanas vocū nouitates de vita, multū em̄ proficiunt ad impietatē. Et alibi. Viri pessimi & peccatores proficiūt in peius. E cōtra vero deficere potest in bonū accipi, nā sicut defectus à bono in malū malus est: ita defectus à malo in bonū bonus est, vt est illud Psal. Cōcupiscit & deficit anima mea ī atria Dñi, nō ab atrijs, sed in atria, bonus defectus est iste, quia nō à bono, sed ad bonū. Similiter cū hic dicit ꝓpheta; Defecit in salutare tuū anima mea, bonus defectus est, quia nō dixit à salutari, sed in salutare indicat em̄ desideriū boni nondū quidē adepti, sed auidissimè cōcupiti: prælassitudine quippe desiderij dicitur deficere anima sicut nimium lassus deficere etiā dicitur. ¶ Obserua quod anima tendēs in Deū multipliciter dicitur deficere, primo suos defectus agnoscens per cordis humilitatē secundū illud Psal. 38. Substātia mea tanq̄ nihilum ante te. Gen. 18. Loquar ad Dñm meum cū sim puluis & cinis. & Isai. 40. Oēs gētes quasi nō sint: sic sunt corā Deo. Secūdus defectus est mutationis qñ ex vehemētia amoris deficit amans ab eo qđ naturaliter appetit & fluit in voluntate amati, de qua statim dicturi sumus. Tertius est defectus imbecillitatis sicut dicitur Ezechie. 2. Vidi & ceci di in faciē meā, vbi dicit Gregor. in quantā miseriā cecidim⁹ qui bonū ferre nō possumus ad quod creati sumus. Quartus est defectus cognitionis, vel stupefactionis. Act. 9. Circū fulsit Paulū lux de cælo apertisq; oculis nihil videbat viri autē qui cum eo cōmitabantur stabāt stupefacti. Matth. 17. Nubes lucida obūbrauit eos. Quintus est ex tædio longæ appetitionis Iob. 10. Tædet animā meā vitæ meę. Sextus est defectus ab amore mundi qm̄ alterius vires subtrahit alter amor. Grego. quāto crescit amor spiritualium: tanto decrescit amor temporaliū. ¶ Cæterū Lyranus alia via procedit in expositione huius octonarij, ait enim q̄ cum in hoc Psalmo sermo sit de beatitudine in spe & imperfecta quæ hic incipit in iustis per exercitia actiuę & contēplatiuę vitæ postq̄ actum est de ea prout cōsistit in perfectione vitæ actiuæ, hic cōsequenter agit de ea prout cōsistit in actibus vitæ contēplatiuæ. Circa quod nota, q̄ vita contemplatiua maioris perfectionis ac meriti est q̄ actiua, nā est circa nobilissimū obiectū quod est Deus, omnibus alijs excellentius ac sublimius & conuenit homini secundū,

1. Tim. 6.
Psalm. 83.
Psalm. 38.
Genes. 18.
Isaiæ. 40.
Ezech. 2. & ibi D. Gregorius.
Actor. 9.
Matth. 17.
Iob. 10.
D. Gregorius.
Lyra.

quod eſt optimū in eo nēpe ſecundū intellectū, qui omnibus alijs anteponitur potentijs cum eius obiectū, & altius & abſtractius ſit & reſpectu propriorū intelligibiliū, hoc eſt Dei omni carēs materia maximūq; omniū entiū; imò ipſum eſſe maximèq; verū imò & ipſa veritas, & quia contēplatiua, eſt tantū diuina, actiua tātum humana. Ariſt. autē docet minimū de rebus diuinis deſiderabilius eſſe, omnium aliorum cognoſcibiliū ſcientia, vnde Aug. de verbis Dñi; In principio erat verbū, Ecce quod Maria audiebat verbū caro factum eſt: ecce cui Martha miniſtrabat. Prēterea contēplatiua eſt ſecundū id quod eſt magis propriū homini nēpe ſecundū intellectū, ſed in operationibus actiuæ vitæ cōmunicant etiā inferiores vires nobis & brutis cōmunes, vnde in Pſal. poſtq̄ dicitur; Homines & iumēta ſaluabis Dñe. Subdit id quod eſt propriū homini. In lumine tuo videbimus lumē. Quare Dñs. Luc. 10. Maria optimā partē elegit. Eſt etiā delectabilior & iucūdior q̄ actiua quia eſt operatio nobiliſsimæ potētiæ, & circa nobiliſsimū obiectū, vnde Aug. de verbis dñi, Martha turbabatur, Maria epulabatur. Eſt maioris meriti, quia directè & immediatè pertinet ad dilectionē Dei actiua vero ad dilectionē proximi: charitas autē quæ eſt principiū merēdi cōſiſtit in dilectione Dei, eſt & diuturnior, quia verſatur circa incorruptibilia & immobilia, & quia nō habet cōtrarietatē, delectationi quippe quæ eſt in conſiderādo, nihil eſt contrariū, vt dicitur. 1. Topic. Agitur ergo in hoc Pſalmo ab hoc verſu & deinceps primò de ſuauitate vitæ cōtēplatiuæ tā ex parte obiecti cōtēplati, ibi, Quā dulcia faucibus meis eloquia tua: quā ex parte modi contēplādi cū dicitur; Quomodo dilexi. Tāgitur etiā ſtabilitas huius ſuauitatis cū dicitur; In æternum dñe, &c. Verū in primo verſu huius octonarij tangitur vis & ſuauitas contēplationis quę animā rapit & extra ſe quodāmodo collocat: nā quāto anima in cōtemplatione magis eleuat̄, tāto magis ab occupatione exteriorum ſenſuum retrahit & intantū ſummi boni contēplatio creſcere poteſt & intēdi, vt omnino actus exterior ab actu ſuo ceſſet & impediat̄, vt in raptu ſanctorū videmus, & ſic anima quodāmodo videt̄ deficere inquantū ceſſat ab actu exteriori omnino abſorpta & rapta in ſummi Dei contēplatione & delectatione, quæ inde conſequit̄, & hoc eſt quod hic dicit, ꝓpheta defeciſſe animā ſuā in ſalutaris Dei contēplatione, & in verbi Dei promiſsis: quæ aſsiduè ſumma auiditate contēplabat. Vnde glo. dicit hūc defectū animæ eſſe q̄n ab ani-

Ariſtotel.

Pſalm. 35.

Lucæ. 10.

D. Auguſtinus.

Ariſt. 1. topic.

Gloſſa.

ab animali appetitu abstracta atq; disiuncta in spiritualiũ amore atq; meditatione se trãsfert. Tũc enim ex anima trãsit in spiritũ, & quia Deus spiritus est, qui in eius se exercet cõtẽplatione, deficiẽs à carnali & animali statu, in spiritum & mentẽ trãsit secundũ illud Paul. ad Cor. Qui adhæret Deo vnus spũs est cũ eo. Quare sancti qui se huic exercitio dedicarũt quasi mori in hac vita incipiũt, nec mortẽ multũ pauent quippequã iam multis modis experti sunt, quid enim est mors nisi animæ à corpore separatio? hanc per tale exercitiũ quotidie efficit seruus Dei cũ earũ pluries à corporis sensibus atq; officijs seiũgit. Scitè quidã regulus Mahumetanus Granatensis cum ad supplicium duceretur cuidam sibi dicenti, vt sciret bene mori respõdit. Et quomodo scire possum, qui nunq; mortuus fui? tu autem serue Dei disce mori moriẽdo viuens, hoc est his assiduis officijs animã à corpore seiungẽdo, vt nõ eius munia, sed mẽtis ac spiritus potius adimpleat. In quo etiam exercitio præ gustat quædã ex his quæ in æterna vita cõtingunt illa quippe in mente perficitur, hoc est in cõtinua Dei contẽplatione per superiorẽ animæ vim quæ mens dicitur: iam hic in hac se exercet vita contẽplatiuus & iustus cum animã nõ animalis, sed mentis officia exercere cogat. Quare Petrus de Palude, in quodã sermone de Assumptione beatissimę virginis Marię docet beatã virginẽ amore interijsse, nempe ex assiduis contemplationibus carnem debilem factam, quia ab eius officijs retrahebat animam in extasimq; sæpissimè rapiebatur imbecillisq; reddebatur caro toties ab anima derelicta, & hoc querela illa Marthæ aduersus Mariam significabat; quærebatur quippe Martha, quod soror eius Maria ob frequentes eius cõtẽplationes solam eam dimittebat: sic caro virginis de sorore eius, nempe anima, quærebatur, eo quod in diuinorum contemplatione rapta eam solam relinquebat, quare debilis impotensq; reddebatur. Vnde vox illa spõsæ. Fulcite me floribus stipate me malis, quia amore langueo. Deniq; tanto impetu, atque vi rapta est mẽs beatissimæ Virginis in summi Dei contẽplatione, ac desiderio & amore sui dilectissimi filij, vt caro iam illum detinere nequiuerit exanimisque relicta fuit & vis amoris rapuit animam, vt eo quod tantopere concupierat frueretur, nec mirum cum de alijs sanctis quam plurimis manifestũ sit eos per vim contemplationis corpus à terra per triginta cubitos eleuasse, atq; rapuisse: sic & anima beatissimæ Mariæ per vehemẽtiorẽ rapta vim à corpore seiuncta est.

1. Cor. 6.

Mors animæ à corpore sepãratio.

Petrus de Palude.

Cant. 2.

In assumptione virgi. Mariæ.

Iacob

Iacob poſt luctam cum angelo vno claudicauit pede, vt legitur
Gene. 32. Gene. 32. Quia anima Dei meditationibus aſſueta cū eo feruidiſsimis orationibus luctādo iam vno claudicat pede, hoc eſt iam non carnis officijs detinetur, nec eius ducitur deſiderijs, nec ei innititur aut fidit, ſed ſpiritu mēteq; æternis flagrat deſiderijs atq; illis fixa cæleſtia perluſtrat: veluti claudus recto & robuſto pede innitit nō
Galat. 5. infirmo, vnde Paul. Spū ambulate & deſideria carnis nō perficiatis. Hæc autē animæ à corpore ſeiūctio per cōtēplationē alio indiget adiutorio, nēpe vt priùs ipſa caro debilitetur ieiunijs, vigilijs, cęteriſq; huiuſmodi mortificationibus: prior eñ nata eſt Lya q̄ Rachel, & priùs Magdalena abluit dominicos pedes q̄ ad cōtēplationis arcē aſcēderet & Lya lippis erat oculis, nimirū qa priùs in operibus actiuæ vitæ fletibus, ſingultibus, ieiunijs incūbere debes, vt ſic afflicta caro imbecilliſq; facta minimū animæ impedimētum præbeat ad maiora munera ſubeunda roboreq; diminuta minus
D. Hieronymus. huic ſeparationi reſiſtere queat, vnde D. Hieronymus in ſermone de aſſumptione dicit, q̄ de beata virgine dicit aſcēdiſſe ſicut virgula fumi, quia gracilis & delicata, quia diuinis extenuata diſciplinis
Heſter 15. & cōcremata intus incēdio pij amoris. Et regina Heſter cū ad regale ſoliū Aſſueri regis præiret ſuper humerū ancillulæ innitebatur quaſi præ nimia teneritudine corpus ſuſtentare nō valēs, & cū ad thronū Regis accederet exanimata corruit, atq; defecit quia regalis anima diuinis initiata myſterijs munijſque altiſsimis dedicata, nec iā carnē ſuſtinere valēs præ nimia amoris teneritudine deficit, atq; diuino quodā timore corā Dei corruit maieſtate. In ęternorū igitur deſiderijs anima iuſti deficere dicit, quia in his cōſecrata ſtu
D. Ambroſius. dijs aſsiduè perſeuerat, vnde D. Ambr. ſuper hūc verſum ſic ait, & nos igitur illud cōcupiſcamus ęternum ſalutare Dei, nō cōcupiſcamus pecuniā quā auari cōcupiſcūt, non cōcupiſcamus alienæ vxoris decorē, nō ambitionis exagitemur deſiderio, nō ſeculari intēdamus gloriæ, nō fallacis circūſcriptionis ſtudijs occupemur, nō proximū circūuenire iniquitate cupiam⁹, nō poſtremo partes vulpiū ſimus in terrenæ voluptatis inferiora demerſi tanq̄ exules ęternorū & de illa ſupernæ ſpei preſumptiōe deiecti. Atollatur igitur anima noſtra deficiens ſuis viribus, vt adhæreat ſalutari Dei, quod eſt Chr̄s dn̄s Ieſus, ipſe eſt ſalus, veritas, virtus, atq; ſapiētia. Qui igitur deficit ſibi, vt virtuti adhæreat amittit quod ſuū eſt, qđ eſt æternū acquirit. Hæc Ambr. (Et in verbum tuū ſuper ſperaui) hoc eſt in

promiſ-

promiſſum tuum, ſcilicet in Chriſtū, quæ ſpes facit, vt per patientiam expectetur, quod à credentibus non videtur.

VERSVS SECVNDVS.

Defecerunt, oculi mei in eloquium tuum: dicentes quando consolaberis me?

POteſt verſus iſte intelligi tam de oculis exterioribus quàm de interioribus, nam ex hoc quòd dicit pluraliter oculi, de exterioribus intelligi inſinuat, quoniam oculus interior vnus eſt. Deficere autem exteriores oculos in eloquia Dei, eſt eos à vanitatibus ad ſacras lectiones auocare ne oculus corporis per terrena diuagatus oculum mentis ſecum rapiat, & ab eloquiorū Dei contemplatione reuocet. Deficit oculus corporis cum hæc infima de dignatur videre, ſic enim de beato Martino legitur, quod nec terram dignabatur videre, ſed cælo totus inhiabat, hoc eſt enim erue re oculum ne nos ſcandalizet iuxta ſaluatoris conſilium, id eſt illū ab officio videndi illicita detinere, nam non licet videre, quod nō licet concupiſcere. Vnde Iob. cum oculis ſuis pepigerat fœdus ne virginem circunſpicerent & mentem cogitatuum inquietudine verterēt. Vnde D. Hieronymus monachos admonet ne ad viſſenda quæ in mundo ſunt exeant ne videantur approbare vt bona quæ quaſi mala fugiendo reliquerūt. Ad religionem cōfugiſti ne videres mundi vana, quia mala & nocua tibi videbantur: ſi iterum ad ea viſſenda reddis, vel ad malum ſciēs reddis, vel iam à te reprobata probas. Sunt hæc verba Hieronymi ad Paulinum de inſtitutione monachi, quid tibi neceſſe eſt ea videre crebrius quorū contemptū monachus eſſe cœpiſti? vnde religioſorum eſt humi oculos depreſſos habere, nec eos ad terrenum aliquid circunſpiciendum leuare, nam qui inclinauerit oculos ſuos ſaluabitur, & Prouerbiorū. 6. Oculos ſublimes odio haberi à Deo perhibentur. Tamen proprius intelligitur de oculis mentis, vnde dicit poſtea in ſingulari; Dicentes quando conſolaberis me? inſinuans, quòd per vocabulū oculorū, oculū interiorē intelligit qui vnicus eſt, nā per talē ſpiritualē oculū lumē illud ſpiritualiſsimū cernitur nō per carnalē quo Deus nullatenꝰ videri poteſt. Vnde D. Aug. ſolil. c. 3. ſic ait, O lux quā videbat Tobias qñ oculis clauſis docebat filiū ſuū viā vitæ, lux quā videbat Iſaac interiùs qñ caligātibus oculis exterius filio futura narrabat, lux quā Iacob videbat qñ ſicut tu intus

B. Martinus. Iob. 31. D. Hieronymus. Iob. 22. Prouer. 6. D. Auguſtinus.

docebas

docebas, filijs exteriùs ventura prædicabat. Vbi docet q̃ ſine corporeis oculis tñ mentis acie illuſtrata veritas illa diuina cernebaṫ,

Prophetæ olim videntes appellabant. Pſalm. 62. Pſalm. 83.

his enim oculis, olim Prophetæ appellabant videntes, vel forte de vtriſq; intelligit ſimul nẽpe qñ carnis oculus & mẽtis vno fungũtur deſiderij officio, vnus oculus fiũt, ideſt qñ & ipſa caro ſpiritui cõſentit illiq; ſe cõformat ſecũdũ illud Pſal. 62. Sitiuit in te anima mea q̃ multipliciter tibi caro mea, & Pſal. 83. Cor meũ & caro mea exultauerũt in Deũ viuũ, nã ſicut per redundantiã gloriã animæ cõmunicabit corpus in ſtatu beatitudinis; ſic in præſenti viris iuſtis accidit qñ deuotionis abundãtia etiã in carnẽ redundat ipſaq́; & voce & geſtu exultans id manifeſtat, Oculis ergo corporis etiã Chriſtũ videre geſtiens dicit, ſe in tali deſiderio defeciſſe, acſi diceret, nõ tantũ anima deſiderio laſſata defecit, ſed etiã oculi mei tanti deſiderij fortitudine defecerũt; ſicuti oculi Simeonis hoc laſſati deſiderio poſtq̃ adepti ſunt, quaſi ipſe iam requiem optaret illis dixit;

Lucæ. 2.

Nunc dimittis ſeruũ tuũ Dñe, ſecundũ verbũ tuũ in pace: quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ. Hæc autẽ oculorũ cõcordia tã interioris q̃ exterioris, multũ Deo grata eſt, vnde Cant. 4. dicit. Vulneraſti cor meũ ſoror mea, in vno oculorũ tuorũ, ideſt, qñ vterq; oculus in vnũ coeũt deſideriũ, tũc em̃ quia vnius fungũnt officio tanq̃

Canu. 4.

Figura prosopopeya in hoc verſu cõmittitur.

vnus vterq; reputaṫ oculus. (Dicentes qñ conſolaberis me?) Hic proſopopeya figura cõmittit, quæ tũc habet locũ qñ actiones tribuunt, his quibus ex natura ſua nõ cõueniũt, vt cũ dicit mõtes & colles exultaſſe, quæ figura frequens in ſacro eloquio apparet, eſt em̃ veluti hyperbolica quædã loquutio ad exprimẽdã magnitudinẽ affectus, acſi diceret; tanta dignus eſt laude Deus, vt & ipſos mõtes vellẽ in eius laudib⁹ exultare: ſic in pręſenti loquutio oculis tribuit cũ tñ ipſi non loquanṫ, vt hyperbolicè explicaret deſiderij magnitudinẽ quã & ipſi oculi ſi poſſent efferent. Huic cõgruit illud Ierem.

Thren. 2.

Nõ taceat pupilla oculi tui &c. Vel dic cũ D. Aug. hoc

D. Auguſt.

referendũ eſſe ad ſpiritũ, qđ corpori nõ cõgruere videṫ, quare hæc vox oculorũ, gemit⁹ & oratio intelligit, q̃ aũt dicit, qñ, morã ſignificat, quæ ideo fit, vt res dilata dulcior ſit: deſideria quippe dilata creſcũt dulciuſq; ſumitur, qđ diutius & auidius cõcupiſcit. (Dicentes qñ conſolaberis me?) huic quæſtioni rñdit Dñs Iſai. vlt. dicens;

Iſaiæ. vlt.

Quomõ ſi cui mater blãdiatur, ita ego cõſolabor vos & in Ieruſalẽ cõſolabimini: videbitis & gaudebit cor veſtrũ. Vbi ſecũdũ ſctos de viſione faciali quæ erit in patria loquit vbi erit perfecta & integra con-

gra cõſolatio. Nõ deſunt tñ qui hoc carmẽ intelligãt de ſtudio & lectione verbi Dei in qua deficere debẽt oculi præ nimia diligẽtia & labore. Vnde Pau. ad Tim. Dũ venio attẽde lectiõi. In ſcripturę quippe ſacræ lectiõe ſumma ineſt cõſolatio & iucũditas, nã vt Macha. 12. fatentꝫ ipſi Iudæi pro maximo ſolatio habebãt ſanctos libros & Pau. Rom. 15. Vt per patientiã & cõſolationẽ ſcripturarũ ſpẽ habeam⁹ hæc aũt occupatio otioſa ignorãtibus apparet. Putabat Martha, ꝙ ſoror eius Maria quæ verbi Dei auditui & cõtẽplationi vacabat otioſam vitã ageret, ꝙa nõ eiſdẽ curis diſtẽdebat quibus ipſa, & ideo aduerſus ipſam querebat corã Dño Ieſu: ꝙ tñ aſſe ruit meliorẽ imò optimam elegiſſe vitã. Sic rex Ægypti otioſitati tribuebat filiorũ Iſrael petitio, nã quia volebãt Deo ſacrificare, eis dicebat; Vacatis otio, & ideo dicitis eamus & ſacrificem⁹ deo nr̃o, cũ tñ hoc opus hic labor ſit, verbũ quippe Dei nõ otioſum eſt, ſed oĩa operatũ eſt & operat, quare qui verbo Dei vacat, nõ otioſam, ſed laboris plenã vitã aſſumpſit: licet otiũ ſit ab exterioribus curis quibus carnales deſtituti quãlibet aliam vitã otioſam dicũt, de eo quippe dicit Eccl. 1. Qui addit ſcientiã addit & laborẽ, vel dolorẽ.

Mach. 12. Rom. 15. Exod. 5. Eccleſ. 1.

Vel tertiò põt exponi verſus iſte (vt cuidã nõ contẽnendo autori placet) in perſona Eccleſiæ quæ de miniſtrorũ defectu cõqueritur, dicẽs; Defecerũt oculi mei in eloquiũ tuũ, hoc eſt, clerici qui lux & oculi mũdi ſunt cũ pauci iã verbi Dei prædicationi ſtudeãt de quibus Iſai. 56. dicitur; Oẽs ſpeculatores eius cæci, canes muti nõ valẽtes latrare, & ſubinfert cauſam dicẽs; Videtes vana, dormiẽtes & amãtes ſomnia, nã vident vana cũ ſtudent in ſecularibus ſciẽtijs, dormiũt cũ delitijs torpent, amant ſomnia cũ diuitias terrenas diligũt; nõ ſolũ autẽ deficiũt in verbis, quia nõ prędicãt, ſed potius in operatione qui eſt alius non minor defectus cõtra quos. Eccleſ. 43. Multa dicimus & deficimus in verbis, nimirũ qñ id quod dicimus nõ facimus; ſicut magi Pharaonis defecerunt in tertio ſigno, nã cũ tria ſigna lucere debeãt in prælato, ſcientia, eloquẽtia & vita: magi Pharaonis, hoc eſt ſapiẽtes ſeculi, cũ in duobus imminere ſe oſtẽtauerint, tertiũ maximè cõtẽnũt, nec vita doctrinæ cõſonat. (Dicẽtes qñ cõſolaberis me?) quid mirũ ſi in Dei eloquia deficiãt cũ terrenã appetant cõſolationẽ, dicentes qñ cõſolaberis me? dando mihi præbendã, vel pingue beneficiũ, vel honorificũ ac diuitẽ epiſcopatũ, cũ tñ Luc. 6. dicat; Væ vobis diuitibus qui habetis hic cõſolationẽ veſtrã, ipſi aũt rñdẽtillud Geñ. 27. In me ſit iſta maledictio.

Eccleſ. 43. Iſaiæ. 56.

VER-

VERSVS TERTIVS.

Quia factus ſum ſicut vter in pruina: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

DIxerat ſupra; Quando conſolaberis me? Et ſubdit, cõſolari debes, quia valde afflictus vexatuſque impiorum machinationibus ſum, nam factus ſum ſicut vter in pruina, hoc eſt, inter homines abiectus ſum ac velut inutilis condemnor ſicut vter vetus, qui in gelu & pruina & fumo dimittitur & quotidie inutilior efficitur: ſic cõtra me ſuccreſcunt mala & tamen inter ea
Lyranus. iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Lyranus qui de viris contemplatiuis (vt diximus) hunc octonarium intelligit, ſi carmen iſtud explicat. Petierat præcedẽti verſu veram & integram conſolationem quæ in perfecta beatitudine adipiſcitur, & quia ex tam excelſa eleuatione ad diuina redditur homo quaſi inſenſibilis ad exteriora agibilia; ſubditur, Quia factus ſum ſicut vter in pruina. Vter in pruina derelictus videtur nec amplius humanis vſibus applicabilis nec aptus erit, quare homines excelſę cõtẽplationi dediti tanquàm ſtolidi & minus apti ad res humanas gerendas habẽtur vn
4. Reg. 9. de 4. Reg. 9. Principes exercitus qui erant cum Iheu videntes Prophetam qui eum ſecreto vocauerat, vt vngeret in Regem ſuper Iſ-
Iob. 12. rael dixerũt ad Iheu. Quid venit inſanus iſte ad te? & Iob. 12. dicitur. Deridetur iuſti ſimplicitas lampas cõtempta apud cogitationes diuitum, nam quia ſimpliciter gradiũtur iuſti nec duplici animo ad terrena inhiant, ſed ſimpliciſsimam illam ſubſtantiã nempe Deum auidiſsimè quærunt vnamq́; appetunt & exquirunt, à carnalibus irridẽtur & ab his qui diuitias & temporalia quærunt. Lampas cõtempta apud cogitationes diuitum, quoniam vbi lucet
Matth. 25. non percipiũt, reſplendet enim contemplationis fulgur in anima. Quare fatuæ virgines lampades prudẽtum contemnebant priùs, quia non videbant oleũ quod intus in vaſis gerebãt, ſed poſtquã venit ſponſus ab eis flagitabãt quod ſibi deerat, ſic impij in extremis hunc lampadis ſplẽdorem videbunt, & ideo ſubditur, parata
Exodi. 34. ad tempus ſtatutũ. Quare Moyſes velabat faciem ſuam quæ præ nimio ſplendore cornuta apparebat, quia tales fulgores inuiſibiles ſunt mũdanis, imò tales viri tali cõtẽplationis celſitudine prędi ti fatui apud illos reputant, vt Chriſtus Dñs corã Hero de qui cũ poſſet miraculis & verbis ſe defendere, tacuit & tanq́ fatuus illuſus eſt

ab eo

ab eo & ab exercitu suo, cū tamē secūdū rei veritatē illi soli sapiētes sint, qui primā veritatē norūt, cui cōtēplatiui vacāt, nā si scire est rē per causam cognoscere qui primā causam inquirit, si adipiscitur, omniū rerū pleniſsimā cōsequetur sciētiam. Quare in beatitudine, vbi Deus clarè cernitur omnes sapiētiſsimi, nullusq; stultus aut ignorās erit. Vnde Sap. 5. impij sic de iustis in die iudicij, quādo eorū apparet decor dicunt; Hi sunt quos habuim⁹ in deriſum, & in simi litudinē improperij, nos insensati vitā illorū æstimabamus insaniā, & gaudiū eorū sine honore, ecce quomodo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorū est. Sapien. 5.

¶ Obserua quod vter triplici de causa exponitur aeri, vel propter nouitatē ad restringendū, vel propter vetustatē ad cōculcādū, vel propter duritiē ad mollificandū, & sic versus iste quadrupliciter exponitur secūdū glossam, primo vt per vtrē carnis illecebra intelligat, per pruinā gratia Dei, & tunc sensus erit idē, cōsolationē tuā posco Deus, quia caro mea mortificata est per gratiā tuam in me, qua propter iustificationes tuas nō sum oblitus. Sed notādū quod gratia Dei vocatur pruina propter originē, propter candorē, propter refrigerationē, gratia enim Dei de cœlo est sicut pruina, Iaco. 1. Omne datū optimū, & omne donū perfectū desursum est, cādidā etiā reddit animā Eccl. 9. Omni tē pore sint vestimēta tua candida, hoc est, gratia Dei semper amicta sit anima, vt candida appareat. Quod autē refrigerationē in anima faciat patet Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrauit tibi, hoc est, id in te gratia Spiritus sancti efficiet: vt inordinatus calor cōcupiscētiæ in purissimo tuo cōceptu refrigescat, vt nec scintilla quidē eius appareat. Rectè ergo gratia cōparat pruinæ quę carnis incētiua mortificat, in cuius figura Exo. 15. apparuit manna in similitudinē pruinę super terrā, vnde petere cū Gedeone debemus, vt tali rore vellus animę nostrę perfundatur, vt sic sicca appareat nostri corporis terra omni pestiferi fomitis humore exicato. Quare in trāsfiguratione Christi vestes eius apparuerūt albæ instar niuis, per vestes iusti intelligūtur secūdū illud Isaię. Viuit Dūs quia his omnibus tāquā vestimēto vestieris, qui Christo capiti cōiuncti per fidē & charitatē ab eo incremēta gratiarū accipiūt, quibus anima veluti nix dealbatur. De secūdo hoc est de vetustate vtris vt cōculcetur, diximus à principio huius carminis, quem estimo inter reliquos esse literalē sensum. De tertio notādū quod vter qui fit de corio mortui animalis ad pruinā positus restringitur, qua

Lucæ. 1. Exod. 15. Isai. 49.

re per hoc ſignificātur illi qui corpus, quod eſt mortale, caſtigāt, & à noxijs retrahūt atq; cōſtringūt de ſiderijs exponēdo illud pruinę, hoc eſt, tribulationibus, flagellis, ieiunijs, & quibuſlibet laboriosis operib⁹, & hoc operepretiū eſt faciat ille qui à Deo cōſolationē
Bernard. expectat, nā vt ait D. Bern. delicata eſt diuina cōſolatio, nec cōcedi
Pſal. 76. tur admittētibus alienā, & Pſal. 76. Renuit conſolari anima mea, ni mirū in his tēporalibus, & ſubdit, Memor fui Dei & delectat⁹ ſum, quare celeberrimū ſemper fuit inter omnes viros ſanctos carnē ine dia affligere, & à quibuſcūq; delicijs corporis abſtinere, vt Dei frui mererētur ſolacijs, nec in ſanctorū catalogo aſcriptū quēpiā inuene ris, de quo talia nō ſcripta legeris, nā vel per tyrānos tormētis caro eorū afflicta eſt, vel per volūtariā inediā vexata: quod ſanctorū Pa trū inſtituta teſtātur de veteribus loquor, qui antiquas religiones ſtatuerūt, ieiunijs, vigilijs, flagellis, cęteriſq; carnis macerationibus ſuos inſtructos filios dare voluerūt qđ & à primo omnis verę religionis fundatore acceperūt Chr̄m dico dn̄m, qui. 40. dierū ieiunio prima Eccleſiæ fundamenta iacere voluit, quē priſci patres ſequuti ſimilia in ſuis religionibus ſanxerūt. Quare hæc ego pio ac Chri ſtiano animo amplector, quippe quæ Chriſti Dñi ac Apoſtolorū ei⁹ mores, ac ſtatuta redolēt, ſi qui alia via pergūt ſibi, viderint ego
Auguſt. hoc in antiquis reperio patribus, quorū ſequi veſtigia ſaluberrimū ſemper exiſtimē. Lege D. Aug. tom. 1. lib. 1. de moribus Eccleſiæ c. 31. vbi miris modis exaltat ſeueriſsimā illā nimiſq; auſterā vitam ſanctorū Patrū, tā Zenobitarū quā Eremitarum, imo & in ciuitate Mileuitana agnouit aliquos Chriſtianos, qui ter in ſeptimana qua libet ieiunabāt, quoniā his initijs, & Eccleſia fundata eſt & coaluit,
1. Cor. 9. ſicq; prædicatores verbi Dei, cū Paul. fecerūt caſtigātes corpus, ne
Hierony. reprobi prædicatores dicerētur, vnde D. Hiero. ad Nepotianū ait, Delicatus magiſter eſt qui pleno vētre de ieiunijs diſputat, quare aliqui interpretātur ſic hūc verſum; Fact⁹ ſum ſicut vter in pruina, qm̄ vter poſtquā exinanitus eſt à vino quod cōtinebat, ad pruinā, vel fumū ponitur tāquā res quæ iā pro nihilo habet. Multi quippe legūt; Factus ſum, ſicut vter in fumo, quod in idē recidit. Hoc autē id eſt, quòd iuſti etiā poſtquā voluptates omnes carnis exuti ſunt, quæ per vinū ſignificātur, nihilq; iā carnis in carne ſentiūt, nihilominus vtrē ipſum vacuū his voluptatibus, hoc eſt corpus fumo & pruinæ exponūt inedijs, ieiunijs, carnis macerationibus trādūt, tan quā pro nihilo illud ęſtimātes, ſicut in muliere illa peccatrice vidimus,

mus quę postquã semel & iterũ imo & tertio audisset à Christo dimissa sibi peccata, & quod in pace pergebat, adhuc ad pedes dominicos persistabat lachrymas fundens, & singultus & preces, imo & postea in rupibus cõmorata lõgissimã & grauẽ pœnitẽtiã per totã vitã duxit, nã vt ait D. Greg. hom. de Magdalena quæ est. 33. Cõsiderauit quod fecit & noluit moderare quid faceret, & de qubdã socio D. Fracisci legitur, quod cũ austerissimã vitã egisset, & ab omni humano cõuictu sequestratã, cum iã esset senex sopitasq; carnis haberet illecebras dictũ est ei à fidelibus, vt iã aliquid pristini rigoris remitteret seq; cõmunicãdũ mũdo & mulieribus præberet, vt à se discerẽt disciplinã, respõdit se illa via ad illũ perfectionis apicẽ ascẽdisse, eadẽ cõseruare velle, nec minus laboris in conseruatione, quã in acquisitione virtutis insumẽdũ est. ¶ Vel aliter secundũ Ambr. vt per vtrẽ qui sit de corio mortui animalis, significẽtur iustus qui mortale corpus castigat, vt moriatur peccato, vnde per pruinã mala seculi, vel peccata intelliguntur, quæ iã iustus minime sentit: est quippe mortuus peccato & mundo, quare nihil ad illum pertinẽs sentit, vnde tũc erit sensus. Ideo cõsolare, quia factus sum sicut vter in pruina, idest, quia mortẽ Dñi in corpore meo circunfero tãquã mortuus mala seculi, vel peccati gelu nõ sentio, sed tamẽ viuens in Christo iustificationes tuas nõ sum oblitus. ¶ Aliter per vtrẽ intelligitur iustus continẽs Dei mandata, & præcepta: per pruinã iniqui in iniquitate & malitia algentes. Postulat ergo cõsolari, quia inter iniquos iustificationes Dei nõ est oblitus, quibus dicitur Philip. 2. Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehẽsione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbũ vitæ continẽtes. Propter hos etiã de Ecclesia dicitur quod est sicut lilium inter spinas. ¶ Vltimo ex D. Hierony. sic quia Dñs in Euangelio Marc. 2. dicit, Nemo ponit vinum nouũ in vtres veteres, significãs per hoc pectus humanum diuturnis repletum vitijs non posse continere mandata Dei, quod si incalescimus naturali ardore, vt peccemus; si mandata Dei accipimus, repentinus extinguitur hic calor, & erimus quasi vter in pruina, refrigerato in nobis ardore peccati, quoniam per obseruantiam legis nouæ, vetus homo ex morticino Adam proueniens, qui ex pellibus mortui animalis indutus est: post peccatum destruitur, & renouatur homo in spiritu mentis suæ, atque per nouæ gratiæ pruinam inordinatus extinguitur ardor peccati.

Gregor.

Socius B. Francisci.

Philip. 2.

Hierony. Marc. 2.

VERSVS QVARTVS.

Quot ſunt dies ſerui tui? quando facies de perſequentibus me iudicium?

SCit quidē iuſtus nunquā defectura mala vſque in finē vitæ,& ideo quærit hîc,quādo vita præſens finietur?vt cum illa & ipſa mala intereāt,vel quādo dies iudicij adueniat,vt citius Eccleſię dāna finiātur,& licet hoc videatur nonnihil temeritatis habere cū Dñs diſcipulis id interrogātibus reſpōderit,non eſt veſtrū noſſe tē
Act. 1. pora,vel momēta,quæ pater poſuit in ſua poteſtate,tamē Aug.re-
Auguſt. ſpondet,hęc verba quaſi vaticiniū illorū fuiſſe vt dicamus id in his verbis prophetaſſe Dauid,quod tūc diſcipuli interrogaturi erāt.Licet etiā poſſet dici,quod hæc verba potius deſideriū exprimant iuſtorū,quo finē horū expetunt malorū,eo modo loquēdi quo quis qui nimiū appetit alicuius mali finē, ſępe interrogat omnes quādo illa mala finē habere debeāt.Sed aduertēdū q̄ hic verſus poteſt accipi,quaſi vnā tantū cōtinens interrogationē in hūc ſenſum, quot dies ſunt quibus expectare debebit ſeruus tuus antequā facias iudiciū?vel ſic,quantū tēpus expectare debet ſeruus tuus, priuſquā facias ei iudiciū cōtra perſequētes?atq; ita dies ſerui dicūtur,dies quibus expectare debet antequam liberetur. Sed ſecūdo poteſt totus verſus etiā diuidi in duas partes in hunc modū,quot ſunt dies ſerui tui, quibus in iſta permanebit afflictione, deſolatione, & expectatione?& deinde, quādo facies de perſequentibus me iudiciū?quod etiā poteſt intelligi de præſenti vita in qua quęrūt iuſti à malignorū incurſu liberari per gratiā Dei illos deuincēdo ſecūdū illud Ro-
Rom. 16. ma. 16. Dñs conterat Satanā ſub pedibus veſtris velociter,hoc eſt,
Pſal. 90. antequā præſens finiatur vita, tūc enim adimpletur illud Pſal.90. Super aſpidē & baſiliſcū ambulabis:& conculcabis leonē & draconē. Nā iuſti per gratiā Dei cōterūt Satanā ſub pedib⁹ ſuis, vnde B.
Ambro. Ambr.ſic ait.Quāuis breues dies vitę ſint,triūphus tamē de aduerſario adipiſcat. Subiectus eſt igitur aduerſari⁹ ſecūdū Dñi ſentētiā etenim Dñs Ieſus veniēs in hunc mundum per virginis partū ſubiecit animæ noſtræ omnes contrarias poteſtates vt fide tua, verbo tuo, cogitatione tua, cōuerſatione tua,& operibus tuis cōteratur,ſi ergo nō cōteris aduerſariū tua culpa eſt,qui data nō vteris poteſtate.In nobis eſt ergo vt aut ſubijciat aduerſarius aut reſultet,ſi enim actus nr̄ Deo diſpliceat,incipit aduerſarius ſuperbire, ſi autē bonis inhærea-

inhæreamus operibus vt exerceamus ſtudia caſtitatis,iuſtitiæ,cõtinentiæ,calcamus ſerpentem,calcamus enim illum pedibus caſtitatis ne poſsit exurgere,calcamus veſtigijs continentiæ,verecũdię, iuſtitiæq; greſsibus,vt ſic merito homini dicatur illud Pſal.90.Super aſpidẽ & baſiliſcũ ambulabis & conculcabis leonẽ & draconẽ. Pſal.5.

Obſerua q̃ non dicit quot ſunt anni ſerui tui,ſed quot ſunt dies, quoniã breuitas pręſentis vitę,non annorũ numero ſed dierũ computatur,non enim annua ſed diurna eſt,refert Tullius in Tuſculanis quæſtionibus ex Ariſt.q̃ apud fluuiũ Hypponũ qui ex Europa in Pontum fluit,quædã animacula reperiuntur, quæ vnum diẽ tantum artificialẽ pro termino vitæ habent,cum ortu quippe ſolis oriuntur, & cum occaſu occidunt,& ideo vocantur ephimeri,vnde febris ephimera,quæ per diẽ tantum vnũ durat,ſic ergo meditatur Tullius animacula hæc,horã meridiana iã ſunt ſenectute confecta,hora veſpertina decrepita, in occaſu ſolis iã nõ ſunt,quid ergo refert,vel mane,vel meridie,vel veſpere decidere cũ tam paucarum horarũ ſpatiũ in tam breui tẽpore interſit? Vita præſens dies vnus eſt;Factũ eſt veſpere,& mane dies vnus,hoc eſt ortus & occaſus hominis diẽ vnũ efficit,& Pſal.89.Mille anni ante oculos tuos tãquã dies hæſterna quæ præterijt.Et Paul.Heb.3.Donec hodie nominatur inter vos,hoc eſt donec viuitis,nã vita veſtra per hodie deſignatur,mane & veſpere eſt vita tua,oritur ſol & occidit & finitur dies, oritur homo & moritur & finitur vita, quid ergo refert decẽ dierũ horarum, vel annorũ ſpatium, quibus alijs in vita ſuperſtes fueris, cũ tota vita vna claudatur die?imo ſi attẽtius cõſideres,non vno viges die,ſed vno tãtũ indiuiſibili inſtãti hac vita frueris,nã quod viuitur inſtãs tãtũ eſt,quod enim præterijt è vita iã nõ eſt,quod futurũ erit nõdũ aduenit,præſens tantũ inſtãs eſt,ſi enim tẽpus intercidit ſuccedentes partes habet ſecundũ prius & poſterius,priores iã pręterierũt,poſteriores nõdũ aduenerũt,pręſens quod ſtat, inſtãs dũtaxat eſt. Quare vita præſens cõparatur ſcintillę quę per aerem tenebroſum aſcẽdit,vndiq; tenebræ ſunt,tã ex vna,quã ex alia parte illa tenuiſsima linea tantũ lucet,præterita & futura pręſentis vitę tenebræ ſunt,quia nõ ſunt,ſolũ tenuiſsima linea indiuiſibilis inſtãtis viget,quid ergo inſanię eſt propter vnũ indiuiſibile inſtãs quod inperceptibiliter trãſit æternũ illud æternitatis inſtans in vno manens tenore quod omnia in ſe includit tẽpora,ſecula & ęua amittere? quare vita pręſens momẽtũ appellatur ſecũdũ illud Paul.Quo- Cicero. Pſal.89. Hebr.3. Simile.

niam momentaneum hoc & leue tribulationis noſtræ. Et veteres præſentē vitā appellabant momentum à quo æternitas, momento
Pſal. 89. enim huius tēporis æternitas permanſura ſuccedit, quare Pſal. 89. ait Dauid, Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquā dies hęſterna quę præterijt & cuſtodia in nocte. Et hic fiat punctus. Vita præſens quæ tranſit diei heſternæ cōparatur, & cuſtodię in nocte, hoc eſt vigilijs quæ in nocte fiunt præcipuè à militibus, & alię alijs ſuccedūt, ſic in præſenti ſtatu qui eſt militia ſuper terrā, vt ait Iob
Iob. 7. 7. alij alijs ſuccedūt, vigilat iſte vſq; ad dimidium noctis, & abijt vt dormiat, ſuccedit alius vſq; ad tertiā vigiliam, vadit vt quieſcat, cui ſuccedit alius, viuunt iſti vſq; ad dimidiam ætatē, & in morte dormiunt, quibus alij ſuccedunt vſq; ad ſenecta, & quieſcunt cum moriuntur, & ſic de alijs. Nec vero cuilibet vigiliæ comparatur, ſed nocturnæ, quoniā omnia hic tenebris, & obſcuritate ſunt plena, nocturnā enim vigiliā cuſtodimus, quicunq; in hac vita, & in ſeculo iſto tenebroſo ſubſiſtimus, & ideo quæ pro nihilo habentur eorū anni erūt, vt ſubdit Propheta, nā duratio mortaliū pro nihilo cōputatur propter ſucceſsionē perpetuā, defectum continuū, & celerrimū tranſitum. Mane ſicut herua tranſeat, mane floreat & tranſeat,
Pſal. 89. veſpere decidat, induret & areſcat, quod Chaldaica paraphraſis ſic trāſtulit, ſimiles ſunt operationes eorū heruæ quæ de mane floret, & augetur, veſperi autē decidit, & ſicatur propter ęſtū. Et notanda hic tria quæ de hominis defectione dicūtur, primo quippe dicitur decidat, ſecūdo induret, tertio areſcat, quę tria ordinatè in hominis caſu ac defectu accidunt, primo collabitur virtus, inuenileq; robur deficere incipit, & vigor minuitur calore naturali defficiēte, ſentitque homo viribus corporis ſedeſtitui & mēbrorū ſolito vſu priuari, ſtatim ſequit corporis induratio dū corporis partes ex actione caloris naturalis deperditæ in integrū reparari nequeūt, ſicq; cōuiſcātur corpora, & indurātur ſucco exhauſto, ſicut lutū induratur ad ſolē ſi non perfundatur humor cōtinuus, poſtremo cū iā ad vltimū defectionis ſtatū res deuenerit penitus areſcit, omnino exicat ac in puluerē per mortē redigitur. Aſsidua ergo huius breuitatis vitæ meditatio plurimū prodeſſe ſolet, vt nō tanti res propediē peri-
Eccle. 7. tura æſtimetur, ſecundū illud Eccl. 7. Memorare nouiſsima tua, &
Figura, in æternū nō peccabis, è contra autē interitus & finis obliuio, occa-
Ezech. 8. ſio prauitatis eſſe ſolet, vnde Ezech. 8. poſt innumeras abominationes viſas, quas ei oſtēdit Deus in interioribus tēpli, vidit. 25. ſenio-

res

res dorſa habentes cõtra Occidentẽ,& facies ad Orientẽ,& adorabant ad ortũ ſolis. Hi ſunt qui de illuſtri ortu gloriantur,& q̃ nobiliſsimis natalibus ſint orti,obliuioni tradẽtes exitũ & occaſum ſuũ qui cõmunis eſt hominibus & iumentis, vt dicitur Eccleſ. Reſpice pedes,hoc eſt,finẽ & exitũ tuũ quando in puluerẽ reuerſurus es,& ſuperbiæ tuæ rota defficiet,vnde antiqui de homine dicebant,homo bulla. Bullæ ſunt illæ inflationes quæ tẽpore pluuiarũ euanescentur ex vẽto,tanquã cãpanullæ quædã,quæ ſtatim vt intumeſcunt defficiunt,ſic homo cũ ſuperbia & diuitiarum iactãtia inflatus tumet,ſtatim per mortẽ euaneſcit,ſecundũ illud Pſal. Vidi impiũ ſuperexaltatũ,& eleuatũ ſicut Cedros Lybani, & trãſiui, & ecce non erat,hac igitur cõſideratione proficies,vt ait D. Grego. lib. 12. moral. c. 1. Mos iuſtorũ eſt tanto ſolicitius præſentẽ vitã,quã ſit fugitiua cogitare,quãto ſtudioſius nouerint cœleſtis patriæ bona æterna perpẽdere: ex his enim quę manentia intus aſpiciunt,foris fugã rerũ labentiũ ſubtilius attendunt. Lyranus de contẽplatiuis explicans totum hunc octonariũ dicit,quòd quia ſecundũ Philoſophũ in. 1. metheo. excellenter contẽplatiuis vita præſens vertitur in tędium ideo ſubiũgit,quot ſunt dies ſerui tui? quaſi cũ Paulo deſideriũ habens diſſolui,& eſſe cũ Chriſto Philip. 1. Vnde vox illa ſanctorũ,heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt,quãdo facies de perſequẽtib⁹ me iudiciũ? Cõcupiſcũt vehemẽter iuſti extremũ iudicij diẽ, quia tunc vita cõtẽplatiua,nũc inchoata conſummabitur,quare Aug. ſuper Ioan. exponẽs illud, Sic eũ volo manere donec veniã,ait,id eſt dicere inchoata contẽplatio maneat,donec veniã perficiẽdo: cũ venero ad iudiciũ ſcilicet,ſed de hac ſecũda parte huius carminis,plura in primo verſu hui⁹ octonarij prędicti ſumus. Pſal. 36. Gregor. Lyranus. Ariſtot. Philip. 1. Auguſt.

VERSVS QVINTVS.

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua.

CErte quod me perſequũtur dico,quoniam ideo vt me perſequerẽtur,narrauerunt mihi fabulationes & mendacia. Hoc multipliciter intelligi poteſt primum quòd impij non ea quæ ædificationis ſunt,ſed quæ vanitatem, vel perniciem ingerũt loquũtur,vnde Eccl. 20. de impio dicitur; Homo acharis quaſi fabula vana, & in ore indiſciplinatorum aſsidua erit, homo acharis, hoc eſt,ſine gratia,qui non ea quæ ſunt gratiæ aut officij verſat in ore, ſed fabuloſis vel turpibus delectatur ſermonibus quod in Eccl. 20.

Coloſſ.4. diſciplinatis hominibus in more eſt, contra quos Paul. Coloſſ. 4.
Epheſ.5. Sermo veſter ſemper ſit in gratiã, & Epheſ. 5. aliter docet Chriſtia
nos dicẽs. Fornicatio autẽ & omnis immũditia aut auaritia, nec no
minetur in vobis ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultilo-
quium, aut ſcurrilitas quæ ad rẽ non pertinent, ſed magis gratiarũ
1.Pet.4. actio. Et alibi. 1. Pet. 4. Si quis loquitur quaſi ſermones Dei, vt ipſe
1.Cor.15. docet. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua, è cõ
tra autem his qui de ſe loquũtur ſe inſinuat Deus, vt in illis diſcipu
Luc.24. lis euntibus in Emaus, vt patet Luc. vlt. & ibidem adnotauit Greg.
Matth.18. & Dominus Matth. 18. Vbicunq; duo vel tres congregati ſunt in
nomine meo, ibi ſum in medio eorũ, aliàs memores eſſe debemus
Matth.12. illius Saluatoris ſententiæ, Matth. 12. De omni verbo otioſo q̃ lo
quuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij, quòd ſi in
ore cuiuſlibet viri orthodoxi deteſtandus eſt otioſus aut ludricus
Bernar. ſermo, multo magis in ore religioſi, nam vt ait D. Bernar. Nugæ in
ore ſecularis nugæ ſunt, in ore religioſi blaſphemię intelligitur ſe-
cundo de Iudęis qui fabulas & mendacia in Scriptura innectere
maligniſsima præſumptione auſi ſunt, vt patet de Thalmudiſtis
quorum vel referre mẽdaciũ indecorũ ac turpe iudico, cõtra quos
1.Tim.1. Paul. 1. Tim. 1. Rogaui te vt remaneres Epheſi cũ irem in Macedo
niam, vt denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent, nec intende-
Ad Tit.1. rent fabulis & genealogijs interminatis, & ad Tit. 1. clarius ſic ait,
Sunt multi inobedientes, vaniloqui & ſeductores maximè qui de
circũciſione ſunt. Sed tertio de hæreticis loquitur, quorũ dogma-
Iob.13. fabulæ ac mendacia ſunt, ſecundũ illud Iob. 13. Prius vos oſtẽdẽs
Gregor. fabricatores mẽdacij, & cultores peruerſorũ dogmatũ, vbi Grego.
ait, q̃ his verbis apertè oſtenditur, quòd amici eius quaſi ex hære
ticorum ſpecie ſancti viri iudicijs aduerſantur, liquet enim quia ca-
tholicorum figuram non teneant qui cultores peruerſorũ dogma
tum vocantur, ſed hos vocat fabricatores mendacij, quia ſicut ædi-
ficium lapidibus, ita mendacium ſermonibus fabricatur, vbi enim
non doloſa loquutio, ſed ſenſus veritatis eſt quaſi munita moles
non fabricata, ſed ex natura conſurgit. Certum quippe eſt hæreti
cos mendacijs inniti, hæc enim differentia eſt inter catholicos
& hæreticos quòd nos catholici in rebus fidei credendis, atque
prædicandis Eccleſiæ catholicæ ſenſum ſequimur, ſacrorum con-
ciliorum, priſcorum patrum ſententias tenendo, ſacræ paginæ te-
ſtimonia ex Eccleſiæ, ac ſanctorũ autoritate recipimus ac intelligi
mus,

mus,quare his magiſtris inuiolabiliter adhærentes errare nō poſ-
ſumus niſi ab eis deuiemus.Eccleſia quippe vt ait Paul. ad Timot. 1. Tim. 3.
columna eſt & firmamentum veritatis. Hæretici vero proprium
ſequuntur ſenſum ac ex proprio capite errores depromunt & ſa-
cro Eccleſię ac ſanctorum magiſterio ſe ſubdere renuunt: quare &
ipſi in caput ſuum falluntur & alios decipiunt errantes & in erro-
rem mittentes. Vnde D.Greg. 18.mor.cap. 14.ſic ait. Qui ad veræ Gregor.
prædicationis verba ſe præparat neceſſe eſt vt cauſarum origines
à ſacris paginibus ſumant vt omne quod loquitur ad diuinæ au-
thoritatis fundamentum reuocet atque in eo ędificium ſuæ locu-
tionis firmet. Sæpe enim hęretici dum ſua ſtudēt peruerſa aſtrue-
re: ea proferunt quæ profecto in ſacrorum librorum paginis non
tenentur, vnde. 1. Timo. 6. & diſcipulum prædicator egregius ad- 1. Timo. 6.
monet dicens, O Timotheæ depoſitū cuſtodi deuita prophanas
vocum nouitates quia dum laudari hæretici tanquàm de excellen
ti ingenio cupiunt, quaſi noua quædam proferūt quæ in antiquo-
rum patrum libris veteribus non tenentur, ſicq; fit vt dum videri
ſapientes deſiderant miſeris ſuis auditoribus ſtultitiæ ſuæ ſemina
aſpergant D. Aug. loco fabulationum legit, delectationes, quod in Auguſt.
idem recidit. Nam fabulationes ſtultorum aures delectant imò &
qui fabulas ſcribunt eleganti nectunt ſtilo, vt in illo mendacium
quaſi venenum melle circundatum hauriatur quod in poetis pa-
tet, qui cum fabuloſa mendacia ſcribant elegāti metro cōponunt
cuius ſuauitate legātur fabulæ. Vnde & ebrius ille ac perfidus Ma
humethus dulciſsimo carmine aiunt ſuum Alcoranum ſcripſiſſe
quo allecti iuuenes fabuloſiſsimos eius ac ridiculos propināt erro-
res, imò & hęretici omnes loquaciſsimi ſunt ac rethorum periodis,
figuris ac coloribus ſua dogmata ſcribunt, vt auidiùs hauriantur
vnde Canti. 4. dicitur ad Eccleſiam. Mel & lac ſub lingua tua, non Cant. 4.
dicit in lingua ſed ſub lingua quoniam lingua Eccleſiæ ſimpliciſsi
mo fatur ſermone fucoſque ac rethorum falleras deteſtatur, nec
illa dulcedine qua ſeculares oratores docet: ſed hæretici ſub lin-
gua Eccleſiæ mel & lac habent hoc eſt tanquàm ſubdoli operarij
ſubdolè loquuntur quaſi ſub lingua Eccleſiæ per dulcia verba er-
rores docent, hoc eſt ſub hoc colore quaſi in lingua Eccleſiæ lo-
quūtur ideſt in doctrina eius venena propinant de quibus Paul.
Roman. 4. Per dulces ſermones & benedictiones ſeducunt corda Rom. 4.
innocētum. Ratio huius eſt quoniam Euangelicum verbū quod

ipſa veritas eſt,in ſe habet vim ad intima penetrãda: mẽdacia verò quæ docent hæretici indigẽt his artibus quibus occultẽtur vnde
1.Cor.1. Paul.1.Cor.1.Nõ miſsit me Dñs baptizare ſed Euangelizare nõ in ſapientia verbi vt nõ euacuetur crux Chriſti.Pſeudo Apoſtoli illi contra quos Paul. hãc ſcripſit Epiſtolã his artibus corda innocentũ ſeducebãt,gloriabãtur enim in ſapiẽtia verbi hoc eſt in arte eruditè ac cõpoſitè dicendi,hoc autẽ alienum putat Paul.ab Euãgelica virtute quaſi crux Chriſti,quę plena eſt ſapiẽtiæ ac virtutis, ſapientia & eloquẽtia humana indigeret vt ſuã oſtẽderet & ſuaderet virtutẽ; Viuus eſt enim ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingẽs quoq; vſq; ad diuiſionẽ animæ &
Hebr.4. ſpiritus cõpagũ quoq; ac medullarum vt ait Paul. Hebræ.4. Nec extraneis indiget auxilijs vt poſsit,cum in ſe virtutem potẽtiamq;
D.Thom. Dei cõtineat.Quare diſcipuli(vt docet D.Tho..2.2.q.176.art.1.) qui acceperunt donum linguarum non vt eruditi oratores euaderent eleganterque ac compoſite dicerent figurisque rethorum loquerentur,acceperunt,ſed vt ſimplici planoque ſermone ſimplicem quoque docerẽt veritatem.Vnde de Paulo dicebant pſeudo
2.Cor.10. Apoſtoli quaſi irridentes eum.2.Corin.10.quod ſermo eius eſſet contemptibilis,hoc eſt quod nõ compoſitè ſed barbarè loquere-
Idem.c.11. tur & ipſe fatetur cap.11.quod ſit imperitus ſermone ſed nõ ſcientia:non enim eſt in ſermone verbum Dei ſed in virtute. Quare ad
Coloſſ.2. Coloſſ.2.eos admonet ne quis eos decipiat in ſublimitate ſermonis.Quòd ſi modo eruditis falleratisq; ſermonibus concionatores verbi Dei illud prædicant:id eſt quia non illa virtute ac charitate pollent qua priſci patres,& ideo ſupplere nituntur verbis quod in
Figura regis Seſac regis Ægypti. factis deeſt;ſicut poſtquã Seſac rex Ægypti tullit ſcuta aurea quæ fecerat rex Salomon pro eis poſuit ærea Roboan filius eius, quia rector ægypti hoc eſt tenebrarum harum diabolus à nobis tullit
3.Re.14. charitatis aurũ quod in noſtris patribus elucebat, loco eius nos æuea conſtruimus ſcutatæs quippe ſonorum eſt verbis perſonantes intumeſcimus qui factis charitatis deficimus:& ſermone incaleſcimus qui charitate tepeſcimus,nõ enim poſſumus dicere quod
1.Cor.10. Paul.2.Cor.10.dicebat talẽ ſe eſſe præſentẽ in facto qualem ſe abſentẽ oſtẽdebat verbo. Accedit ad hoc quod ipſum Chriſtianorũ vulgus his cõpoſitis ſermonibus delectatur,nec nudã audire veritatẽ dignatur niſi his veſtiatur indumentis taliq; dulcedine dicẽdi
2.Tim.4. condiatur vt vaticinium Paul.adimpleant.2.Tim.4.vbi diſcipulũ admonet

admonet, vt inſtet ſermonibus veritatis; Quoniã erit(ait)tẽpus cũ ſanã doctrinã nõ ſuſtinebũt ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros pruriẽtes auribus & à veritate quidẽ auditũ auertent ad fabulas autẽ cõuertẽtur,quod vtinã nõ hac calamitoſa ætate adimpletũ ſentirem⁹. Hinc fit quod & prædicatores populi applauſum quærẽtes dulcia potius quã edificatoria verba prędicẽt,& populus hũc ſuauẽ verborũ ſonũ potiuſquã morũ correctionẽ quærat. Cõtra quos Ezec.33.dicitur. Erit eis(verbũ Dei ſcilicet) quaſi carmẽ muſicũ quod ſuaui dulciq́ue ſono canitur & audiunt verba tua & nõ faciũt ea,ſed vt dicitur in Prouerbio per vnã ingreditur aurẽ & per aliã exit,quia quaſi carmẽ muſicũ audiunt illud. Lapidatus eſt Achan imò & Populus punitus eſt vt legitur Ioſue. 7. quoniã furatus eſt de anathemate Ierico linguã aureã(vt legũt Hebręi.) hoc eſt,vt D.Hiero.poſt Origenẽ adnotauit,quod illi diuina punitione feriẽtur qui linguã auream ab anathemate Ierico furãtur, ideſt, qui cõpoſita reſplendentiaq́; verba à mũdi ſapientibus ad Euãgelicam doctrinã quaſi furtiuè adferunt,tanquã ſi his diuinũ indigeret eloquiũ. Lege Theodoretũ de curandis Grẽcorũ affectionibus vbi luculenter hanc noſtrã docet doctrinã,imò vt perſpicias quã parũ emolumenti verborũ fucus eloquentiæq́; flores adferãt audi Tullium lib. 1. de inuentione qui ita dicit. Hæc me diu cogitãte ratio ipſa in hãc potiſsimũ ſententiã ducit,vt exiſtimẽ ſapientiã ſine eloquentia parũ prodeſſe ciuitatibus:eloquẽtiã vero ſine ſapientia obeſſe plerũq;:prodeſſe nunquã,& infra. Poſtquãvero cõmoditas quędã praua virtutis imitatrix ſine ratione officij dicẽdi copiã cõſequuta eſt;tũc ingenio freta malitia peruertere vrbes & vitas hominũ labefactare aſſueuit. Verũ eſt qđ ſi eloquẽtia moderata ſit atq; verbi Dei prędicationi deſeruit nõ vt in dicẽdi virtute verbi Dei poteſtas innitatur,ſed vt plena authoritate doctrina verborũ etiã grauitate dicatur:nõ tunc repræhenſibilis erit ſed laudãda amplectẽdaq́; ſic enim & reliquæ ſcientiæ & artes huic ſacræ diſciplinæ ancilãtur. Poſtremo aduerte quod Hiero.& alij ex Hebræo aliter vertũt hoc carmen & ſic legunt; Foderũt mihi ſuperbi foueas ſed non iuxta doctrinã tuã. Sed in idẽ vtraq́; lectio redit quoniã falſa doctrina fouea eſt in qua hæretici capere volũt ſimplices, vt Saul qũ perſequebatur Dauid quaſi foueã fodebat in qua caderet, impellẽs eũ vt relicto Dei populo ad alienigenas trãſiret:ex quorũ cõuictu ad ſeruiẽdũ dijs alienis induceret,vt ipſemet dicebat. 2.Re.26

Ezech.33.

Ioſue. 7.

Hierony. Origenes.

Theodoretus.

Cicero de inuẽtione.

Hierony.

2.Reg.26.

Maledicti

Maledicti ſunt in conſpectu Domini qui eijecerunt me hodie vt non habitem in hereditate Domini dicētes; Vade ſerui dijs alienis. Dicat ergo iuſtus; Narrauerūt mihi iniqui fabulationes ſed non vt lex tua, quoniā lex tua vera eſt imò & ipſa veritas, vnde & ſubdit.

VERSVS SEXTVS.

Omnia mandata tua veritas: iniqui perſecuti ſunt me adiuua me.

SVpra verſu quinto octonarij & tractatus quinti docuimus quomodo ſacra pagina abſtractis vtatur pro concretis ad maiorem rei, de qua loquitur, commēdationem, vt hominē pium ipſam pietatem nos dicere ſolemus: ſic ad exprimendam ampliſsimam veritatem quæ in lege Domini continetur vtitur Pſalmiſta abſtracto dicēs, Omnia mādata tua veritas, quoniam res in abſtracto infinitatem quandam dicunt & illimitationem ex modo ſignificandi. Limitatur quippe forma in ſubiecto atq; contrahitur, & terminus in concreto rem ſic coarctatam in ſubiecto ſignificat quam abſtractum illimitatā dicit. Dicit ergo, Omnia mādata tua veritas, quia tota lex Dei & fides in veritate continetur, quod de nulla alia ſecta, vel lege dici poteſt nam hîc eſt veritas omnis, nempe loquellæ, doctrinæ ac vitæ. Veritas loquellæ quia Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei omnes vt dicitur. 2. Petr. 1. qui nec falli nec fallere poteſt, vt infra. Principium verborum tuorum veritas. Eſt etiam veritas doctrinę, quia lex Dei nullum falſum, vel fictum admittit vt fabulæ poetarum conſueſcunt. Eſt demum veritas vitæ quia nihil vanum, vel in honeſtum, nihil bonis operibus diſſonum lex diuina continet ſed in ipſa omnia iuſta, ſancta, & honeſta includuntur vt Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, ſcilicet, ſapiētia, & innumerabilis honeſtas per manus illius, & ideo non in fabulis delectatur iuſtus ſed in lege Dei quæ veritatem & bonitatem continet in quibus intellectus & voluntas tanquàm in proprijs obiectis oblectātur. Naturale quippe eſt cuilibet potentiæ ſuo congaudere obiecto vt viſus delectatur coloribus, auditus ſonis, ſic intellectus & voluntas vero & bono: ſed quia iniqui vana diligunt & ludicra ideo legem Dei odio habēt & eius obſeruatores perſequūtur, quare ſubditur. Iniqui perſequuti ſunt me adiuua me. Vt bonus athleta atque bellator bella Domini nō

2. Pet. 1.

Sapien. 7.

renuit

renuit nec conflictus ſed diuina credit ſibi aſpirare auxilia quibus ab hoſtibus victor euadat. Ideoq; nō petit vt perſequutiones quie ſcāt, ſed in perſequutionibus poſtulat ſe iuuari. Sciebat enim quod omnes qui piè volūt viuere in Chriſto Ieſu perſequutionē patiūtur vt dicitur. 2. Timot. 3. maluit ergo perſequutiones pati vt piè in Chriſto Ieſu viuere poſsit. Nec expreſsit vocabula perſequutio nū quia multi ſunt perſequutores nō ſolū quos videmus ſed etiā, quos nō videmus, perſequūtur nequitiæ ſpiritales, perſequitur hæreticus, Iudeus, gentilis. Omnes ergo ſunt ſub perſecutoribus qui piè in Chriſto viuere volūt & fortaſſe cū perſequutiones non patimur tāquā cōdēnati habemur quaſi nequaquā piè viuere velimus in Chriſto Ieſu. Nā vtiq; cū ſit definita ſentētia quod omnes qui piè viuere volūt in Chriſto Ieſu perſequutionē patiūtur, is qui perſequutionē nō patitur abdicatur quod nō ſit pię intētionis in Chriſto. Deuotione enim fidei prælia perſequūtur, ſi deſint certamina vereor ne deeſſe videatur qui certare deſiderat Omnia (inquit) mā data tua veritas quæ mandata niſi illa ſi me perſequuti ſunt & vos perſequētur? Hæc mādata Pſalmiſta licet anterior incarnationis ſacramēto iā tamē audiebat in ſpiritu & quaſi Chriſti diſcipulus nō ſubtrahebat ſe paſsionibus ſed certaminibus offerebat, ſciebat hoc ſibi ad gloriam fructuoſum, hoc ad cuſtodiam ſalutis tutum, vt frequētibus exercitijs iuſti pietas confirmaretur. Citò enim fides inexercitata langueſcit: & crebris otioſa tētatur in commodis, remiſſas excubias callidus inſidiator irrumpit aſſuetum autem bello virum externa fraus inſtruit & glorioſæ prouehit palmam victorię. Pax ergo fidei corruptæ materia eſt quoniam autem amiſimus exercitium, tentant otia quoniam bella nō frangunt nam in prælio nec vacat animus delectationi, auris adulationi. Aduertendum tamen quod ipſe & alij non legunt iniqui nominaliter ſed aduerbialiter iniquè, vel iniuſtè perſequuti ſunt, quod idem prorſus eſt. Iniqui enim, & injuſti iniquè & iniuſtè iuſtos perſequūtur poteſt quis (ait Ambr.) & perſequutiones pati ſed non iniuſtè; quia perſequutio eſt iuſta ſi oderim⁹ obſcœnos, ſi infeſti fuerimus iniuſtis, ſi iniquos velimus opprimere ne pluribus noceant ſi auaros fraudis ſuæ cōpendijs exuamus, ſi execremur inſolentiam ſuperborū. Qui autē pro fide, pro iuſtitia, pro caſtitate, perſequutionem patitur, bene is dicit. Iniuſtè perſequuti ſunt me adiuua me, vel iniuſtè vt ait Auguſt. quia in me non perſequuntur niſi veritatem.

2. Tim. 3.

Ambro.

Auguſt.

VER-

VERSVS SEPTIMVS.

Paulò minus conſumauerunt in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

PErſequutio hæc impiorum aduerſus iuſtos in corpore terreno duntaxat ſit, animus enim hominis qui ſpiritus eſt ab impijs tangi non poteſt, vnde Dominus in Euãgelio Matth. 10. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus & nõ habẽt amplius quid faciant. Et de impio quoddam dixit Dauid Pſal. 51. Pſal. 51. Sicut nouacula acuta feciſti dolum, nouacula ſuperflua capillorum dũtaxat radit radices autem non tangit: ſic iniqui hæc temporalia & terrena quæ nonnunquam redundant eripere poſſunt nam ad animam quæ radix hominis eſt attingere nequeunt. Anaxarchus Philoſophus cum in manus incidiſſet Nicroquæontis tyranni Cypri cui inuiſſus erat, Tyrannus Philoſophum arreptum in mortario coniecit & ferreis piſtillis contundi iuſsit; hic illam vulgo celebratam vocem emiſsit. Tũde Anaxarchi manticam, nam Anaxarchum ipſum non percutis. Sentiẽs corpus non præcipuam hominis partem eſſe ſed animę domicilium, ad quam tunſio illa non pertingebat. Vnde rectè ſubdit Propheta. Ego autẽ non dereliqui mandata tua. Acſi diceret corpus tantum affligebant impij nam animus liber & integer ad cuſtodienda mandata tua euaſsit; ſic intelligit Auguſt. hunc verſiculum D. Aug. dicens. Hoc dicit Eccleſia multa ſtrage martyrum facta, dũ confitentur & prædicant veritatẽ, non tamen ex toto defecit quia anima integra manſit, ideo ſubdit, Ego autem non dereliqui mandata tua. Poteſt & ſic intelligi hoc carmen tanquàm ſit vox totius Eccleſiæ quæ quantumcumque mala & perſequutiones increbuerint: nõ tamen deficit fides imò nec charitas quæ mandata Dei obſeruat in Eccleſia. Nã charitas nunquã excidit ait Paul. 1. Cor. 13. 1. Cor. 13. Ideò quippe Eccleſia dicitur pulchra quia nunquã iuſti deficiẽt ex ea. Dicat ergo Eccleſia. Paulo minus conſummauerunt me in terra, hoc eſt, ferè ad nihilũ redegerũt me & tamen non dereliqui mandata tua: quia ſemper ſuperſunt iuſti qui in medijs fluctibus ſtabiles perſeuerant. Interrogabat Eſdras Dñm 1. Eſdrę. 9. dicens. 1. Eſdræ. 9. Nunquid iratus es nobis vſq; ad conſummatio- Hierem. 4. nẽ? & reſpõdet huic quęſtioni Dñs Hieremię. 4. Deſerta erit omnis 2. Paral. 21 terra ſed tamen conſummationẽ nõ faciam. 2. Paralip. 21. dicitur. Noluit Dñs diſperdere domũ Dauid propter pactũ quod inierat

cum

cum eo & quia promiſerat vt daret ei lucernam & filijs eius omni tempore; Sic pollicitus eſt Eccleſię ſuæ quæ eſt domus Chriſti filij Dauid vt nunquã fidei & charitatis lucerna in ea extinguatur: ſed ſemper erunt in ea prudentes virgines quæ lampades habebunt accenſas cum oleo, & fideles ſerui qui præcinctis lumbis & cũ lucernis accenſis in manibus expectabunt Dñm ſuum. Ipſe Dñs id promiſit dicens Eccleſię ſuæ in Petro Luc. 22. Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua & Matth. 28. Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi &. 3. Reg. 19. dictum eſt Heliæ qui querebatur dicẽs; Altaria tua deſtruxerunt & Prophetas tuos occiderunt & relictus ſum ego ſolus & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum reſponſum? Adhuc reliqui mihi ſeptem millia virorum qui non curbauerunt genua ſua ante Baal.

Luc. 22. Matth. 28. 3. Reg. 19

VERSVS OCTAVVS.

Secundum miſericordiam tuam viuifica me: & cuſtodiam teſtimonia oris tui.

CRebro repetit hanc petitionem eo quod in ipſa poſtulet auxilium continuum Dei quo ad ſingula opera indiget, ſicut enim conſeruatio vitæ corporis à continua Dei manutenentia pendet, ſic etiam animæ vita quæ eſt gratia per Dei conſeruatur præſens auxilium, ſic enim vniuerſa creaturarum moles tam in corpore quàm in ſpiritu à Dei pendet præſenti auxilio, ſicut lumen aeris à præſentia ſolis eo enim momento quo ſe abſentat in tenebris ſuis reſoluitur aer. Idem de Deo Philoſophari licet vt ſupra credo explicatũ dedimus. Vnde & Pſal. 103. Auferes ſpiritum tuũ & deficiẽt & in puluerem ſuum reuertẽtur. Ideo toties repetit hanc petitionem quatenus vita gratiæ continuè viuificetur vt poſsit omnia Dei mandata vſque in finem vitæ obſeruare. Vel (vt Diuus Ambroſius docet) poſtulat continuum gratiæ & charitatis augmentum per quod viciſsim poſsit & Dei obſecundare mandatis: & per eorum obſeruationem virtutum omnium incrementum gignere. Sic enim & diſcipuli poſtulabant dicentes Domine adauge nobis fidem; & Eccleſia id in quadam collecta poſcit dicens. Da nobis quæſumus Domine fidei, ſpei & charitatis augmentũ, hoc eſt, in bonis & meritorijs operibus perſeuerãtiam

Pſal. 103. Ambroſ. Collecta in Eccleſia.

tiam per quæ virtutes augeantur infuſę, hac quippe ratione voluit hoc arcanum reſeruare ſibi vt nullus certò ſciret ſe in charitate & gratia eſſe quatenus nullus ſocordiæ aut deſidiæ relinqueretur locus. Si enim iam eſſe in charitate ſciremus tanquam adepti quod volumus otio forſan inutili intercluderemur: ſed cum id ignoremus ſatagere neceſſe eſt vt acquiramus quo forſan caremus. Vt ſic
Matth. 13. vel augeatur ſi forte habuerimus vnde Matth. 13. dicitur regnum cœlorum ſimile homini negotiatori quærenti bonas margaritas; non patitur otium Chriſtiani negotium ſed ſemper quærere debet hoc pretioſum margaritum gratiæ Dei, quod ſi forte non ha-
Hierony. bet, acquirat, & ſi habeat, incrementum capiat. Vnde D. Hiero. Epiſt. 2. ad Demedriadem tom. 4. (ſi modo ſua eſt.) Nihil (inquit) in Chriſtiano propoſito, otio deterius eſt quod non ſolum modo non acquirit noua, ſed & parata conſumit. Sanctæ vitæ ratio proceſſu gaudet & creſcit, ceſſatione torpeſcit & deficit quotidianis ac recentibus virtutum incrementis mens inſtauranda eſt & viuēdi nobis hoc iter non de tranſacto ſed de reliquo metiendū, quandiu ſumus in hoc corpore nunquàm nos ad profectum veniſſe credamus ſic enim melius peruenitur: tamdiu non relabimur retrò quàmdiu ad priora contendimus. At vbi cœperimus ſtare, deſcendimus noſtrumq; nō progredi, iam reuerti eſt. Ceſſet omnis ignauia & inutilis de præterito labore ſecuritas, ſi volumus non redire currendum eſt. Apoſtolus de die in diem viuens Deo, non quid ante feciſſet ſed quid facere deberet ſemper attēdens dicebat. Fra-
Philip. 3. tres ego me non arbitror comprehendiſſe vnum autem quæ quidem ſunt retro obliuiſcens ad ea vero quæ ſunt priora me extendens ad deſtinatum perſequor ad brauium ſupernæ vocationis hæc Hieronymus. Prouerb. etiam. 4. dicitur. Iuſtorū ſemita quaſi
prouer. 4. lux ſplendens procedit & creſcit vſque ad perfectum diem; Sicut enim lux auroræ per incrementa ad lucem vſque meridianā creſcit quando Sol in ſuo maximo ſplendore micat: ſic iuſti per virtutum incrementa vſque ad meridiem æternæ vitæ perueniunt vbi fulge-
Matth. 13. bunt tanquam Sol in regno patris eorum vt dicitur Matth. 13.
Ambro. Quare D. Ambr. de altera vita hoc carmen explicat, hoc eſt, quod hic non poſtulat vitam gratiæ qua viuebat ſed vitam gloriæ quā non habebat in qua ſola Dei præcepta cuſtodiūtur perfectiſsimèque in hac mortali vita propter pondus carnis ad perfectum cuſtodirinō poſſunt de quo ſupra egimus verſu quarto primi octo-

narij

narij. Diuus Auguſtinus vt ſolet per teſtimonia martyria intelligit, nam teſtimonia Græcè ſunt martyria, nam proculdubio quãdo tanta perſequutionum crudelitas ſæuiebat vt Eccleſia Dei paulò minus conſummaretur in terra nullo modo Dei martyria, hoc eſt teſtimonia cuſtodirent, niſi fieret eis quod hic oratum eſt; Secũdum miſericordiam tuã viuificame, viuificati ſunt enim ne amãdo vitam, negarent vitam, & ne negando vitam, amitterent vitam & ſic qui pro vita veritatem deſerere noluerunt moriendo pro veritate vixerunt. Auguſt.

DVODECIMVS OCTONARIVS.

ל

In æternum Domine: verbum tuum permanet in cœlo. 1. Lamed.

In generatione & generationem veritas tua: fundaſti terram & permanet. 2. Lamed.

Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniã omnia ſeruiunt tibi. 3. Lamed.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tũc forte perijſſem in humilitate mea. 4. Lamed.

In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me. 5. Lamed.

Tuus ſum ego ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui. 6. Lamed.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi. 7. Lamed.

Omnis conſummationis vidi finẽ: latum mandatum tuum nimis. 8. Lamed.

INCIPIT TRACTATVS DVODECIMVS.

VERSVS PRIMVS.

In æternum Domine verbum tuum permanet in cœlo.

Hic Propheta recognoſcit vitam ſuam cõſiſtere in obedientia diuinę legis.

PErſonam quam in hoc duodecimo octonario induit Propheta, eſt hominis recognoſcentis vitã ſuam conſiſtere in obedientia diuinæ legis, & explicat hanc perſonã in quarto verſiculo, vbi dicit; Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tũc forte perijſſem in humilitate mea. Vbi in Hebr. ſic legitur; Niſi quia doctrina tua fuerũt delectationes meę, perijſſem in humilitate, vel afflictione mea. Iam ſupra in diuerſis locis docuimus quomodo res omnes pendent à Deo in eſſe, & cõſeruari ſicut lux aeris à lumine Solis, vnde quãto quis Deo magis apropiat tãto melius in omnibus habebit, ſicut quãto res ſuo plus appropinquat principio, tanto maiorẽ perfectionẽ conſequitur. Per obedientiã autẽ mandatorũ Dei, anima maximè appropriat Deo quoniã per obediẽtiam volũtas ipſa traditur Deo, ſic intelligit D. Greg. illud. 1. Reg. Melius eſt obedire quã ſacrificare, quoniam in victimis (ait) aliena caro, in obedientia verò propria volũtas mactatur; cũ ergo per obedientiã volũtas Deo tradatur inq́; Dei ius trãſeat anima obediens: à Deo autẽ tanquã à primo fonte, & vita corporis, & animæ, & omnia deriuẽtur dona, optime Propheta infert & vitã & bonũ ſuum in obedientia diuinæ legis cõſiſtere, nã quia impij paulò minus cõſummauerũt eũ in terra: interijſſet vtiq; niſi in obſequio legis Dei perſtitiſſet, quare & ſeipſum ad Dei obediẽtiã prouocat atq; inuitat creaturarũ omniũ conuictus exẽplo, quę in omnibus indeficienter ordinẽ, & præceptum Dei obſeruant, ſic enim & ſcripturę mos eſt inſenſibilium ac irrationabiliũ rerũ obedientia noſtrã damnare proteruiã, ſic Iſai. c. 1. dicit. Audite cœli & auribus percipe terra, eos teſtes inuocat cõtra homines qui indeſinenter Dei exequuntur voluntatẽ cũ tamẽ homo maioribus affect⁹ bonis ei quotidie refragari nõ deſinat, & ſubdit; Cognouit bos poſſeſſorẽ ſuum, & aſinus præſepe Dñi ſui me autem Iſrael nõ cognouit & populus meus nõ intellexit, erubeſcat homo ratione, ac intellectu prædituſ, qui tantarũ rerum notitiam ſua poteſt perſpi-

Gregor.

Iſai. 1.

cuitate

cuitate cõparare,& tamen eum à quo tot bona percepit pingui ac inexcuſabili deſidia cognoſcere renuit,quẽ tamen bruta rationiſq; expertia pro ſuo modo cognouerũt: ipſe ſuis mãdatis contraire nõ pudet quæ tamen illa indeficienter obſeruant. Vnde & quidã Propheta.3.Reg. 13. quaſi homines aſpernatus qui obturãt aures ſuas,ne audiant legẽ ad altare inſenſibile cõuertit ſermonẽ dicens; Altare,altare audi verbũ Dñi:quia homines ad ſermones Dei ſurdi effecti ſunt alijs creaturis loquor quæ infallibili quodam curſu faciunt verbũ eius,vt earum conuictus exemplo erubeſcat, nam illę quidẽ contra nos teſtes erunt in die iudicij ſua obediẽtia noſtram inobedientiã damnãtes,vnde & ſcriptum eſt Sap.5.Pugnabit pro eo orbis terrarum cõtra inſenſatos & armabit creaturam in vltionem inimicorum. Taliũ ergo exẽplo prouocatus ſtatuit iuſtus ſeruare mãdata Dei & dicit. (In ęternũ Dñe verbum tuum permanet in cœlo; In generatione & generationẽ veritas tua:fundaſti terrã & permanet; Ordinatione tua perſeuerat dies quoniã omnia ſeruiunt tibi) quorum obediẽtia motus dico quod in æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas. Litera etiam quæ huic præmittitur octonario quæ eſt Lamed,ſiue Lamech,optime cum perſona hac conſonat,ſignificat enim cor ſeruitutis,quia iuſtus cor ſuum tradit vt ſeruiat Deo,nec alium Dñm nouit præter eum,nec aliam legẽ præter diuinam aut in ordine ad eam,cor autẽ & corpus Deo cõſecrat atq; mancipat obediendo iugiter eius mandatis. In lege præcipiebatur quod ſeruus Hebræus qui vellet perpetuò Dño ſuo ſeruire, ſubula auris eius perforaretur applicatus poſti domus vt ſimul poſtis,vel oſtium domus perforaretur cum aure Exodi. 21. Ad ſignificandum ſeruum illum perpetuo addictum illi domui, ſic iuſtus aurem ſuam perforat,vt audiat quid loquatur in eo Dominus eius & obtemperet eius mandatis applicitus Chriſti cruci atque in eius foraminibus perpetuo habitans dicens illud Iſai. Dominus Deus aperuit mihi aurem,ego autem non contradico. Quare ſignũ quod quis ſit ſeruus Dei eſt aurium perforatio hoc eſt ingens deſiderium audiendi verbum Dei obſequendiq́ue mandatis eius. Sunt aliqui Chriſti cultores qui ad tempus tantũ ſeruiũt Deo,vel tempore quadrageſimæ, Iubilei, aut cum paſsio Chriſti celebratur,vel in infirmitate ad horã:ſtatimq́; ab eo deciſcunt atq; à Diaboli, mundiq́ue ſeruitia deuiant. Iuſtus vero tanquàm verus ſeruus ac Chriſti mancipiũ perpetuo eius ſeruitio mãcipatur tam

3.Reg.13.

Sapien.5.

Exod.21.

Iſai.

in proſperis quã in aduerſis,omni tẽpore benedicit Deũ,obſequitur mãdatis eius & cõſilia eius ſemper in ipſo permanent:imò ſibi ſignũ crucis ſigillat in fronte, vt aſſolent ſerui vt cuius ſint Dñi intelligatur.Id exigebat ſponſus cum chariſsimæ ſponſæ dicit.Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum,vt ſignaculum ſuper brachium tuum,hoc eſt, tã in corde,quã in corpore,tã in voluntate,quam in opere ſeruum te meũ oſtẽdas,volo,vt in anima & in corpore ſigna mortificationis crucis Chriſti appareant vt vult Paul. vnde & ipſe aliàs dicebat.De cætero nemo mihi moleſtus ſit.Ego enim ſtigmata Dñi noſtri Ieſu Chriſti in corpore meo porto,ideſt,ſigna crucis eius quibus,cuius ſim ſeruus appareat.Igitur ſeruus perpetuò ſeruit liber autẽ quando vult egreditur aliũq; quærit herũ,ſeruus etiã gratis ſeruit nam liberi pro mercede locãtur.Verus Dei ſeruus ex amore Deo obſequiũ præſtat nõ tanquã mercenarius pro mercede.Vnde D.Aug.dicebat. Etiã ſi ſcirẽ quod me ad inferna dãnaturus eſſes nihilominus te amarem atq; obedire tibi ſatagerẽ:quoniã nõ ob præmium ſed propter te ipſum ipſamq; tuã bonitatẽ te diligo.Hæc autẽ ſeruitus plena libertatis ac honoris eſt hominẽq; nõ ſolum non deprimit imò maximè euehit ac in ſublime attollit nã vt dicit D.Aug.14.lib.de ciuitate Dei.c.13. Licet hæc humilis ſeruitus videatur opprimere hominẽ, nam humilitas deorſum trahit,elatio ſurſum eleuat animum tamen hæc humilis ſeruitus(ait) facit ſubditũ ſuperiori:nihil eſt autẽ ſuperius Deo & ideo exaltat illum quem ſupremo omnium ſubijcit.Elatio autem eo ipſo quo Dei reſpuit ſubiectionem cadit ab illo quo nõ eſt quicquàm ſuperius,& ex hoc erit inferius ſicut ſcriptũ eſt; Deiecisti eos dum eleuarentur Pſal.72.Nõ ait cum eleuati ſunt ſed cũ eleuarentur quia ipſum extolli iam defici eſt.Quare Chriſtus Dñs Lucæ.10.Qui ſe exaltat(ait)humiliabitur & qui ſe humiliat exaltabitur & Iaco.4. Deus ſuperbis reſiſtit humilibus autem dat gratiam, vnde & dicitur ſeruire Deo regnare eſt,quoniam ſicut propter primi hominis inobedientiam ad Deum rebellio atq; inobedientia viriũ ſenſitiuarum contra eum excitata eſt: ſic è diuerſo propter eius obedientiam qua mandatis Dei obſequitur ipſe iam ſuper ſe & vires ſuas iterum regnat ac eas ſubiectas rationi in officio continet,ſicut dicitur Prouer.21.Vir obediens loquetur victorias,quoniam qui ante propter inobedientiam victus à ſeipſo iacebat:iam obediens ſui ipſius victor ac Dominus euadit.Cum ergo id honoris afferat

Cant. 8.

2.Cor. 4.

Galat.6.

Auguſt.

Idem. 14. de ciu.c.13

Pſal. 72.

Luc. 10.

Iacob. 4.

Prou. 21.

hæc

initio iam erat verbum, & antea nullum tempus fuit, neceſſariò cõ ſequitur, quod non in tempore, ſed in æternitate erat hoc verbum Pſal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Verba ſunt patris ad filium, ideſt dicere, ex diuinitate mea quę in me eſt veluti in vtero, hoc eſt, veluti in principio à quo diuinitas procedit, eſt enim diuinitas in patre fœcunda in cæteris perſonis veluti ſterilis, ex diuinitate ergo quæ eſt in me ante omnia, quæ in tempore creata ſunt genni te. Vnde D. Fulgentius in ſermone de natiuitate dicit, Verbum hoc eſt non quod deſinit prolatum, ſed quod permanet natũ ſemper à patre, ſemper in patre, ſemper cum patre, cum ergo verbũ iſtud ſemper ſit in cœlo, & ipſum ſit theſaurus noſter, in ipſo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię Dei abſconditi, ibi debet eſſe cor noſtrum, vbi eſt & theſaurus noſter, maxima nobilitate afficietur, cor huic theſauro cœleſti adhærens, quod terrenis iunctum vileſcit. Ibi theſauros noſtros recondamus, vbi nec tinea, nec erugo demoliuntur, & vbi fures non effodiunt, nec furãtur, vt nos & ipſum verbum admonet, Matth. 6.

Pſal. 109.

Fulgẽtius.

Matth. 6.

VERSVS SECVNDVS.

In generatione & generationem veritas tua: fundaſti terram & permanet.

QVatuor ſenſibiles creaturas perpetuas perſiſtentes in obediẽtia Dei affert hic Propheta. Primo cœlos, vt verſu præcedenti; In æternum Domine verbum tuum permanet in cœlo, hoc eſt, imperium tuum perſeuerabit in cœlis ad ęternam obedientiam, in cœlis ergo & in angelis verbum Dei in æternum permanet. Secundo permanet in ſinceriſsima generatione inferiorum. Tertio in ſtabilitate terrę, vt fundaſti terrã & permanet, quarto in temporis indefficienti perſeuerantia, vt in eo omnia Dei verbum adimpleãt, vt verſu ſequẽti; Ordinatione tua perſeuerat dies, ſed in hoc verſu primò agitur de adimpletione verbi Dei per ſucceſsionem generationum, vt corruptibilia hæc exequantur præceptum quod dedit illis Deus, Gen. 9. Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Senſus ergo totius huius verſus eſt idem cum illo quod dicitur Eccl. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat, ideſt dicere, rerum corruptibilium viciſſitudinem eſſe, eo quod homines hominibus ſuccedunt, & quia intercedente interitu nullus manere permittitur dicunt Philoſophi

Gen. 9.

Eccl. 1.

quod vniuerſalia rerum corruptibilium ſemper maneant, quanuis omnia ſingularia corrumpantur, vnde viſibilis huius mundi facies perſeuerat, licet omnia individua paulatim conſummantur, quod manifeſtū eſt diuinæ prouidentiæ indicium, ſecundū illud
Iob.34. Iob.34. Conterit multos & innumerabiles, & ſtare facit alios pro eis. Multa de hominis fragilitate breui eius lapſu vitæ Philoſophi omnes docuerunt, in prouerbium quippe eorum abijt, hominis teneram facilēque corruptibilem maſſam, vnde & dicebant, Homo fictilis quòd fictilia vaſa facile conteruntur, difficile ſeruantur, quod miſer ac mortalis homo iugiter in ſe ipſo experitur, vnde
2.Cor.4. Paul.2.Corin.4. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, ſic
Auguſt. enim vocat humana corpora, de quo videndus Aug. ſerm.1. tomo 10. vbi probat, quod ſi eſſemus vitrei, non eſſemus fragiliores, alij vitæ humanæ fugacitatem contulerunt fluminibus decidentibus ab alto monte magno impetu, quod inſinuare videtur mulier illa
2.Reg.14. Thecuites.2.Reg.14. cum dixit; Omnes morimur, & ſicut aquæ dilabimur ſuper terram quæ nō reuertuntur. Sed quod magis propoſito noſtro congruit celebris eſt illa ſimilitudo Homeri. 6. Illia-
Homerus. dos, qui comparauit hāc generationum ſucceſsionem ſiluarū folijs ſuccedentibus alio, & alio vere, nunc virent in autunno exicantur, ac decidūt reddit vernum tempus, alia de nouo vireſcunt. Sic inter homines hi qui modo virore vitæ florent, ſtatim exicantur, ac de-
Iſai.64. cidunt, & loco eorum alij in viriditate vitæ ſuccedunt, Iſai.64. Cecidimus quaſi folium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos. Quidam poëta hanc vitæ noſtræ varietatem contulit roſis ab eodem roſeto diuerſis temporibus ſuccedentibus, & quia vita Saluatoris noſtri Chriſti pluribus laboribus fuit expoſi-
Cant.2. Bernard. ta, idcirco flos campi dicitur, Cant. 2. Cui nulla fauet humana induſtria, de quo vide D. Bernar. ſerm.47. in Cantica. Hæc autem generationum viciſitudo quę à Deo rebus corruptibilibus indita eſt, ſemper infallibiliter obſeruatur: annuatim quippe conueniunt animalia ſuoſq; fœtus ſumma auiditate ædunt ac procurant, nec vnquam hoc deſinet fieri, ne defficiente aliqua ſpecie vniuerſi pulchritudo trūca aut deformis appareat, quare dicitur (In generatione & generationem veritas tua) hoc eſt, vt veritas verbi tui appareat, quo vniuerſa quæ creaſti conſeruare etiam ſanxiſti, corruptibilia hæc à generatione vna in aliam protrahuntur, vt ſic veritas hæc in vniuerſo perſiſtat.

(Fundaſti

(Fundaſti terram & permanet.) Videtur terra quaſi fundamentum,& vaſsim totius vniuerſi ſubſtractam eſſe. Eſt enim elementorum infimum,ac ſuper eam cætera eleuantur elementa, atq; mouentur, ipſa autem terra ſecundum ſe totam ſtat, licet ſecundum partes moueatur ad centrum, eſt autem tãquam mirabile quoddã prodigium conſiderandum, quod cum ipſa terra grauis ſit, nullo innitatur fundamento, immobilis tamen ac firma conſiſtat, & cũ rotundæ ſit figuræ, quæ aptiſsima eſt ad motum, ipſa tamen immota perſeueret,imo quod mirabilius apparet,quod ſi aliquid fundamentum habet illud eſt aqua,ſecundum illud Pſal. 135. Qui fir- Pſal.135.
mauit terram ſuper aquas, aqua autem lubricum ac labile fundamentum eſt, quomodo ergo terram ipſam ſtabilem tenet? & nullam aliam rationem adinuenies,niſi quia ita placuit autori naturę, ipſa quippe natura vniuſcuiuſque rei eſt, quæ ei à naturæ autore eſt indita,vnde hac ſolà ratione dicitur terra fundata, quia ita omnium opifici placuit, ſicut enim ſolo Dei verbo congregatæ ſunt aquę in vnum locum,vt partem terræ diſcooperirent,in qua reſpirantia animàlia vegetarentur, ita ſolo Dei verbo terra ipſa immobilis atq; ſtabilis permanet,ſic Pſal. Qui firmauit terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſeculum ſeculi,ob hoc ſolum, quia ſic diſpoſuit Deus eam ſuper ſuammet ſtabilitatem confirmans,abſq; alio materiali fulcimento. 2.Pet.3. Latet enim eos hoc 2.Pet.3.
volentes,quod cœli erant prius,& terram de aqua,& per aquã conſiſtens Dei verbo. Hoc eſt, quod ſicut Dei verbo ſegregatæ ſunt aquæ,vt terra nuda ab eis conſiſteret,ita eodem verbo ſtat ſtabili- Prou. 3.
tate ſua,& Prou. 3. Qui fundauit terram in ſapiẽtia ſua, & Iob. 26. Iob.26.
Qui appendit terram ſuper nihilum. Veluti enim in aere ſuſpenſa terra apparet,& tamen Dei verbo in æternum ſuſtinebitur, & capite.38.dicitur; Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ?indica mihi ſi habes intelligẽtiam quis poſuit menſuras eius ſi noſti? vel quis tetendit ſuper eam lineam? ſuper quo vaſes illius ſolidatæ ſunt? aut quis dimiſsit lapidem angularem eius? nam artifex primo ponit fundamentum,& quanta debeat eſſe quantitas eius per ſuam artem determinat,& hoc diuina prouidentia determinatum eſt, quanta ſcilicet debeat eſſe terræ quantitas, ob quod dicit; Aut quis poſuit menſuras eius ſi noſti?ſcilicet,per omnes ſuas dimenſiones, tam longitudinis, quam latitudinis, & alias deinde per ſuam rationem artifex diſponit, determinatum ſitum fundamenti

menti quem per extenſionem lineæ menſuralis comprehendit, ob quod ſubditur; Quis tetendit ſuper eam lineam, per quã ſignificatur ratio diuinæ diſpoſitionis deſignans determinatum ſitum terræ in partibus vniuerſi. Deinde excogitata iam quantitate fundamenti, atque diſpoſito ſitu vbi collocandum ſit, meditatur artifex in quo poſsit fundamentum firmiter collocari, vnde ſubdit; Super quo vaſſes illius (nempe terræ) ſolidatæ ſunt? quia ſuper centrum mundi firmata videntur, poſtremo prædictis primis excogitatis, iam opifex incipit lapides in fundamenta componere, & primo lapidem angularem, ad quem diuerſi iunguntur parietes, de quo & ſubdit; Aut quis demiſsit (hoc eſt, deorſum miſsit) lapidem angularem eius? per quem ſignificatur ipſum centrum terræ, cui diuerſæ partes terræ connectuntur. Rectè ergo dicit Propheta, Fundaſti terram, & permanet. Itaq; terra reſpectu hominũ habet rationem hoſpitij, quoniam homines hoſpites & peregrini ſumus in terra ad cœleſtem Hieruſalem properantes, & per breue tẽpus quo viuimus quaſi hoſpitamur in terra, quæ eſt veluti hoſpitium quodam, in quo hoſpites ſibi ſuccedunt, vnde Eccle. 29. Tranſi ho-
Eccl. 29. ſpes &c. Quare ſpherico centro immobili permanente, cætera ſuper eum mouentur, ſic terra immota reliqua elementa ſuper eam ſuos exercent motus, centrum autem indiuiſibile quodam pun-
Alfraganꝰ. ctum eſt, nec mireris quod reſpectu totius machinę mundialis terra indiuiſibile punctum ſit, cum ſecũdum Alfraganum cæteroſq; Aſtronomos, minima ſtellarũ ex his quæ viſu percipiuntur maior eſt tota terra, vt intelligat homunculus, quod etſi totius terræ dominatum acquirat (quod nulli vnquam homini accidit) indiuiſibile punctum lucratur, quod ſi partẽ terrę in poſſeſsionẽ accipiat punctulũ puncti poſsidet, euiſceratur ergo, digladiatur, tot mouet caſus, tot concitat bella, vt imperceptibile quid ſibi acquirat. Sed dubitari hic poteſt quomodo veritas hæc ſtare poſsit cũ illo, quod
Iſai. 24. dicitur Iſai. 24. Terra auferetur ſicut tabernaculum vnius noctis. Ad quod reſponderi poteſt, quod dupliciter poteſt terra conſiderari, primò ſecundum elementi ſubſtantiam, ſecundò ſecundum exteriorem formam qua hominibus præbet habitaculum, ſecundum primum in æternum ſtat, iuxta ſecundum dicitur auferenda, quia non erit poſt iudicium viuentium mater, & ſic intelliguntur diuerſa loca quæ videntur contraria.

Hæc quidem quoad literam dicta ſint, ſed ſi ad ſpirituales tropolo-

hæc nobilis ſeruitus: de ea maxime gloriantur iuſti. Quare Paulus paſsim ſe ſeruum Dei appellat imò & pro titulo honoris aſſumit cũ multoties dicit Paul. ſeruus Ieſu Chriſti, & beatiſsima Virgo cũ ab Angelo accepiſſet nuntiũ ſe in matrẽ Dei electã eſſe à Deo, reſpõdit. Ecce ancilla Dñi fiat mihi ſecundũ verbũ tuũ; hæc ergo eſt Lucæ. 1. & perſonę & literę cõtinuatio. Dicit ergo iuſtus cui⁹ vita in mãdatorũ Dei obſeruãtia conſiſtit. In æternũ Dñe verbũ tuũ permanet in cœlo. Per verbum in ſcriptura volũtas Dei intelligitur quoniã per verba voluntatẽ ſuã ſolent homines manifeſtare, quare idẽ eſt dicere, in æternum Dñe verbũ tuum permanet in cœlo, acſi diceret voluntas tua ſemper in cœlo adimpletur: id quod ibi præcepiſti, ſemper fit, iuxta illud Pſal. Omnia quæcumq; voluit Dñs fecit Pſal. 118. in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſsis, & ſic poteſt intelligi illud Matth. 24. Cœlum & terra trãſibũt verba autem mea Matth. 24. nõ præteribunt; hoc eſt dicere, prius deſinent eſſe cœlum & terra quã iuſsionẽ meam præterire audeant. Sed aduertẽdum quod per cœlum poteſt intelligi, vel cœlum ipſum quod cõtinet, vel ea quæ in ipſo cõtinentur per, methonimiã, vt Angeli & reliqui cœleſtes & vtroq; modo poteſt verſiculus iſte intelligi. Cœlũ ipſum mirabiliter atq; in deſinenter verbum Dei obſeruat, perpetuo tenore labitur curſumq; ſuũ prout diuina ordinauit ſapientiã infallibiliter cõplet: luminariaq; eius ſuum iugiter obſeruãt ordinẽ atq; motum conficiunt, nec dies deficit, nec nox, nec autumnus, aut æſtas, ver quoq; hiemi ſuccedit ſuoq; tẽpore cũcta cõtingunt. Vnde Eccl. 1. Eccl. 1. dicitur; Oritur ſol & occidit & ad locum ſuum reuertitur ibiq; renaſcẽs gyrat per meridiẽ & flectitur ad aquilonem. Vbi duplicem motum Solis explicat primus vocatur diurnus quo rapitur Sol à primo mobili ſicut & alij orbes, quo motu fit diſtinctio diei & noctis quod fuit opus primi diei quãdo diuiſsit Deus lucẽ à tenebris nõ enim ſitu ſed locali motu diſtãt. Huic motui tribuũt Philoſophi cõtinuitatem, vel perpetuitatẽ generationum. Alter motus eſt proprius Soli quo mouetur per Zodiacũ toto integro anno quo motu proueniunt tẽporum differentiæ ſecundum acceſſum Solis ad diuerſa ſigna, de quo dicitur in opere quarti diei vt ſint in ſigna & tẽpora. Huic motui per circulum obliquum tribuit Ariſt. diuer Ariſtot. ſitatem generationũ & corruptionum. lib. 2. de genera. tex. 56. de primo motu dicitur; Oritur Sol & occidit & in locum ſuũ reuertitur rurſumq; renaſcens. Vbi notãdum quod in Hebræo dicitur &

in locum ſuũ anhelans vt explicaret appetitus magnitudinẽ quoad perficiendum præceptum curſum aſpirat,incredibilemq; celeritatẽ qua cõficit quaſi in fine motus anhelans ad quietẽ ſed poſtquàm tetigit punctum orientis,quaſi reſumptis viribus de nouo naſcitur vt iterũ percurrat. At de ſecũdo motu dicitur; Gyrat per meridiem & flectitur ad aquilonẽ,nam quando Sol accedit ad auſtralia ſigna fit hyems,quando reflectitur ad aquilonem fit æſtas: hoc autẽ ita infallibiliter euenit vt nũquã aliter fieri videamus.Cæterum tam indifficientem curſum nullo ordine naturæ mutabilẽ ad Dei nutum,tamen aliquando vidit mundus auerſum, eſt enim ipſe omniũ artifex Deus reſpectu omnium cœlorum lapſum v e-
Simile. luti magiſter horologij qui ad nutum ſuũ rotas velumq; gubernat,vt quando ipſi libuerit cãpanam pulſet, retrocedat etiam vel properet. Sic Deus pro ſuo velle, orbes vniuerſos imò & ipſum ſplendidiorẽ omnium ſolẽ gubernat;nã cum ſuum iugiter indefinẽterq; exequatur curſum ſi tñ Deus iubet vt & ſtet, ſtat, ſi vt retrocedat protinus facit,ſi vt celeriori curſu properet facit,tempore
Ioſue.10. Ioſue ſtetit Sol longioremq; diẽ triũphanti populo præſtitit,Eze-
Iſai. 38. chiæ data eſt optio vt retrocederet Sol decẽ lineas in horologio regis,vel properaret,vtrumq; iubente Dño feciſſet Sol,ſed quia primum petijt rex decem lineas retroceſsit annuẽte Deo,retraxit radios ſuos cũ Chriſtus Dñs in cruce torqueretur quaſi patiẽti creaPſal. 32. tori cõpatiẽs nec tãtum facinus videre dignaretur. Vnde Pſal. 32. Verbo Dñi cœli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis virtus eorũ ſiue per virtutẽ intelligas ornatũ cœli,ſiue orbiũ motus ac influxus quæ omnia Dei ſubſunt voluntati.Sed ſecũdo poteſt intelligi de Angelis qui cõtinẽtur in cœlo,nã & in creatione nomine cœli intelligũtur cũ dicitur.In principio creauit Deus cœlũ & terrã, & quoniã cœlũ in motu circulari creatũ eſt, & ab Angelo mouetur hinc per cœli creationẽ etiã Angelos intelligere debemus.Imò &
Gene. 1. illud eiuſdẽ. 1.ca.Gen.Spiritus Dñi ferebatur ſuper aquas,non deſunt qui de Angelis iutelligant,quoniã nomine aquarũ intelligũtur cœli,propter perſpicuitatẽ, ſecũdũ illud; Aquę quæ ſuper cœPſal. 148. los ſunt laudent nomen Dñi Pſal.148. Intelligunt multi per has aquas cœlũ chriſtalinũ quod propter nimiã ſuã perſpicuitatẽ ac cõcretionẽ,aqua cõgelata videtur,frequẽs autẽ mos eſt in ſcriptura ſimilitudinẽ rei ipſam rẽ appellare,per ſpiritũ autem Dñi, intelPſal. 103. ligitur Angelus, ſecundũ illud Pſal. 103. Qui facit Angelos ſuos

ſpiritus

ſpiritus, quaſi explicãs Moyſi dictũ, ac ſi diceret, ille ſpiritus quem à principio dixit Moyſes Angelus eſt, ſpiritus ergo Dñi ferebatur vel volitabat ſuper aquas, hoc eſt, Angeli motores orbium volare faciunt cœlũ cũ velociſsimo curſu illud moueant, iſti ergo Angeli & omnes alij voluntatẽ Dei infallibiliter adimplent, & verbũ eius faciunt, vnde Pſalm. 103. Qui facis Angelos tuos ſpiritus & miniſtros tuos ignẽ vrentẽ, hoc eſt quod ſpiritus illos beatos nũtios ac miniſtros tuos facis illos etiã ſupremos omniũ qui ob amoris magnitudinẽ Seraphin, hoc eſt ardentes, vocantur: in miniſtrorũ tuorũ numero collocas, & miniſtros tuos ignem ardẽtẽ, hoc eſt, Seraphin, qui ardentes dicũtur, etiã tibi miniſtrant, non ſolum Angeli inferioris Hierarchiæ tibi ſeruiũt, ſed & ſupræmę tuo addicti ſunt miniſterio, vel per ignem vrentẽ intellige prõptitudinem qua Dei exequuntur mandata: quemadmodum ignis in flama velociſsimi motus ac maximæ actiuitatis eſt, & ad hoc propoſitum adducit hoc teſtimoniũ Paul. ad Hebræ. c. 1. & Dani. 7. Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſsiſtebant ei, ipſe enim eſt quem adorat multitudo Angelorũ. Iob. etiam. 26. dicitur; Colũnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius: columnæ cœli ſunt Angeli, per quos gubernantur ac mouentur orbes, iſti cõtremiſcunt, & pauent ad nutum eius per quod datur intelligi, ſumma illa filialis reuerentia qua Angelici ſpiritus coram Deo aſsiſtunt atq; ad nutum eius obediunt mãdatis, vnde & in oratione Dominica Matth. 6. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra, hoc eſt, ſicut Angeli cœli habitatores tuã exequuntur voluntatem, ita & exequantur homines, qui in terra vitam agunt. Poteſt etiam intelligi de bonis ac iuſtis hominibus, qui cœli dicuntur, quia portant imaginem cœleſtis. 1. Corinth. 15. quorum conuerſatio in cœlis eſt. Iſti (ait Ambr.) ſunt cœli in terris, qui enarrant gloriam Dei in quibus fides, grauitas, continentia, doctrina, vita cœleſtis eſt, nam quemadmodum terra dictus eſt primus homo qui lapſus ex illa præuaricatione cœleſtis gratiæ, & in hac vita terrena deiectus eſt: ita ecõtrario cœlum dicitur qui vitam Angelorum, cuſtodia integritatis exercet corpus ſuum, continenti ſobrietate moderatur mentem quoque ſuam mitti tranquillitate componit, pecuniam pauperibus miſericordi liberalitate diſpenſat, eſt ergo & in terris cœlum, in quo eſſe poſsint virtutes cœleſtes in quo Dei verbum permanet. Semper igitur

Heb. 1. Dani. 7. Iob. 26. Matth. 6. 1. Cor. 15. Ambroſ.

horū exemplo adducti peccatores qui terra ſunt & terrena ſapiūt quibus & dictum eſt, terra es, etiam ipſi diuinis obſecundentur mandatis Deique verbum ac voluntatem adimpleant. ¶Poteſt vltimo verſiculus iſte etiam intelligi de filio (ſecundum gloſſam) qui dicitur verbum patris ſecundū illud Ioan. 1. In principio erat Verbum. Nā verbum ſenſibile eſt quo aliquid dicitur alijs, verbū intelligibile quo aliquid ſibi ipſi dicit homo nam per verba ſenſibilia alijs loquimur per intelligibilia nobis. Sicut enim ad notitiam ſenſibilem requiritur ſimilitudo rei viſæ in oculo. v.g. ita & ad intelligibilem requiritur ſimilitudo rei intellectæ cum omnis cognitio (vt vera Philoſophia tradit) fiat per aſſimilationem. Itaq; cōceptus ille quem intellectus format de re quā cognoſcit appellatur verbum intelligibile: eſt enim imago quædam intelligibilis repreſentans rem intellectam quam cernens intellectus intelligit. Itaq; omnis natura intelligens verbum format quo intelligat: cū ergo Deus ſit naturæ intelligibilis verbum producit quo ſe & omnia in ipſo intelligit in quo ſuamet natura relucet; & quia in Deo nullum eſt accidens verbum illud nō accidens eſt ſicut in nobis, ſed ſubſtātia, ſubſtantia autem aliena in Deo eſſe nō poteſt ſed quicquid eſt in Deo eſt ipſe Deus vt Aug. ait nihil in Deo præter Deū. Vnde verbum illud ſubſtantia diuina eſt eadē quę eſt in patre ad quem refertur; nam verbum ordinem dicit ad dicentē & ideò altera perſona eſt & proprijſsime dicitur filius: nam filius eſt qui ab alio procedit in eadem natura ſecundum rationem ſimilitudinis. Verbum iſtud diuinum à patre dicente procedit in eadem omnino natura & ſimilitudine, ergo proprijſsime & non ſolum ſecundum metaphoram filius dicitur ſed tamen nuncupatur verbum vt innoteſceret nobis ſubtiliſsimus iſte modus quo à patre procedit, nec ſeduceremur putantes ea fœditate gigni qua carnalis filius à patre generatur, ſed tanquàm verbum intellectus ſubtiliſsima ac ſpiritualiſsima ſimulq; puriſsima generatione procedit. Hoc ergo verbū in æternum permanet in cœlo, eſt ergo filius coęternus patri ſicut lux ſolis coęua eſt ipſi ſoli nam cū ſemper ſeipſum intelligat Deus ſemper hoc verbū gignit vnde Pſal. 2. Ego hodie genuite, hoc eſt, ſemper præſens eſt mihi hęc generatio nec vnquam deſinit quare Ioan. 1. dicitur. In principio erat verbū quod poteſt etiā intelligi in principio tēporis vt eſt illud Gene. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram, hoc eſt, in initio temporis, ſi ergo in illo tēporis

Ioan. 1.

Auguſt.

pſal. 2.

Ioan 1.

Geneſ. 1.

initio

pologicoſq; ſenſus tranſire cupimus.Multa circa hũc locũ iucundiſsima ſimul,& vtiliſsima ſe ſe offerunt, nam in hoc octonario docemur, quomodo cor noſtrũ diſponi debeat, ad hoc quod debite Deo ſeruire valeamus,cũ litera quę huic pręponitur octonario,eſt Lamed,quæ vt ſtatim diximus,cor ſeruitutis deſignat,nam ad hoc quod quis debitè corde ſeruiat Deo, octo debet habere.Primũ cor in cœlũ debet tendere vbi eſt theſaurus ſuus,vt in primo verſu diximus. Secundò Eccleſiam à Chriſto fundatã debet credere. Tertiò ſeruitio Dei ſe totũ debet ſubijcere. Quartò legi Dei ſtudioſiùs ac iugiter debet vaccare. Quintò memorię quę ſtudet debet tradere. Sextò corde miſericordiã Dei debet petere. Septimò fortitudine accinctus aduerſis non debet cedere. Octauò Chriſtũ finem omniũ debet credere, quæ omnia per ſingulos verſiculos Deo dante explicabimus.Sed in hoc ſecũdo dicitur,quod Eccleſia Dei à Chriſto fuit fundata,cũ dicit;In generatione & generationẽ veritas tua, fundaſti terrã & permanet.Circa quod notandũ quod fides vnius mediatoris Chriſti ſemper fuit neceſſaria ad ſalutem poſt peccatũ, Nã ipſum ait Paul. poſuit propitiatorẽ pro peccatis noſtris in ſanguine ipſius,& illud Hebr. 11. Accedentẽ ad Deũ oportet credere primũ quia eſt, & quia remunerator eſt, in quo includitur fides Chriſti remuneratoris,hæc autẽ fides Chriſti per viciſitudinem generationũ deriuata eſt vſque ad nos,ſecundũ illud Rom. 1.Reuelatur iuſtitia Dei in Euangelio,ex fide in fidẽ,hoc eſt iuſtitia qua iuſtificamur per Chriſtũ, ſecundum D. Aug. lib. de ſpiritu & litera cap. 11.quæ dicitur iuſtitia Dei, quia eius gratia nobis cõceditur, vel quia communicatur nobis à Chriſto Deo reuelatur autẽ quia olim in lege erat promiſſa & operta, ex fide in fidẽ,hoc eſt ex fide veteris teſtamẽti,ſiue prophetarum, quibus primo facta eſt reuelatio,in fidẽ Apoſtolorũ,quibus plenius omnia tradita ſunt, itaq; in generatione & generationem veritas hæc quæ eſt Chriſtus, ſecundum illud Ioan. 14.Ego ſum via,veritas,& vita, hoc eſt,ex fide priſcorũ Patrum,vſq; ad nos deriuata eſt. Quare cũ Chriſtus Dominus ſuper aſinam ſedens Hieroſolymã paſſurus intraret,turbę quę præcedebant, & ſequebantur ab eo petebant cœleſtẽ ſalutem, nãtã qui præceſſerũt eius aduentũ, quàm qui ſequuti ſunt eius paſſione indigebant ad ſalutẽ. Quare ſemper fuit huius mediatoris fides neceſſaria, ſiue implicita, ſiue explicita,vt Theologorũ ſchola docet,vnde omnes quotquot ſalutem conſequuntur Chriſtiani ſunt,

Rom.3.
Heb.11.
Rom.1.
Auguſt.
Matth.21.
Ioan.14.

& etiam

& etiam veteres patres Chriſtiani fuerunt, quia in fide Chriſti ſalutem conſequuti ſunt, vnde Ioan. 8. Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauiſus eſt. Hæc autem veritatis fides in Eccleſia ſemper permanet, quæ in generatione & generationem ad nos deriuata eſt, vt pote quam ab Apoſtolis qui à Chriſto acceperunt habemus nos. Dicitur autē Eccleſia Dei terra propter firmitatē & ſtabilitatē fidei, quæ ſemper in ea permanebit, rectè ſupradixit ſapiēs Eccl. 1. Generatio præterit, & generatio aduenit: terra autem in æternum ſtat, quoniam ſicuti, vt diximus modo, ſuper terram tanquam ſuper centrum cætera elementa mouentur, imo & ipſum cœlum viciſſitudines generationū tranſeunt, ipſa tamen immobilis perſeuerat, ita & ſuper hanc Eccleſiam Dei diuerſi motus prauorum hominum hæreſum ſectę, ſchiſmaticorū ac tyrannorum ſæuitiæ tranſeunt, alijq; alijs ſuccedunt. Vt Arius Hebioni, Manichæus Ario, illi Pelagius, ſicque vſque ad Antichriſtum non patientur Eccleſiam deſiderata ſua tranquillitate frui, tamen ipſius fides, ac veritas immobilis, ac integra in æternum ſtabit; Bellabunt aduerſum te, ſed non præualebunt, Ierem. Vnde D. Greg. ſuper illud Iob. 9. Qui fecit Arcturum & Orionas ait, quod Eccleſia Dei comparatur polis cœli, ſuper quos tota machina cœli, tot contrarijs ac velociſsimis motibus currit, ipſi tamen immobiles permanent, ſic motus hæreſum ac ſceleratorum hominum qui Eccleſiam Dei perſequuntur, in ea quidem contingunt ipſa autem eadem ſemper ac immota permanebit, quare optime eam contulit Diuus Petrus arcæ Noe, in qua ſolum illi qui ingreſsi ſunt generalem mundi interitum per aquas euaſerunt, de qua dicitur Gen. 7. Porrò arca ferebatur ſuper aquas, impellebatur quidem ab aquis huc illucq; ferebatur, nūquā tamē ſubmergi potuit, ſed ſemper ſuper eas præualuit. Sic Eccleſia Dei in qua ſolū à procella ignis, ac tempeſtatis erui poterimus, etiam ſi aquæ tribulationum aduerſus eam intumeſcant non ſubmergetur, cataractę cœli apertæ ſunt, & fontes abyſsi, & montes omnes ab aquis occultati ſunt ac ſubmerſi, ſed arca ſuper omnes abſq; ſubmerſione natabat, etiam ſi viri qui cœleſtes videbantur cadant à fide, puteique abyſsi aperiantur, hoc eſt, ſepultę hæreſes reuiuiſcāt, montes operiantur, literati, prælati, doctores, religioſi in errorem inducantur, ſemper tamen ſuper omnes fluctus domina præualebit Eccleſia, impelletur quidem à fluctibus huc, illucque circumferetur.

Ioan. 8.

Eccl. 1.

Lib. 9. moral, c. 6.

Gen. 7.

retur. Mahometus, eam ab Africa propellet. Lutherus à Germania, alij à Gallia propulſabunt eam: interire tamē ac omnino ſubmergi impoſsibile erit, ſed ſemper ſuper aquas tribulationum ſecura tranſibit, fundata quippe eſt ab illo cuius manus formauerunt cœlum, vnde & veritas hęc conſtans ſemper ac firma perſtabit, ita vt dicere poſsit Pſalmiſta (In generatione ac generationem veritas tua, fundaſti terram & permanet.) Vnde Paul. Roman. Humiliamur ſed non confundimur, deijcimur ſed non perimus, quare veritas apud Hebræ. dicitur, Stabile quodam ſolidum, & certum, è contra mendacium, inſtabile, quodam ac futile ſignificat. Vnde & characteres ipſi quibus veritas inſcribitur ſunt in fundamento quadrati, & ampli quaſi veritatis fundamentum conſtans, & ſtabile ſignificetur; è contra literæ, ipſe quibus mēdacium formatur, abſq; fundamento ſunt, & debiles vt illa oſtendit figura * quia labile ac inconſtans mendacij fundamētum deſignant, vnde Prou. 11. Vbi nos dicimus; Impius facit opus inſtabile, ſeminanti autem iuſtitiā merces fidelis, In Hebræo eſt, impius facit opus falſitatis, & ſeminanti iuſtitiam merces veritatis, quia ſecundum phraſim Hebræā idem eſt mendacium, quod inſtabile opus: veritatis autē fixam & permanentem rem deſignat, quare Eccleſia Dei fundata eſt à viro ſapiente, hoc eſt, Chriſto qui ſupra fidei ac veritatis petram eam fundauit, nec flumina obruent, nec ventorum flatus ſubuertent illam, vnde ipſe Dominus Matthæi. 16. ad Petrum ait, Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam, vt ibi Deo dante videbimus. Vide D. Auguſ. ſuper hunc noſtrum verſiculū, qui hanc inſinuat ac ſequitur interpretationem.

* אמת Veritas. שקר Falſitas.

Matth. 16.

Auguſt.

VERSVS TERTIVS.

Ordinatione tua perſeuerat dies: quoniam omnia ſeruiunt tibi.

TEmpus etiam ipſum diuinam ſequitur ordinationem, per diem quippe tempus hìc intelligere debes. Tempus autem ſecundum Philoſophum. 4. Phyſic. menſura eſt motuum, & corporalium actionum quæ menſurantur vniformi illo ac regulariſsimo motu primi mobilis, vnde cum motu illo cœpit tempus, & quia cœlum illud creatum eſt in motu, cum ipſo etiam initium ſumpſit tempus, cuius vniformitas ex Dei voluntate, & verbo hucuſque perſeuerat, qua omnia & ſingula ei cultum, & ſerui-

Ariſtot.

& ſeruitutem exhibent, bene autem dicitur, Ordinatione ſua perſe
uerat tempus, quoniam cum ipſe diſpoſuerit deſinet eſſe tempus,
Apoc. 10. ſecundum quod angelus iurauit Apocal. quòd amplius non futu-
rum eſſet tẽpus. Sed aduertendũ, quod in Hebræ. ſic habetur; Iudi-
cijs tuis ſteterunt hodie, ideſt, hæc omnia quæ retulimus nempe
cœlum, viciſitudines generationum, terra, & quæ in ea mouentur,
vt iudicijs Dei deſeruirent vſq; hodie perſeuerant, totum tempus
non eſt, niſi hodie quoniam non eſt niſi vnus dies repetitus, ſecun
Gen. 1. dum illud, Factum eſt veſpere, & mane dies vnus, veſpere & mane
dies ſecundus, & ſic de alijs, vel ſecundo quia nunquam aliquid ha
bitum eſt, habetur aut habebitur niſi hodie, nam quod habitum
eſt de tempore tunc fuit hodie, & ſimiliter quod habebitur, tunc
erit hodie, & quod nunc habetur eſt hodie, itaque appellatione ho
die vniuerſum tempus, ſecũdum id quod habetur de eo deſignat,
Hebr. 3. vnde Paul. Hebræ. 3. Donec hodie nominatur inter vos, hoc eſt,
donec in tempore viuitis quod ſemper eſt hodie, vnde dicitur plu-
raliter, ſteterunt hodie propter multiplicata hodie, & tunc ſenſus
eſt, quod tempora omnia quæ ſignificantur per hodie ad hoc per
ſeuerant, vt exequutione mandentur diuina iuſtitia. Hæc interpre
Caietan. tatio eſt domini Caiet. ſed prior eſt D. Hierony. & aliorum qui le-
Hierony. gunt ordinationi tuæ perſeuerant hodie, hoc eſt, omnia relata, vt
Dei ordinationi obediant, vſque hodie manent. Sed nihilominus
myſticè aliter poſſumus carmen hoc interpretari, nam primo per
diem in Scriptura ſignificatur Chriſtus incarnatus, & hoc pro-
terſcientiæ claritatem, quoniam omnia nuda & aperta ſunt oculis
eius, quare fidelibus qui ſunt filij Chriſti per adoptionem dicit
1. Theſſ. 5. Apoſto. 1. Theſſalon. 5. Vos lucis eſtis & filij Dei, non ſumus filij
noctis, qui in hoc die ambulat, imitando eius exempla, non peccat,
Ioan. 11. Ioan. 11. Qui ambulat in die non offendit, iſte eſt dies qui duode-
cim habet horas, nempe duodenarium Apoſtolorum numerum,
vt Ioan. 11. Nonne duodecim horæ ſunt diei? de quo die dicit
Rom. 13. Apoſt. Rom. 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquabit, abij-
ciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in
Simile. die honeſtè ambulemus. Solent homines cum dies eſt corpus com
ponere, cooperire atq; adaptare, ne quid inhoneſtũ, aut indecorũ
hominũ proſpectibus appareat, quod cum nox eſt minime curãt,
quoniã tenebræ eos occultant, ne videãtur inter infideles ac paga-
nos, quibus ſol iuſtitiæ nõ eſt ortus, hoc eſt Chriſtus, quoniam in
tenebris

tenebris agunt vitam non eſt tanta cura, vt vitia tegant imo indecora multa inter eos fiunt nec alij multum de his curant, vt apud gentiles videre fuit cum tot inter eos fœda publicè permitterentur, quare inter alia eos Paul. Rom. 1. vocat incompoſitos, at inter Rom. 1.
Chriſtianos, qui in hoc die ambulant, nihil quod à recta ratione diſſentit permittitur, ſed ſtatim alij ſcãdalizantur, vel à fratre corrigitur, vel publice à prælato, vnde Pau. Vt filij lucis ambulate. De iſto ergo die, ait Pſal. Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam quod verbum ſemel aſſumpſit, nempe humanam animam & corpus, nunquã dimiſsit, ſed illa vnio durabit in æternum, ſecundum illud Hebræ. 13. Ieſus Chriſtus heri & hodie & ipſe in ſecula. Vel ſecundo per diem intelligitur lux fidei, quando cum charitate, & Hebr. 13.
ſpe concomitata reſplendet: hæ enim virtutes ſunt per ſe infuſæ à Deo hoc eſt nullo modo humana induſtria acquiſitæ. Et hęc dies fidei ſignificatur per primã filiã Iob, quæ appellata eſt Dies, ſpes vero per ſecundam filiam, quæ dicebatur Caſsia, quæ interpretatur ſummus Deus, vel principium Domini; ſpes autem ad ſumma tendit. Tertia filia Iob, dicta eſt Cornuſtibij, quæ ſignificat charitatem, quoniam tibium vnguentum eſt, charitas autem vnctio eſt animæ, ſed diuina ordinatione iſte dies perſeuerant, quoniam ex Dei miſericordia prouenit, vt hæ virtutes conſeruentur in anima quibus poſſet de hoſte palmam referre, ſicut Ioſue. 10. longiſsimum diẽ præbuit filijs Iſrael, vt ſole eos illuminãte poſſent de inimico populo triumphare. (Quoniã omnia ſeruiunt tibi.) Nam vt dicit Gregorius. Probatio dilectionis: exhibitio eſt operis. & Ambroſ. Operatur magna ſi adeſt, ſi autẽ operari renuit amor nõ eſt. Tertio (vt placet D. Ambr.) intelligitur de die æternitatis, de quo Pſal. 83. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia, & Zach. 14. Erit dies vna nota Domino non dies nec nox, & in tempore veſperi erit lux. Dies illa ſeptima eſt, quæ neſcit occaſum, ille verus dies eſt cuius verus ſol Chriſtus nũquã occidit. Noſter enim dies nocte clauditur, dies vnus, qui vno ſemper ac immobili tempore perſeuerat, vnus, quoniam ſicut nunc fluens facit tempus ita nunc ſtans æternitatem, quia ſemper in eodem inſtãti perſeuerat. Quare Deo qui æternus eſt omnia ſunt præſentia, quia illud nunc ac inſtans æternitatis omnia ſecula ambit comprehenditque. Vnde Auguſtinus, ait Deus cui nec præterita tranſeunt nec futura ſuccedunt. De quo die 2. Petri. 3. Ipſi gloria nunc, & in die æterni- Ioſue. 10. D. greg. D. Ambr. Pſal. 83. Zach. 14. D. Aug. 2. Petri. 3.

Pſal. 117. tatis amen. & Pſal. 117. Hæc dies, quam fecit Dominus exultemus,& lætemur in ea, quoniam ordinatione diuina dies ille non ſolum ſibi, ſed & beatis omnibus in æternum perſeuerat,per omniaque ſecula dies ille ducetur. (Quoniam omnia ſeruiunt tibi.)

Ambroſ. Quod ſolum ibi verificatur. Vnde Ambroſ. hic ait, Videtur enim ſignificare diem illum gloriæ,quando nox non erit amplius non indigebit lucernæ, vel ſolis lumine, quoniã Dominus illuminabit eos,vnde ſubdit,quoniã omnia ſeruiunt tibi, hoc eſt, Dei faciunt voluntatem nunc enim non omnes ſeruiunt ei:cum autem tradi-

1.Cor.15. derit regnũ Deo & patri tunc erunt ſubiecta ei omnia. 1.Cor.15. Qui ſibi vniuerſa ſubijciet acquirens omnium fidem per vnigeniti paſsionem,ſubiectio ergo mẽtium facit ſedulam ſeruitutẽ; Ergo cum omnes crediderint in Dominum Ieſum, tunc vniuerſa Deo ſeruient, vt ſit Deus omnia in omnibus,nunc autem non omnes ſunt ſerui Dei, quia pleriq́ue ſerui ſunt peccati, qui enim peccatum facit ſeruus eſt peccati:Dominus autem non vult cum alijs conſortium habere dominatus,permanet ergo dies immutabilis. Potuit dicere,permanebit, ſed prophetis futura pro præſentibus præſto eſſe videbantur in ſpiritu. Hæc Ambroſ. Igitur ſeruus Dei ſeruitio Dei ſe totum debet ſubijcere omnium creaturarũ exemplo,quoniam omnia ſeruiunt ei præter hominem, qui inter cæteras creaturas rebellis ac contumax cõtra Deum eſt. Vnde de hoc compunctus atque confuſus iuſtus ſubdit,

VERSVS QVARTVS.

Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte perijſſem in humilitate mea.

COnſiderans perſona hæc,quæ cognoſcit vitam ſuã in mandatorũ Dei obſeruatione cõſiſtere: vitãq́; animæ ſuæ inde pendere,cum ſubinde videat creaturas omnes obſequi voluntati illius, præcipuè quas numerauit nẽpe quæ perpetuæ ſunt quales ſunt cœlum, terra, tempus & ſucceſſus generationis ad ſeipſum,mentem ſuam voluens ac cernens ſe inter pretioſiores Dei creaturas conditũ eſſe,immortalẽ gerere animã, ac perpetuæ beatitudinis ac æternæ felicitatis compotẽ,& quod his omnibus prætermiſsis Dei mandatis contraire audeat illumq́; omnium opificẽ, quẽ reliquæ venerantur creaturæ:ipſe ſolus contẽnere præſumat,

& quod

& quod de eo dicatur illud Iob. 15. Tetendit aduerſus Deũ manũ ſuam & contra omnipotentẽ roboratus eſt, (que tenga el hombre manos para Dios) adeo confunditur, compungitur, ac affligitur vt niſi legis Dei meditationi inniteretur perijſſet forſan in hac afflictione ſua, nam conferendo conditionis humanæ miſeriam, ac inconſtantiæ ſuæ fragilem lapſum cum perſiſtentia aliarum creaturarum inobedientia Dei forſan deſponderet animum ſuum, ac de vita animæ ſuæ deſperaret niſi in lege Dei fulciretur, quæ pœnitentibus redditum, ac recuperationem promittit diceretque cum Eccleſia; Deſperarem niſi ſcirẽ miſericordias tuas. Vnde alia litera habet. Niſi quòd lex tua delectatio mea eſt, quod idem eſt in ſenſu, quoniam meditatio rei delectabilis delectationem parit, & quidem ſenſus huius verſiculi clarus eſt, etſi clarior appareret legendo abſque, quod. Hoc modo. Niſi lex tua fuiſſet meditatio mea: tunc fortè perijſſem in humilitatem ea, vt eſt etiam illud Pſalmi. 93. Niſi quia Dominus adiuuit me: paulò minus habitaſſet in inferno anima mea, clarius diceretur. Niſi Dominus adiuuiſſet me. Humilitas autẽ hoc in loco pro afflictione ſumitur. Vnde Hierony. vertit, fortè perijſſem in preſſura mea, & Felix. In afflictione mea. Et quidem diuinæ legis meditatio animum in aduerſis roborat, in preſſuris conſolationem præbet, quare vt quis Deo ſeruire dignè valeat, hoc etiam debet habere, vt ſit frequens in ſacri eloquij ſtudio, nam per ſanctorum exempla, quæ ibi ſcripta commemorat patientia noſtra valde prouocatur. Vnde Diuus Gregor. 2. moral. capite. 1. ſic ait, Scriptura ſacra mentis noſtræ oculis, quaſi quodam ſpeculum opponitur, vt interna facies noſtra in ipſa videatur, ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus quantum proficimus, ibi à profectu quantum longè diſtamus, narrat fortia geſta virorum, & ad imitationem corda prouocat infirmorum: dumque illorum victricia facta commemorat contra vitiorum prælia debilia corda noſtra confirmat fitque verbis illius, vt eo minus mens inter certamina trepidet, quo ante ſe poſitos tot virorum triumphos videt, nonnunquam vero non ſolum nobis eorum virtutes aſſerit, ſed etiam caſus innoteſcit, vt in victoria fortium, quid imitando arripere, & rurſum videmus in lapſibus, quid debeamus timere. & D. Ambroſius, ſuper hunc verſum ſic ait; Atheleta niſi officio paleſtræ prius fuerit aſſuefactus, non

Iob. 15.

Pſal. 93.

D. Hiero. Felix.

D. Greg.

D. Ambr.

audet ſubire certamẽ. Vngamus igitur oleo lectionis noſtræ mentis lacertos, ſit nobis tota die & nocte exercitij vſus in quadã cœleſtium ſcripturarum paleſtra: artuſque animorum noſtrorum ſalubris ſpiritualium ferculorum eſca confirmet, vt cum aduerſarius aſsiſtere cœperit & puluere nos ſuæ tentationis aſperſerit; ſtemus intrepidi, melius percutimus verberati ſi percutienti maxillam alteram præbeamus ſi vindictam non requiramus, ſed ei
Rom. 12. & qui dixit; Mihi vindictam, & ego retribuam cauſam vindictæ re-
Deute, 32. ſeruemus. Cedimus aëreas poteſtates ſi noſmetipſos caſtigare nouerimus, exerceamus certamen, vt ſimus certamini ſemper parati, & cum frequentior aduerſarij ictus ingruerit nunc inopia, nunc rapina, nunc orbitate, nunc corporis ægritudine, nunc mœrore animi, nunc terrore mortis, & acerbitate pœnarum dicat vnuſquiſque noſtrum, qui potuerunt ſuſtinere. Niſi quia lex tua meditatio mea eſt: tunc fortè perijſſem in humilitate mea. Ac ſubinfert exempla plurima ex ſcriptura Iob, Ioſeph,
D. Hiero. Eſaiæ &c. & Diuus Hieronymus, ad Ruſticum monachum ait, Ama ſacrarum ſcripturarum ſtudium, & carnis vitia non amabis, lex enim Dei armat animam, & in meditatione, & in ſermo-
1. petri. 4. ne. In meditatione, vt hic dicitur. & 1. Petri. 4. Chriſto igitur paſſo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. In ſermone,
2. Macha. vltimo. vt 2. Machabæorum vltimo. Singulos eorum armauit Iudas non clipei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis & hortatio-
D. Aug. nibus. Diuus Auguſt. ait; Niſi quòd lex tua &c. Iſta lex fides eſt
Galat. 3. non inanis fidei, ſed quæ per dilectionem operatur. Galat. 3. Per hanc impetratur gratia, quę fortes facit in tribulatione temporali: ne pereant in humilitate mortali.

Sed aduertendum, quod particula fortè non videtur haberi in Hebræ. ſolum enim eſt particula, az, quod iuniores vertunt, tunc, aut iam, & in Græco eſt tunc vtique, & videtur fortè ſententiæ officere. Nec enim dubitandum eſt, quin pereundum ſit legis di-
D. Ambro. uinę meditatione ſublata. Vnde D. Amb. interpretatur; Alioquin perijſſem in humilitate mea, quod certitudinem indicat ac non
D. Hiero. dubitationem. Attamen D. Hieronymus tranſtulit fortè, nec eſt ſemper nota dubitandi, quia ex quodam tropo loquẽdi inſinuat quicquam inconſtantiæ voluntatis noſtræ, quaſi dicat; Niſi quod lex tua meditatio mea eſt, tunc inſurgens fortis tentatio debilem, & inconſtantem vtpote meditatione legis deſtitutum funditus

ditus perdidiſſet, & hæc eſt ſententia Hilarij in hunc locum, qui non ſemel forſitan repetit, quòd ne quis diffidat (ait) frequenter admonuimus humiliatione id ſignificari, cum tentationibus anima ſubiecta eſt, & infirmitati ſuæ derelicta humilis efficitur, lex ergo ei meditatio eſt, & niſi meditatio fuiſſet forſitan in humilitate perijſſet: non eſt ergo meditatio legis cum tribulamur, & anguſtiamur relinquenda, ſed cum varijs corporum infirmitatibus affligimur, cum inter perſequutionum bella vexamur, conſtans in nobis debet legis eſſe meditatio. Vrant enim licet in excidium fidei ignes, lacerent quoque ad periculum ſalutis flagella, effodiant quoque ad eliciendam impietatis confeſsionem redempta à Deo corpora vngulæ, dicti tamen prophetici meminiſſe debemus, vt conſortes ipſius ſimus. Dicamus & nos patientes atque vincētes; Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tūc fortè perijſſem in humilitate mea, hæc Hilarius. ¶ Sed ſecundo aduerte, quod forte, vel forſan, non dicit incertitudinē conſequentis, ſed antecedentis, vt Soph. 1. Quærite Dominū, ſi quomodo vel ſi fortè inueniatis eum; incertitudo in antecedēti ſita eſt, nam ſi quæſieris Dominum, vt debes abſq; dubio inuenies illum, quod Dominus Samaritanæ explicuiſſe videtur cum ei dixit Ioan. 4. Tu forſitan petijſſes ab eo, & daret tibi. Vbi, forſan, in antecedenti eſt, non enim eſt dubium, quod qui rectè à Deo petit accipiat, ſed quod dubitari poteſt eſt, an tu rectè petas. Sic in propoſito; Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt tunc fortè perijſſem in humilitate mea: dubitatio ac incertitudo in antecedenti eſt, nempe ſi lex Dei fuerit meditatio tua, nam ſi hoc incertum eſt etiam & ſalus tua erit incerta. Vide D. Ambroſ. 2. de Pœnitentia. c. 5. vbi multa teſtimonia ſcripturæ affert in quibus fortè, & forſan, non dicunt incertitudinem, aut dubitationem, ſed potius maiorem addunt certitudinem.

D. Hilar.

Sopho. 1.

Ioan. 4.

D. Ambr.

VERSVS QVINTVS.

In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.

HVnc verſum inducit Aug. quaſi præcognitionem beneficij habiti ex meditatione legis, quaſi dicat. Quia per meditationē legis tuæ nō perij in afflictione, & humilitate mea, ſed magis fui iuſtificatus; ideo huius nunquam obliuiſcar, nec à

D. Aug.

memoria elabi poterit lex tua, quæ iuſtificat in æternum, hoc eſt in æterno meo, id eſt, in tota vita mea, vel in ęternũ, hoc eſt. In cœlo, vbi in æternũ viuitur, memor ero tãti beneficij. Ibi enim ſancti memores beneficiorũ Dei, quibus ad tantũ bonũ pertracti ſunt: in eius laudibus totos ſe inceſſanter effundũt, & certè homo ea in quæ ſtudium impendit, memoriæ tradere debet, ne obliuioni tra-
Similitudo dantur. Sicut enim cibus in ſtomacho receptus, & ſtatim reiectus nihil homini proficit, ſed magis lædit ſtomachum: ſic & lex Dei audita, vel lecta, ſi memoriæ nõ tradatur. Nam & olim Deus præceperat, vt nullatenus legis ſuæ obliuiſcerẽtur, ſed quod mãdatum illud ante oculos eorũ pẽderet: hæc enim erãt philacteria illa, quæ Phariſæi dilatabãt, nimirũ quòd à pilo capitis pendebant duæ papiri, quibus mandatũ de dilectione Dei & proximi continebatur
Prouer. 3. ſcriptũ, & hæc ante oculos eorũ volitabant. Et Prou. 3. dicitur; Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuũ cuſtodiant. Nam ſi ſic feceris (ſubiũgit inter alia) miſericordia (nempe Dei) & veritas te non deſerent. Sic Hebræ. legunt; Et ſtatim circunda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui, hoc eſt, firmiter & vndiq; tibi adſint ſemperq; tibi ſint præ oculis, velut quod circundatur collo, & à collo depẽdet, vndiq; hominẽ cingit, ſemperq; ob oculos verſatur. Deſcribe nõ in tabulis æreis, vel lapideis, in qualibus lex Moyſi fuit ſcripta, ſed in tabulis cordis tui: hoc eſt, impri me eas ſic in corde tuo, vt eas tibi ſemper legas, nec obliuioni tradas. Sed de exequẽdis ſemper cogites, & inuenies gratiã, & diſciplinã bonã corã Deo, & hominibus, hoc eſt, ſi hoc feceris gratioſus eris, & bonæ intelligẽtiæ apud Deum, & homines. Et vt hic
D. Ambro. adnotauit D. Ambr. Paſcha primum celebratum eſt in Ægypto, & antequam de poteſtate Pharaonis liberarentur, agnus occiſus eſt: & poſt ingreſſam terram promiſsionis idem paſcha repetitum ac celebratum eſt, quod quidem vt memoria tanti beneficij inſtitutum fuit, vt nos doceremur, quod in hac vita in qua ad huc ſub Pharaonis poteſtate ſumus, hoc eſt, diaboli & mundi tentationibus, ac carnis agitationibus expoſiti meminiſſe oportet legis Dei, qua iuſtificamur, & à qua gratiam vt à tot malis eriperemur, recipimus, & in futura, quæ per promiſsionis terram ſignificatur, etiam apud beatos tanti beneficij memoria celebratur, cum ſe à dæmonis poteſtate totq́ue, ac tam magnis periculis erutos, ac liberos ſe gratia Dei vident, & quia per obſeruantiam legis Dei

viuificati

viuificati ſunt, dicit; In æternum non obliuiſcar iuſtificationes tuas, quia in ipſis viuificaſti me. Secundo ex eodem D. Ambroſ. aduertendum, quod hic vocat legem Dei iuſtificationes non quia lex vetus ex ſe ipſa iuſtificaret, ſed quia hanc iuſtificationem, quæ per legem nouam adimplenda erat, ſignificabat. Quare circunciſio, quæ præcipuum ſacramentum, ac præceptum illius legis erat, vocatur à D. Pau. Rom. 4. ſignum; Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculum iuſtitiæ fidei, eo quod ſignificaret, quod in ſemine Abrahæ benedicendæ erant omnes gentes, & quod per Chriſtum, qui ex ſemine eius naſciturus erat, conſequi deberet vera iuſtitia, quæ ex fide eſt Chriſti. Signaculum autem dicitur ſignum aliquod occultans id quod reuelandum eſt amicis, vt patet in literis ſigillatis, & ſecundũ hoc dicitur Apoc. 5. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere librum, & aperire ſignacula eius. Claudebatur ergo ſub ſignaculo circunciſionis ſecretũ incarnationis Chriſti ex ſemine Abrahæ. Quare & Theologi dicunt, quod in ſacramentis veteris legis paſsio Chriſti operabatur per modum cauſæ finalis, in nobis vero per modum cauſæ efficientis, nam finis mouet in intentione, quoniam finis in intẽtione apprehenſus mouet ad opus, nec oportet, vt ſit præſens effectui. Cauſa autem efficiens præſens effectui eſt, & ipſum contingit ac efficit. Finis legis (ait Pau.) fuit Chriſtus, ad illum ergo dirigebatur intentio priſcorum patrum per fidem implicitam, quam de eo habebant, & fides illa Chriſti, quam in ſuis cæremonijs profitebantur, cum coniuncta erat charitati iuſtificabat eos. Sacramentũ quippè nihil aliud erat quàm figura iuſtitiæ, quæ per Chriſtũ habenda erat. Sed in ſacramentis nouæ legis operatur per modũ cauſæ efficientis, quæ præſens eſt effectui, & ideo noſtra ſacramenta ex opere operato (vt dicunt Theologi,) hoc eſt, ex ſe ipſis iuſtificant. Non autẽ vetera, quę vacua à gratia erãt, noſtra verò & gratiã in ſe ipſis cõtinent: & eam vere ſuſcipientibus conferunt, vt ait Conciliũ Florentinum.

Idẽ D. Ambroſius.

Rom. 4.

Apoc. 5.

Rom. 10.

Con. Flor.

VERSVS SEXTVS.

Tuus ſum ego ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas exquiſiui.

SExtum, quod verus Dei ſeruus habere debet, vt in ſecundo verſu huius octonarij ꝓpoſuimus, id eſt, vt Dei miſericordiã toto corde expoſtulet, vt præcepta legis implere poſsit ſine,

qua nec Dei iuſtificationes intelligere valemus, nec commendare memoriæ, & quia humilitas facit exaudibilem orationem, ſecundum illud Eccleſ. Oratio humiliantis ſe penetrat cœlos, ideo primo & totaliter Deo ſubijciens dicit; Tuus ſum ego. Omnia quidē, ſecundum poteſtatem ſunt Dei, ſed ſecundū imitationē nō omnia ſua ſunt. Superbus nō Dei, ſed ſuus vult eſſe, ideo perdit, quod eſt, ſed humilis Dei vult eſſe, & ideo conſeruatur in eſſe. Vnde Augu. hīc ait, Non leuiter trāſeundum eſt, quod ait; Tuus ſum ego, quid ergo non eſt Dei? an forte, quia in cœlis dicitur eſſe Deus ideo putandum aliquid in terra nō eſſe eius, cum alibi Pſal. dicat; Domini eſt terra & plenitudo eius? quid eſt ergo, quod iſte ita quodā modo familiari, ſe Deo cōmendandum putauit? vt diceret; Tuus ſum ego ſaluū me fac, niſi intelligi volens, quod malo ſuo ſuus eſſe voluerit, quod eſt inobediētiæ primū & maximū malum, & tanquā dicens; Meus eſſe volui, & perditū me feci, tuus ſum (inquit) ſaluū me fac, quia iuſtificationes tuas exquiſiui, non voluntates meas quibus fui meus, ſed iuſtificationes tuas, vt eſſem iam tuus. Deus non noſtra, ſed nos vult, vt Paul. non quæ veſtra ſunt, ſed vos. Quintus Fabius, maximus Romanorum Imperator cum ad eum auri & argenti munera per legatos ex quadam prouincia miſiſſent, vt eum placerent, reſpondit. Populus Romanus non aurum, ſed dominos ac poſſeſſores auri ſub ſuo vult eſſe dominio. Sic omnium Imperator Deus non noſtra, ſed nos, hoc eſt, non bona temporalia noſtra, ſed cor quod dominatur eorum ſibi donari petit. Quo mihi multitudo victimarum veſtrarum? plenus ſum. Ob hoc enim non rectè diuiſit Cain, vt ſupra retulimus, quia ſemetipſum ſibi, externa autem bona Deo dabat, cor à nobis exigit Deus. Fili præbe mihi cor tuū. Id dixit Abraham Gen. 14. Da mihi animas cætera tolle tibi. Id tibi dicit Deus tuus; Da mihi cor, & animā tuā, cætera tibi ſint; In me ſunt Deus vota tua, ait noſter Propheta Pſal. 55. Hoc eſt in me ipſo ſunt, quæ tu vis, nimirū cor, & anima mea. O quā pauci verè poſſunt dicere, tuus ſum ego. Obſecro patiēter auſcultate D. Ambr. ſentētiā, quę ſi prolixa aliquātulum ſit, grauitate tamē ſermonū prolixitas cōpenſatur. Facilis vox (ait) & cōmunis hęc videtur, tuus ſum ego, ſed paucorū eſt, ſatis rarus eſt, qui Deo dicere poſsit, tuus ſum ego. Ille enim hoc dicit, qui adhæret Deo totis ſenſibus, qui aliud cogitare non nouit. Ille hac voce vtitur, qui poteſt dicere; Dñe oſtēde nobis patrē, & ſufficit nobis,

Eccl. 35.

D. Aug.

Pſal. 23.

2. Cor. 12.

Iſaiæ. 1.

Prou. 23.

Gen. 14.

Pſal. 55.

D. Ambro.

Tuus ſum ego oſtenditur.

nunquid

nunquid hac voce vtitur auidus pecuniæ, honoris, poteſtatis? multis non eſt ſatis Deum ſcire. Et quid pluribus? tanti populi, tantæ nationes, tanti diuites, paupertatem putāt Domino ſeruire, & qui ſupra omnes eſt illis exiguus & anguſtus eſt, illis non eſt ſatis Dei filius, in quo ſunt omnia: ille denique diues in Euangelio, cui dictum eſt, Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia &c. Deum ſibi ſufficere non iudicauit; denique & contriſtatus eſt, quaſi plus eſſet quod relinquere iuberetur, & quod minus eſſet eligere. Ille ergo ſolam dicere poteſt, tuus ſum ego, qui dicere poteſt, Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Apoſtolorum itaque hæc vox eſt, non tamen omnium Apoſtolorum, nam & Iudas Apoſtolus fuit & in conuiuio inter Apoſtolos Chriſti recumbebat, dicebat & ipſe, tuus ſum, ſed voce non corde. Venit & intrauit in eū Satanas, & cœpit dicere, non eſt tuus Ieſu, ſed meus. Denique ea quæ mea ſunt cogitat, quæ mea ſunt pectore ſuo voluit, tecum epulatur, tecum paſcitur, à te panem accipit, à me pecuniā, tecum bibit, & mihi tuum ſanguinem vēdit, tuus eſt Apoſtolus, & meus eſt mercenarius. Nō poteſt dicere ſecularis tuus ſum: plures enim dominos habet, venit libido, & dicit; meus es quia ea quæ ſunt corporis concupiſcis, in illius adoleſcentulæ amore te mihi vendidiſti, in illius concubitu meretricis pretium pro te enumeraui, venit auaritia & dicit argentum & aurum quod habes ſeruitutis tuę pretium eſt, poſſeſsio quam tenes, iuris tui emptio, venditio libertatis tuæ eſt, Venit gula, & dicit meus es, vnius diei conuiuium pretium vitæ tuæ eſt. Ille ſumptus epularum tui eſt ſumma contractus. Et quod peius eſt carne emptus es, vilior cibo es tuo. Pretioſior eſt vnius diei menſa tua, quàm totius temporis vita: inter calices te redemi, inter epulas acquiſiui. Venit ambitio, & dicit tibi, planè meus es, neſcis, quod imperare te alijs feci, vt mihi ipſe ſeruires? neſcis quod poteſtatem ideo tibi contuli, vt meæ ſubijcerem poteſtati? an ignoras Domino noſtro dictū; Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me? ante ergo ſubijcitur qui alios vult habere ſubiectos. Veniunt omnia vitia, & ſingula ei dicunt, meus es, quem tanti repetunt vile mancipium eſt: quomodo ergo tu qui huiuſmodi es poteris Chriſto dicere, tuus ſum? Reſpondebit tibi ille; Nolo habere ſeruum pluribus dominis ſeruientem, nam quomodo meus es, ſi verbis mihi dicas, tuus ſum, & operibus neges? Non eſt meus quem libido ſuccendit, quia mea caſtitas

Matth. 19.

Mat. 19.

Libido.

Gula.

Ambitio.

Matth. 4.

eſt, non eſt meus, quem cura ſpoliandi minoris excogitat, quia mea eſt largitio, non eſt meus, quem aura mobilis inquietat, quia mea eſt trãquilitas, non eſt meus, vini crapula temulentus, gloriæ ſecularis ebrius, pax ſum ego, litigare nõ noui, non eſt Chriſti, niſi qui alienus eſt à crimine: qui enim plures dominos habet, non poteſt Chriſto dicere, tuus ſum ego: & ideo Pſalmiſta, vt oſtenderet qua ratione quis dicere poteſt Chriſto, tuus ſum ego adiungit. Iuſtificationes tuas exquiſiui, quaſi dicat, ille verè tuus eſt, qui nihil aliud extra te quærit. Solum quærit iuſtificationes tuas, ideſt, mãdata tua perficere, hæc omnia elegãtiſsimè ac ſanctiſsimè Ambr. in hoc Pſalmo concionatur. ¶ Sed ſecundo aduertendum, quod in hoc verſu videtur reſponſum dari quæſtioni factæ. 1. Reg. 30. Vbi dicitur; Cuius es tu, vel vnde & quò pergis? ita queſiuit Dauid à quodã peregrino: & hæc tria quærit Chriſtus à nobis. Et ad primam interrogationem reſpondet dicendo, tuus ſum ego. Ad ſecundam cum dicit, ſaluũ me fac, quaſi dicat, Ego ſum de terra ſaluandorum, ſcilicet, ciuis Ieruſalẽ: cauſam vero viæ, vel finem propinquum oſtendit, cum dicit; Quoniã iuſtificationes tuas exquiſiui, ſed ille à quo quæſiuit Dauid contrarium reſpondit, & multi inter Chriſtianos, ita reſpondere poſſunt, dixit enim puer, Ægyptius, ideſt fatuus, mundanus, ſeruus ſum viri Amalechitæ, id eſt, diaboli lingentis ſanguinem, exiuimus ad auſtralem plagam, hoc eſt ad proſperitatẽ mundi. ¶ Animaduerte tamen, quod tam iuſti quàm peccatores Dei ſunt, licet diuerſimodè valde. Dicunt enim impij eſſe Dei quia per potentiam ſuam eos detinet puniẽdos. Iuſti autem ſunt Dei, quia inter bona & amabilia ſua cõputant. Vnde Sapiẽ. 15. dicitur; Etenim ſi peccauerimus tui ſumus ſciẽtes magnitudinẽ tuam, hoc eſt infinitatẽ potẽtiæ tuæ qua impios ſub iuſtitiæ tuæ ordine cõtines. Et ſi non peccauerimus, ſcimus, ideſt, firmiſsima fide credimus, quia apud te cõputati ſumus, ideſt, numerati & electi, vt in cælis æternaliter præmiemur. In hoc gaudete, & exultate, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlis: vbi aduertendũ, quod iſtud dicitur præciſe de electis, quorũ numerus ſoli Deo cognitus eſt, vt docet Aug. in Enchirid. c. 22. & Eccleſia in quadam collecta dicit: Deus cui ſoli cognitus eſt numerus electorũ in ſuperna felicitate locandus. Sed obſerua, quod proceres atq; diuites homines aliter poſsident modica & vilia, aliter pretioſa & nobilia. Hæc eñ cõputata habent & ad numerũ certũ redacta, ne aliquod

D. Ambroſius.

2. Reg. 30.

Sapien. 15.

Lucæ. 10.

D. Auguſtinus.

eorum

eorum pereat,illa tamen & ſi poſsideāt non tanti pendent,nec cōputāt, nec in numerato habet. Nec em̄ ſcit qui ditiſsimus eſt quot aciculos habeat in domo ſua. Scit tamen quot aurea,vel argentea vaſa. Ad hunc modum ſe habet Deus circa reprobos & electos. Nā licet omnium numerū nouerit, tamen electorū numerū quaſi prædefinitū,& de prima intentione computatū habet. Reprobos vero quaſi res viles nūlliuſq; momēti quaſi nullius eſſent numeri parui pendit, nec ea diligentia, ac propoſito qua electi numerantur,vnde Eccle. 1. Stultorum infinitus eſt numerus:quare Boetius lib. 1. Arithmet. loquens de diuiſione numeri per diminutū & ſuperfluum & perfectum dicit; In his eſt magna ſimilitudo,virtutis & vitij, perfectos enim raros inuēnimus numeros, ſed ſuperfluos & diminutos, multos & infinitos. Perfectus enim numerus eſt, qui ex oibus partibus ſuis aliquotiens ſimul ſumptis conſtat, ſicut eſt numer⁹ ſenarius qui cōtinet numerū binariū,& ternariū,& binarius ter ſumptus,& ternari⁹ bis ſumptus ipſum numerū ſenariū cōſtituūt, & infra cētū millia nō ſunt niſi quinq; tales numeri, & quia tāta eſt malorū copia,nō tāta cura eſt Deo,vt numerent̄,ſicut de electis, qui inter pretioſiſsima Dei vaſa cōtinent̄: in magna enim domo ſunt vaſa aurea,& argētea,& fictilia(ait Paul.) hæc nō habent̄ in numero ea diligētia qua alia.Iſai.de iuſtis cap. 13. dicit; Pretioſior erit vir auro,& homo mundo obrizo,& bene dicit vir: quia ſicut lex ordinabat antiqua, mulieres & paruuli nō numerabantur,ſed ſoli viri.Ita apud Deum effœminati,& ad virilia opera molles,ineptiq; non cōputant̄ inter pretioſa:ſed tantū viri qui aduerſis,ac iniquis ſuggeſtionibus viriliter reſiſtere audent. ¶Vltimo aduertendū,quod in Hebr.ſic legitur;Ego tibi ſum,ſicut illud Cant. Dilectus meus mihi,& ego illi, nā per hoc inſinuatur amor amicitiæ qui reciprocus eſt, & inter Deū & hominē locū habet.

Simile. Eccleſ. 1. Boetius. 2.Tim.2. Iſaiæ.13. Cantic.

VERSVS SEPTIMVS.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua intellexi.

SEptimum quod athleta Domini debet habere, id eſt, quod aduerſis non cædat: nam ars hominis ex eius operatione probatur.Fortitudo in pugna,ſeruitus in obedientia, arbor quæ omni vento cędit ſignū eſt non adeò fixè radicatā eſſe,homo qui omni aduerſitati flectitur,non firmum habet fundamentū in Dei amore.

Epheſ. 3. amore. Vnde Paul. Epheſ. In charitate radicati & fundati. Quare ait hic Pſal. Me expectauerũt peccatores, vt perderent me. Tamẽ ego firmus, ſtabiliſq; permãſi, nam ſubdit, Teſtimonia tua intelle xi. Intelligere eſt intus legere, acſi diceret. Intus radicata mandata tua ſemper recondita ſeruaui: quapropter in aduerſis rectus ac firmus permanſi, vel ideo verſu præcedẽti dixi; Saluum me fac, quoniam me expectauerunt peccatores inſidiantes latenter, vt perderent me, faciendo cõſentire peccato. Obſerua. Aliter expectat nos Deus, aliter diabolus, Deus nos expectat, vt ſaluet: diabolus vt per-
Iſaiæ. 30. dat. Iſaiæ. 30. Propterea expectat Dominus, vt miſereatur; de dia-
Iob. 40. bolo dicitur Iob 40. Abſorbebit fluuium, hoc eſt diſſolutos, & habebit fiduciã, quod iufluat Iordanis (ideſt vir iuſtus) in os eius.
Pſalm. 9. & Pſal. 9. Inſidiatur in abſcõdito quaſi leo in ſpelunca ſua. Iere. 3.
Ierem. 3. In vijs ſedebit expectans eos quaſi latro in ſolitudine, (Es caçador
Iob. 4. de eſpera.) Vnde Iob; Sub vmbra dormit in ſecreto calami, in locis humẽtibus, nõ dormit, licet fingat ſe dormire, vt nos imparatos pleno agmine adoriatur, ſed ſub vmbra nos expectat, hoc eſt in tenebris peccatorũ, in vmbroſis locis, vbi veritas non docetur. Peccator odit veritatem, in tenebris ignorantiæ amat ſedere. Vnde patres noſtri ſtatim vt peccarunt, ſub vmbra ficulneæ fugientes deliteſcere voluerunt: nam qui malè agit, odit lucem, In ſecreto calami, calamus virorem præſefert extra, licet intra vanus ſit, deliciæ ſunt diaboli hypocritæ, & illi qui in exterioribus, & ceremonijs tãtum ſe bonos ac religioſos oſtendere ſatagunt. Cum tamen in corde vacui omni virtutis medulla ſint, cõtra quos iuſtus holocauſta
Pſalm. 65. medullata promittit offerre. Pſal. 65. ideſt, opera pinguia, quæ ex deuotionis ac amoris pinguedine proficiſcantur, ne de eis dicatur
Iſaiæ. 29. illud Iſaiæ. 29. Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorũ longe eſt à me. Nam ſicut arũdo quolibet cõmouetur appetitu, quia vanum abſq; charitatis medulla gerit cor. Vnde ſubdit, in locis humẽtibus. (Al beuedero, al abreuadero, como à pajaros,) ideſt, in corporis voluptatib⁹ eos expectat vt capiat, loca humida lutuoſa ſunt. In fœcibus, & libidinoſis obſceniſq; voluptatibus, vt poſtquã eos acceperit (con pantanas) vt in bello ſit, exultet cõtra eos & im-
Thren. 2. properãs, ac ſibilans dicat illud Thren. 2. Oẽs inimici tui ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus ſuis, & dixerunt, deuorauimus. En iſta eſt dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus, ſed contra eos ait iuſtus. Teſtimonia tua intellexi, non ſolum ore verſaui, ſed

intus

intus legi ac meditatus ſum,non in cortice, vt Phariſæi, ſed intus in ſpiritu legi,intelligens legem tuam in ſpiritu præcipue ſeruandam eſſe,hoc eſt in charitate,quæ eſt anima & mens legis tuæ.

VERSVS OCTAVVS.

Omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Secundus intellectus huius verſus.

DVpliciter intelligi poteſt carmen iſtud, vel iunctim, vel diuiſim,hoc eſt,vel cum connexione partis poſterioris cum priore,vel ſecundum diuiſionem partium.Hoc ſecũdo modo hunc facit ſenſum; Omnis conſummationis,hoc eſt,omnis rei finitæ,conſummatæ ſiue creatæ vidi finem, ſed tuum mandatum eſt nimis latum, finem eius nequeo comprehendere, eo quod per omnia ſecula firmum permaneat,nec aliquem habeat finem, ſed ad æternitatem Dei obſeruatores ſuos perducat. In reliquis autẽ nihil tam perfectum & abſolutũ inueni,quod non haberet finem, quare Paul.2.Corinth.13.ait, Charitas nunquã excidit, nam per tale mandatum charitatem intelligit, vt ſtatim videbimus.Itaque ſecundum hunc ſenſum conſummatio accipietur pro ipſa re conſummata, vel pro re creata. Vnde & aliqui cum infinitiuo verbi ſubſtantiui legunt ſic,omnis conſummationis vidi eſſe finem, ſed quoniam ſecundum hanc huius verſus intelligentiam videtur ſignificari quædam aduerſatio inter duas eius partes, ſatius primo modo interpretandus eſt,vt ſit ſenſus. Vidi finem omnis conſummationis, nempe mandatum tuum latum nimis, vel qui finis eſt mandatum tuum, & hoc eſt, quod præcedenti verſu prædixerat ſe intellexiſſe de mandatis Dei. Dicitur autem charitatis mandatum nimis latum quoniam ad omnes ſe extẽdit, omnes mortales comprehendit atque circuncingit, imò & vſque ad inimicos protelatur, atque extenditur. Ab eo etiam vniuerſa lex pendet atque Prophetæ,quare ad Roma. 5. diffuſam dicit charitatem in cordibus noſtris,quod enim diffunditur,dilatatur, & charitas dilatat atque amplificat cor, vt ad omnes & ad omnia charitatis officia ſe ipſum extendat.Denique Prouerb.10.dicitur,Odium ſuſcitat rixas, & vniuerſa delicta operit charitas. Quod & de proprijs delictis & de alienis intelligi poteſt,de proprijs,quidem,quoniam per charitatem remittuntur omnia,ſecundum illud Lucæ.7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa,quoniam dilexit multum,de alienis,quoniã per cha-

2.Cor.13.

Charitas.

Roma.5.

Prou.10.

Lucæ.7.

per charitatem condonantur, atque teguntur. Nam charitas Chri
ſti facit, vt & iniurias & aliena delicta aduerſum nos commiſſa
condonemus, & ea quæ contra nos non ſunt cooperiamus, ſecun-
Coloſſ. 3. dum illud ad Coloſſenſes. 3. Donantes inuicem, ſicut & Chri-
1. Petr. 4. ſtus donauit nobis. Et prima Petr. 4. Ante omnia mutuam in vo-
biſmetipſis charitatem continuam habentes, quia charitas ope-
Pſalm. 31. rit multitudinem peccatorum. & Pſalm. 31. Beati quorum re-
miſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, hoc eſt
condonata, idem enim eſt tegere, ac condonare, & alia litera di-
cit ex Hebræo; Et ſuper omnes rebelliones operiet charitas,
eſt enim charitas rebellionum, atque diſſenſionum pacificatrix,
lites, atque bella componens, omniumque animos pacare con-
tendit, verbis tegens diſcriminum occaſiones, minuens ea quæ
ad iracundiam alios prouocant, blandoque ſermone deliniens
ardua. Nam homo omnium animalium nobiliſsimum amore
Prouer. 15. potius, quàm vi trahitur, vnde Prouerbiorum. 15. Sermo mollis
frangit iram. Verba quippe amorem redolentia mitigant furo-
rem: quinimo & hanc addere rationem poteris, charitatis præce-
ptum latum dicitur, quoniam amor viam vitæ quæ arcta eſt la-
D. Auguſti tam nimis ac ſpatioſam facit. Vnde Diuus Auguſtinus ſuper il-
nus. lud Matth. 11. Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue, ait,
Mattq. 11. Amanti facile ac ſuaue eſt, non amanti difficile, vnde & Iacob.
Pauci videbantur dies tot laboribus pleni præ magnitudine amo
ris. Eſt etiam latum: quoniam in hac vita adimpleri non poteſt
Ibidem. in tota ſua latitudine, vt Diuus Auguſtinus docet, & quia nullus
modus in amore eſt, quia modus charitatis eſt ſine modo diligere,
vt ait Bernardus. Quare latitudinem templi prohibitus eſt Pro
D. Bernar- pheta Ezech. metiri, quoniam charitas, quæ hanc latitudinē effi-
dus. cit, nec modum, nec menſuram habet. Hoc ergo ampliſsimū cha-
ritatis præceptum reliquorum præceptorum, imò & omniū ope-
rum virtutum finem, dicit eſſe Propheta, cum ait; Omnis cōſum-
mationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Acſi diceret;
Finis cuiuſcunque perfecti operis charitas eſt.

In principio huius octonarij dixerat vir, qui in eo loquitur, q
omnes res creatæ in Deum tanquam in finem omnes operas, ac
officia ſua dirigunt, ac demum concludit, quòd omnia præce-
pta tam naturalia quam diuina, ac in vniuerſum omnium virtu-
tum opera in talem etiam finem tendere debent, vt ſic & ipſe ho-

mo ſe

mo ſe ſuaſque actiones in eum etiam protendere ſatagat. Vocat autem opera præceptorum, ac virtutum conſummationes, quoniam quælibet virtus perfectum, ac conſummatum opus habet in ſuo genere, nam virtus eſt (ait Philoſophus) quæ bonum facit habentem & opus eius reddit bonum, vnde & de patientia dicitur Iacobi. 1. habere opus perfectum, harum autem virtutum finis eſt charitas quę dicitur latum mandatum valde, quoniam omnia in vltimum finem tendunt quem charitas immediatiùs inter omnes virtutes in ſe ipſo attingit, nam fides oſtendit eum, ſpes facit tẽdere in eum, charitas nos vnit Deo, nam ideo dicitur vinculum perfectionis, quia nos vltimo coniungit fini, ac tanquam vinculum illi nos vnit, in quo omnis noſtra perfectio conſiſtit: virtutes autem Theologicæ præeminẽt moralibus, quia habent Deum pro immediato obiecto, inter quas excellit charitas, vt Paul. docet, vnde idem Paul. prima ad Timotheum primo ait; Finis præcepti eſt charitas, quare idem erit dicere omnis conſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis, acſi diceret omnium virtutum viri Chriſtiani finis eſt charitas, ſed vt omnia conſonent, & ea quæ à principio huius octonarij prælibauimus proſequamur, obſeruandum cenſeo, quod inter eas conditiones, quas Dei athleta habere debet, ex quibus ſeptem in præcedentibus verſibus numeratæ ſunt: octaua hæc eſt, quòd in omnibus actionibus ſuis pro fine Chriſtum habere debet. Ipſe quippe omnis conſummationis & omnium præceptorum, ac virtutum finis eſt, ſecundum illud Eccleſiaſt. 43. Conſummatio autem ſermonum ipſe eſt in omnibus. Et Paulus ad Romanos decimo. Finis enim legis Chriſtus. Sed aduertendum, quòd dupliciter dicitur res aliqua conſummari, vel quia conſumpta eſt, & finem habuit, vt cum homo moritur, dicimus conſummari, vel quia ſuam perfectionem adepta eſt, vt cum iam domus ædificata eſt, dicimus conſummatam eſſe domum, ille moritur, & dicitur conſummari: iſta in ſua conſtituitur perfectione, atque etiam conſummatam dicimus. Vtroque modo Chriſtus omnis conſummationis dicitur finis, nam ipſe omne conſummauit malum, atque interemit, & omne bonum perfecit, & conſummauit, & in ſua vltima perfectione poſuit. Mors ibi conſummata eſt, atque deleta, nam vt dicit Paul. Abſorpta eſt mors in victoria; cum iam mors triumphi palmam

Ariſtotel.

Iacobi. 1.

1. Tim. 1.

Eccleſ. 43.

Roma. 10.

1. Cor. 15.

adepta

adepta videbatur à Chriſto deuicta eſt (quito le la victoria de las manos) atque per Chriſtum abſorpta ac reſoluta in vitam mors eſt, ita quòd iam ferè & nomẽ & officia mortis amiſerit. Ero mors tua, ô mors, quia iam non mors, ſed vita nuncupaberis, nam per te in vitam iuſti tranſibunt æternam. Vnde & dies mortis iuſtis, dies natalis eorũ dicitur, quaſi tũc ad vitam nouã renaſcãtur, quare ab eo die iuſto dicit, quòd non videbit mortem, quia iam illi nõ mors, ſed vita eſt. Eo enim momẽto, quo clauditur oculus ad hãc vitam, aperitur ad æternam, quare Pſalm. Omnis conſummationis vidi finem, ideſt, mors quæ omnia conſummabat, per Chriſtũ conſummata eſt, quo circa, & ipſe Dominus in cruce dixit, Conſummatum eſt, quo verbo mors omnia conſumans, conſummata eſt, imò & peccatum ipſum, quod verè malum eſt, omneſque mortales inuaſerat, atque conſumpſerat: per Chriſtum etiam deletum atque conſummatum eſt. Quoniam iuſtificatio per ipſum expleta fuit, vt multotiens docet Paul. Priſci patres atq; Prophetæ nunquam auſi ſunt dicere peccatum iam eſſe conſummatum, ſed quòd per Chriſtum delendum erat, vnde Angelus qui loquebatur ad Danielem cap. 9. ſic dixit; Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctã tuam, vt conſumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus Sanctorum. Septuaginta hebdomadæ annorum quater centum & viginti ſeptem annos conſtituunt, quando Chriſtus occidendus erat, & ſua morte abſtergenda iniquitas. Vnde Diuus Auguſtinus ait. Quis alter dicere poterat, peccatum conſummatum eſſe, niſi qui vt peccata deleret conſumptus eſt; conſummatum eſt peccatum, quod omnia delebat per Chriſti mortem, quia conſumptum eſt, omnis conſummationis vidi finem, ideſt peccati, quod corporis & animæ conſumptionem attulit. ¶ Vel tertiò imperiũ dæmonis, qui omnia tyrannide quadam poſſederat finem habet. Ioan. 10. Nunc iudiciũ eſt mundi, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras, finitus eſt puluis conſummatus eſt miſer, defecit qui conculcabat terram. Extraham te Draco magne de medio fluminum, in quibus habitas. A cælo ſe mel expulſus in terris poſſeſsionem acceperat, venit Chriſtus ad terram, & ab ea ipſum dæmonem deterruit, ab obſeſsis corporibus eum expellendo, atque ab animalibus per gratiæ infuſionem eliminan-

Oſeæ. 13.

Dies mortis iuſtis dies eſt natalis.

Matth. 26.

Dan. 9.

Septuaginta hebdomadæ comprobãtur.

D. Auguſtinus.

Ioan. 10.

Eſa. 16.

Ezech. 29.

eliminando. A terra expulſus aerem petijt, aſcendit Chriſtus in aera, ſubeundo patibulum, & ab aere etiam deturbauit eum ad inferna detruſum, ibi deſcendens ſpoliauit, vbiq; debellauit, vbiq; deuicit, cum ſpolians principatus & poteſtates, traduxit eos triũphans confidenter in ſemetipſo. Conſummatum eſt ergo imperium dæmonis, & qui omnia conſummabat finem habet.

De ſecunda ſignificatione huius nominis: etiam verificari poteſt carmen iſtud, dicitur res conſummari quando perficitur, & in vltimo perfectionis vertice collocatur. Primo ergo in Chriſti morte hominum malitia conſummata eſt, atque vltimum attigit malignitatis punctum: quoniam vſque ad ipſum Deum peruenit, quo nihil altius excogitari poteſt, vnde Pſalm.7. Conſummetur nequitia peccatorum. Vbi Auguſtinus ait, tunc conſummatam fuiſſe quando in ipſum Deum auſi ſunt homines manus inijcere. Et vt id manifeſtius appareat, attende primò, miniſtrum tanti facinoris ſic electum Iudam fuiſſe, qui nõ ſolum diſcipulus eius, ſed & vnus ex duodecim ſelectis fuit, cum quo dulces capiebat cibos in domo Dei educatus, in eius menſa nutritus, in eius ſchola doctus, cui poteſtatem ſuper aereas poteſtates dederat, à quo & virtutem miracula faciendi acceperat, cui & ſecreta crediderat, abditaq;, atq; diuina myſteria reuelauerat: hic tot muneribus clarus loco tanti beneficij, tot mala rependit, tetrius facinus excogitari nequit. Deinde qui ei parauerunt mortem ex electo eius populo fuere, in quo tot congeſſerat beneficia, tot contulerat bona, quorũ infirmis ſalutem reddiderat, mortuis vitam, cæcis viſum, leproſis mundiciem, quos tali doctrina pauerat taliaque, ac tanta inter eos mirabilia fecerat, vt facilè eſſet tot argumẽtis eius agnoſcere dignitatem, niſi inexcuſabilis malitia eos excæcaſſet. Immane ſcelus quidem eſt hominem vita priuare, immanius innocentem occidere, ſed vt ſemper aſcendat iniquitas, immaniſsimum eſſet hominẽ vtilem reipublicæ crudeliſsimis cruciatibus enecare: quòd ſi ſuper hæc omnia addideris talem hominem eſſe Deum, nõ erit plus vltra quo hominum nequitia, imò nec dæmonum, furiarumq; inferni procedere queat. Hominem ergo talem ſputis oblitum, flagellis cæſſum, ſpinis punctum, colaphis illuſum, totque modis ludibrio habitum, in crucem agere, tetrius facinus quod eſſe poterit? Conſummatum eſt ergo omne malum, quoniã malitia hominum ſupremũ iam attigit punctum, omnis conſummationis, hoc

Pſalm.7. D. Auguſtinus.

eſt, omnis malitiæ hîc viſus eſt finis, quoniã vltra ꝓcedere iam nõ valet. Cõſummata ergo atq; perfecta eſt malitia peccatorũ. Vnde poſtquã guſtauit acetum dixit, Conſummatũ eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum, acſi dicet. Iam vltra aſcendere immanitas veſtra non valet, cũ hominem in ſupplicia iam vltimum ſpiritũ efflaturũ, cui & cõmiſereri decebat nouis tẽtatis affligere modis aceto, ac felle potatis quẽ aliter reficere deberetis, vt perferre poſsit quæ patitur. ¶ Itẽ vt ſupra diximus per conſummationẽ intelliguntur virtutes, quæ opus perfectũ & conſummatũ habẽt in ſuo genere. In Chriſto ergo, & in eius cruce quælibet virtus ad verticẽ euecta eſt. Magnificum opus prudentiæ, vt pro omnibus vnus moretur, vnius mors omnium hominũ repararet vitam, Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Prudẽtia eſt, quæ mediũ in omnibus virtutibus ponit, quodnam conuenientius medium ad ſalutem hominũ quàm mors Chriſti? Vnde Auguſt. 3. de trinit. c. 20. Verùm etiã oſtendamus non alium modũ poſsibilẽ Deo defuiſſe, cuius poteſtati omnia æqualiter ſubiacent, ſed ſanandæ miſeriæ noſtræ cõuenientiorẽ alium non fuiſſe. Vnde Chriſtus à Paulo Dei virtus, & Dei ſapientia prædicatur, quoniã in eo maximè prudẽtia, atq; ſapientia diuina ſplendet. Fortitudo etiã hic emicat, quæ mediũ, inter timorem & audaciã conſtituit, ne temere pericula mortis adoriantur, Chriſtus Dominus timuit, horruitq; in horto mortem, cum opus fuit ad veritatẽ carnis ſuæ oſtẽdendã, & ne temerè mortem aggredi videretur, priùs expauit, naturaleq; deſiderium cõſeruandi vitam in oratione explicuit, at cum opus fuit, fortiter hoſtibus obuiam venit, patientiſsimeq; ludibria, flagella, atq; acerbiſsimam mortem ſuſtinuit. Et vt Ariſt. docet præcipuus fortitudinis actus eſt ſuſtinere, & potior quàm aggredi: qui ergo tot ſuſtinuit cruciatus, fortiſsimus meritò dici debet. Vnde & leoni propter fortitudinem comparatur in ſacris literis. Gene. 47. & Apocal. Quid de iuſtitia dicam? de qua Philoſophus dicit, quod nec heſperus eſt ſicut illa. Et tamẽ in morte Chriſti pluſquam Sol ſplenduit, cum ad vnguem ſeruata fuit, imò & ſuperabundauit. Hominis quippe debitum, quod ipſe ſoluere non potuit, ſupereffluenter à Chriſto ſolutũ eſt, qui & de rigore iuſtitiæ ſatisfecit, & ad plenũ Dei iuſtitia deducta eſt, cum quodlibet Chriſti opus ratione diuinæ perſonæ quæ operabatur infiniti valoris, immẽſæq; fuerit ſatisfactionis, quare Chriſtus dñs appella-

Ioan. 19.

Ioan. 11.

D. Auguſtinus.

Ariſtotel.

Gene. 47.

appellatur virga,in ſacro eloquio,Iſaiæ.11.Egredietur virga de ra dice Ieſſe, & aſcẽdet ſicut virgultum corã eo; Fuit quippe iuſtitiæ Dei virga,in qua rectitudo diuinæ iuſtitiæ,oſtenſa eſt.Apprehen dens enim crucis virgã manibus ſuis, vniuerſam Dei iuſtitiã adim pleuit, taliter quòd ad plenũ pro homine ſatisfecit, iuſtitiaq; Dei conſummata fuit,vt ipſemet Dñs Ioanni in baptiſmo dixit, Sic de cet nos implere omnem iuſtitiã. Vnde & Pſalmiſta,Pſal.22.dixit; Deduxit me per ſemitas iuſtitiæ: & vt oſtenderet quod de iuſti tia quã Chriſtus in cruce manifeſtauit,loquebatur:ſubiungit,Vir ga tua,& baculus tuus,ipſa me conſolata ſunt.Hoc eſt crux Chri ſti,quæ pro me integrè ſatisfecit. Quid plura?proprio filio ſuo nõ pepercit,ſed pro omnibus tradidit illũ, quò ſublimius iuſtitia Dei euehi potuit, quæ & ipſum vnicum Dei filium patibulo appẽdit? quare tantum beneficiũ nunquam à memoria hominum excide re fas erit:ſecundum illud ſapientis conſilium; Gratiã fidei iuſſo ris tui ne obliuiſcaris, poſuit enim pro te animam ſuam. At chari tas,hic etiam conſummata fuit, quia in finem dilexit nos;Maiorẽ charitatẽ nemo habet,quàm vt animã ſuam ponat quis pro ami cis ſuis,ait Dominus;ſed maiorem tu Dñe habuiſti(inquit Bernar dus)qui & pro inimicis occiſus es. Cõmendat autem charitatẽ ſuã Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus: ſecun dum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Hoc enim faſtigiũ charitatis eſt, vnde in ferculo illo quod ſibi fabrefecit Rex Salo mon:in ſupremo loco erat charitas.Cant.6. ſic dicitur; Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, colũnas eius fecit argen teas, reclinatoriũ aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalẽ. Media, ait, hoc eſt (la boueda) quod ſupremum eſt charitate conſtrauit, ad quam tamen charita tem per aſcenſum purpureum aſcendit, hoc eſt, per ſanguinem paſsionis quam pro inimicis etiã effudit. Tam forti amoris nexu cõiunctus fuerat Ionathas cum Dauide, vt ei & arcum ſuum ſa gittas, atque gladium donauerit, imò & vſque ad baltheum, & ſuis ſe ſpoliauit veſtimentis,quæ & illi tribuit:diligebat enim eum ſicut animã ſuam! O ineffabilis charitatis ardor Dei filij erga nos, quibus in tanti amoris ſymbolum vitam, atque animam ſuam tribuit,quæ per baltheum ſignificabatur, ſicut enim baltheus ve ſtes colligit, atq; conſtringit,ſic & anima corpus, atq; eius mem bra ſolida collecta,atque conſtructa ſeruat;Diſcinctus, ergo appa

Iſaiæ.11.

Matth. 3.

Pſalm. 22.

Roma. 8.

Prou.19.

D.Bernar dus.

Rom. 5.

Cant.6.

1.Reg.18.

ruit in cruce, cum vita functus eam pro nobis expendit arcum ſagittas, atq; gladium dedit, cum crucem, quæ arcus fuit, lanceam, clauos, atque flagella & ſpinas nobis etiam contulit ad ſalutem, ſuis ſe ad literam ſpoliauit veſtibus, quæ in ſortem militibus deuenerunt, quò amplius aſcendere valet charitas? hic apex, hic vertex, ac faſtigium eius eſt. Rectè, ergo Propheta omnis conſummationis ſe vidiſſe finem dicit, cum omnium virtutum (quæ in fine hominem collocant) finem, atque ſupremã perfectionem in Chriſti paſsione præuidit. Conſummatum eſt, quia omne opus virtutis hic ſuam adipiſcitur perfectionem.

Vltimò, Omnis conſummationis vidit finem, quoniam ipſum Chriſtum, qui omnis perfectionis, atque conſummatæ rei eſt finis, in cruce conſumptum vidit. Conſummatus eſt ille qui omnibus rebus initium dedit, omnium rerum principium finem accipit, finis vniuerſorum finitur, conſummatus factus eſt omnibus obtemperantibus eum cauſa ſalutis æternæ. Hebr. cap. 2. Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat authorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari, ſicut ergo ille omnia quæ ad meam ſalutem attinebant conſummauit, ita & ego quæ ad eius cultum pertinẽt, perficere debeo. Vita conſummare, omniumque virtutum opera ad perfectum adducere teneor.

Hebr. 2.

DECIMVS TERTIVS OCTONARIVS.

1. Mem. Quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea eſt.

2. Mem. Super inimicos meos prudẽtẽ me: feciſti mandato tuo, quia in æternũ mihi eſt.

3. Mem. Super omnes docẽtes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

4. Mem Super ſenes intellexi: quia mandata tua exquiſiui.

Ab omni

Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua. 5. Mem.

A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi. 6. Mem.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. 7. Mem.

A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. 8. Mem.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVSTERTIVS.

VERSVS PRIMVS.

Quomodo dilexi legem tuam Domine : tota die meditatio mea eſt.

IN hoc octonario Propheta induit perſonam tanto affectu inhærentis legi Dei, vt in ea continuè occupetur: quæ perſona explicatur in hoc primo verſiculo cum dicit (Quomodo dilexi) quod non interrogatiuè, ſed admiratiuè legendum eſt, acſi diceret, o quomodo, vel quantum dilexi legem tuam Domine. Litera autem quę huic additur octonario eſt, Mem, tertia decima in Alphabeto Hebraico. Quæ primo ſignificat viſcera, Per viſcera autē in Scriptura ſignificatur charitas iuxta modum loquendi Apoſtoli, ad Philip. 1. Teſtis mihi eſt Deus quomodo vos cupiam in viſceribus charitatis. & Lucæ. 1. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Interpretatur etiam ex ipſis vel ex intimis, vel ignis, per quæ omnia charitas intelligitur, quæ tanquam ex intimis medullis cordis accenditur, ipſa enim eſt de qua Ieremias ſub hac litera dicit Thren. 2. De excelſo miſit ignem in oſsibus meis, & erudiuit me, quia vnctio charitatis quæ docet de omnibus, facit ſuper ſenes intelligere & eloquia Dei dulciora ſuper mel & fauū reddit,

Hic propheta tāto afficit legi Dei vt in ea cōtinuè occupetur.

Mem, ideſt viſcera, per viſcera autē ſignificatur charitas. Philip. 1. Lucæ. 1.

Thren. 3.

reddit,vt in hoc octonario dicitur.Et quod per ignem charitas in-
Lucæ.12. telligatur, ipſe Dominus Lucæ. 12.explicuit dicens; Ignem veni mittere in terram & quid volo niſi,vt ardeat? Hæc eſt autem vera dilectio,quæ ex intimis medullis cordis procedit. Nã quæ in ore ſolum verſatur, mendacium potiùs aſſentantium hominum eſt.
1.Ioan.4. Vnde.1. Ioannis. 4. Fratres diligamus non verbo, nec lingua, ſed opere & veritate.Nam ſicut veritas ſpeculatiua eſt, cum intellectus adæquatur ad rem,ita veritas practica erit, cum verba conſonant menti:ſuntque fideliſsima tranſcriptio originalis veritatis, quæ in animo eſt. Aliàs verũ erit tritum illud prouerbium quod dicitur, Oſculor ipſe manus quas vellem cernere trũcas. In præcedenti quidem octonario de obſeruandis mandatis Dei plura præmiſerat: in hoc autem de dilectione eorum loquitur, vt intelligatur; quòd non ex timore,ſed ex amore ea obſeruat, quare cum illi finem impoſuiſſet, dicendo;Latum mandatum tuum nimis; hic explicat,quod charitas ſit hæc latitudo,cum ſubdit,Quomodo dilexi. Ex dilectione quippe mandata Dei obſeruari debent, non
D. Ambroſius. ex timore. Vnde hic ait Ambr.Qui diligit,ex voluntate facit quæ ſibi ſunt imperata, qui autem timet ex neceſsitate. Itaque Dominus operationes ſeruulorum ſuorum ſpontaneas probat, potius quàm coactas. Ideo ex ſeruis liberos facit, vt magis voluntatum noſtrarum munera,quàm neceſsitatẽ obſequij proferamus.Cum dicit,Domine,quaſi teſtem ipſum oſtendit,quia diligendo legem etiam ipſum legiſlatorem diligit.Sed quæri poteſt quomodo dili
Matth. 5. gitur lex quæ homini aduerſatur, ſicut dicitur Matthæi. 5. Eſto conſentiẽs aduerſario tuo cito,id eſt,legi diuinæ. Ad quod ſapiẽs,
prou.9. Prouerb. 9. reſpondet cum dicit; Argue ſapientem & diliget te,
Ibid. 15. quo contra de ſtulto dicitur cap. 15. Non amat peſtilens eum qui ſe corripit,bene ergo dicit,quomodo dilexi legem tuam, quia lex diligibilis eſt,eo quod lumen præſtat eunti,ſecundum illud Prouerb.6.Mandatum lucerna eſt,& lex lux, & Sapien.6.Diligite lu
prouer.6. Sapien.6. men ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. Et certè lex naturalis valde diligibilis eſt, qm vt in primo verſu primi octonarij docuimus proportionẽ connaturalitatẽq; habet cũ hominis ratione,atque natura, amor autẽ pondus quodã eſt, quod in ſibi adæquata propendit;lex euãgelica eſt lex gratiæ,lex amoris,ipſa ſecũ ſuã dilectionẽ portat:in dextera eius ignea lex,in dextera vbi locus eſt, fauoris noua lex apparet quæ ignea hoc eſt amabilis eſt, vtpote

filijs

filijs data, cum vetus ſeruis fuerit poſita & ideo in ſiniſtra erat, ſed qm̃ lex vetus ad nouã dirigebatur dilectũque, atq; amabilẽ Chriſtũ oſtẽdebat, ob hoc etiã diligibilis erat, præter hoc quod à Deo optimo maximo data fuit, cuius opera, vtpote valde bona ſecundum ſe maximè amore digna ſunt. (Tota die meditatio mea eſt.) Per diem hic ſignificare videtur (ait Ambro.) quod ei qui in lege meditatur Dñi ſemper dies eſt, & lumen ſine defectu quod nullæ tenebræ noctis interpellent; & fortaſſe illi qui nouum teſtamentum non recipiunt in nocte legerunt, & ideo neſcierunt nec intellexerunt, vnde & ſaluator ne nos etiam legeremus in tenebris admonet, dicens, Ambulandũ in die, quia nõ offendit qui in die ambulat, qui autẽ ambulat in tenebris ſcrupulũ offenſionis incurrit. Dicitur autem tota die, vel toto tempore, quia omnis ſancta actio legis eſt meditatio, vt dicit Auguſt. in glo. quicquid ſancte agitur meditari legem eſt, vel ſicut dicitur; Oportet ſemper orare & non deficere, hoc eſt ſtatutis horis ad orandũ & meditandũ, ſic ſtatutis temporis & congruis ſemper meditanda lex Domini eſt. Vel ſi vis tertiò, tota die & toto tempore meditanda lex diuina eſt: quoniam in quolibet negotio gerendo præoculis ſemper habenda eſt, ne verbo, vel facto ab ea, vel tantillum ſeparetis. Vnde Prouerbiorum. 6. dicitur, Liga eam in corde tuo iugiter & circunda gutturi tuo, cum ambulaueris gradiatur tecum, cum dormieris cuſtodiat te & euigilans loquere cum ea. Et conuenit hic locus cum eo quod eſt in Deutero. cap. 6. Erunt (inquit Moyſes) verba quæ ego præcipio tibi hodie in corde tuo & narrabis ea filijs tuis & meditaberis ſedens in domo tua & ambulans in itinere: dormiens, atque conſurgens & ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos ſcribeſque ea in limine, & oſtijs domus tuæ. Quare non ſatis mirari queo Chriſtianorũ ignauiam ſocordiamque, qui cum tale tantumque negotium in manibus gerant nempe continuam meditationem mãdatorum Dei, quæ ad æternam perducit vitam adeò otio inertiæq; vacent, vt cũ negotia ſecularia non habent in quibus occupẽtur: otioſos ſe exiſtiment nihilq; quod gerant ſe habere putent, quaſi vel in æternũ viuere, aut perire nullũ negotiũ ſit & non potius omniũ maius, atque potiſſimũ, Simile eſt regnũ cælorũ homini negotiatori quærenti bonas margaritas, Matth. 13. Hoc eſt Chriani hominis negotiũ quod nullũ ſecum cõpatitur otiũ, cũ in rebus tanti põderis

D. Ambroſius.

Ioan. 11.

D. Auguſtinus.

Prouer. 6.

Deut. 6.

Matth. 13.

verſetur, quare ab ore orthodoxi viri verbum hoc abſit, otioſus ſum quia non habeo negotia quæ geram, cum erga maxima, atq; periculoſa negotia verſari debeat, nempe ſuæ ſaluationis æternæ quã per obſeruantiã mandatorũ Dei conſequitur. Obſerua quod quilibet apud ſe querere & inueſtigare debet quomodo diligat legem Dei, & ſuam conſcientiam de hoc ſepius interroget, nam quidam diligunt legem Dei mercenariè lucri gratia, vt queſtuoſi prædicatores qui virtutis vultus fingunt, obtentu diuitiarũ, atq; pro-
1. Tim. vlt. uentuum. De quibus. 1. Timot. vlti. Hominum mente corruptorum qui à veritate priuati ſunt exiſtimantes quæſtum eſſe pietatem; Corruptioni mentis attribuit Paulus hanc exiſtimationem,
Sapien. 15. Sapien. 15. Exiſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere vndecun-
Mich. 3. que, etiam ex malo acquirere, Mich. 3. Sacerdotes eius in mercede docebant & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. Alij diligũt
1. Tim. vlt. legem curioſe contra quos Paul. 1. Timoth. vlti. O Timotheæ depoſitum cuſtodi deuitans prophanas vocum nouitates & oppoſitionem falſi nominis ſcientiæ quam quidam appetentes circa fidem exciderunt, Hi ſunt qui Euangelicas veritates quaſi philoſophicas & prophanas quærunt, quare Dominus Ieſus coram Herode, nec verbum protulit, quia curioſitate quadam eum interrogabat: & expectabat ab eo eadem vana curioſitate aliquod ſignum videre. Alij eam diligunt vanè nempe, quia inde inflan-
1. Cor. 8. tur. 1. Corinth. 8. Scientia inflat, Prouerb. 25. Mel inueniſti come-
Prou. 25. de, quod ſufficit tibi ne forte ſatiatus euomas illud. Tũc maximè inflat mel quando cum pane calido comeditur, ſic ſcientia cum inani gloria. Alij legem amant luxurioſe nempe vt in ea delecten-
Ezec. 33. tur ſicut in carmine, Ezech. 33. Eſt eis verbum Domini quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulciq́ue ſono canitur. Alij ſimulatoriè & fictè, vt boni videantur ab hominibus, vt Phariſæi, contra
Iſaiæ. 58. quos Iſaiæ. 58. Me etenim de die in diem quærunt & ſcire vias meas volunt quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit. Alij nequiter nem-
pſalm. 7. pe, vt alios poſsint peruertere. Pſalm. 7. Et in eo parauit vaſa mortis. Hoc eſt in actu ſacræ ſcripturæ. Non tamen ſic diligenda eſt
Sapien. 8. lex: ſed vt ſponſa, vt ſoror & vt amica. Sapien. 8. Quæſiui eam ſponſam mihi aſſumere & amator factus ſum formæ illius, in cuius ſignum doctoribus, atque magiſtris datur annullus in manu, quaſi qui cum ſapientia ſponſalia contrahant, Prouerbiorum

biorum.7. Dic Sapientiæ ſoror mea es, & prudentiã voca amicam tuam. Itẽ diligenda eſt, vt dilecta à Dño noſtro. Sap. 8. Dominus omnium dilexit eam. Item vt quædam omnium bonorum vena. Iob. 28. Habet argentum venarũ ſuarũ principium & auro locus eſt in quo conflatur, & ſubiungit; Glebæ illius aurũ, & ſupra, Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: nimirum ſicut ille, qui aurũ in glebis ſcrutatur. Item ſicut milles diligit arma ſua. Hebr. 4. Viuus eſt enim ſermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, Deniq; vt theſaurus, Pro. 2. Si quæſieris eam quaſi pecuniã & ſicut theſauros effoderis illã: tũc intelliges timorẽ Domini. Quia igitur ſic dilexi eam (ait Propheta) tota die meditatio mea eſt, quia Matth. 6. dicitur; Vbi eſt theſaurus tuus ibi eſt & cor tuum. (Tota die,) Ecce perſeuerantiã Pſal. 24. Oculi mei ſemper ad Dominũ, & Pſal. 1. In lege eius meditabitur die ac nocte, hæc eſt autem vera contemplatio cui nullum falſum admiſceri poteſt, ſicut in cõtemplatione humanæ ſcientiæ multa falſa commiſcentur, & quia ita lex Dei meditatio iuſti eſt; ſubiungit.

Prou. 7. Sapien. 8. Iob. 28. Hebr. 4. Pro. 2. Matth. 6. Pſal. 24. Pſal. 1.

VERSVS SECVNDVS.

Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternum mihi eſt.

ISTE verſus duplicem habet ſenſum. Primus eſt, vt propheta mandato Dei edoctus & prudens effectus: amorem ſuum etiam ad inimicos extenderit, nam hæc dictio (ſuper) quandoque ſignificat propenſionem animi ad rem ſupra quam eſt, ſicut Pſal. 40. dicitur; Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperem, id eſt, qui cogitat & curam accipit de illo. Aliquando vero ſignificat exceſſum & ſuperexcellentiam rei, ſupra quam eſt. Vt Pſalmo. 53. Super inimicos meos deſpexit oculus meus. Et ſecundum vtramque huius vocis ſignificationem poterit explicari carmen iſtud; Secundum primum intellectum hunc reddit ſenſum. Super inimicos prudentem me feciſti, id eſt, mandato tuo ſic me feciſti prudentem, quod ſuper inimicos meos animus meus propenditur ad eos diligẽdos. Præuidebat iam propheta & quaſi à longe ſalutabat illuſtrem illam ſalutiferamque doctrinam, quam in monte optimus magiſter Chriſtus docuit cum Matth. 5. clamabat. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, Ego autem

Dictio ſuper. Pſal. 40. Pſal. 53. Matth. 5.

dico vobis; Diligite inimicos veſtros &c. Adeò hominum malitia increuerat atque adeò facinoroſa mortalium conditio mundum inuaſerat, vt rationis luce offuſcata in ipſos radios ſolis impingerent, & ea quæ iuris naturæ erant mandata, vel omnino abolerent vel praue intellecta, dum rudiorum animos ea docent, erroribus offuſcatos darent. Inter alia autem monſtra, quibus mundum dilaniandum cõmiſſerant, hoc vnũ fuit, quod ſicut amicis debebant benefacere, ita & inimicos odio proſequi atque in eos vindicari deberent, quod idem eſt ac ſi quis tibi ſuaderet, vt ſemetipſum dilaniares morſibuſque brachia ac cætera membra lacerares atque confringeres. Nam cum omnes homines vnum cõmune corpus nempe vnam rempublicam conſtituamus, & præcipuè chriſtiani, vt Paul. docet ſi liberam haberes poteſtatem proprio arbitrio atque libidine aliũ interimere, vel percutere, vel aliquouis modo iniuria afficere, vt liuoris tui vindictam ab eo ſumeres ſuaſum te putareris, vt membra huius corporis dicerperes, confringeres, perderes, corpuſque cõmune deſtrueres: ita nec cõmunis atq; polytica vita conſtaret nec homines in republica vitã agere poſſent, ſed more beſtiarũ in abditis deliteſcerent ſiluis, vt aliorum hominum rabiem declinare valerent, qua lue quæ maior excogitari poſſet?

Eſa. 9. Contra quos Eſa. 9. dicitur; Vnuſquiſq; carnẽ brachij ſui vocabit Ephrain Manaſſem, Manaſſes Ephrain. Hos errores peccatũ gentilitas obcæcata docuit. Cicero. 1. de off. docet virũ bonũ eſſe, qui quibus poteſt prodeſt: nocet nulli niſi laceſsitus iniuria, vbi vindicte propriæ facultatẽ tribuit viro probo, deinde etiã inter ipſos Iudæos ſupernaturali lumine illuſtratos, ac diuinis legibus eruditos, hæc peſtis ſerpit atque conualuit. Phariſæi quippe qui populo placere volebant difficiliora legis à quibus vulgi animus abhorrebat in ea, quæ ſibi placitura cenſebant cõmutabant, cum & ipſe populus, Eſa. 30. conclamaret; Loquimini nobis placentia, videte nobis errores, quibus arriſerant aſſentatores illi prophanique legis Dei prædicatores, ſed Chriſtus Dominus, qui lumen mundi venerat, vt tenebras ſepararet à luce, aſcendens in montem tanquã è publico ſuggeſtu hos refutans errores, hanc nobis veram doctrinam propoſuit dicens; Audiſtis quia dictum eſt antiquis &c. ego autem dico vobis; Diligite inimicos veſtros &c. Venit enim optimus magiſter & doctor, vt hanc amoris charitatiſque citharam temperaret, quamlibet fidem ſiue chordam in ſuæ conſonantiæ

Cic. 1. de offic.

Eſai. 30.

Matth. vbi ſupra.

nantiæ puncto collocans, inſuper & artem docens, quibus fides tactæ concinum placidumque ſonitum in aures hominū immitterent. Olim Ægyptij gerogliphycis picturis documenta ſua memoriæ mandabant antequam characteres adinuenti eſſent, vnde vt amicitiam ſignificarent citharam pictā oſtēdebant; ſicut enim ex vocum proportionabili cōſonātia muſica cōſtat, ſic & ex animorū æquabili cōcordia amicitia conflatur, quid autē erit lex diuina, quæ tota amoris eſt niſi quædam lira vocum dulciſsime ſonantium ſuauitate mirabiliq; ac concinna melodia tēperata gratum animi auribus ſonitum ingerens influēſque? Sed tamē vt tale inſtrumentum concordē proferat melodiam duo neceſſaria ſunt, & quod fides ipſe quælibet in ſuo puncto proportionabiliter collocatæ ſint, ſi enim ea quæ dicitur prima laxetur, quarta vero aut quinta euehatur diſſonū valde ſonitum in ipſa melodia efficient. Et etiā quod arte tangantur, qui enim abſq; muſicę induſtria fides percutit non conſonas, ſed confuſe diſſonas voces fidium efficit. Hæc duo omnium magiſter nos docet; Chordam proprij amoris nimis euectam eleuatāque tunc tēporis habebant homines, docebant, quippè adeò propria cōmoda exequēda, vt & proprios parētes perire potius paterētur, quā vel ipſi minimū incōmodū præſentirēt: è cōtra vero dilectionis proximi chordā adeò laxatā ſubmiſſamq; habebant, vt ad inimicos nullatenus ſonitū daret, quare intemperatum inconcinumque ſonitū emittebant, Chriſtus Dominus proprij amoris chordā laxauit atq; ſubmiſsit dicens; Quod ſeipſum debeat homo odio habere, vt ſaluet animā ſuā, proximi autem lineam ſiue fidē euexit atque in eodē puncto quo proprij amoris erat chorda collocat, cū docet; Diliges proximū tuū ſicut te ipſum, imo & vſque ad inimicos extendit ſonitū, vt ad illos etiā concors hæc proferatur muſica. Inſuper & docet artem, quo fides tangendæ ſunt nempè charitatem & amorem tali tenore, ac induſtria, qua & citharę fides percutiūtur. Si enim vnam percutis non debes aliam tangere, cuius vox cum ea non coēat atque conueniat aliàs inconcinam facis melodiam, ſed quælibet per ſe tangatur, vel cum ea percutiatur amica vox. Phariſæi talem ignorabant induſtriam confuſeque percutiebant fides, voceſque ipſas inconcine confundebant: non diſtinguere ſciebant inter hominem & inimicū, ſed confuſe vtrūque dānabāt cū tamē aliter conſiderandus eſt homo aliter inimicus, inimicus ipſe quatenus homo

amore

amore proſequendus, quatenus inimicus euitādus eſt: prima vox tangenda, ſecunda minimè, quia diſſona eſt, hoc charitas docet, quam Chriſtus prædicat, quæ ars atq; magiſtra huiuſmodi muſicæ eſt, inimicus quippè naturā habet, quæ bona eſt, habet & nequitiā, quæ diſſona vox eſt: illam charitate percute, quoniā inimicus quatenus homo proximus eſt atq; charitate diligendus, licet quatenus inimicus euitādus, quoniam nequitia diſſona & impro-
1. Cor. 13. portionata vox eſt, quare Pau. 1. Cor. 13. ait, quod ſine charitate factus eſt velut æs ſonās aut cymbalum tinniens, ſed lex Dñi voca
Pſal. 149. tur Pſalteriū decē chordarū, ſecundū illud Pſal. 149. In Pſalterio decachordo pſallā tibi, quoniā hac arte percutiūtur omnes decē chorde nempe charitate, cū in duobus mādatis dilectionis Dei & proximi vniuerſa lex includatur. Satis autē prouiſum tibi putes erga aduerſarios tuos ſi quatenus inimici ſunt & tibi infeſti eis reſiſtere poſsis, ac te inculpatè defendere, ſicut ſatis prouiſum eſſet à natura igni, vt aquæ in frigiditate poſsit reſiſtere in hac enim tantum cōtraria eſt illi. Inimicus non tibi aduerſatur in natura, ſed in malitia, hāc deuita, illā ſerua, nihil enim tibi nocet, ſed ſicut prudēs medicus infirmati medicare, infirmū autē ſuperſtitem dimitte. Id enim efficit medicus fleboctomiā enim atq; potionē amaram ſectionēq; mēbrorū ad hoc ordinat, vt peſsimis euacuatis humoribus ſanus ſuperſteſq; infirmus remaneat. Hāc à Deo edoctus veritatē dicebat; Super inimicos meos prudentē me feciſti mandato tuo, hoc eſt, id lex tua docet mandatq;, vt etiā inimicis meis bene proſpiciam quatenus homines proximiq; mei ſunt, & hoc emolumentum affert aſsidua legis Dei meditatio.

Cæterum licet ſenſus iſte pius proficuuſq; ſit, tamen propoſito magis cōgruit, vt intelligatur ſecūdo modo, nēpe quod per mandatū Dei prudētior euadit iuſtus ſuper oēs inimicos ſuos, quare ibi, mandato, eſt in ablatiuo, hoc eſt dicere, per mandatū tuū ſuper inimicos meos doctior euado, ac ſi diceres diuitijs tuis alijs ditior ſum. Per inimicos autē hīc intelligit oēs qui Chīo aduerſantur, vel in doctrina, vel in moribus quoniā huiuſmodi vera deſtituti ſunt ſapiētia, quę ex ſola lege Dei cōparatur. (Quia in ęternū mihi eſt.) nimirū hoc mandatum tuum, mali enim generati in ſeruitutem,
Galat. 4. quos filijs Agar confert Pau. Gal. 4. ex Dei mandato temporalia quæſierunt, & ideo temporaliter ſeruiunt, non æternum eſt illis Dei præceptū: iuſti vero ipſum legiſlatorē pro præmio expectāt,

quare

quare mandatum illis æternum eſt,& hæc eſt dilectio, quæ in tabulis cordis ſcripta manebit in æternū cuius præmiū eſt dilectus.

VERSVS TERTIVS.

Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.

TAntum effert doctrina legis Dei homines, qui eam obſeruant, vt ſuper omnes doctores & magiſtros eos eleuet. Per doctores hîc intelligit Scribas & Phariſæos qui legē docebāt, ſed improbè,habebāt enim zelum Dei,ſed non ſecundū ſciētiam Rom.10.ignorabāt enim Dei iuſtitiam,& ſuā quærebāt ſtatuere,& ideo iuſtitiæ Dei non erant ſubiecti,vt dicitur Rom.9.Fides autē docet ſuper iſtos doctores nos nō ex iuſtitia, quæ noſtris viribus acquiritur, ſed ea quæ eſt Chriſti Ieſu iuſtificari. Vnde idē Paul. docebat Philip. 3. Vt inueniar in illo non habens meam iuſtitiā,quæ ex lege eſt,ſed illā quæ ex fide eſt Chriſti Ieſu.D.Aug. hunc verſum de Chriſto Domino intelligit,nam quia membra & caput vnum corpus efficiunt,aliquādo caput pro mēbris, aliquādo membra pro capite loquuntur. Hoc enim ſacramentum eſt explicatum, Gen.2. Erunt duo in carne vna; Dicit ergo Chriſtus Dominus, Super omnes docētes,id eſt,ſuper omnes homines,qui me vel corpus meum,quod eſt Eccleſia docere putant intellexi,id eſt,clariorem omnium habui ſcientiam, vtpote doctus à Patre, vt ipſe dicit, Quæ pater mē docuit,hæc loquor Ioan. 8. Quod ſecundum naturam humanam intelligi debet, & cum eſſet duodecim annorum in medio doctorum inuentus eſt à parentibus in tēplo, & interrogans illos; Stupebant autē omnes ſuper doctrina & reſponſis eius,puer duodecim annorū,cum parū notitiæ rerū ſolent habere pueri, eo quod nō tam perfectè cōſumptus eſt humor cerebri, qui eos impedit à perceptione ſpecierum, vel ſaltem tunc aliqua clarius percipere inceptant,quàm antea: tūc ergo cum alij pueri addiſcere incipiunt, ipſe in admirationem rapiebat doctores ipſos legis atque docebat,quoniam vt ait Pau. ad Corinth. Quod ſtultum eſt Dei ſapiētius eſt hominibus, quod enim apud homines reputatur ſtultitia nempe pueritia, id in puerulo Ieſu ſumma apparuit ſapientia, quę & ipſos cōfundebat ſapiētes. Virga Moyſi ſapiētum Ægypti virgas deuorauit,quoniā ſapiētia Dei omnē ſapientiā extinguit; Stultamq; reddit; Perdam ſapientiam, ſapientum

Rom. 9. Philip. 3. D.Auguſt. Gen. 2. Ioan. 8. Lucæ. 2. 1.Cor. 1. Figura.

ſapientum; Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius ſeculi? Ea quæ ſub ipſo erant replebāt templū, Eſa. 6. hoc eſt infima Dei, & quæ videntur redundare: ea templum adimplent eiuſque doctores in ſtuporem vertunt. Chriſtus ergo etiam ſuper hos doctores intelligit, quia teſtimonia Dei ſpiritualiter meditabatur, ſpiritualiter intelligebat non ſecundum corticem literæ, vt illi: & ideo ſuper omnes illos doctior erat.

VERSVS QVARTVS.

Super ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui.

HOc eſt intellexi antiquam legem fuiſſe quaſi fundamentum nouæ, vel figura, & vmbra, vel venter vbi incluſa portabatur lex noua. Vidit Ezech. rotam in medio rote, hoc eſt, nouum teſtamentum in medio veteris, & ſpiritus vitæ erat in rotis, quoniam vtrūq; teſtamentū à Spiritu ſancto eſt, & Chriſtus Dñs dicit; Verba quæ ego loquor vobis ſpiritus, & vita ſunt. Vel ſecūdo, quod per ſenes intelligatur antiquus populus Iudæorum, qui fatuitate & intellectus debilitate ſenuerat. Populus gētiliū iunior filius, quia regeneratus per gratiā, quibus Apoſt. Petrus quaſi modo genitis infantibus ſcribit, iſte ergo populus ſuper ſenes intelligit, quoniā veriùs ac ſpiritualiùs quā populus Iudæorū legem penetrat. Iunior Iacob benedictionē præripuit ſeniori Eſau, illoq; in venatione occupato, eius indutus eſt veſtimētis & mitiores epulas patri obtulit. Gētilis populus benedictionē ſurripuit, cū Spiritū ſanctū viſibiliter accepit ſtolla eius indutus eſt à Rebeca, quādo illa Ieruſalē mater noſtra ſtolā ſapiētiæ legis & Prophetarū gentibus dedit à qua ſpoliatus remāſit ille ob incredulitatē ſuā. Acceda mus ergo ad patrem, afferamus ei epulas mitiores patientiæ cibos, miſericordiæ lenitatē, ſuauitatē intellectus. Accipio benedictionē præripio fratris ſenioris gratiā ſpiritualē. Hæc Ambr. Quod Dñs cōminatus eſt eis cū dixit; Auferetur à vobis regnū Dei, hoc eſt, ſacrarū literarum intellectus, & dabitur genti facienti fructus eius. D. Auguſt. etiam de puero Ieſu, ſicut præcedens, hoc intelligit carmen: cum in medio ſeniorum puer ſedit in templo.

Viſio Ezechi. 1.

1. Petri. 2.

Gen. 28.

D. Ambr.

D. Aug.

Sed tamē omnes iſtos tres verſus cōſequēter cū primo, ſic intelligēdos arbitror, quod ex magnitudine affectus ad legē Dei, quā in primo verſu explicuit, plus ſapientiæ ac intelligentiæ conſequutus fuit, quā inimici impugnatores veritatis Dei, qui omnino vera

ſapientia

ſapientia carēt,quàm doctores, qui ex acquiſita ſciētia officiū docendi habēt. Quā ſciētiā Paul.dicit ſtultā factā,quoniā in tota ſua latitudine ad hāc ſupernaturalē ſapientiā nō pertingit: atq; abſq; ea hæc per ſupernā infuſionem habetur. Vbi Sapiens? vbi Scriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius ſeculi? vbi ſupra,& Eſa. Perdam ſapientiā ſapientum,& prudentiam prudentum reprobabo, imo & pluſquam ſenes, qui ex longa experientia prudentiores debent eſſe alijs, nam puer cum primū rationis vſum attingit atque articulos catholicæ fidei profitetur mādataq́ue diuina refert, & ad obſeruandū ea ſe præparat plus omnibus ſenioribus, qui hæc ignorant ſapit, quoniā non experiētia, ſed cœleſti infuſione hæc diuina ſapiētia parta eſt, imo & hoc veriſimè dici poteſt, quod plus ſapit & intelligit vetula pauper & miſercula, quę valde affecta eſt legi Dei, quā doctores Theologiæ, quā ſeniores,& quā oēs impij ſeu hæretici impugnātes veritatē Dei. Quod certiſsimū eſt de ſapiētia & intellectu, quæ ſunt dona Spiritus ſancti, quæ quidē docēt propriè animę ſalutem, qui eſt finis huius ſacræ doctrinæ. Vnde Eccleſiaſt. 37. Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Quoniam iuſtus annuntiat, & ſequitur quæ à Spiritu ſancto accipit, cuius impulſu agitur, quem & in operando ſequitur, ſed qui huius ſeculi ſapientiam ſequuntur multa contra bonum rationis dictamen, atque contra bene affectam voluntatem moliuntur, quare vt in plurimum in malum cedunt, vnde Prouerbium prudenſq́ue conſilium dimanauit. Tu nihil inuita dices faciesve Minerua. Et ſecundo, quoniam qui hac infuſa ſapientia ſe tegunt humili ſubiectione gradiuntur, qui ſeculi ſequuntur prudentiam inflati ſenſu carnis ſuæ tanquam in excelſo loco poſiti, vt hic ait Sapiēs, præcipites in mala corruunt. Per ſeptem autem intelligit plures, vt eſt phraſis Hebræis, & vult dicere, quod vnus vir probus, qui Chriſti lege gubernatur ſapientior multis ſeculi doctoribus erit; Hinc vox illa Auguſtini cum Diui Antonij prodigia audiuiſſet: Surgūt indōcti & rapiunt cœlum, & nos cum noſtris ſcientijs volutamur in carne & ſanguine. Vnde & Danieli dixerunt capite. 13. Veni & ſede in medio noſtri, & iudica nos. Tibi enim dedit Deus honorem ſenectutis, hoc eſt, intelligentiam ſuper ſenes: ſpiritu enim ſancto afflatus diuina calebat.

Paul. vbi ſupra.

1. Cor. 1.

Eccl. 37.

D. Aug.

Dan. 13

VERSVS

VERSVS QVINTVS.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiã verba tua.

Hoc est à via horum, qui ignorauerunt mandata tua, vel impugnando, vel non obseruando sic Casiodorus, vel à quocunque malo, nam quodcunque peccatum aduersatur legi, & qui in vno offenderit factus est omnium reus, qui enim declinat ab vno peccato, & in aliud relabitur similis est homini qui periculum ignis deuitat, & in aqua postea suffocatur. De quo Amos. 5. dicitur; Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domũ & innitatur manu sua super parietẽ, & mordeat eum coluber; Huic similẽ facito hominẽ, qui vnũ euadit peccatũ, & in aliud prolabitur, nam si ob luxuriã non peccat, peribit propter auaritiam, & si ob auaritiam non damnatur, damnabitur propter superbiam. Esa. 24. Qui fugerit à facie formidinis cadet in foueã, & qui se explicuerit fouea: tenebitur laqueo. Prohibe ergo pedes tuos ab omni via mala, hoc est affectus tuos. Prouerb. 1. Prohibe pedem tuum à semitis eorum: debilis quippè est pes hominis nec diu stare poterit nisi sustentetur à Deo. Vnde Paul. 1. Cor. 10. Qui se existimat stare videat ne cadat, non id Salomon faciebat, qui Eccles. 2. fatebatur non prohibuisset cor suũ, quin omni voluptate sua frueretur, & oblectaret se in his, quæ præparauerat, sed de hoc consule, quæ supradiximus.

Casiodo. Amos. 5. Esa. 24. Pro. 1. 1. Cor. 10. Eccles. 2.

VERSVS SEXTVS.

A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

Hoc est non solum malum subterfugi, sed & bonum prosequutus sum, sciẽs quòd in lege tua, & negatiua præcepta sint, quæ prohibent mala, & affirmatiua, quæ obligant ad bonum. Iudiciũ autẽ actus est iustitiæ, quæ vnicuiq; reddit, quod debetur ei. De quo supra. Vel secũdò sic; Sicut ab omnia via mala declinaui: ita cõtra à iustissimis mandatorũ tuorũ decretis, non ad dexterã nõ ad sinistrã deuiaui, quod non meæ inustrię arroganter tribuo, sed tuæ gratiæ dono, quia in corde meo descripsisti legem, quæ docet quid in omnibus faciendũ sit, quæ mandata tua dicuntur, iudicia quia iudicãt, quid faciendum, & quid vitandum sit. Tertio sic, iudicia Dei vocantur suæ dispositiones, quibus in præsenti vita istum prosperis attolit, illũ aduersis deprimit, vnum

iustificat

iuſtificat alium, obſtinatum damnat, & ſimilia. Ille autem ab iſtis iudicijs declinat, qui ipſa non approbat iuſta, & ille etiã qui in ſe ipſo credit eſſe iniuſta, vt ille qui ſe dicit iniuſtè à Deo, vel pauper tate præmi, vel generaliter quicunq; preſſus, & in aduerſis murmurans, quia omnis talis Deum dicit iniuſtum, & Deum accuſat, vt Greg. 32. moral. c. 6. docet. Dicit ergo iuſtus in hoc verſu; Quia tu legem poſuiſti mihi, nempe humilitatis dicens, Diſcite à me quia mittis ſum, & humilis corde, ideo iudicia tua non reprobaui, ſed flagellatus dixi, Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me. Greg. 32. Matth. 11.

Quintò, vt iſte verſus ſit quaſi reduplicatio præcedẽtis ſub alijs verbis, vt idẽ ſit dicere. Ab omni via mala prohibui pedes meos, & quod hic dicitur, A iudicijs tuis non declinaui, quia qui à iudicijs Dei nõ declinat: ab omnia via mala prohibet pedes ſuos, vnde hic ait Aug. Quid enim eſt aliud à iudicijs tuis nõ declinaui, niſi quod alio loco dicitur, à iudicijs tuis timui perſeuerãter eis credidi? & ſtatim ſubdit cauſam dicens, Quia tu legem poſuiſti mihi, quaſi dicatur, Tu interior intimis meis, tu intus in corde legem poſuiſti mihi ſpiritu tuo, tanquam digito tuo, vt eam non tanquam ſeruus ſine amore metuerem, ſed caſto timore diligerem, & dilectione caſtati merem, ſic cauſa quare non declinauit à iudicijs Domini fuit, quia legem in corde ſuo dedit Chriſtus. Hæc Aug. vnde Paul. Roma. 8. ait, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus abba pater: ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quoniam ſumus filij Dei, ſi autem filij & hæredes. Tales ergo filij non declinant iudicia Dei extrema, quando hæc filiorum hæreditas eis adiudicanda eſt, vnde Eccleſ. 41. de hoc iudicio in quo boni premiũ accepturi ſunt dicitur, O mors bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, noli metuere iudicium mortis, de quibus iudicijs dicitur in Pſal. vt ſupra retulimus; Exultauerunt filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine, mali vero libentiſsimè hæc iudicia declinarent ſi poſſent, cum dicent montibus, cadite ſuper nos, & collibus operite nos, Apoc. 6. Oſeæ. 10. & Luc. 24. Iudex etiam & prælatus hoc debent dicere, A iudicijs tuis non declinaui, hoc eſt, iudicaui ſicut præcipiſti, quia tu legẽ poſuiſti mihi, nẽpe eam ſecundum quã iudicare debeo, Deute. 2. Ita paruũ audietis vt magnũ, nec accipietis cuiuſquã perſonã: Dei enim iudiciũ eſt. Et. 2. Paralip. 19. Ioſaphat Rom. 8. Eccl. 41. Pſal. 96. Apoc. 6. Luc. 24. Oſeæ. 10. Deut. 2. 2. Par. 19.

Rex id ſuos iudices docuit dicēs, Videte quid faciatis, nō enim hominis iudiciū eſt, ſed Dei; Quoniā iudices loco Dei ſedēt, nō enim
Rom. 13. eſt poteſtas niſi à Deo ait Paul. Roma. 13. Sed proh dolor quanto interuallo ab hac veritate hoc tēpore diſtāt iudices. A dimpletū vi-
Abac. 1. deo vaticiniū illud Abac. 1. Lacerata eſt lex nō peruenit vſq; ad finē iudiciū, quia impius prꝫualet aduerſus iuſtū, propterea egredieꝫ iudiciū peruerſum, nā cū ſit iudiciū iuſtè ſtatim aduocati contradicunt, & appellant aduerſus iuſtè prolatā ſententiā, & prꝫualet contradictio, quia potētior facta eſt, vnde & præmittitur. Factū eſt iudiciū, & cōtradictio potētior. ¶ (Quia tu legē poſuiſti mihi) Dupliciter hoc intelligi poteſt vt ſupra octonario. 5. docuimus, nēpe vt ſit ſenſus; Legē ſtatuiſti mihi, vel docuiſti me, id enim etiā apud He-
Hierony. Felix. bræ. hæc phraſis ſignificat & ſic vertit Hieron. Quia tu illuminaſti me, Felix. Docuiſti me, nam & per legem præcipit, & per interiorē illuminationem docet Deus, quid agendum, quid vevitandum ſit.

VERSVS SEPTIMVS.

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo.

CHaritas quippe atq; amor ardua facit leuia & dulcia, amāti nanq; oīa grauia leuia videnť, & dulcia eſſe quę ſunt amara,
Gregor. ſic Greg. docet. 9. mor. c. 32. Cū mēti nr̄æ amor Dei immitiť omne põd⁹ preſentis vitę leuigať, & ideo amāti dulcia ſunt eloquia Dei, quāuis in ſeipſis aſpera ſint & grauia. Nōne graue eſt illud elo-
Matth. 5. quiū Chriſti. Diligite inimicos veſtros? nōne graue eſt audire; Niſi quis renūtiauerit oibus quæ poſsidet, nō põt meus eſſe diſcipulus?
Matth. 19. Nōne graue eſt illud Chriſti eloquiū, Qui vult venire poſt me, ab-
Matth. 16. neget ſemetipſum & tollat crucē ſuā, & ſequatur me? Tamē amāti omnia iſta ſuauia ſunt, atq; dulcia, quia amor difficultatē neſcit, &
Pſal. 118. hoc eſt quod ait Pſal. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper
Auguſt. mel ori meo. Ori, ſcilicet, cordis, nō carnis, quare hic ait Aug. Quā dulcia, &c. quaſi dicat, Legē tu poſuiſti mihi, vt te caſto timore diligerem, & ideo dulcia ſunt faucibus meis eloquia tua. Hæc eſt illa amoris ſuauitas, quā Dñs dat vt terra nr̄a daret fructū ſuū, vt bonū vere bene, ideſt, nō mali carnalis formidine, ſed boni ſpiritualis delectatione faciam⁹. Dulcia ergo iuſto eloquia Dei ſunt, qm̄ remiſſionē peccatorū ac vitā æternā promittūt. Quid dulcius auribus in ſonare potuit hominū quā verbū illud Chriſti, quod peccatrici intulit dicēs, Luc. 7. Remittunť tibi peccata tua, vade in pace? Et latro

ni in

ni in cruce pẽdẽti cũ dixit, Amẽ dico tibi hodie mecũ eris in paradiſo. Et illud Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Quare ipſe Dñs dixit Ioan. 6. Verba quę ego loquor vobis, ſpiritus & vita ſunt, & Petrus (cũ recedẽtibus aliquibus ex diſcipulis Ieſu, remanẽtibus dixiſſet Chriſtus, nũquid & vos vultis abire?) ſubintulit dicẽs, Quo ibimus Dñe, verba enim vitæ ęternæ habes? vnde Eccle. dicitur, Nihil dulcius quã reſpicere in mãdatis Dñi. Et Cant. 4. Eloquiũ tuũ dulce, quoniã ea quæ animã blãditijs deliniũt, cõſolationibuſq; replẽt effatur, vnde Iſai. 40. Cõſolamini, cõſolamini populę meus, loquimini ad cor Hieruſalẽ; Loqui ad cor iuxta phraſim Hebraicã eſt, ac ſi dicas allicere, atq; dulciter loqui (halagar, o acariciar) ſic loquit mortalib⁹ Deus, peccatorib⁹ Chriſtus, ſic & Eccleſiæ prędicatores cõſolatoria verba prędicẽt, quibus allecti peccatores reſipiſcãt. Vnde & Paul. leniter adhortabat peccatores dicẽs. 2. Cor. 5. Obſecram⁹ per Chr̃m recõciliamini Deo, Mira res, Chri Euãgeliũ, qđ crucẽ, flagella, pauperiẽ lachrymas, cſuriẽ, perſequutiones, plurimaq; incõmoda prædicat, hoc idẽ ſuper mel & fauũ faucib⁹ iuſtorũ dulceſcat. Hoc mirabile prodigiũ illud eſt, quod Sãpſon vidit nẽpe in ore leonis mortui & fetẽtis fauũ mellis. In reb⁹ quę hominibus pauorẽ, atq; horrorẽ incutere ſolẽt dulcedo, ac ſuauitas iã reperit, explicitũq; videmus enigma illud, quod cõmeſalibus in cõuiuio ipſe propoſuit dicens, De comedẽte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, crux, mors, flagella, fames, quę homines deuorare ſolebãt, iã tãquã dulciſsimę dapes ab ipſis hominibus deglutiunt, & cũ duceret ad mortẽ tenera puella ad impijſsimũ tyrãnũ dicebat, Infelix has epulas, ego ſemper optaui, & votis omnibus exquiſiui; Fortis illa mors quã omniũ terribiliũ Philoſophi dicebant, dulcedinem præſefert ſecum cum trãſitus ſit ad ęternã vitã, deſiderantq; mortẽ iuſti, quaſi effodiẽtes ſepulchrũ. Breuis in volatilibus eſt Apis, ait ſapiens, Eccl. 11. ſed initiũ dulcoris habet fruct⁹ illi⁹, & ſecũdũ phraſim Hebręã idẽ eſt dicere initiũ dulcoris, ac ſi diceres principatũ dulcoris. Quid vilius deformius, ac contẽptibilius Ape, & tñ id quod principatũ in dulcedine poſsidet, quale eſt mel eſt op⁹ eius, ſic verbũ Euãgelij, quod eſt verbũ crucis, quod ſt ultitia ac deliramentũ mũdo viſum eſt, initiũ habet dulcoris, qm̃ ibi vita æterna ſummaq; ac delectabilia bona delitescũt, imo ea quę principatũ in rebus delectabilib⁹ obtinẽt quales ſunt fruitiones, quæ in Dei viſione percipiuntur. In hoc au-

Ibi. 22.
Matt. 11.
Ioan. 6.
Ibidem.
Eccl. 23.
Cant. 2.
Iſai. 40.
2. Cor. 5.
Figura.
Iudic. 14.
Eccl. 11.

tem oſtenditur nobis, quod contraria via Deus homines allicit, ac mũdus hic, quę ob oculos ponit dulcia apparent, intus autẽ venenoſa ſunt Ioan. Apoc. 17. vidit Babylonẽ illã mulierẽ fornicationum matrẽ ſuper beſtiã ſedentem, poculumq; aureũ in manu eue ctũ, quod tamen intus plenũ erat immunditijs abſinthio amariori bus, mundus quæ in propatulo ponit bona apparent, atq; omnibus eleuat & oſtendit, tamen propinata mortifera ſunt, è contra Deus quæ ſuis oſtendit prima facie, aſpera ac vilia videntur, prægu ſtata vero dulciſsima ſunt, ſunt enim veluti Alcibiadis. Sirena quæ ſub bitumine nigro, ac fœdo pulcherrimas cõtinebãt figuras, hãc tamen dulcedinẽ illi ſoli percipiunt, qui fauces ac palatũ cordis ſanũ habent minimeq; corruptis humoribus infectũ, hoc eſt, illi ſapit hæc dulcedo, qui ſincera fide, humili corde ac fido verba Dei audit: à corporiſq; ad cordis aures illud transfert. Vnde Iob. 12. di citur, Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedẽtis ſaporẽ? vbi Greg. lib. 11. moral. c. 4. ait, quod impij ac reprobi ſolum exteriori bus auribus verba Dei percipiunt, electi vero per amorẽ eorũ afficiũtur dulcedine, & ideo iſti dũtaxat verũ de eis ferre poſſunt iudi ciũ, nã guſtus amaritudine infectus nõ poteſt verè iudicare de ſaporibus, vt Auguſt. dicit in Cõfeſsionibus. Senſi & expertus ſum, quòd palato nõ ſano pœna eſt panis, qui ſano eſt ſuauis, & oculis ęgris odioſa lux quæ puris eſt amabilis, Spiritualis autẽ (ait Paul.) iudicat omnia, quoniam ſanos habet omnes animæ ſenſus, quibus dulcedo diuina ſapit, vnde de iuſtis dicitur, Pſal. 149. Exultationes Dei in faucibus eorũ, ibi enim exultant, vbi dulcedo diuina illis ſapit, quare Caſsiod. hic ait, quod quia fauces propinquiores ſunt volũtati, iãq; internũ aliquid ſignificãt, ideo iuſtus dicit faucibus ſuis dulcia eloquia Dei, quia ſtatim vt audiunt, vel loquuntur, ad animæ fauces tranſmittũt, quibus dulciſsimè ſapiũt, nec in ore tãtum verſant, vt impij quib⁹ intus nihil ſapit. Vel dicitur quod dulcedo hæc eſt in faucibus, quoniã nõ ſibi eã aſcribunt iuſti, ſed in Dei laudibus prorũpentes, tanquã de ſuis donis Dũm benedicũt, & ſic intelligitur illud proximè citatũ; Exultationes Dei in gutture, ſiue in faucibus eorum, hoc eſt q⁹ prę nimio gaudio faucibus benedicunt Deũ, taquã tãti gaudij largitorem. Vel ſic (vt Hiero. placet, qui iſta explicat) quã dulcia, &c. Tranſito melle, vel alio cibo palato nullũ vltra ſaporẽ habet, ſed eloquia tua Dñe, ſiue in ore, ſiue in faucibus, vel in arcano abditi pectoris, ſemper dulcia ſunt meditantibus ea,

Apoc. 17.
Iob. 12.
Gregor.
Auguſt.
pſal. 149.
Caſsiod.
Hierony.

nam

nam ſicut mel viſibile amaritudinem aufert noſtrarum faucium, ita eloquijs dominicis amaritudines noſtrorum criminum mitigantur, mitigabatur humor ille amariſsimus, quo exagitabatur Saul, & lenius habebat cū Dauid pſallebat manu ſua, ita & vitiorū acerbitates verborum Dei ſuauitate ab animabus noſtris arcētur. 1. Reg. 16.

(Super mel ori meo) Non dicit ſicut mel, ſed ſuper mel, quoniā omnem ſenſuum dulcedinem longe hæc ſuauitas excellit; Dulcedo quidē hæc quam electi in corde experiuntur, quoniam de ſupernis rebus eſt, non nihil etiā illius ſupernæ dulcedinis ſecū affert, quæ in immenſum omnes noſtras ſuperat, fere experiūtur electi, quod extra normam terrenarū delectationum eſt hæc quam de rebus diuinis accipiunt, quia nec hanc cœleſtem metā terrena attingere poſſunt, eſt enim veluti præliba tio quædam illius ſummæ dulcedinis quā in Dei viſione fruuntur beati. Nam etiam in preſenti vita fructus quoſdam præaccipiunt futuræ ac æternę ſolutionis, quibus allecti uſq; in finem perſeuerent, quod D. Paul. Gala. 5. expreſsit cum cōnumerans opera carnis ac ſpiritus, ſpiritus opera fructus nominat cum dicit; Manifeſta autem ſunt opera carnis, &c. Fructus autem ſpiritus ſunt, charitas, gaudium, vere fructus ſunt opera ſpiritus, inter quos gaudiū innumerat, quoniā licet ſub vmbra nonnihil tamen cœleſtia illa præmia redolent, vnde ſponſa licet dixerit, Aſcendam in palmā, & apprehendā fructus eius, quaſi inſinuans quod aſcendendo in cœlum, vbi palma victoriæ ſuę ſita eſt, & tunc apprehendet perfecte fructus meritorum ſuorum, tamen alibi etiam dixerat, Sub vmbra illius quem deſideraueră ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo, quoniam in hac vmbra vbi ſolum enigmaticè cœleſtia videmus, quædam etiam æternorum fructuum præmbantur, quæ veluti pignora ac arrabo ſunt, perfectę & completę ſolutionis in patria. Galat. 5. Cant. 2.

(Super mel ori meo) Apoc. 10. dicitur, Accipe librum & deuora illud, & faciet amaricari ventrē tuū, & in ore tuo erit dulce ſicut mel; Electi ac iuſti viri, qui diuinis cōſolationibus ſunt repleti, ſemper dulcia verba in ore gerunt, licet ex verbis Dei aliquādo amara in animo concipiant, ne impe cum in cordis cōpunctione procumpunt, aut ex dilatione deſideratę dulcedinis grauantur, contra eos qui ſpirituales ſe oſtendunt, amara tamen verba aduerſum alios ſemper habent in ore. Auguſt. & alij legunt, Super mel & fauum ori meo, per mel intelligas plana, per fauū vero abdita ſermonum Apoc. 10. Auguſt.

Auguſt. Dei, vnde Aug. Eſt autē ſimilis cooperta ſapientiæ doctrina ſauo-
ſiue melli, quę de altioribus ſacramentis, tanquā de cællulis cereis
ore differentis, velut mādētis exprimitur. Vel vt inſinuetur, quod
nō ſit defficiens hæc dulcedo, ſecundū ſe quoniā ex fauo, veluti ex
fonte eliquatur, atq; in ore cordis exprimitur, habet enim indeffi-
ciens principiū, nēpe Spiritus ſancti gratiā. Eſt enim illa aqua quā
Ioan. 4. Dñs promiſit Samaritanæ, de qua qui biberit nō ſitiet in æternū,
quoniā perenniter fluentē fontem habet. Vel dicitur fauū, quoniā
dupliciter ellicitur mel à fauo, vno modo quādo per inſtrumentū
ignis ſtillatur mel à fauo, alio modo quando fauus mellis ſponte
ſua ſtillat mel, & eiuſmodi mel vocatur virgo, & eſt magis purum
huiuſmodi mel & ſincerū. Vt ergo explicaret Spiritus ſanctus ſin
ceritatē doctrinæ Eccleſiæ, & verbi Dei cōparat eā fauo, quia pu-
2. Cor. 2. riſsimū mel è ſe diffundit, vnde Paul. 2. Cor. 2. & 4. Non adulterā-
& 4. tes, ſeu cauponātes, aut miſcentes verbum Dei, vt alia litera habet.
Et ex hoc verſu collige, quod delectationes ſpirituales potiores ac
ſuauiores ſunt, quā corporales: cū ſuper mel & fauū, quæ principa-
D. Thom. tū in dulcedine tenēt eleuētur, de quo cōſule D. Th. 1. 2. q. 31. ar. 5.

VERSVS OCTAVVS.

Amandatis tuis intellexi, propterea odiui omnem viam iniquitatis.

QVia charitas omnē iniquitatem nobis facit odioſam, ideo
qui rectè Dei mandata intelligit, quæ in charitate includū
tur poteſt dicere, Odiui omnem viam iniquitatis. Cum
enim charitas ſit ipſa dilectio qua nos diligimus Deū, & qui diligit
Deū à Deo diligitur, cōſequēs eſt quod ipſa charitas omnē iniquitatē nobis faciat odioſam, quia nullus iniquitatem diligēs diligitur
pſal. 5. à Deo, ſed odio habet, ſecūdū illud Pſal. 5. Odiſti omnes qui operātur iniquitatē, quare Pſal. dicit, A mādatis tuis. &c. Obſerua duplex eſt intelligere aliud merè ſpeculatiuū, quod opus nō includit,
Iaco. 4. & hoc potius peccatū inducit quā meritū, Iac. 4. Sciēti bonū & nō
faciēti peccatū eſt illi. Sed aliud eſt intelligere practicū quod inclu
pſal. 40. dit opus, & hoc meritum acquirit, Pſal. 40, Beatus qui intelligit ſuper egenū & pauperē, nimirū illius miſeriā ſubleuando, hoc autem
intelligere practicum mādatorū Dei omnē iniquitatem excludit,
vnde D. Ambro. hic ait; Huic verſiculo concordat, quod alibi dici
tur, Concupiſcens ſapientiā, ſerua mandata, ſed nemo poteſt ſerua-
re, niſi

re, niſi qui intelligit. Deniq; quotidie reddūtur omnia verba legis à quibuſdā ſenioribus Iudæorū, & nemo eorum poteſt cuſtodire, non enim arborem dixi cuſtodire fecunditatē naturæ, quæ luxuriat in foliis, & euaneſcit in fructu, nec terrā illā dixerim cuſtodire fructus ſuos quæ ſilicē inuiſam paſcit, quæ agricolis edere frumēta nō ſolet, nō paſtor cuſtodire videtur pecus, qui legere pabula pro futuro non nouerit, lupos cauere, canibus vallare, ouili ſuo neſciat potum, cū opus ſit, miniſtrare. Nam producere tantummodo ſine vlla cura mutum pecus tantundem eſt quantum Scripturas legere populum Iudæorum, vbi ſunt ſpiritualis pabuli ſacramenta, vbi litera occidit, vbi intellegibiles incurrant lupi, vbi ſit requies refectionis, vbi reſurrectionis ſpes, itaque ſi dicat, ſeruo mandata, reſpō detur ei, Tu vero odiſti diſciplinam, & profeciſti ſermones meos, pſal. 49. retrorſum. Si videbas furem currebas cū eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Cōtraria facere ſtatutis, non eſt intelligere, ſed ignorare. Quomodo poſſunt eſſe verba Dei dulcia in faucibus tuis, in quibus eſt amaritudo nequitię? quomodo mel & lac ſub lingua tua cū dolū lingua tua cōcipiat, vt aliud pectore concipias, & aliud foreſi ſermone prætēdas, vt decipias incautū, cum tibi Petrus Apoſt. dicat, vt deponas omnē malitiā & ſuccū ſimulationis abijcias dicens, Quaſi modo geniti infantes lac concupiſcite, oſtendēs 1. pet. 2. nobis quid ſit lac & mel habere ſub lingua, vt non maledicere maledicentibus, ſed benedictionem referre nouerimus? ¶ Carmē tamē hoc hunc reddit ſenſum; A mandatis tuis intellexi, hoc eſt, per obſeruantiā mandatorū tuorū ad verā ſapientiæ intelligētiā peruenio; oſtēdere volēs quod mādatorū Dei obſeruatio via eſt ad ſapiētiā, & hæc eſt ſciētia quæ dicitur Sanctorū, nēpe ſciētia practica obſeruādo mādata ad verā ſapientiā peruenire, aliàs præpoſterus ordo erit, vt ait hic Aug. ſi antequā habeat humilitatē obediētiæ: velit ad Auguſt. altitudinē ſapiētiæ peruenire, quā capere nō poteſt, niſi ordine venerit. Audiat ergo altiora te ne quęſieris, ſed quę præcepit tibi Dūs illa cogita ſemper, ſic homo ad occultorū ſapiētiā peruenit ab obediētia mādatorū, & li. 22. cōtra Fauſtū. c. 3. to. 6. explicat ſic ille ad Auguſt. Eccl. 1. Fili cōcupiſcēs ſapiētiā, ſerua iuſtitiā, & Deus præbebit illā tibi, & dicit id ſignificaſſe factū Iacob qui prius nupſit Lyā ſeniorē quā Rachelē iuniorē, nāper Lyā quę fecū data erat, etiā ſi deformis, labor operis deſignat, per Rachelē autē pulchritudo ſapiētię, illa autē prior erat natu, nec mos eſt ſine illa ad hāc peruenire, vnde ait;

Prior eſt in recta hominis eruditione labor operandi quæ iuſta ſunt, quàm voluptas intelligendi quæ vera ſunt, ad hoc enim valet quod ſcriptum eſt; Cõcupiſcens ſapientiam, ſerua mandata, & Dominus præbebit illam tibi. Et Diuus Hieronymus tom. 3. ad Fabiolam de ſignificatione veſtis ſacerdotalis verſus finem ait, quod in veſte ſacerdotali, prius erat ſuperhumerale, quod ſignificat opus quod per brachium exercetur: quã rationale, quod ſignificabat intelligẽtiam legis. Nã in Pſal. habetur, A mandatis tuis intellexi &c. Prius faciamus & ſic doceamus, ne doctrinæ autoritas caſsis operibus deſtruatur, vnde Propheta, Seminate vobis in iuſtitia, & metite fructum vitæ, illuminate vobis lumen ſcientiæ. Prius ſemina in iuſtitia, poſtea lumẽ ſcietiæ accipe. (Propterea odiui omnẽ viã iniquitatis) Neceſſe eſt (ait Aug.) vt oderit omnẽ iniquitatem amor iuſtitię qui tanto maior eſt, quanto eũ magis inflãmat dulcedo ſapientiæ, quæ præbetur ei qui obtemperat Deo, & à mãdatis eius intelligit.

Hierony.

Oſeæ. 10. ſecundum 70.

DECIMVS QVARTVS OCTONARIVS.

1. Nun. Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis.

2. Nun. Iuraui & ſtatui: cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.

3. Nun. Humiliatus ſum vſquequaque: Domine, viuifica me ſecũdum verbum tuum.

4. Nun. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

5. Nun. Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.

6. Nun. Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.

Hæredi-

Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt. 7. Nun.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem. 8. Nun.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVSQVARTVS.

VERSVS PRIMVS.

Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

ASCEPIT personam Propheta in hoc octonario gradientis in via perfectionis, & explicat illam in primo verso dicendo; Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. Circa quod aduertendum, quod sicut in publicis itineribus quibus ad terrenam Patriam pergimus, & sunt viæ latæ, quæ regales dicuntur, & sunt semitæ quibus compendio peragatur iter, sic in via hac qua ad Patriam æternam pergimus est via lata communis omnibus ad vitã euntibus, quæ est mandatorum Dei obseruatio; semita autem arcta & compendiosa consiliorum etiam obseruatio dicitur, per quam quasi per compendium breuius & expeditius difficile peragitur iter, quæ consiliorum via perfectionis nuncupatur, quam explicuit Dominus iuueni illi, qui cum ab eo quæreret, quid faceret vt salnus fieret, respondit Dominus. Serua mandata; quæ cum iuuenis se omnia à iuuentute sua obseruasse dixisset, subintulit Dominus. Adhuc vnum tibi deest; si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Sed quoniam de hoc plura supra scripta relinquimus breuitatisque deinceps studere cupimus, ab his modo supersedendum erit. Hoc solum aduertẽtes quod in Hebr. in numero singulari dicitur; Lucerna pedi meo verbum tuum, quasi insinuans difficultatem

Personam accipit gradientis in via perfectionis. Matth. 19.

ſtrictionēq; ſemitæ, nimirū per quā pedetentim ambulādū eſt, pedemq; poſt pedē mouere opporteat, ne vel minimum ceſpitātes ſe in barathrū præcipites dent. Quare qui hāc ſequuntur ſemitam, maxima egent luce, ne offendāt. Vnde cū lucernam pedibus poſtulaſſet, lumen ſemitis depoſcit, quaſi maiori lumine opus ſit ambulantibus in cōſiliorū ſemita quā in mādatorum via. Litera autē quæ huic additur octonario eſt, Nun, quarta decima in Alphabeto Hebraico quæ ſignificat vnū, vel paſcua eorū; per quod verbū Patris Chriſtus Dñs inſinuatur, ipſe enim eſt lucerna ac lumē, quę tā vias quā ſemitas noſtras illuminat, cū ſit lux mundi & lux vera,

Ioan. 1. quæ illuminat omnē hominē venientē in hūc mūdū. Dicitur autem vnus, quoniam vnigenitus patris eſt ſecundum illud Ioan. 1.

Ioan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris ipſe narrauit. Eſt etiam ſecundum quod homo vnicus filius matris ſuę. Vnus etiam dicitur, quoniam vnicus ac ſingularis ſuper omnes alios homines eſt, quod luculentur docet D. Grego. ſuper illud. 1.

Gregor. Regū. 1. Fuit vir vnus de Ramathain Sophin, ipſe enim vnus eſt, in quo nullum fuit peccatum, vnus in quo ſolo peccatum mundi deletum eſt, vnus, quoniam vnicè ſolus iram Dei ſuſtinere valuit, pro omnibuſque pœnas luere. Ipſe quippe iniquitates omniū noſtrum tulit, & attritus eſt propter ſcelera noſtra, propter quæ &

Iſa. 53. percuſſus eſt à Deo. Fuit vir vnus quia Deꝰ & homo vnus eſt Chriſtus. Vnus quia nullus alius ſicut ipſe omnes alios viros excellit. Rom. 5. Abundantiam gratię, & donationis, & iuſtitiæ accipiētes,

Rom. 5. in vita regnabunt per vnum Ieſum. Opera enim fecit quæ nemo alius fecit vt ipſe dicit, Ioan. 15. Specioſus forma præ filijs hominū

Ioan. 15. à Dauide prędicatur Pſal. 44. vide D. Greg. vbi ſuprà. Fuit vir vnꝰ.

Pſal. 44. Vnitas (aiūt Philoſophi) non eſt numerus, ſed principium numeri, Chriſtus Dominus inter homines numeratus eſt, quoniam vere

Vnitas. Gen. 3. factus eſt ſicut vnus ex illis ſed ſi ſingularia quæq; eius conſideres ſuper omnes homines eſt, nec vlus alius cum eo in numero venit, vt teſtantur teſtimonia, quæ Precurſor eius protulit. Solus enim abſque peccato ſegregatus ab alijs eſt, vnde dicitur Hebrę. 7. Talis

Hebræ. 7. enim decebat vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus. Ab ipſo etiam incipit electorum ac prædeſtinatorum numerus. Quoniam ipſe eſt caput & initium omnium electorum: quoniam in ipſo electi & prædeſtinati ſunt omnes quotquot in hoc numero cadunt,

ſecun-

ſecūdū illud Eph. 1. In quo elegit nos in ipſo ante mūdi cōſtitutio nē. Ecce quomodo Chriſtus Dns dicitur vnus. Dicitur etiā paſcua eorū. Qm̄ ipſe electos ſuos paſcitur velut alter Dauid manu fortis, nā ipſe de ſe dicit; Ego ſum paſtor bonus & Iſai. 40. Sicut paſtor in ſinu ſuo paſcet, fœtas ipſe portabit. Paſcit enim electos ſuos corpore & ſanguine ſuo, alijsq; cœleſtibus bonis in præſenti, paſcet & in futuro animas diuinitate, corpora humanitate ſua: quoniā ipſe lucerna illius cœleſtis ciuitatis eſt; Vnde ipſe Dns Ioan. 10. ait. Ingredietur, & egredietur, & paſcua inueniet. Si enim ad diuinitatē ingreditur feraciſsima paſcua animæ ſuæ reperit, ſi ad humanitatē autē & anima paſcetur, gratioſiſsimā illius animam intuēs & corpus, lucidiorē Sole carnem eius aſpiciens. Totus Chriſtus paſcua electorum eſt, vnde Pſal. 22. Dominus paſcit me. (Sic enim legūt Hebr.) & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.

Ephes. 1.
Ioan. 10.
Iſai. 40.
Ioan. 10.
pſal. 22.

Vel Lucerna pedibus meis verbū tuum &c. Dei verbū dupliciter capitur nēpe pro ipſo verbo Dei filio à patre genito eternaliter quod erat in principio apud Deū: & pro verbo ſacræ Scripturę à Prophetis & Prædicatoribus prolato. Et ſic acceptū aliquando in plurali ponitur, vt cū dicitur; Cœlū & terra trāſibūt, verba autē mea nō trāſibunt. Nōnunquā in ſingulari vt cū Actor. 6. dixerūt Apoſt. Nō eſt æquū nos derelinquere verbū Dei (ideſt verbū prædicationis) & miniſtrare mēſis. Sed primo modo ſumptū verbum nunquā dicitur pluraliter, quia vnicū ſolū eſt verbū. Quare ſecūdū iſtas duas verbi acceptiones, dupliciter pōt exponi verſus iſte, primo de verbo Dei quod eſt filius, qui & dicitur lucerna, & lumē licet diuerſimode. Lumē, ſecūdū diuinitatē, ſecūdū quā dicitur Pater luminū: qm̄ quæcūq; alia lux veluti radius quiddā illius immenſæ lucis erit, imò & Iubar ipſum, Solē dico præclarū, ſcintilla quædā eſt tanti luminis. Eſt enim ſpecioſior Sole & ſuper omnem diſpoſitionē ſtellarū luci cōparata inuenitur prior. Sed ſecūdum humanitatē dicitur lucerna quæ habet lucē in teſta incluſſam; qm̄ diuinitas quæ lux hæc immēſa eſt, in teſta carnis eius intercluſſa latebat. Quanuis per carnē eius, quaſi per vitreā capſulam multotiens perlucebat, ſplendoresque quoſdam ſuæ diuinitatis ex ſe emittebat, per quos à pluribus verus Deus agnitus eſt. Vnde Iſa. 45. Verè tu es Deus abſconditus. Lucerna ergo eſt pedibus electorum homo Chriſtus Ieſus, quoniam illuminare venit omnem hominem venientem in hunc mundum. Hic cæcis lumina dabat, animisque

Ioan. 1.
Matth. 24.
Acto. 6.
Iacob. 1.
Sapien. 7.
Iſa. 45.
Ioan. 1.

animisque peccatorum lucebat, quare in eadem nocte natiuitatis
Luc. 2. eius paſtoribus illuxit, atque lux magna apparuit, quæ noctem
illam fecit veri luminis ſplendore clarescere, Paulumque errantem
Acto. 9. ſubito circumfulſit lux de cœlo, & apparuit ei Chriſtus Ieſus,
in via qua veniebat, vnde cum in morte eius teſta corporis eius
Matth. 27. eliſſa eſt, apparuit lux abſcondita, quam & cœcus Centurio vidit
Figura. & confeſſus eſt dicens; Verè hic homo filius Dei erat: ſicut eliſsis
teſtis apparuerunt lumina intercluſſa in bello quod geſsit Ge-
Iud. 7. deon contra Moab, vt legitur Iud. 7. denique Luc. 1. Simeon eum
Luc. 1. vocat lumen ad reuelationem gentium. Secundum diuinitatem
Ioan. 1. eſt lux intelligibilis hominum, vnde ſingulariter dicitur Ioan. 1.
Lux hominum non brutorum quoniam non de luce iſta viſibili
quæ communis eſt nobis & brutis: ſed de illa intelligibili quæ ſin-
gulariter hominum eſt loquitur, eſt enim cauſa illius naturalis lu-
Pſal. 4. cis qua cætera animalia antecellit homo, ſecundum illud Pſalm. 4.
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: imò etiam &
1. Cor. 4. lumen gratiæ infudit vt Paul. docet. 1. Cor. 4. Quoniã Deus qui
dixit de tenebris lumen ſplendeſcere ipſe illuxit in cordibus no-
ſtris ad illuminationem ſcientiæ claritatis Dei in faciẽ Chriſti Ie-
Iheoua. ſu, vnde in nomine Iheoua quod eſt nomen Dei inquantum eſt
fons eſſendi, eſt reduplicatum verbum, ſum, es, fui, quoniam duæ
primæ vocales ſunt vltimæ verbi Haiah, quod eſt, fuit, & duæ vlti-
mæ ſunt vltimę participij, ſum, es, fui, quod eſt, Oueh, ideſt ens. In
quo videtur deſignari Deum eſſe principium & fontem totius eſ-
ſe tam naturæ quam gratiæ. Eſt autem lumen quo cuncta illumi-
Ioan. 5. nantur, aliæ lucernæ dicuntur vt de Io. 5. dicitur. Quod erat lucer-
na ardens & lucens, quod ſi aliquando Apoſtoli lumina, vel luces
vocantur, tamen quando de Verbo loquitur Euangeliſta excellẽ-
tiam & ſingularitatem quandam in ipſo modo dicendi inſinuat.
Matth. 5. Dicit quidem Chriſtus Apoſtolis ſuis Matth. 5. Vos eſtis lux mũ
Ioan. 1. di, dicit tamen Euangeliſta Ioan. 1. de ipſo quod erat lux vera, quæ
illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quod
de nullo alio dicitur. Lux vera hoc eſt lux eminens ſuper omnia
lumina, quoniam verum eſt obiectum intellectus, homogeneũq;
eſt intelligibili. Dicere, ergo; Eſt lux, vera idem eſt acſi diceret q
eſt ſumma lux, ſummè intelligibilis. Hoc ergo verbũ lucernam,
ac lumen dicit Propheta ſuiſſe greſsibus ac ſemitis ſuis: quoniam
& ſecundum quod Deus, & ſecundum quod homo, mandata &

conſilia

conſilia nos docet atque ad vtrorumque obſeruationem & gratiã nobis tribuit, & virtutem. Vnde Iſa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo. Et ipſe Ioan. 12. Ambulate dũ lucem habetis. Hęc eſt interpretatio D. Ambr. quam nos his amplificauimus verbis ac teſtimonijs. Iſa. 60. Ioan. 12. Ambroſ.

Sed tamen proprius intelligitur de ſecunda acceptione verbi pro verbo, ſcilicet, Euãgelicæ prædicationis. Verbũ quippe illud lucerna eſt inquantũ in nobis manens incluſum nos illuminat, & egrediẽs per os Prędicatoris alijs etiam lucet. Sed vt lucerna hęc in nobis conſeruetur, opus eſt vt infundatur oleo charitatis, & miſericordiæ, hæc enim opera fidem integram in animo diu ſeruatam cuſtodiunt, vt hic ait Ambro. Cũ ergo ſupra dixiſſet iuſtus, quod mandatorum Dei obſeruatio eum intelligentẽ fecerat, ſubdit. Lucerna pedibus meis &c. acſi diceret. Quid mirum ſi me in operationibus meis intelligentem fecerit lex tua, cum ipſa ſit lucerna, & lumen greſsibus ac ſemitis meis? vnde Prouer. 6. Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ cuſtodienti diſciplinam. Et 2. Pe. 1. Habemus firmiorem Propheticum ſermonẽ, cui benefacitis attẽdentes tanquàm lucernæ lucenti in caliginoſo loco, donec dies illuceſcat. Quare impij qui hac non illuminantur lucerna, in tenebris ambulant, vt docet D. Ioan. 1. Epiſt. c. 2. dicens. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. Qui autẽ odit fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, neſcit quò eat, quia tenebræ excæcauerunt oculos eius. Et Prouerbio. 4. dicitur. Via impiorum tenebroſa, neſciunt vbi corruant nam electi etſi aliquando ex fragilitate carnis cadant, tamen videntes in quibus malis ſint, citò reſurgunt. Vnde Balaam Propheta dicebat. Qui cadens apertos habet oculos. Quoniam etſi aliquando iuſti in aliquo impingant, etſi nonnihil ex paſsione obcæquentur, tamen cito aperiunt oculos & reſurgunt, vt fecit Petrus ad vocem experge factus Galli. Ambro. Proner. 6. 2. Pet. 1. 1. Ioan. 2. prou. 4. Num. 24.

Obſerua quòd prius lucernam, deinde lumen nominat, primò vt inſinuetur differentia gratiæ Dei, quæ non omnibus æqualis datur. Lucerna minus lumen dicit, quia dicitur lumen incluſum in teſta. Vnde lucerna quaſi lumẽ arcens dicitur. Lumen magis abſolutum & non arctum dicitur. His quibus clarius lucet verbum Dei eſt lumen: quibus minus, lucerna; alijs amplior gratia tribuitur ex diuina diſpoſitione, nec enim omnes in gratia æquales ſumus

mus vnde Paul. Stella differt à ſtella in claritate, nō ſolum de clari tate gloriæ, verum etiam gratiæ id intelligi poteſt quoniam huic illa reſpondet. Secundò vt inſinuetur differentia veteris & nouę le gis, illa minus lumen conſequebatur vtpote quæ opertum & in cluſum in vmbraticis illis ſacrificijs quaſi in lucerna habebat illud. Noua ipſum Solem accipit apertè quod iam loquitur nobis vt di-
Ioan. 16. ſcipuli dixerunt ad illum Ioan. 16. Ecce nunc palam loqueris &
Exod. 17. prouerbium nullum dicis. Vnde lex vetus in nube caliginoſa data
Matth. 17. eſt, Apoſtolos autem in transfiguratione nubes lucida obūbrauit & Spiritus ſanctus in linguis igneis, & lucidis eis apparuit: imò ve nit vt vehemens ventus quaſi qui ad diſpergendam nebulam veteris legis referandaque myſteria ibi incluſa venerat.

Obſerua. Verbū Dei Chriſtus Dominus eſt lumen vitæ, quó-
Ioan. 8. niam illuminat ad ea quæ ſunt vitæ æternæ. Vnde ipſe Ioā. 8. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Sūt enim tenebræ ignorantiæ, & hæ ſunt rationis ſecundum ſeipſam
Pſal. 81. inquantum ipſam rationem obnubilant ſecundum illud Pſal. 81. Neſcierunt nec intellexerunt in tenebris ambulāt. Aliæ ſunt tene bræ culpæ, quæ ſunt rationis humanæ non ex ſe ſed ex appetitu
Epheſ. 5. male diſpoſito Epheſ. 5. Eratis enim aliquando tenebræ nunc autē
Matth. 25. lux in Domino. Sunt etiam tenebrę damnationis æternæ Matth. 25. Inutilem ſeruū eijcite in tenebras exteriores, qui ſequitur Chri ſtum non has incurret tenebras. Non primas quia ipſe eſt veritas, nec ſecūdas quia ipſe eſt via, nec tertias, quia ipſe eſt vita. Recte ergo iuſtus lucernā ac lumen vocat verbum Dei Chriſtum Ieſum, quoniam qui illū ſequitur omnes has euadit tenebras ne corruat.

VERSVS SECVNDVS.

Iurauí & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.

AD perfectionis ſtatū expectat firmitas in bono, vnde virgi-nitas & cætera cōſiliorū bona voto firmata ſtatū perfectio-nis conſtituunt. Quare ſicut voluntas per votū ſtabilitur & magis firmatur ad illud quod vouet implēdū, ita & per iuramētū.
Auguſt. Sed hic iuramentū (vt vult Aug. & gloſ.) non eſt iurare, ſed mente firmiſſime ſtatuere acſi iuramēto ſe vinxiſſet cuſtodire iudicia iu-ſtitiæ Dei. Id enim explicat verbū, ſtatui, quod ſequitur, acſi dice-ret. Id dico iuraſſe nimirū apud me ſtatuiſſe inuiolabiliter Dei iu-dicia atq; mādata ſeruare. Vocātur autē præcepta iudicia iuſtitiæ

Dei

Dei quoniã iuſtitia eſt ius ſuũ vnicuiq́ue tribuere,& hoc eſt quod præcipit lex diuina. Vel ſecundò,iudicia iuſtitiæ Dei ſunt flagella quæ imittit Deus filijs vt corrigãtur,maioraq́; merita cõmulantes altiorẽ coronã accipiant. Et ſic iurare & ſtatuere illa cuſtodire,eſt ſtabiliter,firmiſsimeq́; decreuiſſe quæcũq́; perferre incõmoda,patiẽter perpeti ob Dei obediẽtiã & amorẽ,ſicut Iob.dicebat.ca. 13. Iob. 13. Etiã ſi me occiderit ſperabo in eũ. Hęc firmitas in viro Chriſtiano maximè neceſſaria eſt. In charitate radicati & fundati ait Paul.vt Epheſ.3. nec mors,nec vita,nec alia quæcũq́; incõmoda quãtũcũq́; grauia diuertere poſsint animũ à Deo. Ideò iuſti colũnæ vocãtur de Petro,& Ioãne dicitur, q̃ videbãtur colũnæ eſſe & Apoc.3.Qui vicerit faciã eũ columnã in domo Patris mei, & foras nõ egredietur amplius. Et de beata Lucia dicit Eccleſia. Colũna es immobilis Lucia virgo Chriſti. Hãc autẽ firmitudinẽ colũnarũ in Dei obſequio ipſemet Dñs tribuit Pſal.74.Ego cõfirmaui colũnas eius. Et de eadẽ beata Lucia dicitur. Tanto pondere fixit eã Spiritus ſanctus,vt virgo Dñi immobilis permaneret; gratia Spũ ſancti hoc ſtabilimentũ operatur vnde Paul. Hebr. 13. Optimũ eſt autẽ gratia ſtabilire cor; Et quia hæc gratia in ſacramẽtis cõfertur præcipuè in ſacro ſancto Euchariſtiæ myſterio vbi fons & author ipſe gratiarũ cõtinetur,ideò ex huius ſacramẽti vſu hęc ſtabilitas maximè ſtatuitur ſecũdũ illud Pſal. 103. Panis cor hominis cõfirmat. Qui enim cito viã veritatis deſerũt arũdines vẽto agitatę vocãtur à Chriſto Matt. 11. De quibus dicitur Ezech. 16. Diuiſiſti pedẽ tuũ omni trãſeũti, ſicut arundo omni vento huc illucq́; agitatur & flectitur. Pſal. 74. Pſal. 103. Matth. 11. Ezech. 16.

VERSVS TERTIVS.

Humiliatus ſum vſquequaque Domine viuifica me ſecundum verbum tuum.

IDeſt. Afflictus ſum valde (nam hic humilitas pro afflictione ponitur) hoc enim quod apud me ſtatui atque quaſi iuraſſem me ipſum deuinxi,nunquam mandata tua deſeruturum: protinus aduerſum me irruerunt fortes qui me afflictionibus, tentationibusq́ue diuexarunt,quatenus à mei propoſiti firmitudine, vel omnino reuocare,vel aliquantulum remouere poſsint. Sed tu Domine viuificame ſecundum verbum tuum, quo promiſiſti dicens; Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum: ſic contigit his, qui in bono ſe fixere. Statuunt vt ſtatim Pſal. 4.

aduerſus

Matth. 4. aduerſus eum inſurgant hoſtes, vt quatiant à propoſitoque diuellant, vt Chriſtus Dominus poſt baptiſmum protinus ab aduerſario tentatus eſt, de quo plura ſuprà.

Humilitas. Quòd ſi de humilitate quatenus virtus eſt, hoc intelligere placet non veto, licet literæ de afflictione aptius congruat intellectio. Sed quia qui cuſtodit iudicia Dei oportet vt ſe humiliet ideò ſubdit; Humiliatus ſum &c. quanto maior es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Quoniam magna potentia Dei ſolius & ab humilibus honoratur, & bene ſubdit, vſquequaq; , ex toto, hoc eſt tam corpore quàm anima, contra hypocritas qui tantum corpore, vel veſte, vel loco ſe ſubmittunt, cum tamen cor ſu-

Eccleſ. 3. Eccleſ. 19. perbiſsimum gerant, de quibus Eccleſ. 19. Eſt qui nequiter ſe hu-

Chryſoſto. miliat & interiora eius plena ſunt dolo. Vnde Chryſoſto. Corpus quoq; incumbit in loco nouiſsimo, ſed cor ſedet in cornu. (Domi-

Iſai. 66. ne viuifica me ſecundum verbum tuũ.) Nam Iſai. 66. dixiſti; Ad quem reſpiciam niſi ad pauperculũ? vel vt alia litera habet. Super

Pſal. 33. quem requieſcit ſpiritus meus, niſi ſuper humilem? & Pſal. 33. Hu-

Ambro. miles ſpiritu ſaluabit. (Humiliatus ſum vſquequaque) Ambr. non ſolum humiliatum ſed nimis humiliatũ ſe gaudet beatus, qui gloriatur humilitate magis quàm poteſtate. Poteſtas decipit, humilitas non deſtituit; bona humilitas quæ etiam in Chriſto laudem virtutis inuenit. Hanc in illo plus veneror quàm creationẽ; quia creati ad laborem ſumus ſed redempti ad quietem, bona humilitas præcipuè ſi adiungatur ei deuotio voluntaria, vnde & ſubdit.

VERSVS QVARTVS.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

IN viro perfecto ex abundantia cordis os loquitur, & quoniam cor exultat ex redundantia cordis, os etiam in Dei laudibus

Pſal. 83. gaudet, ſecundum illud Pſal. 83. Cor meum & caro mea exul-

Pſal. 62. tauerunt in Deum viuum. Et Pſal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum. Sed aduertendum quòd ſacrificium laudis Deo dupliciter offertur, & tempore tribulationis & miſeriæ & in tempore proſperitatis & abundantiæ; quod autem tempore tribulationis offertur magis voluntarium ac ſpontaneum apparet. Nam tũc naturæ debilitas ex

aduer-

aduerſis potius ad triſtitiam,quàm ad laudes concitatur.Sed quoniam aduerſitas rationem turbat ſaltem in parte ſenſitiua, nec ita quod faciat homo diſcernere valet, ſicut cum quietus eſt animus: ideò Pſalmiſta poſtquàm elapſo carmine dixit ſe maximè afflictionibus contriſtatum,poſtulat modo vt Deus laudē quam ſibi offert humiliatus ipſam ſibi beneplacitam dignetur habere.Vnde hic ait Auguſt.Voluntaria oris mei &c. hoc eſt,placeant tibi,noli reprobare ſed approba.Bene autem intelliguntur oris voluntaria, ſacrificium laudis confeſsione charitatis, non timore neceſsitatis oblatū,ſicut ſcriptum eſt Pſalm. 53. Voluntariè ſacrificabo tibi. Nullum enim opus dignum præmio, vel pena eſt niſi voluntarie fiat.Quoniam voluntas eſt principium meriti,vel demeriti: quippe ſecundum quam homo eſt Dominus operum ſuorum quinō neceſsitate ſicut brutum,ſed voluntate & iudicio ſicut homo rationis compos operatur. Quoniam os ipſum & linguam in Dei laudibus conſecramus.Vnde Hebrę. 14. nos hortatur Paul.dicēs, Per ipſum ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, ideſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.Vocat autem hoc ſacrificium fructum labiorum,hoc eſt,confeſsionem vocis vt eſt illud Iſa.57.Creaui fructum labiorum pacem.Gratia quippe Dei ex carne ipſa quæ ſterilis infœcundaque bonorum eſt, fructum carpere concupiſcit quatenus labia ipſa ex cordis deuotione mota ipſi ſacrificium offerant:vt dicatur Deo quod mœtit vbi non ſeminat, quoniam in carne non niſi fomes peccati à natiuitate eſt, nec ipſa per ſe ſubiectum eſt gratiæ,quæ eſt ſemen Dei. Quare & Oſeæ. 14.Reddemus vitulos labiorum noſtrorum,nempe laudes Dei quas etiam labia muta à corde proferant,vt ſic veri Dei cultores apes imittentur quæ bonos flores colligere ore conſueuerunt, fauos ore fingere,mella ore componere,& ex herbis ſuauibus ore flores legere.Sic mellita eloquia diuinarum laudum in ore ſerui Dei ſemper verſentur, & immolet Deo ſacrificium laudis & dicatur de eo,quod de beata Cæcilia,quòd tanquam apes argumentoſæ deſeruit Deo, Eccleſia Dei Spiritu ſancto afflata hoc ſacrificium ſepties in die offert Deo & iure optimo,quoniam ſi corpus & animam à Deo accepimus vtrumque in eius cultum conſecrare debemus,Angeli vocibus concinebant atque cum paſtoribus declamabant dicentes,Gloria in altiſsimis Deo. Chriſtus Dominus cū paſſurus ingreſſus eſt Hieruſalem vocibus acclamatus

Auguſt. Pſal. 53. Laus oris. Hebr. 14. Iſai. 57. Matth. 25. Oſeæ. 14. Simile. Lucæ. 2.

Matth. 21. eſt verus Meſsias. Prophetæ Prophetiſſéque ſanctæ carmina cõponebant, quibus publicè cantatis Deo gratiæ redderentur ab hominibus: imò cantica iſta Eccleſiaſtica magnificè noſtram excitant deuotionem; vocibus enim alecti ſenſus, qui organa animæ
Rabbanus. ſunt, mirifice in cœleſtia rapiũtur de quo Rabbanus de inſtit. Cleri. c. 76. Pſalterium (inquit) idcirco cum melodia cantilenarũ ſuauium ab Eccleſia frequentatur, quo facilius animi ad compũctio-
Auguſt. nem flectantur. Auguſ. confeſ. c. 7. refert quomodo ſuo tempore mediolanenſium Eccleſia his hymnidicis laudibus vſa ſit, ad depellendum merorem quo propter hæreſim Arrianorum Chriſtiani animi tabeſcebant. Denique in Concilio conſtat Witcleff tanquam hæreticum damnari, quoniam hæc Eccleſiæ Cantica deridebat. De hoc vide quę ſuprà diximus octonario & tractatu ſeptimo verſu ſexto, & conſule Sotum libro. 10. de iuſtitia & iure,
Sotus. D. Thom. quæſtione. 5. artic. 2. & Diuum Thomam ſecunda ſecundæ. quęſtione. 85. & 91.

(Et iudicia tua doce me.) Superius quaſi iam iudicia Dei dixerit, dicebat. Iudicia tua nõ ſum oblitus, & iterũ. A iudicijs em̃ tuis timui, cur igitur totiens eadem verba inculcat dicẽs; Et iudicia tua doce me? Ad hoc dicitur quod differentia hæc eſt inter bonos & malos. Malus ſemper attendit ad bonum quod habet & non ad illud quod ſibi deficit, nec curat vt illud appræhendat. Bonus autem non ad illud in quo iam profecit, ſed ad illud quod ſibi deficit, quia ſemper ſatagit vltra progredi atque proficere: ita in propoſito quoniam præſens vita in profectu & motu conſiſtit, intelligẽs ſe poſſe proficere in cognitione iudiciorum Dei iterum atq; iterũ hæc poſtulat. Sicut ſupra cum faſſus eſſet Deum bonitatem ſuam in eo exercuiſſe, iterum poſtulat, vt eandem bonitatem eum doceat dicens; Bonitatem & diſciplinam doce me, vt intelligamus verba proficientis, & amplius quàm acceperat poſtulantis, vt hic
Auguſt. docet magnus Auguſtinus.

VERSVS QVINTVS.

Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam nõ ſum oblitus.

POnere animam in manibus eſt periculo & diſcrimini vitam exponere, nam quod quis tenet manibus facile eo priuatur, vel quia

quia èmanibus inaduertenter elabitur, vel quia poteſt fortior eo ſuperuenire, & facili negotio è manibus quod habet violenter auferre. Et fortè erat Prouerbium, vel modus loquendi inter Hebræos iſte tunc temporis; Nam Iud. 12. dicit Iepte coram filijs Ephrain. Poſui animam meam in manibus meis tranſiuiuiq́ue ad filios Amon, & tradidit illos Dominus in manibus meis &. 1. Reg. 19. loquens Ionathas ad Saul patrem ſuum pro Dauid dixit; Poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſsit Philiſtæum. Acſi dicere. In maximo diſcrimine poſuit vitam ſuam. Cui ſententiæ applaudit Chaldaica Paraphraſis quæ ſic dicit; In periclitatione fuit anima mea, acſi fuiſſet in extremitate manus ſemper. ¶ Vel ſecundò per hunc modum loquendi ſignificatur verſari in afflictionibus, & continua miſeria, quemadmodum ſanctus Iob. ait ca. 13. Quare lacero carnes meas dentibus meis, & porto animā meam in manibus meis? etiam ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Quibus verbis proculdubio ſuam deſignat afflictionem. Igitur perfectus qui in hoc loquitur octonario, nec periculis, nec afflictionibus à Dei mandatis diuelli poterit: ſed cum Apoſt. dicet Rom. 8. quod nec mors, nec vita, nec alia quæcumq́ue nociua eum ſeparabunt à charitate Chriſti. Varijs quidem ac diuerſis curis, ait iuſtus, diſtendor, vt vitam hanc fragilem ſuſtinere valeam; quàm pluribus diuexor afflictionibus & malis: tamen inter tot curas ac miſerias legem tuam Domine nunquàm oblitus ero. Mirabile certè videtur, quod homini qui in carne mortali tot neceſsitatibus obnoxiam vitam agit, ad ea quæ ſunt ſpiritus attendere vacet, cum & vitæ ſuſtinendæ per alimentum, & ſaluti per medicamenta prouidere debeat, & cum theſaurum gratię in vaſis fictilibus gerat, ingenti cura cauere debet vt fragile vas conſeruetur ne pereat. Vitæ quidem noſtræ plurimi inſidiantur hoſtes, ignis comburit, aqua ſuffocat, aer inficit, terra exiccat, mixta quoq́ue ipſa aduerſantur ei; viuentia animalia dilacerant, vegetantia corrumpunt, in ſenſibilia obruunt, imò & in ſeipſos homines cōtra homines irruūt, ſibiq́; ipſis carnifices ſunt, cœlum ſuo velociſsimo curſu perpetuò labens momenta vitæ noſtræ pertranſiens finit: Sol immēſo calore, luna frigiditate nimia, ſtellæ malignis influxibus noſtram quotidie vitā terminare non deſinunt. Imò & Angeli qui cuſtodes vitæ noſtræ deberent eſſe, nonnunquam ſtrages magnas in homines exercere ſolent, vt cum Angelus Domini

Iud. 12.

1. Reg. 19.

Iob. 13.

Rom. 8.

2. Cor. 4.

4. Reg. 19.

percuſsit centum octoginta quinque millia de exercitu Senacherib Regis Syriæ vt legitur.4.Reg 19.Et iterum ſeptuaginta millia
2.Reg.24. de Iſrael.2.Regum.24.Cum ergo inter tot hoſtes vitam agamus, atque in tot verſetur vita noſtra periculis,maxima ei atque quotidiana cura ac ſolicitudo debetur,ne incuria noſtra deficiat,præcipue cum præceptum naturale conſeruandi vitam nos præmat. Deinde, pro cibo,pro veſtitu,pro domo,pro re familiari, pro honore,bone Deus,quantum temporis inſumendum eſt? Anima ergo tot intercluſa negotijs,tot diſtenta curis quomodo ſuimet, ne
Lucæ.8. dicam alterius,memoriam habere poterit?quare Dominus in Euã gelio ait quod ſolicitudo huius ſeculi ſuffocat verbum, et ſine fructu efficitur.Homo vel animal formiculoſum ſecũdum. 70.olim à templo & à Dei ſacrificijs arcebãtur,hoc eſt,illi qui varijs diuexantur temporalium curis,ſicut formica quæ nimium pro cibo ſolicita eſt;Nigram faciunt formicæ ſemitam per quam gradiuntur,infatigabiliter vadunt,& veniunt, ingrediuntur,& egrediuntur de cauea, aliæ granis onuſte vt vehant, aliæ vacuæ vt quærant:ſic miſelli hominis animam hæ curę torquent nigramque faciunt atque deformen vt vacuis onuſtisque cogitãtionibus nempe,vel paupertate preſſa,vel diuitijs oppreſſa non quieſcat. Vadũt
Iob. 20. & veniunt ſuper eum horribiles ait Iob.20. Inter tot ergo curas inſtantiaque negotia ac pericula legem Dei meditari obſeruariq;, nec Deum,nec mandata ſua obliuiſci magni perfectiq; cordis erga Deum indicium eſt.Sicut magni gratiſsimique animi argumẽtum fuit in Rege Aſſuero qui tot occupatus Regijs negotijs per
Eſter.6. diem, noctem ducebat inſomnem vt benefactorum memoriam reuocaret, in eosque gratus ac magnificus oſtenderetur.Quare Dauid qui tot hoſtes animæ ſuæ inſidiantes habuit, tot impeditus curis regalibus erat,tamen legem Dei minime oblibiſcebatur; ſed dicebat Anima mea in manibus meis ſemper &c.Si autem intelligatur hoc modo loquendi,quod anima verſetur in afflictionibus,& miſerijs etiam id eſt magnę virtutis indicium.Tot pœnis
Iob.13. attritus animus nec tamen obliuiſcitur legem Dei vt ipſe Iob loco
Dan.3. citato dicit;Etiam ſi me occiderit ſperabo in eum.Et pueri illi in
Dan.14. medio flammarum, Daniel in laco Leonum,Ionas in ventre cœ-
Ione.2. ti, latro in cruce, Chriſtus Dominus in patibulo affixus cum
Luc.2. diros corporis pateretur cruciatus amoris ac commiſerationis non eſt oblitus, cum & pro inimicis deprecatus eſt, & latroni paradiſum

para diſum promiſit,& matrem,ac dilectum diſcipulum vicißim commendauerit. ¶Sed ſecundo poteſt intelligi ſic verſus iſte, vt idem ſit animam in manibus habere ac ſibi relictam eſſe,quaſi derelictã à Deo, quod in prouerbio Hiſpano dicimus(tu alma en tu palma)ideſt dicere quod dicit Sapiẽs; Fecit Deus hominem rectũ & reliquit eum in manu cõſilij ſui. Appoſuit tibi igneni & aquã, ad quæcumque volueris inclina manũ tuam. Vt per hoc inſinuetur bonus vſus liberi arbitrij in viro iuſto,nam etiam ſi ſuę relictus eſt poteſtati non tamen ea abutitur, vt contra legem Dei quid molliatur.Hoc modo loquendi vſus eſt Abraham quando Saræ vxori ſuæ dixit,Ecce ancilla tua in manu tua eſt vtere ea vt libet. Atque in hoc iuſtorum meritum conſiſtit,quòd cum ex liberi arbitrij poteſtate poſsint bene vel male operari:eligunt potius bonũ facere quàm mala perpetrari ſecundum illud quod in laudem iuſtorum dicitur Eccl.37.Qui potuit tranſgredi & nõ eſt tranſgreſſus:facere malũ & non fecit.Nec enim liberi arbitrij dedecus, vel imperfectio eſt nole vti eo ad malum cum poſsit, ſaltem vt ſuam in vtramque partem facultatem experiretur,quia vti libero arbitrio ad malum,potius eſt abuſus;cum Deus propter bonum operandum conceſſerit illud non vt malum faceret dedit, poſſe enim peccare non eſt potentia ſed impotentia quoniam peccatum non habet cauſam efficientẽ ſed deficientem,Deus quippe peccare nõ poteſt & tamen ſumme potẽs eſt, liberrimus eſt. Quare religioſi quiſe voto obedientiæ aſtringunt prælato quaſi ligare ſuam voluntatem cupiunt ad bonum,vt ne quaquam malum libere perpetrare poſsit,ſed ſit quaſi obligata(vel vt ita dicam) neceſsitata ad bonum. Vnde D. Auguſt. ad; Armentarium Felix inquit neceſsitas quæ ad meliora compellit,& ibidem;Nõ te pigeat vouiſſe ſed magis gaude non tibi licere,quod cum tuo graui damno licuiſſet. Tertio animam in manibus portare,eſt eam coram ſe aſsidue habere,& manibus ſemper eam expolire,ac bonis operibus depingere,nec obliuiſcatur legis Dei ſed in ea tanquàm in ſpeculo ſe cõponere ſatagat,vt ad eius ſimilitudinẽ ſua ex primatur imago,ſecũ dũ illud Cant.8. Vinea mea corã me eſt ſemper. Anima tua vinea tua eſt quam plantare,excolere,amputare,ac in eam ſemper labore inſumere debes. Quarto animã in manibus habere,eſt eã bonis operibus proximis manifeſtare:nã per manus opera ſignificare ſamiliare eſt ſcripturis ſanctis;ſic enim dicitur Iob.13. Animã meã

Ecclꝛ. 15.

Gen.16.

Eccl. 37.

Auguſt.

Cant.8.

Iob. 13.

Gregor. porto in manib⁹ meis. Quod exponens D. Greg. 11. mor. c. 19. ait Animā portare in manib⁹ eſt intētionē cordis in operatione oſtē dere. Habēt namq; iuſti hoc propriū vt omne quod dicunt atque agunt: non ſolū profectum ſuū ſed etiam ædificationē proximorū quærant. Et aliquando in ſemetipſis aliqua diiudicāt, vt pigros auditores ad conſiderandos ſemetipſos reuocent. Aliquando bona opera oſtendunt vt ſpectatores eorum erubeſcāt, nō imitari quod
Matth. 5. vident; Nā ſcriptum eſt Matth. 5. Videant opera veſtra bona & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Qui igitur intentionē ſuam per opera inſinuat, animam ſuam in manibus portat.

Auguſt. & Ambro. Sed aduerte, quod ſecundū Aug. & Ambr. aliter legitur verſus iſte nēpe ſic; Anima mea in manibus tuis ſemper & legē tuam nō ſum oblitus; Quæ lectio magis eis placet quā prior. Vnde hic ait Aug. nōnulli codices habēt. In manimis meis, ſed plures habēt, In
Sapien. 3. manibus tuis. Et hoc quidē planū eſt, iuſtorū em̄ animæ in manu Dei ſunt. In cuius manibus ſumus nos & ſermones noſtri (Et legis (inquit) tuæ nō ſum oblitus) tāquā ad nō obliuiſcēdū legē, Dei manib⁹ adiuuetur eius memoria, vbi eſt eius anima. Anima verò mea in manibus meis quomodo intelligatur, ignoro. Iuſti quippe hæc verba ſunt, nō iniuſti, redeūtis ad Patrē, nō recedentis à Patre. Nā pōt videri ille iunior filius animā ſuā in manib⁹ ſuis habere voluiſſe, qñ dixit Patri (Luc. 15.) Da mihi ſubſtātiā meā, quæ me cōtin-
Luc. 15. git, ſed ideo mortuus erat, ideò perierat, an fortè ita dictū intelligitur? Anima mea in manibus meis tāquā eā per Deū viuificādā manibus ſuis offeret Deo, vnde alibi dicitur Pſal. 24. Ad te leuaui animā meā. ¶ Iuſtorū quidē aīæ in manu Dei ſunt & Chr̄us dicit qđ
Pſal. 24. Sapien. 3. nemo rapiet eas de manu ſua, & de manu patris ſui, Ioan. 10. Itaq; vna manu eā apprehēdit Pater, altera filius, quis rapiet de manibus
Ioan. 10. eius, qui fabricauit auroram & ſolem? Manus enim Dei quæ ſolidauit cœlum, quos tenuerit nō amittit, ait Ambr. Quæ ſunt igitur
Ambro. iſte manus cōſideremus (ait) In Cant. 8. ſcriptum eſt: Leua eius ſub
Cant. 8. capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Et alibi dicitur, Lōgitudo dierum in dextera eius, & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Per dexterā vita futura, in qua vita æterna eſt, per ſiniſtrā vita præſens, cuius felicitas in diuitijs & honoribus habetur intelligēda eſt. Vtrumq; quidem brachium eius ad vtilia extēditur. Habent tamē
Prouer. 3. propria ſua ſingulæ manus, nam in dextera eſt longitudo vitæ, in ſiniſtra diuitię & glorię. Bonis itaq; vtraq; man⁹ dotata eſt dotib⁹,

in eo

in eo tñ habēt varietatē ſui muneris,quia præſentia& futura tēpora cōprædēdūt,vt leua præſentiū remuneratrix ſit, dextera futurorū. Acſi diceret, in præſenti ſiniſtra manu animā meā paſcis,& in futuro dextera beas. Quod cōmutatio manuū Patriarchæ Iacob expreſsit, qñ dexterā ſuper minorē, ſiniſtrā ſuper maiorē poſuit, qui dicebatur Manaſſes,hoc eſt,popul⁹ obliuioſus,quales ſunt illi qui cōtēti præſentibus obliuioni tradūt futura, iuſtorū vero ſemē hic laborare diligit vt æterni patris æternā cōſequatur benedictionē: ſiniſtraq; Dei etiā protegitur in hac vita,vt ſuſtinere poſſit.Sed tamē lectio hęc Amb.& Aug.nō eſt in vſu; Nā vt ait Hier. ad Suniā & Fretelā tom.3.Licet in aliquibus codicib⁹ ſic legatur tñ nec apud Hebr.nec apud 70.talis lectio inuenitur, ſed ea qua vtitur Eccleſia quæ eſt prior,illa nēpe.In manibus meis,ſed vel incuria librariorū id accidit,vel à Sciolo quoddā cui non placuit prior lectio temerarie correpta,vel potius corrupta fuit. Hæc Hiero.(Et legem tuā nō ſum oblitus)hoc eſt dicere;Ideò etiam doce me amplius iudicia,quia etiam legem tuā inquantum eam dedici nō ſum oblitus.Cōſuetudo enim boni Magiſtri eſt quod eū qui quod audiuit bene retinuit de alijs libenter docet:vnde & à pueris lectio prius auſcultatur,antequam eis alia tradatur,& cū primā bene didicerint,tūc alia eis traditur melior.Sic videtur dicere Dñs Matth. 15.Omni habenti dabitur, & abūdabit & Prou. 1. Audiēs ſapiēs ſapiēti or erit.Et qđ nō ſit oblitus legē Dei ꝓbat per effectū dicēs.

Gen. 48. Figura. Hierony. Matth.15. Prouer. 1.

VERSVS SEXTVS.

Poſuerūt peccatores laqueū mihi:& de mādatis tuis nō erraui.

OMne quod eſt in mūdo ait Ioā.2.aut eſt cōcupiſcētia carnis, aut eſt cōcupiſcētia oculorū, aut ſuperbia vitæ. Omnia autē hæc laquei ſunt,quib⁹ impedimur mādata Dei exequi à quib⁹ tñ iuſti aīa facile Dei auxilio ſe expedit,ne erret à mādatis Dei.Quod autē cōcupiſcētia carnis,hoc eſt,mulieroſę illecebrę laquei ſint Eccle.8.docemur,vbi de meretrice dicitur, qđ eſt laqueus venatorū, & ſagena cor ei⁹,vincula ſunt man⁹ illi⁹.Cōcupiſcētia autē oculorū quę dicitur pecunię cupiditas,etiā laque⁹ animarū eſt,ſecūdū illud Paul. Qui volūt diuites fieri,incidūt in tētationē,& in laqueū diaboli.Laque⁹ iſte ſtrāgulauit Iudā,nimirū triginta argētorū cupiditas.De ſuperbia etiā dicitur Pſal.139. Parauerūt ſuperbi laqueum mihi. Et Caſsiodorus dicit quod tot ſunt laquei animarum,quot

1.Ioan.2. Eccleſ.8. 1.Tim.6. Matth.27. Pſal.139. Coſsiodo.

ſunt, vitia ſed tamen fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.
Prouer. Quoniam hi qui Chriſti luce circunfuſi ſunt,& laqueos vident,& eius gratia cauent eos.

Obſerua quod hos laqueos,& diabolus,& ſatellites eius,hoc eſt
Ioh. 18. peſsimi homines ac peccatores parant. De diabolo dicitur,Iob. 18 Abſcõdita eſt in terra pedica eius:& decipula eius ſuper ſemitã. Vbi
Gregor. D.Greg.docet quod quẽadmodum venatores auiũ, vel ferarũ laqueos quos illis parant terra cooperiunt,& in ſemitis per quas animalia tranſeunt ponunt,ſic diabolus terra occultat laqueos, ideſt, quod ſub obtentu terrenæ neceſsitatis homines decipit, & ſuper vnius cuiuſq; ſemitã abſcõdit. Hoc eſt quod cõditiones ingeniaq; hominũ optime nouit,atq; perſerutatur, & in eis decipulã parat. Nẽpe iracundũ ſub obtentu iuſtitiæ exequẽdæ per crudelitatẽ capit, placidũ mãſuetũq; animũ ſub prætextu humanitatis in immoderatã lætitiã libidinoſamq;, vel certẽ in aſſentatoria verba diſſoluit. Eum qui pecuniæ tenacẽ agnoſcit,ſub propriç neceſsitatis ſpecie in impietatẽ impellit,atq; eo modo vnicuiq; quaſi in propria ſemita pedicam cęlat,cũ ex ingenio proprio aliquo fuco palliato
Auguſt. eum in ſuos laqueos ineſcat. Vnde D.Aug.Soliloq.ca.16. ſic ait. Inimicus tetendit ante pedes noſtros laqueos infinitos,& omnes vias noſtras varijs repleuit decipulis ad capiendas animas noſtras,& quis effugiet laqueos poſuit in diuitijs,laqueos poſuit in paupertate,laqueos tetendit in cibo,in potu,in voluptate,in ſomno, & in vigilia,laqueos poſuit in verbo,& in opere,& omni via noſtra. Sed tu Dñe libera nos de laqueo venãtium &c. Quod autem peſsimi homines qui ſatellites ac miniſtri diaboli ſunt, etiam hos laqueos
Hierem. ſtruant,audi Hiere.c.5.id affirmantem; Quia inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes,laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros,ſicut decipula plena auibus,ſic domus eorũ plene dolo. Ideò magnificati ſunt,& ditati, incraſſati ſunt, & impinguati,& præterierunt ſermones meos peſsime. Nunquid ſuper his nõ viſitabo dicit Dñs,aut ſuper gentem huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Hi ſunt pſeudo Apoſtoli, & pſeudo Prophe
2.Tim. 3. tæ,& falſi prædicatores. De quibus Paulus ait quod ſunt habẽtes quidem ſpeciẽ pietatis: virtutẽ autẽ eius abnegantes, qui Chriſto Dño non ſeruiunt ſed ſuo ventri. Hos autem omnes laqueos per
Pſal. 123. gratiam Dei iuſtus euadit,& dicit; Laqueus contritus eſt,& nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

VER-

VERSVS SEPTIMVS.

Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt.

HÆreditas filiorum Dei hæc eſt in præſenti, vt teſtimonia Dei ac mandata cuſtodiant: & tanquam hæreditario iure in æternum ſeruent. Quoniam hæc hæreditas in præſenti ſeculo ſeruata æternam illam, immarceſsibilem, & incorruptam adiunxit. Sed aduertendum quod perſona quæ in hoc octonario introducitur, nempe ea quæ graditur in via perfectionis, in his duobus incrementa accipit. Primum quoniam in mandatis Dei exultat. Hoc enim proprium ſtudioſi virieſt, vt qui iam perfectionis apicem ſe adepturum iri videtur, vt prompte & delectabiliter operetur, imo & duriora opera hylari vultu, ęquoq; animo iam ſubire contendat. Ideo enim regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro confertur, quem inueniens homo abſcondit, & præ gaudio illius vadit & venditis omnibus ſuis agrum illum emit, quia igitur mandata Dei gaudiũ cordis ſunt iuſti, ideo quaſi æternã hæreditatem ſibi accipit, ac aſcribit, vnde D. Baſil. Hic teſtimonia tua hæreditatem eſſe ſempiternam credens, propter poſſeſsionem eorum exulto. Sed teſtimonia hæc interna ſunt Spiritus ſancti dona, teſtificantia intus quod ſumus filij Dei, ſecundum illud Paul. Ipſe ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei; quod contingit cum cor noſtrũ non reprehendit nos de aliquo mortali crimine. Hæc enim grandis coniectura eſt, quod ſumus filij & amici Dei, iuxta id 2. Ioan. 3. Si cor noſtrũ non reprehẽderit nos, fiduciã habemus ad Deũ. Quę coniectura vires acquirit ex extrinſecis teſtimonijs, qualia ſunt ſacræ Scripturæ, verba Dei & opera ſancta. Et vtraque hæc teſtimonia hæreditare (hoc eſt velut hæreditario iure habere) nõ eſt niſi filiorũ Dei, iuxta illud Paul. Si filij & hæredes, hæreditas autẽ hæc non ſolũ ad præſentis vitæ perfectionẽ, ſed & ad vitã ęternã attinet, quod clarius ſubiungit dicens, Inclina mi cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum, perſeuerãtia enim in mandatis Dei vſq; in finem eſt alterum incrementũ, & teſtimonium validum talis filiationis, hęc Caietanus. Sed quoniam D. Aug. per teſtimonia intelligit martyria vt ſolet, ſic intelligi carmen hoc, Firma poſſeſsione quaſi hæreditario quodam iure hæreditaui pro te paupertatem, contumeliam, corporis angu-

Matth. 13. Baſil. Rom. 8. 2. Ioan. 3. Rom. 8. Caietan. Auguſt.

ſtias iugiter tollerare, vt teſtis efficiar paſsionis tuæ, ſecundū illud
2. Cor. 4. Paul. 2. Corin. 4. Semper mortificationem Ieſu Chriſti in corpore noſtro circumferentes, hoc eſt, vndiq; circundati pro Chriſto do-
Galat. 6. loribus. Et Galat. 6. Stigmata Domini Ieſu in corpore meo porto, ideſt, ad ſimilitudinem ſeruorum, qui in facie geſtant notam ferro candente impreſſam dominorum cuius ſunt, ſic Paul. in corpore ſuo, non vnam ſed multas impreſſas notas Domini Ieſu portabat, nempe innumeras plagas, liuores, flagella, opprobria, quæ pro nomine eius ſuſtinuerat ſæpe. Hæc autem debemus acquirere hæreditate in æternum, quia Chriſtus nobis ea reliquit, ſicut Pater filijs, hæc quippe competebant ei iure hæreditario ex parte matris, re-
Rom. 8. gnum verò ex parte Patris, Rom. 8. Hæredes quidem Dei cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & glorificemur. Acquiſiui dico, quia exultatio cordis mei ſunt, quia licet ſint afflictio
Act. 5. corporis, ſunt tamen exultatio cordis, Act. 5. dicitur; Ibant Apoſt. gaudētes à conſpectu concilij, quoniā digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Et Eleazarus cum torqueretur dixit, Duros corporis ſuſtineo dolores: ſecūdum animam verò propter
2. Mach. 6. timorē tuum libenter hæc patior. 2. Machab. 6. Ideo quippe dicūntur iuſti opprobrijs ſaturari, vt de Chriſto Dño dicitur Thren. 3. Saturatus opprobrijs, non ſolum quia multa perpeſſus eſt, verum etiam quia cum delectatione ſuſtinebat, eo modo dicendi, quo quis cibo ſuauiſsimo ob nimiam eius delectationem ſaturari cupit: ſic iuſti imitatores eius.

VERSVS OCTAVVS.

Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum: propter retributionem.

RETributio quidem & præmium beatorum Deus ipſe eſt, ſecundum quod ipſe Dominus ad Abraham loquutus eſt
Gen. 15. Gen. 15. dicens, Noli timere Abraham, ego protector tuus,
Ioan. 14. & merces tua magna nimis. Et Chriſtus diſcipulis ſuis Ioan. 14. ſic ait, Ego ſum via, veritas, & vita. Vita autem proculdubio æterna, quæ eſt æterna ſanctorum retributio. Et ſecundum hanc conſiderationem idem eſt dicere, Inclinaſſe cor ſuū ad iuſtificationes Dei faciendas propter retributionem, ac ſi diceret propter ipſum Deū

ſummè

ſummè dilectum, vt illum mereatur aliquando conſequi in præmium, illiq; perpetua beatitudine copulari. Verum ſi retributionē conſideremus, vt bonum & commodum ipſius hominis tunc (propter) non denotat cauſam finalem præcipuam, vt quaſi mercenario amore ob lucrum & commodum præcipuè inducatur iuſtus ad bona, ſed potius (propter) debet tunc denotare finem minus principalem, ſiue occaſionalem, & finem potius quendam ex fine præcipuo conſequentē, quam ex operantis intentione expectatum, id eſt dicere, quod iuſtus in ſuis operibus præcipua intentione Deum reſpicit: quem propter ſe diligit, cui & propter ſe placere ſatagit, retributio autem felicitatis æternæ ex Dei bonitate conſequitur, his qui ſuis obtemperant mandatis. Vnde tunc ſenſus erit, Cor meum appoſui affectumq; animum dedi, vt per gratiam tuā vſq; in finem mandata tua exequar, quoniā non ſine retributione veniet mihi, ſed ſubſequetur mihi præmium felicitatis æternæ, ac beatitudinis retributio: quia tu ipſe es Domine vita æterna, & merces magna nimis omnium tua mandata perſeueranter vſq; in finē cuſtodientium. Et quidem Deo obſequi intuitu æternæ retributionis, vel euadendi inferni pœnas, dummodo in his vltimum non colloces finem, non impium, imo & meritorium eſt. Talis enim finis vltimum non excludit, imo virtualiter in illum animum dirigit, niſi tu formaliter excludere vellis dicens in corde tuo, non ob aliud te Deo obedire, niſi ob aſſequendum præmium æternū, vel vitandas tartari pœnas, aliàs non obſeruaturus niſi hæc attenderes. Inordinatus quidē eſt affectus, cum intuitu temporalis præmij, vel metu mundanæ pœnæ, operaris bona, vel quieſcis à malis, quoniam rem inferiorem à te tuum vltimum finē facis: at æterna, vel præmia, vel pœnæ ſuper nos ſunt, quare earum intuitu operari, non deprimere affectum, ſed erigere eſt. Quoniam tam euitatio æternæ pœnæ, quàm affectio ad cœleſte præmium, ipſum Deum vt finem includit: cum & qui à tartaro euadit, & qui in cœlum euolat vterque Deum ipſum aſſequitur; Quare niſi formaliter hunc finem excludas, quod fit in ſeruilitate & timore mundano, ſemper ibi incluſum intendes. Tunc autem excludis, cum bonum facis præciſſe vt pœnam euadas, peccares enim ſi peccatum eſſet impunitum. Qui tamen ex tali timore, vel amore ad amandum Deum excitatur: etiam ſi hæc mala vitare intendat, non peccat imo meretur, dum tamen non ſit animus

ita ad

ita ad malum propenſus, vt præciſe ob hæc ſolum operetur excludens Deum ipſum in ſe, quare Scriptura diuina paſsim nos, & ad præmij amorem, & ad pœnæ timorem inuitat, quod niſi bonũ
Concil. Tri dent. eſſet, author ipſe bonitatis nequaquam moneret, vide Concil. Tridẽ. Seſsio. 14. cap. 4.

(Ad faciendas iuſtificationes tuas) Ideſt, opera pietatis, quæ circa proximos exercentur (In æternum) nõ quia ipſa æterna ſint cũ tẽporarie fiant & deſinant, ſed quia ex charitate fiunt quæ æter
1. Cor. 13. na eſt & nunquam excidit, vt ait Paul. 1. Cor. 13. Et propter quam æternum meretur præmium, vt in æternum diligens, in æternum
Auguſt. mereatur habere quod diligit, vt ait hic magnus Auguſtinus.

(Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æter-
Baſilius. num) D. Baſil. ſuper hunc locum, ſic dicit quod animus affectioni-
Simile. bus imperans habet ſe admodum lancis ſiue linguæ in ſtatera, quæ vbi ponderoſior fuerit pars ibi inclinatur, ſic rectus animus ſuarum cupiditatum compos, cum in bilanci, aut ponderis ſtatera ex vna parte omnia quæ mundi ſunt apponuntur, ex altera vero cœlorum regnum, diuinaq; voluntas: in hac quæ ponderoſior eſt inclinat cor, potiuſque omnium creaturarum rerum ſuſtinebit diſpendium, quam vel apicem quidem diuinæ legis prætermittat. Reſpice Chriſtum Dominum in ſtatera ſuſpenſum crucis, & ex altera parte tot ſibi pendere mala, mortem, opprobria, cruciatus, dolores matris, diſcipulos, amicorũq; derelictionẽ, ac cætera innumera quæ tunc temporis imminebant, ex altera vero voluntatẽ æterni patris ſtare, in hanc potius partem inclinaſſe cor, quippe quæ &
Ioan. 19. grauior & ponderoſior erat, quod Euangeliſtæ verba inſinuare videntur cum dicit, Et inclinato capite emiſit ſpiritũ. In patris quippe obedientiam inclinauit caput, factus obediens vſque ad mortẽ crucis, quoniam apud illum ita bene morigeratum animum, plus ponderis voluntas patris, quam mors cæteriq; cruciatus habebatur, imo credo in auerſam partem, vbi mater ſua ſtabat inclinaſſe caput, quaſi qui ob exequendam patris voluntatem ab ea auerteretur, matremq; ac cõſanguineos, & cætera omnia propter ipſum Deũ auerſaretur, vt ipſe aliquãdo docuerat. Appẽde in vna bilanci omnia regna mũdi, & omnẽ gloriã eorũ, in altera minimã partem cœli colloca. Certe cuncta alia ſuo molimine trahet, ac ſi palea ibi, hic vero talentũ appendiſſet plumbi. Cũ igitur Propheta rectũ imperantemq; cupiditatibus animum haberet, ad hanc partem cui

plus

plus ponderis ineſt,inclinauit cor ſuum dicens.Inclinaui cor meũ, &c. Quo contra impij facere ſolent, quippequi ſerui cupiditatum non imperatores ſunt:in vana,caduca,nihilique pendentia affectum dant,à grauioribuſque auertunt rebus.Ex vna parte mundus eſt nihili pendens Sapien. 11. Quoniam tanquam momentũ ſtaterę ſic eſt ante te orbis terrarũ, ideſt, quaſi nihil omnia creata Deus agitat ad nutum ſuum. Et.4.Eſdræ.4. Vade pondera mihi ignis pondus,aut menſura mihi flatum venti. Ac ſi diceret,omnia huius mundi vana, imo ipſa vanitas ſunt, nec aliquid ponderis in ſe habent, è contra ea quæ Dei ſunt, ob ſui magnitudinem pondus & menſuram neſciunt. Vnde Iob de Deo loquẽs aiebat.c.31. Pondus eius ferre non potui.In illa ergo propenſum animum dat impius, relicto maiori quod & impij Iudæi fecerunt, cũ ſurẽ ac homicidam Chriſto omnium bonorum largitori prætulerunt. Quare grauiſsimè de his conqueritur Dominus Ierem.c.2. dicẽs; Duo mala fecit populus meus.Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ,& foderunt ſibi ciſternas diſsipatas,quæ continere non valent aquas, Deus enim omnium bonorum fons eſt. Nam ſicut ex fonte fluuius prodijt ſtanteq; aqua fontis,& fluuius deficit.Sic ex Deo omnia bona promanant,cui & Eccleſia orando dicit, Deus à quo bona cuncta procedunt.Atque ab eo in eſſe & conſeruari omnia dependent,non ſicut ego à patre meo,quo mortuo etiam ſubſiſto,& viuo:ſed ſicut riuus à fonte,ſicut lumen aeris dependet à ſole.Nam ſi ſe vel tantillum abſentet,iam in ſuis tenebris permanebit, ſic,vel ſi ad momentum manum ſuam contraheret Deus, omnia in nihilum redigerentur,iuxta illud Pſal. Auferes ſpiritum eorum & deficient.Eſt autem fons aquæ viuæ,hoc eſt gratiæ,de qua Dominus Samaritanæ.Tu forſitan petijſſes ab eo(ait)& daret tibi aquam viuam;Et foderũt ſibi ciſternas diſsipatas(algibes rotos)Ciſterna nõ ex ſe habet aquam,ſed deſuper à cœlo accipit,ſic homo quidquid boni habet à Dẽo mutuat atque recipit, ſecundũ illud Paul. Quid habes quod nõ accipiſti?ciſterna autem diſsipata & pertuſſa aquã illam quam à cœlo recipit non continet,ſed per foramina quæ habet effundit.Sic homo adhuc ea quæ à Deo habet bona, vt potevitam,eſſe, & alia non poteſt continere, quinimo quotidie amittit, effudit,per multoſque defectus euacuat, donec tandem omnino defficiat. Miſera vtique ac deploranda commutatio hæc. Quare ſubinfert Propheta, Stupeſce cœlum ſuper hoc, & portæ

Sapien. 11.
4.Eſdrę 4.
Iob.31.
Ierem.2.
Pſal.103.
Ioan.4.
1.Cor.3.

eius

eius desolamini vehementer; Prosopopeia figura est hæc, quæ rebus insensibilibus tribuit, quæ eis non conueniunt, estque emphatica loquutio ad ostendendam magnitudinem sceleris, quod tale ac tantum est, vt etiam ipsas insensibiles creaturas videatur deterrere. Ecce ergo stateram dolosam impij, cum ad res nullius corporis linguam ac lancen cordis inclinet, vnde Eccles.
Eccl. 10. 10. dicitur; Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Iustus quippe ad cœlestia (quæ per dexteram significantur, tanquam meliora bona) inclinat cor, impius & stultus ad ea quæ minora sunt, nempe ad temporaria & caduca, quæ in sinistra in-
Matth. 24. telliguntur, quare in vltima retributione illi ad dexteram, hi ad sinistram collocabuntur.

DECIMVS QVINTVS OCTONARIVS.

ד

1. Samech. Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.

2. Samech. Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.

3. Samech. Declinate à me maligni: & scrutabor mandata ta Dei mei.

4. Samech. Suscipe me secundum eloquium tuum & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

5. Samech. Adiuua me & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

6. Samech. Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis: quia iniusta est cogitatio eorum.

Præua-

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua. 7.Samech.

Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. 8.Samech.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVS QVINTVS.

VERSVS PRIMVS.

Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.

HIC introducitur perſona viri inter diuinam legem, & humanarum legum figmenta conſtituti, & explicatur in primo verſu, vbi Caiet. ex Hebr. legit; Cogitationes odiui, & doctrinam tuam dilexi. Nã adinuentiones humanarũ legum de Dijs, & de auguribus & ſimilibus, verè cogitationes vanæ ſunt, nullum in re fundamentum habentes, ſed ſolum ab hominum vanitate adinuentæ. Lex vero diuina (è cuius regione collocatur) doctrina eſt à ſummo doctore Deo manans. Vnde alij legunt, Exleges odio habui, ideſt, eos qui ſine lege Dei, ex ſua vana volũtate, tanquam lege ducuntur, vnde perſona hæc non ſolũ prælegit doctrinam Dei, ſed leges alias odio habuit, legẽ autẽ Dei dilexit. Et quadruplex ratio redditur in hoc octonario huius prælectionis. Primò quia lex Dei eſt defenſiua à malis. Secundò, ſuſtinet in bono. Tertiò, aduerſarios vincit. Quartò, præuaricantes caſtigat. Vnde congruè huic quintodecimo octonario, quintadecima litera nempe (Sadech) additur quę ſignificat auditum, obedientiam, & firmamentũ, cõiunctionem, eſcam, ac ſuſtentationem. Quoniam qui cordis aure legẽ Dei audit, firmatur in ea ac ſuſtentatur, & coniungitur, à contrarijſq; eius ſeparatur: quãdo enim tali percipitur aure in ea maxime firmatur animus vt obediat. Quare has aures exigebat Chriſtus Dominus, cum in concionibus ſuis clamabat, Qui habet aures audiendi audiat. Omnes quidem auditores corporis aures habebant, ſed non has expoſcit verbum Dei: ſed potius quæ cordis ſunt, quibus eius virtus hauritur. Hæ enim verè ſunt aures audiendi,

Perſona hominis inter diuinas & humanas leges conſtituti. Caietan.

Luc. 8.

audiendi, quibus non vocis ſonus, ſed ſpiritus inuiſibilis efficacia percipitur. Nam per aures carnis tanquam per viam tranſit verbū, & recto itinere per vnam intrat aurem, & per aliam exit vt dicitur. At cum corde auido exhauritur, per cochleam illā intrat totamq; animam cingit, & amplectitur. Has aures promiſerat ſponſus cum
Cant. 1. Cant. 1. dicebat, Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, quod noſtro ſermone his verbis credo ad literam verti poſſe (daremos te vnas arracadas de oro, labradas de guſanillo de plata) Per aurum verbi Dei doctrina intelligitur, nam ſapientia auro paſsim in Scriptura confertur, imo ſuper aurum exaltat eam ſa-
Sapien. 7. piens, Sapien. 7. dicens, Quoniam omne aurum in comparatione illius arena eſt exigua. Sed quoniam aurum ſurdum eſt, non ſonos emittit, opus eſt vt circundaretur argento, quod ſonos placidos in aures influit, quid enim profit doctrina niſi eſſet prædica-
Rom. 10. tor, qui eam auribus intonaret? ſecūdū illud Rom. 10. Quomodo audient ſine prædicante? nam fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Dedit ergo duodecim tubas argenteas, hoc eſt, duodecim Apoſtolos, quorum ſonus in omnem terram exiuit, in omniumque hominum aures intonuit. Sed plus pollicetur his verbis Spiritus ſanctus cum dicit, Vermiculatas argento, hoc eſt, promittit doctrinam prædicatam cum profectu. Vermiculus enim ille argenteus virgam auream ambit, cingitq; : organum autem auditus admodum cochleæ à natura ſtructum eſſe patet, per quod aer inuolutus atque inflexus intonet ad aurem. Sic & animæ aures verbum Dei circumvoluens, ambiens atque amplectens, circumcingit, totamque implet vi atque virtute ſua, quod Paul. mirabiliter
Hebræ. 4. explicat Hebræ. 4. his verbis, Viuus eſt enim ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus, compagum, ac medullarum. Ecce quomodo verbum Dei, quando cum profectu auditur cor receſſuſque eius voluit ac reuoluit, & vſque ad vltima ſpiritus penetrat, omniaque ambit interiora, atque circumplexa tenet, ſicut murena atque vermis è manibus ſuauiter elabuntur: ſic & verbum Dei per aures cordis elabitur, eliquaturq;, ſuauiſſimeque pereffluit (vaſe deſlizando) Tales ergo aures ſibi inſtruit
Iſai. 50. ſponſus, vt eius verbum vtiliter audiatur. Vnde Iſaiæ. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico (adobome, y adornome mis orejas) & Chriſtus Dominus

cum

cum ſurdum curaret,digitos in aures eius mittebat, dicens, Effeta, quod eſt aperire. Aures inſtruebat quales ipſe exigit ad audiendum verbum ſuum, nam tales aures à nobis expoſcit ad audiendum verbum ſuum,quales ipſe ad noſtra habet. Ipſe quippe ſemper attentus, placiduſque ad noſtras preces adeſt, inclinatamque aurem ad nos ſemper habet: ita vt quodlibet verbum quantūuis ſecretum, atque muſitanter prolatum audiat,vt de Anna patet. 1. Regum. 1. cuius labia tantū modo mouebantur non ſonus percipiebatur foras, ita vt temulentam illam exiſtimaret Hely ſacerdos:& tamen exaudita à Domino eſt, Samuelēq; prophetam filium promeruit, qui fuit tanquàm fructus labiorū ſuorum.Moyſi quoque cum pronus in terra vix muſitaret, tanquam ſi clamorem maximum emiſiſſet, dictum eſt à Domino; Quid clamas ad me? hoc eſt quid obtundis caput meum? ſcilicet, ita intentus ac attentus verbis tuis ſum,vt murmur, atque ſuſurriū tuum tanquā ſi vociferares,audio.Sic & nos aures vigilantes, atque attentas verbo Dei,ac legi eius gerere debemus (alerta la oreja) vt quomodocunq; ad nos perueniat verbum eius,vel voluntas innoteſcat, nec deſides aut pigri eſſe debemus', ſed ſtatim opere adimplere, quæ iubet,quod exemplo Samuel diſcere debemus, qui ter in ſomnis à Deo vocatus,ſtatim è lecto reſiliuit pergēs ad Hely,& dicens;Ecce ego Domine, quia vocaſti me; dormiens quippe etiam intentam aurem ad Deum habebat, vt ad primum verbum audiret, & ſurgeret,ac diceret cum ſponſa, Ego dormio,& cor meum vigilat. Rectè ergo ei qui præ cęteris legem Dei eligit, auditus ac obedientia additur,quoniam niſi cordis aures eam perciperet, non tanti faceret,vt alijs prætermiſsis eam duntaxat complecteretur.

1.Reg. 1.

1.Reg. 3.

Cantl. 5.

Ait ergo.(Iniquos odio habui).Hoc formaliter intelligēdū eſt, hoc eſt inquantum iniqui,itaque iniquitas potius odio habeatur, quàm ipſe homo. Vnicuique à ſuo ſe defendere aduerſario licet, hoc enim & natura ipſa docet, & ignem aquæ reſiſtere, & humidum ſirco, ſecundum illud poetæ.

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. Ouidius.

Sed tamen ſi igni daretur facultas, vt aquæ frigidati contrairet in qua ſolum aqua contraria eſt igni, ſufficienter ei prouiſum videretur. Vide verſum ſecundum tractatu. 13. De hoc plura dicenda erant, niſi ſupra tracta. 10. verſ. 7. ſatis iam dictum fuiſſet.

VERSVS SECVNDVS.

Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuper ſperaui.

ECCE primum, quod legi Dei tribuitur, nempe defenſionem ab aduerſis, lex quippe Dei cuſtodita hominem ſecurum ab inimicis ſeruat, vt dicitur Deuteronom. 27. & 28. Dicitur & Prouerbiorū. 4. Cuſtodi præcepta mea & viues, ne dimittas ea, & cuſtodient te, dilige ea & conſeruabunt te. Ille enim nos adiuuat contra aduerſarios, & ſuſcipit cum ad eum confugimus; Vel adiutor dicitur, quia nos ad bona facienda iuuat: ſuſceptor, quia ne ad mala cadamus nos ſuſtinet, vnde Auguſt. Adiutor noſter eſt Deus ad bona facienda, ſuſceptor ad mala cauenda, vel vt Diuus Ambroſius vult, aliter adiuuat, & aliter nos ſuſcipit Chriſtus, quia per legem nos adiuuat ſuis nos dirigendo præceptis, ſed per Euangelium nos ſuſcipit, dum in corpore ſuo peccata noſtra portauit, vt eſt illud quod dixit Saul ad Samuelem. Porta quæſo peccatum meum, Nam peccatum pro pœna peccati frequenter ſumitur in Sacris literis. Ipſe autē Chriſtus Dominus peccata noſtra tulit, ideſt, pœnas quibus nos ob peccatū obnoxij eramus ipſe perſoluit; Vel adiuuat peccātes, vt reuertantur à vijs ſuis malis, & ſuſcipit reuertentes, ſecūdum illud Auguſtini dictum; Si pœniteo parcis, ſi reuertor ſuſcipis, inſuper ſi differo præſtolaris, vel vt placet Hieronymo adiuuat in hac vita per gratiam, ſuſcipit in alia per gloriam, ſecundum illud Pſalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. (Et in verbū tuum ſuperſperaui). Quæ verba tanquàm filius promiſsionis profert. Aduerte quod Caiet. & alij ſic legunt. Et abſconſio mea, & ſcutum meū es tu: quod in idem reddit. Hebraiſmus eſt. Nam ea quæ abſcondimus, maiori cura ſeruamus. Vnde de iuſtis dicitur Pſal. 30. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ &c. & res pretioſæ abſconditæ vocantur, eo quod in tecis ne furripiantur, ſeruari ſoleant. Sed de hoc ſupra tractatu. 2. verſ. 3. Scutum autem dicitur, quoniam ſicut ſcutum cor ſeruat à telis, ſic & Deus corda noſtra in ſuam ſuſcipit cuſtodiam. Ideo enim cor noſtrum à nobis poſcit dicens; Fili præbe mihi cor tuū, vt id eius committamus cuſtodiæ, omnem ſolicitudinem noſtram proijcientes in eum, quoniam ipſi cura eſt de vobis, vt admonet Diuus Petrus.

Deute. 27. & 28. Prouer. 4.

D. Auguſtinus.

D. Ambroſius.

1. reg. 15.

Auguſt.

Hierony.

Pſalm. 83.

Caietanus

Pſalm. 30.

Prou. 23.

1. Petri. 5.

VERSVS

VERSVS TERTIVS.

Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.

PRoſequitur effectum defenſionis, qui ſibi obſeruanti eius legem à Deo prouenit, vnde dicitur; Declinate à me maligni, quia ipſo me adiuuante aduerſum me prævalere non poteritis. Nam Dominus mihi adiutor, nō timebo quod faciat mihi homo, Pſalm. 117. Declinate à me, quia iniquos odio habui & conſortium veſtrum renuo Pſalm. 100. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit ſuperbiam; Odiui eccleſiā malignantiū Pſal. 25. Et bene à ſe repellit malos, indigni quippe ſunt quibus iuſti cōmiſceantur, quæ enim cōmunicatio ſancto homini ad canem? dicitur Eccl. 13. Sanctus, mundus, dicitur Græcè, hoc eſt, abſq; cō mixtione terrena, canis autem animal immundū eſt & à ſacris ita remotum, vt nec pretiū eius offeri Dño liceret, vt dicitur Deuter. 23. Cōmuniter canis hîc ſumitur pro peccatore immūdo, & prophano, vt ibi Matth. 15. Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus. Erat enim immundū animal, vtpote non rumi nans, non ſcindens vngulā cui nullo modo res ſanctificata conuenit, vnde ſacrificijs opponitur Iſa. 66. Qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem. Quare & Dominus prohibet ſanctum dare canibus: quæ omnia conſonant cum illo Pauli ſecundæ Corinthiorum. 6. Quæ enim participatio iuſtitiæ ad iniquitatem? aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial, aut pars fidelis cum infideli? & paulò pòſt adducit illud Iſaiæ 52. Exite de medio eorum & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, &c. Homines poſt confuſionem linguarum inter ſe diuiſi ſunt: loquele autem iuſtorum & iniquorum maximè diſtant quantum cælum eleuatur à terra; Cum ergo non ſint labij vnius non ſermonum eorundem, cohabitatio eis quaſi inutilis interdicta eſt. Et non ſolum inutilis, verum maximè nocua, & in perniciem trahens. Nam malignos hic vocat omnes homines malos: ſed præcipuè hæreticos & contentioſos, qui contentioſe ſcripturas lacerant, quare declinandi ſunt huiuſmodi maligni. Primo quia corrumpunt fidem, Ieremiæ ſecundo, Filij Mempheos, & Taphnes conſtupraverunt te vſque ad verticem; Fornicatio autem & conſtupratio in ſcripturis idololatriam, ſiue apoſtaſiam

pſal. 117. pſalm. 100. pſalm. 25. Eccle. 13. Deute. 23. Matth. 15. Iſaiæ. 66. 2. Cor. 6. Iſaiæ. 52. Gene. 11. Ierem. 2.

per hæreſim ſignificare familiare eſt: quod cũ eſſet profugus Da
1.Reg. 26. uid, à Saule deplorabat dicens. 1. Reg. 26. Eiecerunt me hodie, vt
non habitem in hæreditate Domini, & dixerunt, ſerui dijs alienis,
ideſt, quodãmodo me periculo expoſuerunt veram religionẽ de-
ſerendi ex conſortio idololatrarũ. Idem plangit Ieremias in ſuis la
Thren. 1. mentationibus cap. 1. conſiderans Dei populum inter gentes ca-
ptiuum duci, cum eiulans ait, Migrauit Iudas propter afflictionẽ
& multitudinem ſeruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit re-
quiem: omnes perſequutores eius apprehenderunt eam inter an-
Eccle. 33. guſtias. Eccleſ. 33. vbi nos legimus; Quę communicatio ſancto ho
mini ad canem; vt ſupra citauimus, Græci nonnulli pro ſancto ho
mine legunt, hyena, eſt autem hyena ſeuum animal & crudele, de
Plinius. quo inter multa mira quæ de eo narrantur, ſcribit Plin. lib. 8. cap.
30. maximè ſermonem humanum inter paſtorum ſtabula aſsimi
lare, nomenque alicuius addiſcere, quem euocatum foris laceret.
Item vomitionẽ hominis imitari ad ſolicitandos canes quos inua-
dat. Præterea vmbræ eius cõtactu canes obmuteſcere, quæ omnia
hæreticis optimè cõgruũt, cũ inter eccleſiæ paſtores, atq; canes, id
eſt, prædicatores humanã inſimulent vocẽ, hoc eſt Scripturæ ſan-
ctæ eloquia proferant, deq; rebus diuinis diſſerẽt, nomẽq; Chriſti
Ieſu & beatiſsimæ matris eius frequẽter in ore verſent, vt his alecti
homines, aliàs pij, eorũ ſuccis ineſcati eis faueant, authoramentaq;
ab eccleſiæ paſtoribus recipiant vt Chriſtũ lacerent, Sacramenta
cõtaminent, miſericordiam ſubruant, aliena diripiant, pœnitẽtiæ
opera eliminent, ſacra prophanaq; immiſceant, caneſq; hoc eſt ve
ritatis prædicatores obmuteſcere faciant, quare & Aue eis dicere
2.Tim. 2. prohibet Ioa, quos etiam Paul. 2. ad Timot. 2. deuitandos cenſet,
quoniã ſermo eorũ vt cancer ſerpit qui inter vulnera pabulatur.
Sic & iſti animas quas, vel ſuperbiæ, vel auaritiæ cõtaminatas vul-
nere vident, has deuorant in eiſq; venenatas ſuas linguas paſcunt:
vt in errorem ſuum abductæ pereant, quos Deus optimus maxi-
mus ab hæreditate ſua præcor diuellat, vt vltra non proficiãt, ſed
inſipientia eorum manifeſta ſit omnibus iuxta Paul. vaticiniũ. 2.
2.Tim. 3. Tim. 3. Secũdo maligni corrumpunt bonos mores ſecundũ illud
1.Cor. 15. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia praua quod ex
2.Tim. 2. Menandro Poeta adduxit Paul. & 2. Tim. 2. Prophana & inani-
loquia deuita multum enim proficiunt ad impietatem deinde de
clinandum eſt ab impijs, quia ſæpè puniuntur boni iuxta eos

Numer. 6.

Numer. 16. Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinēt, ne inuoluamini in peccatis eorum. Præterea confunduntur ſic, & ad meliorem frugem ſe vertūt cum viderint ſe ob ſua demerita à conuictu bonorum arceri, ſecundum illud Paul. 2. Theſſal. 3. Si quis non obedit verbo noſtro per epiſtolam hūc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt cōfundatur. Retrahunt etiam à bono ſtudio, quare quibus Deus arcana ſua reuelat à malorum conuictu ſeparat Oſeæ. 2. Ducam eam in ſolitudine, & loquar ad cor eius, vnde Pſalmiſta noſter ſubiungit. Et ſcrutabor mandata Dei mei. Quaſi malignorum ſocietas impedimento ei eſſent ne faceret. Demones quippe ac ſatellites eius cum quis legem Dei ſcrutari in oratione, vel in lectione ſatagit, turmatim occurrunt ei, atque cor eius puluere vanarum aut etiam noxiarū cogitationum aſpergunt, quatenus ſtudio, vel orationi eius impedimento ſint, vnde Eccleſ. 10. dicitur; Muſce morientes perdūt ſuauitatem vnguenti, hoc eſt importunæ, vanæ, ac immundæ, cogitationes, quę & mortuæ, & mortifere ſunt, mortuæ quidē, quia de rebus mortuis non ſoliditatē habentibus ſunt, mortifere qm̄ animæ interitum ac mortē parant; hæ orationis & lectionis vnguentum inficiunt, atq; nullius cōmodi, imò potiùs incōmoda efficiūt. Vnde Iob. 1. dicitur, quod inter filios Dei affuit etiā quadam die Satan: nam in bonis operibus ipſe ſe interſerit vt perdat, vnde talibus dicendum eſt; Declinatè à me maligni &c. ſicut & Dñs Matth. 4. ipſum aduerſarium deturbauit dicens; Vade retro Satan: quare de Diuo Greg. legitur, quod cū ad ſtudium vel orationem intrabat hunc recitabat verſiculū contra aduerſarios dicens; Declinatè à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei, quo circa ipſemet Greg. 16. Mor. c. 8. ſic dicit; Quos magis alios hoſtes patimur quā malignos ſpiritus, qui in noſtris cogitationibus nos obſident, vt ci uitatē valeant noſtrę mētis corrūpere eamq́; ſub iugo dominij ſui captam ſubſternere? ſæpè enim cū eloquijs ſacris intendimus, mali gnorū ſpirituū inſidias grauius toleramus, quia mēti noſtræ cogitationū terrenarū puluerē aſpergunt, vt intentionis noſtræ oculū à luce intime viſionis obſcurēt, quod bene Pſalmiſta prouiderat, dicens; Declinatè à me maligni & ſcrutabor mandata Dei mei. Videlicet per hoc patenter inſinuans, quia mandata Dei perſcrutari non poterat, cum malignorum ſpirituū inſidias in mente tolerabat. ¶ Sed Diuus Auguſt. per malignos intelligit litigatores, qui

Num. 16.

2. Theſſ. 3.

Oſeæ. 2.

Eccle. 10.

Iob. 1.

Matth. 4.

Gregor.

Gregor.

D. Auguſt.

pro rebus temporalibus tempus quod diuinis impendere deberent, litigando expendũt. Et consimiliter suos prælatos impediũt, ne Deo vacare possint. Vnde ait hic, Declinate à me maligni, & scrutabor &c. nõ enim, ait faciã, sed scrutabor. Nam maligni exercent ad facienda mandata, à scrutandis autem auocant, non solum cum persequuntur, aut litigare volunt nobiscum, verum etiã cum obsequũtur, & honorãt. Et tamen suis vitiosis, & negotiosis cupiditatibus adiuuãdis, vt occupemur, & eis nostra tẽpora impẽdamus efflagitant. Aut certè infirmos premũt, & causas suas ad nos deferre cõpellunt, quibus dicere non audemus, ô homo quis me constituit iudicẽ aut diuisorem inter vos? quare & eis etiã nos dicere cõpellunt; Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.

In hoc Augustinus reprehendere vult prælatos qui plus curæ impendũt circa negotia temporalia, quàm circa diuina, & plus in illis, quàm in spiritualibus rebus gloriantur. Nam sicut Paulus Ti
2. Tim. 2. motheum docet in. 2. epist. cap. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Et præcesserat. Labora sicut bonus miles Christi. Militibus autem interdicta est per leges negotiatio. Et ali-
Leuit. 11. bi dicit. Seruum Dei nõ decet litigare. Larus interdictus olim erat, eo quod in aquis submergatur ad querendũ victũ, deinde per aera volare præsumat. Non eos approbat Deus, qui & negotijs se se effundũt temporalibus, & nihilominus ad alta contẽplationis volare prẽsumunt: semetipsos, vt puto seducentes, qui tantos se ipsos æstimant, vt in contrarias etiam partes integros se esse iactẽt, cum tamen in iure tanquàm præuaricatores puniantur, qui vtriq; parti litigantiũ patrocinia ferunt. D. Ambro. alia via procedit. Exisi-
D. Ambrosius. mat enim, quod per ista verba, vult ostendere Propheta, nullũ in studio Sacræ scripturæ proficere, nisi ab omni peccato, & maligni tate fuerit segregatus. Ait enim, Declinate à me maligni, &c. huius versiculi testimonio significat, ꝙ vbi malignitas est, ibi custodia cœlestium mandatorũ esse non possit. Simplicem mentẽ, purum ac dessecatum animũ dilexit Christus, nec potest immaculatæ veritati vllum cũ maculosis cõtuberniũ esse; Quoniã in maleuolam aninã non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito
D. Gregorius. peccatis. Sapien. 1. hæc Ambr. Maleuola anima secundũ Diuum Gregor. est, quæ in corde seruat odium, vel rancorem, Corpus autẽ subditũ peccatis est, quod secundũ Apostolũ, fornicationi, non Dño seruit. Peruersæ enim cogitationes, ait sapiens, separãt à Deo.

Sunt au-

Sunt autem quatuor genera malarū cogitationū. Aliæ malitioſæ, quæ procedūt ex animo offendendi, vel nocēdi, cōtra quos Pſalmiſta; Quid gloriaris in malitia, qui potēs es in iniquitate? tota die iniuſtitiā cogitauit lingua tua. Talis fuit cogitatio Saulis contra Dauid, qui cogitauit eū tradere Philiſtæis, fratrum contra Ioſeph, Phariſæorū aduerſus Chriſtū. Aliæ ſunt ambitioſæ, qualis fuit illa diſcipulorū Chriſti, Luc. 9. Intrauit autē cogitatio in eos, quis eorū eſſet maior, vbi nota, qđ ſicut dicit quidā antiquus doctor. Ambitio eſt quædā ſimia charitatis, charitas enim eſt patiens pro æternis, ambitio patitur omnia pro caducis, charitas benigna eſt pauperibus, ambitio diuitibus, charitas omnia ſuffert pro veritate, ambitio pro vanitate, vtraque omnia credit, omnia ſperat, ſed longè diſſimili modo: hæc ad gloriā huius vitæ, illa ad gloriam ſine fine. Lucæ. 9.

Oēs qui militāt in caſtris ambitionis, capti ſunt à Naas Ammonita, dextroſq; oculos amiſerūt. Proſpiciētes eī ſunt in acquiſitione tēporaliū, iacturā vero vitæ quā perdūt, & imminētia mortis æternæ ſupplicia nō attendūt. Pro vaniſsima vanitate militant hodie noſtri curiales in labore, & erumna, in vigilijs multis, & periculis magnis, periculis maris, periculis fluminū, periculis pontiū, periculis montiū, periculis in falſis fratribus, in mortibus frequenter, in conſractione, in laſsitudine corporis, atq; in alijs vitæ diſcriminibus, in quibus gloriā martyrij mererentur, ſi hæc pro Chri nomine ſuſtinerent: nunc autē martyres ſunt mundi, ſeculi profeſſores, diſcipuli curiæ. Per multas ſiquidem tribulationes intrant iuſti in regnū cælorū: hi autē per multas tribulationes promerentur infernū. In tertio genere ſunt cogitatiōes voluptuoſæ Geñ. 8. Senſus & cogitatio hoīs proni ſunt ad malū ab adoleſcētia ſua. In primis eī parētibus corrupta fuit, & infecta natura: nec in poſteris emendata. Albert. Magn. tract. 2. lib. 2. de cauſis ꝓprietatū elementorū. c. 2. ait, quod ſi ſupra fauillā cādelæ extinctæ nō tī ſic oīno mortificatæ, quin ibi aliquis ignis remaneat ſuperinfundat, vel tenuis puluis ſulfuris, cādela iterū accenditur: ſic quātumcūq; homo in ſe flāmas voluptatis extinxerit, ſemp tī igniculꝰ manet, hoc eſt fomes carnalis cōcupiſcētiæ, quę dū viuimus extingui oīno nō pōt. Qua re ſummopere cauendū eſt, ne ſup talē ſcintillulā, vel tenuis quidē ſulfuris puluis proijciat, ne iterū in maiores flāmas erūpat. Sulfur quidem calidus eſt, fœtidus, & tenax: & deſignat luxuriā. Puluis tenuis, vel modicus, cogitatio moroſa eſt: quæ non ſolū reaccen- Gen. 8. Albertus Magnus. 1. Reg. 11.

dit extinctam ſcintillam, verum etiam fouet, atque nutrit, vt tali
D. Gregorius. incendio tota flagret domus, & fœteat. Vnde Diuus Greg. ſuper illud Iob 18. Aſpergatur in tabernaculo eius ſulfur, dicit; Sulfur ſic ignem nutrit, vt in ſe ſit grauiſsimi fœtoris: ideo in eo peccatū carnis intelligimus, quod dum peruerſis cogitationibus, quaſi fœto-
Gene. 19. ribus mentem implet æterna incendia fouet. Vnde Dominus in Sodoma pluit ignem & ſulfur. Quare etiam ipſis pœnitentibus ſumma ope vitandum eſt, ne in recordatione talium criminum incautè detenti, in culpa noua ſint, qui ad delendam veterem la-
Gregorius. borabant. Quare Gregorius 2. Moral. cap. 5. Sæpè mens, ait, ita in culpæ recordatione concutitur, vt ad perpetrationem illius longè grauius, quàm priùs capta fuerat vrgeatur. Vnde Deuter. 15.
Deute. 15. dicitur; Caue, ne ſubrepat tibi impia cogitatio: ſolet enim latrūculus paruulus per anguſtum intrare foramen, vt maioribus latronibus ſeras aperiat: ſic diabolus teneras ac paruulas cogitationes immittit quæ ſi pro ignauiam creſcere relinquantur, tradunt homines ad maiorum conſenſum. Sextus Iulius Stratagematum lib. 4. ca. 9. ait Caius Pompeius cum inſpectos haberet Trecenſes, & vereretur ne præſidium reciperent, petijt ab eis, vt ægros interim apud ſe refici paterentur: fortiſsimis deinde habitu languentium miſsis, ciuitatem occupauit. Sic dæmon perpendens viros ſanctos ſuggeſtiones inopere non admittere, debiles & quaſi languentes cogitationes immittit, quaſi præ teneritudine noxiæ eſſe nō poſſint: cum tamen poſtea ſocordia creſcant, & in fortiſsimas euadant; ita vt animam ad conſenſum trahant, arcemque mentis expugnatam diruant. Quare ſtatim deturbanda eſt voluptuoſa, atque illecebra cogitatio, ne cum ſit moroſa cordis arcanum inficiat, vnde Ierem. 4. dicitur, Vſquequo morabuntur in te cogita-
Ierem. 4. Gregor. tiones noxiæ? Vbi Gregorius 17. Moral. dicit, Non reprehendit cur veniunt, ſed cur morabuntur. Etenim in bona corda cogitationes illicitæ veniunt, ſed morari prohibentur, & Hieronymus ad Euſtachium ſcribens ait. Dum paruus eſt hoſtis interficiendus eſt, vt eius nequitia elidatur in ſemine. Ille prædicatur beatus, qui ſtatim, vt cœperit cogitare mala, interficit ea, & allidit ad
Hieronymus. petram. Et Caſsiodorus exponens illud Pſalmi, Filia Babylonis miſera &c. Filia inquit Babylonis eſt caro, quia confuſionem peccatorum ingerit, cui digna compenſatio datur, vt ſicut concitat ad vitia, ita repræſa ſubdatur virtutibus, & malos motus ante-
Caſsiodorus. Pſal. 136.

quàm

quàm creſcant allidant ad petram Chriſtũ, vt cõfracti diſpareant. Cogitationes quippè facilius vincuntur cum parue ſunt. In quarta claſſe ſunt cogitationes vanæ & infructuoſæ de quibus in Pſal. 93. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. Et alibi; In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Tales erant ſolicitæ cogitationes atque curæ, quas dives ille verſabat in corde, Luc. 12. cum horrea atque vinaria dilatare cupiebat, quæ tamen cogitatio quaſi vana eadem nocte eliſſa atque confracta fuit, & tanquam fumus lucernæ euanuit. Sed de his aliàs. Has ergo cogitationes repellere debet, qui legem Dei cum profectu ſcrutari voluerit, & dicere; Declinate à me maligni &c. Pſal. 93. Pſal. 145.

VERSVS QVARTVS.

Suſcipe me ſecundum eloquium tuum & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

HIc eſt ſecũdus effectus legis diuinæ, & gratiæ, ſuſtinere ſeu hominem ſuſtentare verbo Dei, Quoniã non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, vt dicitur Deut. 8. vnde Ieronymus, & Felix vertunt, Conforta me, ſeu ſuſtenta me, quod in idẽ cum noſtra æditione reddit, quoniã ea quæ ſub noſtra tutela ſuſcipimus, & ab aduerſarijs tuemur, & in bono ſibi congruo ſuſtentamus. Vnde & poteſt intelligi de ſuſceptione, qua Deus ſuos ſuſcipit per gratiã in ſua protectione ſingulari: eo modo quo ſummus Pontifex religioſos ſub protectione ſedis Apoſtolicæ aſſumpſit. Quo modo Deus hìc iuſtos ſuſcipit per gratiã, & in futuro per gloriã. De primo dicitur Iob. 42. Suſcepit Dominus faciẽ Iob, hoc eſt in præſenti eius animam ſub ſua cura ac protectione ſuſcepit, exaudiendo preces eius. Phraſis quippè Hebraici ſermonis eſt, cum quis poſtulatis alicuius anuit, dicere; Faciem tuam ſuſcepi, vt Gen. 19. dicit Angelus ad Loth, Suſcepi faciem tuam, id eſt, precibus tuis acquieui ne auerſa facie confuſus abeas, vnde & auertere faciem eſt deprecata negare 3. Reg. 2. dixit Berſabeæ Salomoni; Ne cõfundas faciem meam, id eſt, poſtulata non neges. Et reſpõdit Salomon; Pete mater mea, nec enim fas eſt, vt auertam faciem tuã, id eſt, ne auerſa facie confuſa diſcedas, cum quæ petieris negem. Iob ergo offerente ſacrificium pro amicis ſuſcepit Deus faciem eius, quoniam benigne poſtulata conceſsit: ſic & iuſtis acquieſcit, eorumque faciem per

Secundus effectus verbi Dei ſuſtentare animas. Deuter. 8. Matth. 4. Ierony. & Felix.

Iob. 42.

Gen. 19.

3. Reg. 2.

gratiam ſuam benigne accipit Deus: de ſuſceptione gloriæ dixit
Actor.7. Stephanus Act. 7. Domine ſuſcipe ſpiritū meū; Dicit ergo Pro-
pheta. Suſcipe me ad gratiam continuè ampliorem, vt viuam vitā
Ambroſ. ſpiritus coram te. Et ſic Ambr. dicit in hoc loco; Si viuit qui eſt in
ſinu Abrahæ, vt ille Lazarus pauper, quomodo poteſt non viue-
re, quem ſempiterna vita ſuſcepit, quē totus ſibi Chriſtus aſſum-
pſit, qui totus verbi eſt, cuius vita abſcondita eſt in Chriſto Ieſu?
De ſuſceptione per gloriā hic erit ſenſus; Suſcipe me de mortali-
tate ad immortalitatem, de miſeria ad gloriam. In quo ſenſu hunc
Auguſt. verſum exponit Auguſt. dicēs; Suſcipe me ſecūdum eloquiū tuū,
& viuam: ſic enim de futuro dictum eſt, & viuam. Tanquam hic in
Rom.8. hoc corpore mortuo nō viuatur, corpus enim mortuum eſt pro-
Ibidem. pter peccatum & exoptantes redemptionem corporis noſtri ſpe
Ibidem. ſalui facti ſumus, & quod non videmus ſperantes cum patientia
expectamus. Verùm ne videatur præſumptio ſic audacter poſtu-
lare à Deo, ideo ait. Secundum eloquium tuum, id eſt, ſecundum
promiſsionem tuam, nam vt nos hoc auderemus petere, tu feciſti:
tuo te chirographo conuenimus, qui noſtrum chirographum ſu-
ſtuliſti. Nos fecimus chirographum mortis, tu ſcripſiſti chiro-
graphum vitæ. Ergo non confundas me ab expectatione mea,
Ambroſ. quia in te ſpero. Spes enim non confundit, hæc D. Ambr. hîc.

Non deſunt tamen, qui carmen hoc intelligant de ſuſceptione
humanæ naturæ à perſona verbi: vt explicetur in eo flagrans pa-
trum deſiderium de hac ſuſceptione: quæ nimirum tunc facta eſt,
quando verbum caro factum eſt, quia tunc perſona verbi ſuſcepit
naturam humanam, non perſona perſonam, nō natura naturam,
Magiſter non natura perſonam, vt clare deducit Magiſter. 3. Sent. Ex qua
Senten. ſuſceptione factum eſt, vt & Deus fieret homo, & homo diceretur
Deus. Tanta fuit idiomatum communicatio, vt ea quæ Dei
ſunt, de homine prædicentur, & quæ propria ſunt hominis, dican
tur de Deo: quippè qui per omnia ſimilis nobis factus eſt excepto
Gen.27. peccato, vt Concilia ſacra diffiniunt. Cum ſurripere voluit Iacob
Figura. benedictionem fratris ſui Eſau à patre Iſaac iam ſene atque oculo-
rum officio orbato, mater eius Rebecca cuius ope, atque ſuaſu
hæc fiebant, pelliculis hædi manus atque collum protexit, vt ſi-
militudo pilorum manus fratris ſui Eſau referrent, qui hiſpidus
atque piloſus erat, veſtibus etiam valde bonis, quibus primoge-
niti indui ſolebant, Eſau maioris, quas apud ſe habebat Rebecca,

Iacob

Iacob induit atque ad patris benedictionem accipiendam miſsit. Cumque vocem eius audiſſet pater, manuſque piloſas tetigiſſet, ſtupens ac admirans ait. Vox quidem, vox Iacob eſt, ſed manus, manus Eſau ſunt. In vno eodemque ſubiecto & vocem Iacob, & manus Eſau vniuit Rebecca Dei parens Maria, de qua potiùs quã de Rebecca dicitur; Virgo pulcherrima, & incognita viro, in puriſsimo vtero ſuo vocem Iacob cum Eſau manibus connexit: cum filium Dei qui vox ac verbum patris dicitur, cum mortali noſtra carne vniuit: ita vt in Chriſto Ieſu Deus operetur vt homo, & homo eaque ſunt Dei faciat, Naſci & concipi hominis eſt manus Eſau ſunt hæc, ſed ſine virili ſemine generari, & ex integra virgine prodire, Dei opus eſt hoc, hæc vox Iacob eſt. Vlterius, hominem à mortuis reuocare, cæco lumen reſtituere, claudo greſſus dare, opera Dei ſunt, hæc vox Iacob eſt. Sed voce mortuum ſuſcitare, manibus oculos cæci linire, digitis aures ſurdi adaperire, hæc opera hominis eſſe ſolent: manus ſunt Eſau, ſed quia in vna eademque perſona vtraque conſtat natura, hinc hæc communio in operationibus prouenit, cum opera ac actiones tantùm ſuppoſitis tribuant Philoſophi. At in Chriſto Domino quælibet natura ſuas proprias exercebat actiones. Veſtibus primogeniti indutus eſt Iacob, quorum odorem vt percepit pater, in copioſiſsimas prorupit benedictiones. Tunc Chriſti fratris maioris veſtibus induimur, cum eius merita nobis per fidei ſacramenta applicantur, cumque eius odorem in nobis percipit Deus, profuſe nos in omnibus benedicit. Iſaac benedicens Iacob, Eſau exiſtimabat ſe benedicere, ac in eo quodammodo ſecundum patris intentionem benedictus eſt Eſau, niſi quod Deus in Iacob commodum omnia vertit. Ita & nos homines & peccatores (qui in Eſau præſignati ſumus) in ipſo Iacob, hoc eſt in Chriſto, benedictionem à Deo patre ſuſcepimus, ob quam in gratiarum actionem prorupit Paulus, cum Epheſ. 1. dicit; Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus, in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu eius, in charitate. Vbi omnes includit benedictiones tam primam, qualis fuit prædeſtinatio, & electio, quæ eſt veluti vaſis, ac fundamentum aliarum, quàm alias, in quibus gratia, & media ad ſalutem competentia includuntur: ad quam etiam cõſequitur

Gen. 24.

Ephe. 1.

vltima,

vltima, quę erit in gloria, quam itidem aſſequimur per Chriſtum,
Hebræ. 3. ſecundum illud Pau. Vt multos filios, in gloriam adduceret. Ad hanc igitur ſuſceptionem, per quam tot bona lucrati ſumus, ſpiritu, ac fide æſtuabāt antiqui patres, enixè poſcētes, vt ſecundum datas promiſsiones ſibi à Deo humanā naturam in vnitatē verbi ſuſciperet, quatenus ſic eleuata omnibus alijs præeſſet naturis, nec confuſi à tali expectatione remanerent, qui eam ſperantes fideliter vixerant.

VERSVS QVINTVS.

Adiuua me & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

ADiuua me, ſcilicet, per gratiā delendo peccata, & ſaluus ero per gloriam, & ſic meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper. Sed dices. Iam iſte adiutus erat à Deo cū ſupra dixit; Adiutor meus es tu: ad quid iterum petit, ad quid iterum verba conculcat, dicēs; Adiuua me? Sed quia ſicut adiutorio Dei continuo indigemus, ſic ipſum continuo orationibus poſtulare debemus, vt datum nobis adiutorium conſeruetur & creſcat. Sed quoniam ſuſtentatio, quam poſcit iuſtus à Deo (de qua verſu præcedenti,) fit præcipuè per virtutes infuſas, & ſupernaturales: ideo ſic intellige hoc carmen. Adiuua me contra inimicos qui me volunt
1. Ioan. 5. perdere, quod fit per fidem. 1. Ioan. 5. Hæc eſt victoria quæ vincit
Rom. 8. mundum fides noſtra. Et ſaluus ero per ſpem. Rom. 8. Spe ſalui facti ſumus. Et meditabor in iuſtificationibus tuis per charitatem,
Pſal. 38. ſecundum illud Pſalm. 38. In meditatione mea exardeſcet ignis
1. Ioan. 5. 1. Ioan. 5. Hæc eſt charitas Dei, vt mādata eius cuſtodiamus ſem-
1. Cor. 13. per, quia charitas nunquam excidit. 1. Corin. 13. Vel, Adiuua me contra languores animæ ſicut medicus adiuuat ægrotum, & ſaluus ero, & meditabor in iuſtificationibus tuis, memoriam tenens qualiter me dignatus es iuſtificare.

VERSVS SEXTVS.

Spreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis: quia iniuſta eſt cogitatio eorum.

HOc eſt aliud quod habet lex Dei, quæ cum ſit lex veritatis
3. Eſd. 3. vincit omnes, qui ab ea diſcedūt, ſecundū illud. 3. Eſdræ. 3. Super omnia vincit veritas, vnde alij ex Hebr. legunt. Calcaſti

caſti omnes errãtes à iudicijs tuis. Alij ex Græco dicũt ad nihilum redigiſti. Ait ergo Propheta. Ideo poſtulo, vt me adiuues ad meditãdas iuſtificationes tuas, quoniã ſcio, te ſpernere, calcare, atque in nihilũ redigere eos, qui ab eis per contemptũ vel peccatũ deſciuerint. Verè Deus declinantes à mandatis ſuis ſpernit, hic denegando gratiam, in futuro deterrendo à gloria. De primo dicitur Eccleſ. 7. Conſidera opera Dei, quod nemo poſsit corrigere quem ille deſpexerit. Quod de reprobis optime intelligi poteſt, quos Deus ſpreuit, ne ad ſe venirẽt atque ideo nullius manus erigere poteſt, quem Deus in peccata permiſſerit labi, nec ille cui ſuum magnum atque efficax auxilium denegauerit, poterit ab alio aliquo mendicare, nec accipere. De ſecundo vero dicitur, Prou. 1. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis, ego quoque in interitu veſtro ridebo, & ſubſanabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. Et Pſal. 2. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & Dominus ſubſanabit eos, (hara mofa y riſa dellos el dia del juyzio como los vencedores la hazen de los vencidos,) Sed quoniã ferè in omnibus exẽplaribus Græcis legitur; Ad nihilũ redegiſti diſcedẽtes à iudicijs tuis. Ideo aduertẽdũ ex D. Aug. ſuper 1. c. Ioan. in illud; Sine ipſo factum eſt nihil, quod per nihil intelligitur peccatũ, nã cũ omnia per Deũ facta ſint, & omnia quæ fecerit Deus, ſint bona (ſecundum illud; Vidit Deus cuncta quæ fecerãt, & erant valde bona) ſequitur, quod malum culpæ, quod eſt peccatum, non ſit factum à Deo, ac ſubinde peccatũ ſit nihil, cũ omne, quod eſt aliquod, ſit factum à Deo. Sed obſeruandũ, quod peccatum non dicitur nihil negatiue, vt chimera, quæ nullo modo eſt: ſed dicitur nihil priuatiuè ſicut cæcitas, quia priuat hominẽ viſu, quẽ poterat habere. Cum ergo quælibet priuatio ad nihilũ ducat ſubiectũ, quod priuat ente, & bono, quod ei debebatur: quãto pluribus bonis priuaret, tãto magis ad nihilum ſubiectũ vehæret, ſi igitur eſſet aliqua priuatio, quæ omni bono hominẽ carere faceret, illa omnino ad nihilum redigeret hominem. Talis autem eſt culpa mortalis, quæ hominem Deo orbatum reddidit; Deus autẽ omne bonũ eſt, vt Exo. Dixit Dominus ad Moyſen, Ego oſtendã tibi omne bonum: qui ergo habet peccatum, nihil habet, quia & peccatum eſt nihil, & quaſi in nihilum redigit peccatorẽ, vt alibi noſter Propheta; Ego ad nihilum redactus ſum, & neſciui. Et Iob 18. Habitent in domo ſocij eius, qui non eſt. Vbi Gregorius per eum,

Eccle. 7.
Prou. 1.
Pſal. 2.
Auguſt.
Gen. 1.
Exo. 33.
Pſal. 72.
Iob. 18.
Gregor.

eum,qui nõ eſt,diabolum intelligit, Nam qui à Deo ſeiunctus eſt per culpam,per quem omnia ſubſiſtunt,& ſunt:quaſi ad non eſſe tendit, ſed quoniam malum per ſe ſubſiſtere non poteſt, aliàs ſeipſum deſtrueret,vt ait Philoſophus,ſed in bono eſſe, ac ſuſtineri debet,ideo etiam ſi peccatum ad nihilum redigat hominem quantum ad vitam gratiæ, natura tamen,quæ à Deo eſt, & ideo bona, manet,licet ex coniunctione ad peccatũ nonnihil ſibi infectionis copuletur. Vnde Prou. Miſeros facit populos peccatũ.Dicuntur etiam omnia ſine Deo nihil, quoniã nihil conferunt peccatori ad ſalutẽ,ſecundũ illud Prou. 11.Nihil proderunt diuitiæ in die vindictę.Vnde D.Ambr.hîc; Pulchre(inquit)omnes ad nihilum deduxiſti à te diſcedẽtes, ſiue ille ſit dives, nihil illæ diuitiæ ſibi proſunt,ſiue honoratus,nihil illi dignitas,ſiue potens,nihil illi potentia,ſiue ſapiens mundi,nihil illi proficit ſcientia, rectè ergo dixit Propheta;Ad nihilum deduxiſti diſcedẽtes à mandatis tuis, quoniam illos quaſi peccatores ſpreuiſti, ſecundum illud Pſal. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, quia quaſi nihilum reputat Deus diabolum & ſatellites eius.

Ariſtot. Prou.14. Prouer.11. Ambroſ. Pſal.14.

(Quia iniuſta eſt cogitatio eorũ.) Plura ſupra de malorum cogitationibus præfati ſumus, & adhuc aduertendum ex D. Greg. 12.mor.c.22. quod id quod eſt radix arbori,eſt vnicuiq; ſua cogitatio. Occultatur quidem radix humi, ſed extra poſtea in virgultis prodit: ſic cogitatio hominis ſub terra corporis deliteſcit, ac poſtea in opere ſeipſam palam facit, ſed in futuro erit ſicut in corpore vitreo. Erunt enim ad nutum eorum perſpicuæ cogitationes iuſtorũ, nũc autem ſunt in corpore luteo.Et 10.mor.c.27. Plateæ ciuitatis Ieruſalem ſunt ex auro,vt vitrum perſpicuo,quoniam in plateis,vbi dolus & malignitas vigere ſolent,ſunt abſconditæ,ſed in patria erunt adeò pure cogitationes, vt eas omnes videre atque intelligere ſine offenſione poſsint. Nunc autẽ luteum vas lutulentas etiam cogitationes cælat.Sicut ergo areſcente radice,& planta aret atque deficit, ſic cogitationibus pijs deficientibus etiam religioſa opera exiccãtur,quare Gregorius. Omnis iniquus(ait)prius in cogitationibus areſcit,& poſtea in bonis actibus deficit,quique fructuoſam vult gerere mẽtem, curet ne in cogitationibus areſcat. Sicut qui fructiferã arborẽ cupit, radices humectare non deſinit,ne ſiccitate deficiant,& præcipuè ſimus, & ſanguis humanus modo calidus ſit, maximè conducunt ne areſiat radix,

Gregor. Apoc.21. Gregor. Simile.

radix, ſic cogitatio mortis & ſanguinis à Chriſto effuſi tanquam ros quidam matutinus vtiliſime ſimul, & fœcundiſsimè radices animæ madefaciunt,& fœcundant; paſsionis autem Chriſti meditatio amoris igne calere debet, vt in omnibus operibus noſtris fœcundos nos reddat. Vnde 1. Petri. 4. dicitur; Chriſto in carne paſſo vos eadem cogitatione armamini, De mortis meditatione Eccleſ.7. admonemur cum ait Sapiens. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, in illa enim cunctorũ finis admonetur hominum,& viuens cogitat, quod futurum ſit. Cogitatio etiam comparatur tineæ,vt idem Greg. 11. Mor. c. 25. docet, quia ſicut tinea ſine ſonitu penetrat veſtimentũ,ita cogitatio tran ſigit mentem,antequam perpendatur.Iob. 13.Quaſi putredo cõſumendus ſum: & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea. Cum ergo cogitationes impiorum corroſam atque areſcentẽ reddant animam,ideo dicitur,Deum ſpernere illos, ante cuius oculos nulla creatura inuiſibilis eſt,nec etiam ipſe abditiſsimæ cogitationes, quæ quando peruerſe ſunt,ſeparant à Deo, vt dicitur Sap. 1. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum & auferet ſe à cogitationibus,quæ ſunt ſine intellectu, vbi aduertẽdum ex Philoſopho.7.Eth.c. 3.quod cum homo ſit quaſi in confinio duarum ſubſtantiarũ,hoc eſt,ſpiritualiũ,& beſtiarũ:hinc fit, quod ſi ſapiat naturam alterius extremi;ab illo denominabitur. Vnde viri excellẽtes in cõtẽplatione, & honeſtate vocãtur diuini, inſignes autẽ in malitia vocantur beſtiales,& à talibus cogitationibus fugit Spiritus ſanctus,ſpernitque atq; in nihilũ cõputat mentes illis imbutas.

1. Petri.4.
Eccleſ. 7.
Gregor. Simile.
Iob. 13.
Sap. 1.
Ariſtot.

VERSVS SEPTIMVS.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua.

PRæuaricantes,id eſt,legis tranſgreſſores. Nam ſecundũ Paul. Rom.4. Vbi non eſt lex,nec præuaricatio; Vel præuaricãtes, id eſt,diſcedentes,vel apoſtatantes; Nam peccatores, quaſi apoſtatæ à lege ſunt,ſecundum illud. Vinũ & mulieres apoſtatare faciũt ſapiẽtes,id eſt,à lege diſcedere,vel tertiò, Præuaricatores in iure vocãtur aduocati,qui vtriq; parti litigantiũ patrocinantur. Tales ſunt Chriſtiani peccatores, qui & mundo,& Deo ſimul ſeruire præſumunt, & nunc Euangelicum verbum audiunt, quo, mundi

Rom.4.
Eccl. 19.

mundi faſtus, ſeculiq́ue negotia damnantur, atque approbant, & in cœlum vſque efferunt, ſed ſtatim ad ea tractandà manus conferunt & monachos laudant, quod ea reliquerint, & tamẽ eos qui in talia ſe negotia ingerunt adiuuant. Ecce quomodo præuaricatores ſunt, qui vtrique parti patrocinium ferunt, contra quos Dominus. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Tales erant Galatæ quos. c. 2. taxat Apoſt. eo quod & Chriſto, & circunciſioni ſimul ſeruire ſatagebãt. Hoc enim præuaricari erat, cum iam per baptiſmi profeſsionem vetuſtati mortui erant: vmbratilemq́ue illam legem, quatenus Chriſti venturi ſignificatiua erat, deſtruxerant, in nouumq́ue hominem renati, in nouam etiam legem conditi erãt. Vnde inter alia infert. Si enim quæ deſtruxi, iterum reædifico, præuaricatorem me eſſe conſtituo, quoniam ſeruans legalia credens in Chriſtum vtriq́ue parti faueo, & vetuſtati legis, & nouitati gratiæ. (Ideo dilexi teſtimonia tua.) Hoc eſt, quoniam ſpreuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis: & vidi præuaricantes peccatores terræ, ex hoc ad teſtimonia tua diligenda me ipſum induxi. Sæpè enim contingit, quod quanto magis peſsimi elongantur à Deo tanto magis probi illi appropinquent. Prouerb. 28. Qui derelinquunt legem laudant impium, qui cuſtodierunt legem ſuccẽdentur contra eum. & Pſal. 9. Dum ſuperbit impius incenditur pauper, id eſt, iuſtus in amore Dei.

Matth. 6. Galat. 2. Prou. 28. Pſal. 9.

Vel dic, quod in hoc verſu adhuc Propheta indicare vult vilitatem peccatoris; ſecũdum quam pro nihilo computatur à Deo, vt ſupra dixerat; Nam & Ieronymus ex Hebræo vertit, Velut ſcoriam reputaſti omnes peccatores terræ. Sunt quippè impij veluti putredo & ſcoria mundi, quos deſignabat lumbare illud, quod Ieremias ſub terra poſitum putridum adinuenit, reprobi quippè circundant bonos tanquam cingulum corpus, nam vndiq́ue eos circunueniunt, vt perdant ſecũdum illud Pſal. 11. In circuitu impij ambulant, hoc eſt, probos circumeunt, atque ambiunt, vt deſtruant. Sed hic quoniam viui ſepeliuntur in negotijs & cupiditatibus, putreſcunt in eis, & verum fit, quod de his dicit Propheta. Computruerunt, tamq́ue iumenta in ſtercore ſuo. De quibus etiã Dominus Eſa. 1. ait, Decoquam ad purum ſcoriam tuam, auferam omne ſtanuum tuum, hoc eſt, impios delebo, vt iuſtorum puritas quaſi victrix appareat. In domo magna ait Pau. Sunt vaſa aurea, & fictilia, alia in honorem, alia vero in cõtumeliam. Sic in Eccleſia

Hierony. Ierem. 13. Pſal. 11. Ioel. 1. Eſaiæ. 1. 2. Tim. 2.

& boni,

& boni, & mali permixti ſunt, & ſcoria, & aurum. Auguſtinus ait, quod in magna domo, & atria ampla, & triclinia optima ſunt, & etiam ſtabulum & latrinæ, vbi ſtercora ac immunditiæ egeruntur. Sic in Eccleſia mali ſtabuli vbi immunditiæ effunduntur locum tenent. In arca Noe locus erat vbi ſtercora deliteſcerent, in corpore hominis & nobilia membra ſunt & ignobilia, & venter vbi ſtercora profluunt. In corpore myſtico improbi ventris locũ tenent. De quo Dominus per Prophetam conquæritur dicens; Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Dolorem quippe maximum in Eccleſia impij ingerũt bonorum animis. Sunt ergo mali & ſtercus, & putredo, & ſcoria mundi, de quibus Eſa. 1. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, hoc eſt iuſti in impios per peccata tranſierunt. Ierem. 4. Eſa. 1.

VERSVS OCTAVVS.

Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

VErbum configere non ſignificat hîc talem confixionem, qualis fit per ſagittam, non intelligamus hic timorem Dei ſagittæ cõparari, vt aliqui intelligunt. Sed dictio quæ eſt in Græco ſignificat propriè cõfigere clauis. Vnde Ambr. & Auguſtinus legunt. Confige clauis à timore tuo, quare intellige de confixione illa, qua non caro ſola, ſed ipſa cum ſuis prauis concupiſcentijs cruci affigitur, ſecundũ illud Pau. Gal. 6. Qui autẽ ſunt Chriſti, carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vitijs, & cõcupiſcentijs. Sed hinc difficultas inſurgit, quomodo petat, timore ſe confixi, cũ ſubijciat ſe timere Dei iudicia? & hoc ipſum pro ratione ſubiungit? Sed aduertẽdũ, quod pleriq; timẽt quidẽ Dei iudicia, ſed tamẽ nõ habẽt carnes timore Dei cõfixas, vt qui timẽtes quidẽ æternã damnationem, nõdum tamen tali timore detinentur quo ab omni malo fugiant, quod Euthimius in hoc loco docet dicens; Dum tua (inquit Propheta) lego iudicia, in anima quidẽ timore corripior, ipſum tamen corpus huiuſmodi timore nõ caſtigatur. Tu igitur cõfige & ipſum corpus hoc timore, ita vt ad immoderata deſideria amplius nõ feratur. Idẽ D. Aug. videtur ſentire, vt intelligatur Prophetam optaſſe, addi ſibi timorẽ, vt tãtum timeret, quantũ ſufficeret crucifigendis carnibus ſuis, id eſt cõcupiſcẽtijs. Hoc autẽ contingit his, qui ita carnis macerationi vacãt, vt tamẽ effræ natas eius libidines compeſcere non curent. Contra quos Gregor. hom. 1. Dominicæ Ambr. & Auguſt. Galat. 6. Euthimius Auguſt. Gregor.

Quadrageſimæ. In vanum (ait) atteritur caro ſi ſuis cupiditatibus animus non refrenatur, & ne lenocinijs ſuis alliciat animam, crucifigenda eſt. Ne vel membrum aliquod inſtrumentum iniquitati præbeat. Quinque reges qui ingreſſum filiorum Iſrael in terrā promiſionis impediebant captos Ioſue in ſpeluncam obſtruxit, calcare eorum colla principes Iſrael iuſsit, ac demū cruci affixos interire. Quinque reges iſti, quinque ſunt ſenſus noſtri, qui aduerſus animum eleuati regnum eius inuadere cupiunt, hominiſque totius rēpublicam ſua ſtultitia gubernare. Hi quippe impedimētum nobis præſtant non minimum, ne promiſionis terram, hoc eſt cœlorum gaudia ingrediamur. Quare per Dei gratiam auxiliumque diuinū primum ab anima capiendi ſunt, inque ſeruitutē redigendi, vt ſe ſeruos ac mancipia eſſe cognoſcant, nec amplius ſtultè ferocire contra dominam audeant, deinde in ſpeluncis & vinculis conſtringendi ſunt, ſic vt compedibus aſtricti teneantur, ne in illicita exeant, aut videant, nec cōtrectent inaniterque concupiſcant. Vt Iob fœdus cum oculis ſuis pepigerat, vt ne cogitaret de virgine quidem. Intus conſtrictos per rationem ac Dei legem eos habebat, ne foris ad illicita vagarentur. Sed nec hoc contumaci mancipio ſufficit, ſed eos per imperium rationis calcare, eorum libidines tanquam nocuas, ac ſtultas contemnere debent, virgis cedere, ac demum cruci affigere cum vitijs, & concupiſcentijs ſuis, vt ſi vel manum ad illicita extendere velit, vel pedem extrahere, ſtatim flagelli dolore inſtructus ſenſus cōtrahatur. Cumque nunquam ſibi ignoſcendum fore experientia didicerit, iam nec periculum quidem ſuæ cupiditatis facere ſatagat, nec præſumat, ſecundum illud. Seruo maleuolo tortura & compedes; & claudere ſenſum atque in officio rationis cōtinere eſt quaſi compedibus conſtrictum tenere, oportet & flagella addere quorum timore arceatur. Pleriſque quidem animam diuinis reſouent conſolationibus, orationibus, contemplationibus aſsiduè vacantes, ſed quia carnem caſtigare contemnunt, facilè in eius illecebras prolabuntur. Ferri quidem duritiem in ignis conflatorio mollificanda eſt, ſed nec hoc ſufficit niſi poſtea ictibus in incude feriatur, vt inde clauis, vel quod volueris confletur; Sic nec animam diuinis colloquijs delinire ſat erit, niſi caro diſciplinæ ictibus etiam feriatur, vt ad nutum ſpiritui obtēperare nō deſinat. Vnde Sapiēs in capite ſui mirabilis alphabeti clamat, & dicit; Mulierē fortem, quis

Figura. Ioſue. 10.

Iob. 31.

Eccl. 33.

Simile.

Prou. 31.

quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius. Acſi diceret. Orationibus muſitantes, eleemoſynas pauperibus elargientes, nonnullos fortaſſe reperies: ſed qui carnem ſuam ſpiritui ſubdant, qui ex ſeipſis victoriam palmamque lucrentur, quibus duntaxat fortitudinis nomen debetur, vix vnum aut alterum dabis. Procul & de vltimis finibus pretium eius; In Ægypti, Scithiæque deſertis, in priſcis illis Anachoretis, Cœnobitiſque exquirendi ſunt. Duos nepotes habuit Adam alter fuit vir malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri: alter fuit pater canentium cithara & organo. Et dum ille ferrum malleis in incude feriebat: hic ſuauiter in cithara dulces modulos concinebat. Inter ſecundi Adam filios, ac nepotes hæc confraternitas vigeat, vt & caro pœnitentiæ ictibus feriatur, & animus in Dei laudibus melodijſque occupetur, vt dum caro affligitur, animus interim delectetur interque flagellorum ictus animus ad diuina concupiſcenda rapiatur, vt de beata Maria Magdalena legitur, quæ dum in ſpeluncis pœnitentiæ operibus vacaret, ab Angelis ad Dei Laudes audiendas ſeptiesin die eleuabatur, ſitque verum Diui Auguſtini documentum, quo pœnitentē hortatur, dicens. Doleat, & de dolore gaudeat. Corpus doleat flagellis percuſſum, animus gaudeat, quia per hoc ad diuina haurienda eleuatur. Clauis autē configi deſiderat carnes ſuas, quaſi ſenſibili dolore vellet eas affligere, cor autem clauo charitatis confixum eſſe oportet, vt dicere poſſit cum ſponſa. Vulnerata ſum charitate; & quod de Diuo refertur Auguſtino. Vulnerauerat Chriſti charitas cor eius. Manus autem & pedes clauis timoris Dei configantur, vt ſic ad ſanguinem & peccata nec currant nec dent manus. Nam ideo virtuti temperantiæ reſpondet donum timoris, quia per timorem Domini refrenatur homo à concupiſcentijs, ſecundum illud Prouer. 15. Per timorem Domini declinat omnis à malo. Vt docet D. Tho. 2. 2. q. 141. ar. 1. ad 3. Niſi per clauos velis intelligere verba Chriſti, quibus gehennā peccatoribus minatur, de quibus dicitur Eccleſ. vlti. Verba ſapientum quaſi ſtumuli, & velut claui in altū defixi. Talis enim ac tantus timor ille eſt, vt non ſolum alta mētis occupet, verum & carnem ipſam horrere præ timore faciat. De quo etiam Iob cap. 31. dicebat; Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. Vbi D. Gregor. ait, Tumentes fluctus extremam poteſtatem, dicit; quando commotis omnibus elementis

Gen. 4: Figura. Auguſt. Auguſt. Prou. 15. D. Tho. Eccle. vlti. Iob. 31. Gregor.

ſupernus Iudex veniens finem ſuper omnia apportabit. Vnde ſe-
Hierony. cundū Hebr. vertit Hieronymus,& alij;Horripilauit à timore tuo caro mea,nam in Hebræo,confige,eſt verbum,Samar,quod ſecūdum omnes ſignificat ita inhorreſcere,vt pili erigātur, ſed ab hoc verbo deriuatur nomen, Maſmer, quod clauū ſignificat ad quam ſignificationem reſpexerunt ſeptuaginta. ¶ Accipito & alium ſenſum ſi placet. Confige timore tuo &c. Timor ſeruilis in lege præceſſit tanquam pædagogus ad timorem caſtum ducens. Sed carnem non affigebat,cum in ea maneret peccādi voluntas. Nam
Rom.7. & 8. vt diuinitus docet D.Paul.Roman.7.& 8.Lex vetus carnalis erat, quoniam vetando vitia concupiſcentiam carnis excitabat, cum in vetita fortius feramur, relinquebat autem carnem in ſua mollitie,cum gratiam ſpiritui non conferret, qua carnem ſibi ſubdere valeret, attamen in lege noua, quæ lex ſpiritus dicitur ſupernis donis vegetatur ſpiritus, quibus carnē à vitijs auocare virtutibuſque obſequentem reddere valeat:atque ita à timore legis ſeruilis ad timorem proficiat caſtum,quo & ſpiritus & caro Deum reuereantur,ac timeant.Optat ergo Propheta, vt qui iam legis timore depreſſus,iudicia Dei metuebat, nec tamen carnem in eo timore ob defectum gratiæ continere valebat, nunc nouæ legis gratiam tribueret, qua & corpus, & anima in Dei timore inſtanter, aſſiduéque perſiſterent.

DECIMVS SEXTVS OCTONARIVS.

v

1.Haim. Feci iudicium & iuſtitiam:nō tradas me calumniantibus me.

2.Haim. Suſcipe ſeruum tuum in bonum:non calumnientur me ſuperbi.

3.Haim. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.

4.Haim. Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam

diam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.

Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectū vt diſcam mandata tua. 5. Haim.

Tempus faciendi Domine: diſsipauerūt legem tuam. 6. Haim.

Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurum & topazion. 7. Haim.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnē viam iniquam odio habui. 8. Haim.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVS SEXTVS.

VERSVS PRIMVS.

Feci iudicium & iuſtitiam: nō tradas me calumniantibus me.

PErſonam quā in hoc octonario aſſumit Propheta, eſt hominis omni conatu ſtudentis ad ſalutem animæ, ſeruando legem Dei, quæ explicatur in tertio verſiculo, vbi dicitur; Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, & in eloquium iuſtitiæ tuæ. Hoc eſt, quod ita intendentes oculos habebat attento ſque ad ſalutem, quæ ſecūdum Deum eſt, & ad eloquia Dei executioni mandanda, quod quaſi deficientem pro laſſitudine iam intuitum oculorum haberet, & ad ſimilitudinem laborantiū diu ſuſpiciendo conſumptos eſſe deſcribat. Vbi manifeſtè exprimitur ingens conatus ad ſalutē iuſtitiamq́; , quæ ſecundum Deum eſt exequendam. Tanti quippè ponderis negotium hoc eſſe vident iuſti, vt nullum otio locum eſſe exiſtiment, nulli labori parcendum, ſed ad ſimilitudinem ſolertiſsimi, ac cupidiſsimi mercatoris omnia exquirenda, maria terraſque tranſigendas; Indult per ſonam ſtudentis ſalu ti animæ.

quæuis pericula ſubeunda ne ignauia ſua tot lucra perire patiatur
Prou. 6. quod ſapiens videtur admonere Prouerb. 6. cum dicit; Diſcurre, feſtina, hoc eſt, non tardus ſis, nec negligens. Sed & ſubito & diligenter da operam, ſuſcita amicum tuum, orando, precãdo nempe Chriſtum, qui venit ad nos de via. Ne dederis ſomnum oculis
Luc. 16. tuis, hoc eſt, ne ſis hac in parte ſomnolentus, ſed vigil & diligens eruere quaſi damula de manu, hoc eſt, quemadmodum damula ſceleri fuga ſubtrahit ſe è manu eam capere conantis, & auis volatu ſe liberat ab inſidijs aucupis, ita te à periculis exue, ne capiaris, ſed toto conatu te in ſalutem animæ tuæ confer. Deſcribitur autem hæc perſona primo, ſecundum propiarum virtutum opera relata ad fructus percipiendos, vt in hoc primo verſu patet, vbi fructus ſeruatæ iuſtitiæ deſcribitur, non dimitti à Deo in impiorum, aduerſariorumve calumnijs: & deprecatiue hoc poſcitur, vt intelligatur fructus iſte ab alio ſibi largiri debere. Secundo relata ad fructus perceptos, qui ſunt in ſua poteſtate, de quibus dicit ſe feciſſe iudicium & iuſtitiam, hoc eſt omnia, quæ ſub ratione debiti ab eo deberent fieri, quod eſt plenum iuſtitiæ opus. Litera autem, quæ huic apponitur octonario eſt, Haim, ſexta decima in ordine, & ſignificat oculum quo intuitus iſte ad diuina indeficiens explicatur. Interpretatur etiam fons, quæ ſemper ſcaturit, noctu dieque non quieſcit. Vbi manifeſtatur aſsidua cura ac diligẽtia, quæ in huiuſmodi negotio impendenda eſt. At documentũ hoc aduertendũ cẽſeo, quod omnia ferè Hebraica vocabula vnũ principaliter ſignificant, & ſi quæ alia, vt tamẽ habent aliquã alluſionem & conuenientiam ad principale, vt. v. c. Iad, quod manum principaliter ſignificat, poteſtatem etiam & robur quod manu oſtendi ſoleat, & auxilium, quod manus extenſione fieri ſolet ſignificat, locum etiam non quencunque, ſed qui à campo magno egreditur vt vallis, Mediterranea vero maria, quæ ad modum manus ex magno Oceano egredientia per terrã extendantur. Quare
Pſal. 103. ea nos vocamus brachia maris, vt Pſal. 103. Hoc maremagnũ &
Gen. 34. ſpatioſum manibus, hoc eſt finibus. & Gen. 34. eſt in Hebr. Ecce terra lata eſt manibus, hoc eſt vallibus, ſeu diuerticulis. & Deuter.
Deut. 3. 13. (beiad) id eſt, manus erit tibi ſeu diuerticula quædam, dum in caſtris fueris, ad aluum purgandũ. Eodem modo hæc litera (haim) ſignificat oculos, & fontẽ, quoniã fons è terra egreditur ad modũ oculi. Vnde & Hiſpane dicimus (vn ojo de agua.) Eſt & alia alluſio. Nam

ſio.Nam oculus dum lachrymatur,quidā fons eſſe videtur,à quo lachrymæ velut ex fonte aquæ prodeunt. Vnde & in noſtro ſermone dicimus (eran ſus ojos fuentes.) Hoc eſt plurimæ ex eis effluebant lachrimæ.

Sed vt hoc noſtro propoſito accommodemus, obſerua, quòd eſt duplex oculus,nēpe,& oculus mentis,& oculus corporis.Oculus corporis eſt quaſi quidam nuncius, qui ab ea quæ videt exterius,nuntiat ac præſentat oculo mentis. Quare in oculo exteriori nō eſt proprie peccatū,nec meritum: ſed eſt quaſi fons peccati & meriti,nam ſi interior oculus his quę ab exteriori exhibētur,bene vtatur:tunc oculus exterior dicitur fons meriti. Si autē perperam his vſus fuerit,& peccat oculus exterior, qui ea miniſtrauit, dicitur fons peccati. Vnde Amb.hic.Oculus (ait) vtitur videndi mu- Ambr.
nere,ſed videmus ea quæ nobis placent,& ſæpe ea quæ diſplicent, nec eſt in oculis culpa vel probitas,pro qualitate eorū quæ videntur,ſed in oculis interioribus.Oculus tamen fons generationis dicitur, quia ex oculi conſpectu, & bona & mala generantur. v. g. vidiſti mulieris pulchritudinem,laudaſti artificis opus, venuſtatē naturæ: generatio fidei, & deuotionis fuit oculus. Vidiſti poſſeſſiones populorum non ad inuadendū, ſed ad defenſandū,oculus tibi fons fuit,& origo iuſtitię. Vidiſti nudum,& miſertus induiſti eum, oculus tibi fons fuit miſericordiæ. E contra vidiſti mulieris pulchritudinem & concupiſti, oculus tibi fons fuit luxuriæ. Vidiſti agrum pupilli,& auaritia motus concupiſti, oculus tibi fons fuit auaritiæ. Vidiſti inopem ſuperbo oculo, & inſaciabili corde, & deſpexiſti,oculus tibi fons fuit ſuperbiæ hæc Ambr. Similiter cum vterque oculus peccata cōmiſſa deflet, fons erit gratiarū atq; meritorum tibi. Igitur cum ſupra carnes ſuas clauis affixas in timore Dei popoſciſſet,ne ſibi ad iuſtiam impedimento forent, quaſi iam id conſequutus fuiſſet, infert. Feci iudicium & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me. Quaſi meritum conſequens ad obſeruationem iuſtitię hoc poſtulat.Equum quippe videtur, vt qui nulli nocet, omnibuſque ſuum tribuit ius, à nullo etiā ipſe lædatur, nec dolo aut negotio vllo circūueniatur. Quod & Dauid 1.Paralip. 12.pro ſe adduxiſſe videtur,cum enim à facie 1. Par. 12.
Sau fugeret, & ex viris Beniamin ad eum viri fortiſsimi properaſſent,egreſſus eis obuiam dixit;Si pacificè veniſtis ad me vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: ſi autem inſidiamini

mihi pro aduerſarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus patrum noſtrorum, & iudicet; Vbi tãquam retributionẽ innocentiæ ſuæ ne eum dolo circũuenirẽt poſcebat, quod & conſequutus eſt. Subinfert quippè ſcriptura. Spiritus induit Amaſai principem inter triginta, & ait; Tui ſumus ô Dauid, & tecum fili Iſai. Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis, te enim adiuuat Deus tuus. Talis retributio eſt veluti reſponſio ipſius iuſtitiæ, ſecundũ quem modũ loquebãtur antiqui patres, vt eſt illud
Gen. 30. Gen. 30. quod dixit Iacob ſocero ſuo; Et reſpondebit mihi cras iuſtitia mea. Eo modo loquẽdi quo ſolemus dicere fructus reſpondere ſemini. Sic inter alios fructus iſte correſpõdet iuſtitiæ, vt qui nulli nocuus eſt à Deo protegatur, & ipſe ne noxam ab alijs accipiat. E contra vero, qui alijs noxij ſunt, talionis & ipſi pœnam recipiant, nec à Deo protegantur, ſed permittantur calumniantiũ malitiæ, qui mos loquendi frequens eſt in ſacro eloquio, vt eſt illud
3. Reg. 2. 3. Reg. 2. Reddet Dominus ſanguinem eius ſuper caput eius. Et quod dixit Salomon ad Semei; Reddidit Dominus malitiã tuam ſuper caput tuum. Talis enim fructus reſpondet malitiæ ſemini,
Eſa. 50. ſecundum illud; Peccata noſtra reſpõderunt nobis. Iſa. 50. Nam
Galat. 6. quæ ſeminauerit homo, hæc & mætet, vt dicitur Galat. 6.

Obſerua q̃ hæc verba poſſunt intelligi etiã in perſona penitentis. Dæmones ſunt calumniantes peccatorem, hoc enim ſignificat diabolus, id eſt, accuſator hominum apud Deum, qui iuſtè repetunt animam peccatoris cum exit de corpore, niſi prius pœnituerit. Vnde pœnitens allegat pœnitentiam ſuam dicens; Domine feci iudicium in contritione diſcutiẽs, & expendens cauſam meã, & in confeſsione ſententiam ferendo contra me, & iuſtitiam in ſatisfactione. Hæc tria debet facere bonus iudex animæ ſuæ. Primo
Iob. 29. diſcutit & inueſtigat. Iob. 29. Cauſam quam neſciebam diligentiſsime inueſtigabam, ſed quoniam pauci habent in promptu cauſam ſuam, nec ob oculos ponunt actus vitæ ſuæ, quomodo eam expenderint, cum dolore & diligentia peccata recogitari neceſſe eſt, ſecundum illud
Eſa. 38. Iſa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Secundo contra latrones, & malefactores profert ſententiam, hoc eſt contra peccata,
Pſal. 36. & hoc fit in confeſsione, vt Pſal. 36. Lingua eius loquetur iudicium. Fatetur enim ſe peccatorem dignum quauis ſæuiſsima pœna. Tertio ſententiam mandat executioni, faciendo iuſtitiam,

& ſuſpen-

& ſuſpendendo latrones, quod fit in ſatisfactione Iſaię 26. Iuſtitiã non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores eius, ſcilicet homicidæ, & latrones, de quibus Iob. 19. Venerũt ſimul latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me. Et Iſaiæ. 1. Iuſtitia habitauit in ea nunc autem homicidæ, peccata ſunt homicidęque interficiunt animam ſpiritualiter, Eccl. 21. Quaſi romphea bis acuta omnis ini quitas. Et illud Sapien. 16. Peccator per malitiam occidit animã ſuam. Qui ergo ſic fecit iudiciũ & iuſtitiã poteſt dicere domino. Non tradas me calumniantibus me: hoc eſt de manibus, quibus tradentur peccatores. Pſal. 62. Tradentur in manus gladij partes vulpiũ, ideſt dæmoniorũ, erunt. Et nota, quòd iudiciũ hic ſumitur pro actu iuſtitiæ: quatenus ab ea procedit, quod ſemper eſt bonũ. Iſaiæ 26. Iob 19. Iſaiæ. 1. Eccleſ. 21. Sapien. 16. Pſalm. 62.

VERSVS SECVNDVS.

Suſcipe ſeruum tuum in bonum: non calũnientur me ſuperbi.

DIxi non tradas me calumniantibus me: ſed potius ſuſcipe ſeruum tuum in bonũ. Seruum ſe nominat, vt beneuolentiam Domini captet: nam & hoc nomen liberationis eſt indicium, ſeruus enim non tantùm à ſeruiendo, ſed etiam à ſeruando, eo quod captus ab imminenti ſeruetur interitu. Me ergo ſeruum tuum, non alienum, quem à ſeruitute peccati & mortis liberaſti, ſuſcipe in bonum, nam calumniatores impellunt in malum, ne ſuperbi, ideſt, diabolus & ſatellites eius tam hæretici, quã ſchiſmatici, quàm alij peccatores calumnientur me: hoc eſt calumniando capiant me. (Sic enim verba Græca ſonant) Diabolus autem calumniator eſt contra nos, vt patet, Iob. 1. Nũquid fruſtra Iob timet Deum? Imitantur autem eum qui ſunt ex parte illius, quales ſunt reprobi omnes, calumniantur nos & Iudæi, & Pagani (ait hic Auguſtinus) quia hominem crucifixum pro Deo colimus, hoc enim (vt docet Paul.) & Iudæis fuit ſcandalum, & gentibus ſtultitia. Habẽt quoq; calumnias ſuas hæretici, & ſchiſmatici quorum omnium calumniæ ſuperborum, tanquam colubrum venena vincuntur, cum vigilantiſsima pietate Chriſtus crucifixus attenditur. Propter quod præfigurandum Deo miſerante ac iubente Moyſes exaltauit in deſerto ſimilitudinẽ ſerpẽtis in ligno, vt ſimilitudo carnis peccati crucifigẽda præfiguraret in Chriſto, hanc in tuẽdo ſalutiferã crucẽ omniũ calũniantiũ ſuperborũ virus expelli mus. Hæc Auguſt. Porro in Chriſtũ crucifixũ viua fide aſpicientes, om-

Iob. 1. Sapien. 2. Auguſt. 1. Cor. 1. Num. 21.

tes,omnia venenata procul abibunt, in ligno ſe ſerpens conſtrinxit verũ virus immundũ efflauit,in ligno ſe Chriſtus affixit, venenaq́; diaboli eius anthidoto profligauit,ſerpẽtes qui populũ Iſrael in deſerto vulnerabant veri erant, virulentoq́; vulnere homines cõficiebant, ſerpens autẽ qui percuſſos ſanabat,non viuus, ſed fictus,atq; conflatus ex æreerat.Peccatũ verum virus eſt animi,omneſq; homines à ſerpente percuſsi, naſcimur filij iræ in vero peccato quod à primo parente ad nos tranſmittitur. Itaq; verè venenati in mundũ venimus. At Chriſtus dñs cuius figuram ſerpens ille in ligno eleuatus in deſerto præſeferebat, non verè ſerpens nec verũ venenũ habuit,quoniã nullum omnino cõtraxit peccatũ,ſed ſimilitudinem tantum ac effigiem ſerpentis præſeferebat, quoniam in ſimilitudinem carnis peccati miſſus eſt ait Paul. cum carnẽ paſsibilem obnoxiamq́; pœnis peccati tulit, & de peccato dãnauit peccatum in carne Rom. 1. De eo quod accepit à peccato,nẽpe de effigie, de pœnis illius, deuicit peccatum. Sicut enim Chriſtus morte ſua mortem noſtram deſtruxit, & vita ſua noſtrã reparauit,ita & peccato ſuo (ſi ita fas eſſet loqui) ideſt, eo quod aſſumpſit à peccato,nẽpe ſimilitudine quã accepit ab eo, cũ eius pœnas ſubijt, hoc peccato ſuo, vel hac ſimilitudine peccati noſtrũ dãnauit peccatũ, atq; in crucis tribunal dãno addixit, vireſq; ſubtraxit,ne tantis clavibus affigeret mundũ. Vide tractatũ quartũ verſ. 5. Non autẽ virus habebat,ſed mel,cum in cruce ſuſpenſus diceret,Pater ignoſce illis,quod enim faciũt neſciũt,verè mel,& lac ſub lingua tua,fauus diſtillans labia tua, Ecce in ore occiſi leonis fauum melis Iudi. 14. Cum enim fœtore afficere Samſonẽ deberet leo, vtpote iam diu occiſus,tunc mellis fauũ exore profert: dum ira Dei ſeuire deberet in homines ſacrilegos,iniuſtoſq;, ac crudeles, impioſq; in factorẽ ſuum, cũ in eos animaduertere eius deberet ſeueritas, deuorareq; eos,ac deglutire viuos terra deberet; tunc mellis dulcedinẽ exore profert,dicens; Pater ignoſce illis &c. nõ enim venenũ aut fel habebat,ſed anthidotũ ſuauiaq́; omnia in ore verſabantur illius, qui vt virulenta ſerpentis ora obſtrueret in ligno pendebat, vt vnde mors oriebatur,inde vita reſurgeret,& qui per lignũ vincebat,per lignũ quoq; vinceretur per Chr̃m dñm noſtrũ,Nã hoc opus noſtræ ſalutis ordo depopoſcerat, multiformis proditoris ars vt artem falleret, & medellã ferret inde hoſtis vnde læſerat. Serpẽs ferit & ſerpẽs ſanat,ſed ille mortifero veneno, hic medicamẽtis ſalutaribus,

Figura.

Roma. 8.

Roma. 1.

Luc. 23.

Iudi. 14.

Figura.

taribus, ille vulneratos proſternebat, hic valetudine donatos eleuat, caro peccauit, caro ſanat, homo delinquit, homo liberat à delicto, culpat caro, purgat caro, regnat Deus Dei caro. Hæc diuina caro in regnum nos euexit cæleſte, quos illa in fecibus proſtrarat terrenis. Et ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, dixit Dominus Nicodemo Ioan. 3. & ca. 10. ait. Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Serpens ille æneus percuſſos eleuabat à terra, ſic Chriſtus peccatores à culpa ad gratiam ſubleuat, atq; poſt ſe ſanatos trahit. Mira res! Philoſophi tradũt, quod ſi quis percuſſus à venenoſo ſerpẽte in æneum vas defixerit oculos, confeſtim interibit, & tamen qui illũ aſpiciebant æneum ſerpentẽ, viuebant, à morſibuſq; venenatis ſani euadebant: homo cruci inter duo nequã tanquam malefactor affixus, qui ſcandalum videbatur peccatoribus, hic eos ad ſe trahit, peccator qui Deo viuo contraire nititur, à Deo mortuo poſt ſe trahitur, qui cõtra Deum manus ſacrilegas tendit, manibus clauis affixis rapitur, atq; deuincitur. Cum filij prophetarũ cederent ligna ferrumq́; è manubrio ſecuris in fluuium cecidiſſet quod vnus ex eis mutuo acceperat, atque ad Helyſeum clamaſſet miſſo à Propheta ligno in aquam ſupernatauit ferrum quod iam in fundo fluuij quieuerat, atque poſt lignum quaſi ab eo raptus ferebatur ſuper aquas. Grauius ferro peccatũ eſt, quod hominẽ in barathrum ſubmergit, tamẽ lignum crucis quaſi magnes hoc ferrum trahit, & poſt ſe rapit peccatorem, atque ea peccata ſub quibus demerſus iacebat iam calcat, contemnitq́; & ſuper ea ſubleuatus crucem Chriſti amplectitur. Rectèque dicit Chriſtus, Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Hũc ergo ſerpentem viuis oculis reſpice, vt à ſuperborũ calumnijs protegaris.

Ioan. 3.

Ioan. 10.

Philoſophi.

4. Reg. 6.

Figura.

Iud. 10.

Sed aduerte quod Felix & alij ex Hebr. aliter transferunt verſiculum iſtum, nempe loco huius quod nos habemus; Suſcipe ſeruum tuum in bonum, legunt ipſi; Fac ſuauem & dulcem ſeruum tuum in bono, ſiue; Dulceſcat ſeruus tuus in bono: hoc eſt prompte & delectabiliter operetur bonum, vel ex deuotione feruenti & ſuaui guſtu, in tuo ſe ſemper cultu oblectet. Petit manna illud quod nemo nouit niſi qui accipit, nimirum dulcedinẽ illam, & ſaporem quem iuſti Dei conuictu ac familiaritate ſugunt, quibus Deus intrinſecùs plus ſquam omnia ſuauia ac dulcia ſapit. Vel intellige ſe poſcere, vt omnibus dulcis & ſuauis appareat in bonis illis tri-

Apoc. 2.

illis tribuendis, hoc eſt, quod non ſolum omnibus benefaciat, ſed tam dulci affectu, atq; aſpectu, vt omnibus placeat ad illum libentiſsimè accedere, hoc enim ex Dei conuictu addiſcunt ſancti, vt omnib⁹ ſe amabiles exhibeāt (ſon vna ſeda). Si enim ex hoc quod
Chryſoſt. ſapienti viro familiaris es neſcio quid prudētiæ (ait Chryſoſt.) ex tali familiaritate lucraris: cur nō potius iuſti, qui cum Deo conuerſantur, qui omnibus creaturis gratiſsimus eſt, non ſibi etiam hanc gratiā ex illius colloquio aſciſcent? manſueſcūt ferę ex hominum familiari conuictu, videmuſq; leones omni ferocitate depoſita domeſticos ac cicures ad pedes noſtros iacere, vt rex quidā Caſtellæ Ioannes Secundus pedes ſuper leonem in ſolio ſuo habere cōſueuerat. Iuſtus autē qui ad pedes Dei prouolutus aſsiduè iacet, cur
Matth. 11. nō ex illa māſuetudinis ſchola hanc ſibi & alijs addiſcet? Diſcite à me (inquit optimus ac ſuauis magiſter) quia mitis ſum & humilis
Hierony. corde. Non dicit (ait Hierony.) Diſcite à me cælos condere, aſtra creare, cæcis lumen reddere, omnipotentes ac dominos eſſe, ſed diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Moyſes poſtquā cum
Num. 12. Deo colloquia miſcuit in monte dicit de eo ſcriptura, quod erat manſuetiſsimus ſuper omnes homines qui erant in terra, cum tamen antea homicida fuiſſet. Vnde de eo dicitur Eccl. 41. Dilectus
Eccle. 41. Deo & hominibus Moyſes, cuius memoria in benedictione eſt, non ſolum Deo gratus, ſed & hominibus gratioſus atq; amabilis, ideo eius memoria in benedictione eſt: nam cū imprecatione boni & laudibus in ore verſabatur omnium. Ego certè quos noui iuſtos ac orationibus, & colloquijs diuinis deditos, hos & ſuauiſsimos & manſuetiſsimos, omni depoſita felle omnibus amabiles, beneficos, ac gratioſos reperi. Quos autem non ita inuenero, etiam ſi
Simile. contemplationi dicatos ſe autument, minimè fidem adhibeo. Si enim fumum ego non videro, cur ignem ibi eſſe mentieris mihi? Tange montes (ait Pſalmiſta) & fumigabunt: ſi enim corda ſuperborum tetigerit Deus, iam ſigna efferent quod Deus ſit in illis, quoniā Deus noſter ignis conſumens eſt. Vnde in monte Si
Exodi. 19. nai, vbi ad Moyſem deſcendit Deus, non ſolum ignem, ſed & fumum viſum eſſe ſcimus. Si ergo ſigna præſentiæ Dei non videro, quæ iſta præcipuè ſunt, quomodo ipſum adeſſe credam? cum Deum non in ſe ipſo, ſed in ſuis agnoſcamus effectibus. Hanc ergo dulcedinem in bono Prophęta poſtulat, vt eius memoria non ſuperborum calumniæ, ſed benedictionibus potius ſubdita ſit. Ali-

ſit. Aliquos reperies, qui ſe diſcipulos Chriſti iactant, & tamen duriores ad fratres q̃ tanti magiſtri auditores deceat, qui & in bonis elargiendis ita aſperos, ac truculentos ſe exhibent, vt potiùs iniuriam quam beneficiũ recepiſſe, qui accipit, exiſtimet: & ita infeſti, dando, atque negando appareant; cum Iſaias capit. 34. peccata quæ in eccleſia Dei deberent eſſe inter Chriſtianos, ſub nomine immundorum animalium enarraſſet, etiam hericium ibi moraturum dixit. Vbi Diuus Grego. ait, per hoc animal homines alijs truculẽtos, cum ſibi omnia ſuauia velint, ſignificari, hericius quippe cum ad ipſum acceſſeris carnem quæ mollis eſt, in ſeipſo recondit: aculeos tamen ac ſpinas, quibus à natura indutus eſt eas dunta xat tibi oſtendit: ſic homines intractabiles, ſeuerioreſque inuenies, qui cum ſibi blandi ac delitioſi ſint, alijs aſperrimos ſe exhibent, cumque ad illos acceſſeris, vultum tibi toruum reddunt faciemque hominis ſibi velant, leonem tamen tibi ſemper oſtendunt; cum tamen Chriſtus vnam tantum leonis faciem habuerit, quàm ad vltimum reſeruat diem nunc autem hominis, vituli, aquilæque nobis vultum oſtendit: quæ omnia mãſuetudinis, regaliſq; magnificentiæ inſignia præſeferunt. Et in baptiſmo in columbæ ſpecie Spiritus ſanctus viſus eſt, quaſi deſignans eos qui in ſacro fonte in filios Dei generantur, manſuetos ſuaueſque renaſci oportere: ſerpentis veneno in fonte dimiſſo.

Iſaiæ. 34.

D. gregor.

Ezech. 1.

Matth. 3.

Roma. 5.

Alia tranſlatio etiam dicit; Sponde pro ſeruo tuo in bono. Vbi videtur petere, quod Chriſtus Dominus fideiubeat pro nobis ante Deum, qui Eccleſiaſt. 29. dicitur fideiuſſor noſter, cum dicit ſapiens, Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris, poſuit enim pro te animam ſuam: nam cum ſecundum Pauli ſententiam Roma. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc modum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiijt, in quo omnes peccauerũt: cum Deus ſe offenſum cerneret, quod peccatum animas quas ipſe condidit, ſub tyrannide ſua oppreſſas haberet Deus pro tribunali hanc aduerſus peccatum ſententiam protulit, quod peccator interiret, & in inſeruum deſcenderet, peccatum autem à mundo profligaretur, cum hoc tamen addito, quòd ſi in aliquo vno peccatũ omnium inueniretur voluntariè ad ſoluendum eius pœnam aſſumptũ, hoc eſt, quod ſi quis fideiuberet pro peccato, ſe obligans ad reſoluẽdam eius pœnam, hic captus, flagellatus, illuſus, ſputis oblitus, baiulans ſibi crucem,

in ea effi-

in ea affixus, inter duo nequã interiret, corpus ſepulturæ traderetur, animaque ad inferna deſcenderet. Quæ ſententia quantum ad primam partem quotidie executioni mandabatur, cum & peccatores morti, & damnationi obnoxij erant. Sed quantum ad ſecundam quæ fuit ſententia contra peccatum lata, nullus inueniebatur qui ſuper ſe omnium peccatum tolleret, cum vnuſquiſq; proprium haberet peccatum, pro quo pœnas lueret. Nam ſi ab hoc, vel illo, originale tollitur, remanet tamen in tota natura. Sicut quã do tyrannus totum regnum inuaſit, parum refert, quod ab hoc loco, vel illo profligaueris eum: cum omnes ciuitates & arces ſub ſua ſint ditione, & imperio, vniuerſum regnum oportet expugnare, vt eum expellas. Sic peccatum quod totam inuaſerat naturam humanã, qui illud expellere vellet: oportebat omnium cauſam accipere, nec inueniebatur, quis faceret. Et ob relatam rationẽ, & quia maximis diuitijs præditus, atq; potẽtia oportebat eſſe, qui bellum vniuerſæ naturæ humanæ indicere auderet, nec vniuerſa moles creaturarum ad tantum negotium ſufficere poterat, acceſsit filius Dei, ſeque vadem pro hominis natura dedit: quod ſi alius non inueniretur, ipſe debitum ſolueret. Non eſt repertus qui faceret, homo fit, vt ſoluat: homo autem abſq; peccato vt per eum ageretur omnium cauſa, in quo erat omnium natura ſine culpa, vt ait Leo Papa, & ideo carnem paſsibilem in qua pœnas luere poſſet accepit: ſed diuinitati iunctam, vt valorem iuſtum pretio quod perſolueret adderet. Vnde Euſebius ait; Immẽſa illa maieſtas de noſtro obtulit ſacrificiũ, de ſuo cõtulit pretium. Hinc collige quæ paſſus ſit Chriſtus, cum totius naturę debitũ, quod infinitum erat, nec aliquis inueniebatur idoneus ad ſoluẽdum, ipſe in ſeipſo ſuperabundanter exoluit. Vnde & ad ipſum, peccatum hominis tranſlatum eſt, ideſt, pœna noſtri delicti, vt dixit Nathan ad Dauid, Dominus tranſtulit à te peccatũ tuum in puerum tuum, ipſe morietur: quia Deus pater pœnam quã homo pro delicto debebat, in puerum ſuũ Ieſum Dauidis filium trãſtulit, & poſuit ſuper eum ſcelera omnium noſtrum; Et ſicut locuſtarum plagam qua Dñs Ægyptum afflixit, in mare Rubrum poſtea proiecit, illicque ſuffocatæ perierunt: ſic peccata quæ fructus animæ exedunt, ſicut locuſta terræ, in rubeum ſanguinẽ filij ſui proiecit, atque ſuffocauit, quia inſtar maris aqua ab eo in paſsione fluxit. Vnde Salomon Proverbiorum. 6. quaſi loquens cum filio ſuo Ieſu ait, Fili mi ſi ſpo-

Simile.

Leo Papa.

2. reg. 12.

Exodi. 10.

Prouer. 6.

ponderis

ponderis pro amico tuo, ideſt, pro homine, defixiſti apud extraneum manum tuam. Ideo enim clauis eas affixas habuiſti illaqueatus ex verbis oris tui, & captus proprijs ſermonibus. Nam ſpi ritus oris noſtri Chriſtus Dominus ob id captus eſt in peccatis noſtris, fac, ergo quod dico fili mi & temetipſum libera: nam liberando hominem quem in temetipſo accepiſti te ipſum videris liberare. Diſcurre per Galileæ vicos, & ciuitates Iudeæ prædicando, feſtina nunc hunc, nunc multos ſimul liberando, ſuſcita amicum tuum, dic Petro amico tuo, Simon dormis? non potuiſti vna hora vigilare mecum? ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ, ſed noctes inſomnes in oratione tranſigendo, Eruere quaſi Damula de manu, & quaſi auis de inſidijs aucupis, nempe ſaliens in Caluariæ monte vſque ad crucem, & inde ad ſe pulchrũ, & infernũ, vt ſic de te dicat ſponſa; En iſte venit ſaliens in mõtibus, trãſiliens colles ſimilis capreæ hinnuloq; ceruorum. Thren. 4. Cant. 2.

VERSVS TERTIVS.

Oculi mei defecerũt in ſalutare tuũ: & in eloquiũ iuſtitiæ tuæ.

IN primo verſu explicuimus quomodo perſona hæc his verbis ingens deſiderium ſuum erga Dei obſequium exprimeret. Deficiunt autẽ oculi cum Chriſti myſteria acie mentis intuentur (ipſe enim ſalutare Dei dicitur à Simeone) cum & naturæ noſtræ vires & intuitus noſtri vim, in immẽſum tantũ myſteriũ excedat. Veluti qui ad intuenda maria oculos emittit tandẽ intuendo deficiunt, eodẽ modo eloquia iuſtitiæ Dei hoc eſt nr̃æ iuſtificationis ſacramentũ: etiã ſupra noſtra eleuat lumina, neq; ad id pertingere valemus. Tamen ſemper intentos ei eſſe oportet, & quia ſemper eius indigemus auxilio, & quia quotidie noua quæ intueamur, inueniemus, & vt noſter illuminetur oculus mẽtis, à cæcitateq; peccati in admirabile lumẽ Dei aſſurgat. De primo dicitur Pſal. 122. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominę ſuæ: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrũ donec miſereatur noſtri. Ancilla quod velit domina indeſinenter aſpicit, ad manuſque eius oculos dirigit à quibus id quo indiguerit, accipere ſperat: ſic & nos erga Deum animum intentum gerere debemus, donec miſereatur noſtri. Nõ quod cum miſertus nr̃i fuerit oculos ab eo debeamus auertere, cũ nr̃a beatitudo in intuendo eum ſit ſita, ſed quod oculorũ noſtrorũ intentio ad Dominũ non porrigitur, niſi vſq; adimpetrationẽ miſericor- Luc. 2. Simile. Pſal. 122. Simile.

miſericordiæ ipſius, non vt poſtea inde auertatur, ſed vt inde nihil amplius requirat, donec ergo poſitū eſt vt nō amplius intelligas: quid enim amplius vis quā Dei miſericordiam nanciſci in hoc ſeculo per gratiā, quæ te Deo reddat gratum, & in futuro per gloriā quæ gratia cōſummata eſt? Et cum ſemper hac gratia & miſericordia indigeamus, ſemper in Deū oculos habere debemus infixos.

Auguſt. Sic explicat hunc locū Auguſt. lib. 83. quæſt. ca. 69. Oculi ergo mei ad Dominū à quo ſuperuenturū expecto auxiliū, ſecundū il-

2. Paralipo me. 20. lud. 2. Paralip. 20. Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros ad te dirigamus, De ſecun-

Eccle. 1. do dicitur Eccl. 1. Non ſatiatur oculus viſu, ſemper enim noua pulchritudo Dei intuentium oculis apparet. De tertio verò nempe in

Hebr. 12. remedium cæcitatis noſtræ, ait Paul. Hebr. 12. Aſpicientes in autorem & conſummatorē fidei veſtræ Chriſtum Ieſum, qui vt. 1.

1. Petri. 2. Petr. 2. dicitur, de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Lacerta in hyeme in caueis deliteſcit, nec lumen cæli videt, vnde & in tenebris illis præ nimia humiditate exiccatur. At cum ver cœ-

Simile. perit terram afficere calore, à cauea exiens ad orientē ſolem oculos dirigit cuius radij eorum exicant humiditatē & videns fit: ſic peccator qui in terrenis curis quaſi in fouea occultatur, ex quarū humiditate obcæcātur oculi mentis, ad Chriſtū dirigat aciem, qui

Zachar. 6. oriens dicitur (Ecce vir oriens nomē eius) à cuius ſplendore mens illuminata videbit lumen cæli, quod antea in peccatorū tenebris

Malach. 4. videre nō poterat, vnde Malach. 4. dicitur. Vobis autē timētibus nomen meū orietur Sol iuſtitiæ: & ſanitas in pennis eius. Intuere ergo hoc lumen & in hoc deficiant oculi tui, non laſſitudine oppreſſi, ſed excellentia tanti luminis ſuperati, agnoſcant ſe minus

Eccleſ. 2. Prou. 17. aptos ad illud intuendum eſſe, niſi deſuper ab ipſo diuino lumine ſubleuetur, vnde & ſapientis oculi in capite eius deſcribūtur, quoniam ſemper ad cæleſtia intendit: oculi autem ſtultorum in finibus terræ, nimirum quia terrena reſpiciunt.

VERSVS QVARTVS.

Fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.

AD duo tetenderat oculos nempe & ad ſalutem & ad eloquia iuſtitiæ, & ideo priùs ponit fructum ſalutis poſtulans miſericordiam & gratiam quæ ſalutiferæ homini ſunt, & ſecun-

ſecundum fructum poſcit dicens (Et iuſtificationes tuas doce me) Petit iuſtitiæ cognitionem ex parte doctoris dicens, doce me, & ex parte addiſcentis cum verſu ſequenti ſubinfert; Seruus tuus ego ſum, da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua. Et vtrobique ſe ſeruum nominat, quaſi cumulando officia, ac ſi diceret, non ſolum toto ſtudio ad ea quæ ſalutis & iuſtitiæ ſunt propero, ſed ſicut ſeruus tuus ad te pro gratia & doctrina recurro. Miſericordiam poſcit ait Ambroſius, hæc enim vtilior peccatori, quàm iuſtitia eſt, ſecurior portus delinquentibus, nam & ſi iuſtitia iuſtis premiatrix ſit: miſericordia tamen miſeris ſapit dulcius, ait Bernard. in feſtiuitate omnium Sanctorum (Et iuſtificationes tuas doce me) Hic Dei iuſtificationes vocat omnia illa, quibus mediantibus peccatores iuſtificat, ſicut ſunt ſacramenta maximè baptiſmus & pœnitentia, vel etiam mandata nouæ legis doce me. Duplex eſt doctrina, & ſpeculatiua, & practica, ſpeculatiua tendit ad ſcire, practica ad operandum quod ſcitur, ſpeculatiua ſine practica nihil proficit ad ſalutem, quinimo culpam auget, ſecundum illud Iaco. 4. Scienti bonum, & non facienti peccatum eſt illi, & ſeruus ſciens voluntatem Domini ſui, & nō faciens plagis vapulabit multis. Vnde Diuus Hieronymus ait, quod ſicut non laudatur de opere facto qui habet aurum, ſed qui ex auro ſculpit, ſeu facit opus ex his quæ fabre fieri poſſunt: ſic non qui boni habet intelligentiam dignus eſt laude, ſed ille qui ex bono quod nouit bonum etiam opus facit; Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum (ait Paulus Romanorum. 2.) ſed factores legis iuſtificabuntur. Quod inſinuare videtur hic cum ſe ſeruuum nominat, quia ſeruus magis ordinatur ad opus quam ad ſcire.

Ambro.

Iaco. 4. Luc. 12.

Hieron. Simile.

Rom. 2.

VERSVS QVINTVS.

Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum vt ſciam teſtimonia tua.

OPetitio iteranda ſæpius, imo nunquam intermittenda, vt intellectum à Deo nobis dari poſtulemus, vnde Auguſtinus hic. Nunquam (ait) intermittenda eſt iſta petitio, non enim ſufficit accepiſſe intellectum, & Dei mandata didiciſſe,

niſi ſemper accipiatur, & quodammodo ſemper bibatur de fonte lucis æternæ, hæc Auguſtinus. Vnde & Apoſtoli dicebant;
Luc. 17. Domine adauge nobis fidem. Et attende hic mirabilia iudicia Dei, nam ſæpe vni datur intellectus ad agnoſcenda diuina mandata, ſed voluntatem faciendi quod nouit non habet: alteri autem è contrario datur voluntas faciendi quod debet, ſed intellectus ad illud cognoſcendum deeſt, ſecundum illud quod
Auguſt. Auguſtinus frequenter in ſuis meditationibus dicit; Aderat facultas non aderat voluntas, aderat voluntas, non aderat facultas. Diuus
Gregor. Gregorius in moralibus reddit huius cauſam dicens, Idcirco ſæpe & deſidioſus ingenium accipit, vt de negligentia iuſtius puniatur, quia quod ſine labore ſcire potuit, ſcire contempſit. Et idcirco nonnunquam ſtudioſus tarditate intellectus premitur, vt eo maiora præmia retributionis inueniat, quo magis in ſtudio inuentionis elaborat. Sic ergo ſtudioſo ad præmia tarditas intellectus proficit, & deſidioſo velocitas intellectus ad ſupplicium creſcit (Vt ſciam) Non tantum vt videar ſcire, noſſe enim te conſummata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam & virtutem tuam radix eſt in
Sapien. 15. mortalitatis, Sapientiæ. 15. Nam noſſe Deum aperte eſt con-
Ioan. 17. ſummata iuſtitia, ſecundum illud Ioannis. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum, ſicut ergo Deus clarè viſus eſt conſummatum præmium, & obſcure viſus per fidem, eſt velut quoddam principium & radix huius præmij, & ſcire iuſtitiam & virtutem tuam, hoc eſt, credere per dilectionem æquitatem & pietatem tuam radix eſt, hoc eſt, principium immortalitatis, ideſt, beatitudinis ſempiternæ, ac ſi diceret quod qui habet fidem informatam charitate, quod Deus eſt vere iuſtus & pius, ille habet radicem
Auguſt. beatitudinis. De qua radice fidei Chriſtianæ ſic ait Auguſtinus ſuper Ioan. Sicut in radice arboris nulla prorſus apparet ſpecies, & tamen quicquid eſt in arbore pulchritudinis vel decoris, totum ex illa procedit, ſic ex fidei humilitate, quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima ſuſceptura eſt ex fidei fundamento procedit. Cum ergo tot commoda ex hac intelligentia mandatorum Dei profluant quid mirum ſi millies eam poſtulet iuſtus? Obſerua, ſeruum ſe iterum, atque iterum dicit, quoniam ſeruire Deo regnare eſt, & tunc effectus perfectior ſi ſuæ ſubeſt cauſæ ſeruus iuſtus eſt, & ſigillatus ſui Domini nota, vt Paulus qui dicebat ſe

ſtigmata

ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti in corpore ſuo portare, quia ſigillatus erat ſigno ſeruorum Chriſti, vt & de beato Franciſco, & de beata Catherina Senenſi legitur, quod & poſtulabat ſponſus cum dicebat; Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum, Diuus Ignatius martyr in corde Chriſtum gerebat ſigillatum, nam poſt mortem eius nomen Ieſus in corde ſuo repertum eſt literis aureis ſcriptum. Paulus in brachio cum ſtigmata Chriſti in corpore gereret, ſeruum enim modo pro mancipio ſumimus, qui non ad tempus, vt cæteri qui libere ſeruiunt, ſed vſque ad mortem manet in domo Domino ſeruiens, ſic ſunt aliqui qui ad tempus ſeruiunt, & in tempore tribulationis recedunt, ſed ſeruus Dei vſque ad mortem perſeuerat, & velut filius efficitur qui in æternum manet in domo, ſeruus, liber, mercenarius, ob mercedem ſeruit, ſed ſeruus gratuito Domini obſequio mancipatur, ſic & in domo Dei ſunt, qui propter retributionem miniſtrant, ſunt autem qui ex amore ſolum Deo obſequi ſtudent, quales ſunt perfecti viri, quare & beata virgo ſe ancillam Domini nuncupat. Talis ergo ſeruus ius habet efflagitandi intellectum & ſcientiam mandatorum Dei. Cant. 8. Lucæ. 1.

VERSVS SEXTVS.

Tempus faciendi Domine: diſſipauerunt legem tuam.

DEfecerunt quidem oculi mei in eloquia, non ſolum laborando, vt intelligerem ea, verum præcipuam operam nauando, vt exequerer, & quidem eorum intelligentiam enixè popoſci obſecrans vt doceres, intelligere me faceres eloquia ac mandata tua, ſed quoad exequutionem intelligo tempus inſtare, nempe vita præſens quo abutuntur iniqui diſſipantes, legem tuam cum potius eſſet tempus adimplendi. Sed aduertendum pro literali huius carminis intellectu, quod gerundium illud faciendi dupliciter reſolui poteſt, ac proinde duplicem etiam parit intelligentiam, Primò ſic, tempus eſt vt ego faciam, ſupple, legem tuā, nam alij eā diſſipant contemptuiq; habentes præuaricantur in eam. Secundò ſic tēpus eſt, vt facias tu Dñe, ideſt, vt impleas quę poſtulo, vt me adiuues, mihi miſerearis, intellectū pręſtes, & cætera

quæ præcedentibus poſtulata ſunt verſibus, quem ſenſum manifeſtè ſequitur verſio Hieronymi, quæ ſic habet; Tempus eſt vt facias Domine; priori vero plus fauet Chaldaica paraphraſis quæ dicit, Tempus eſt, vt faciam Dei voluntatem. Secundo obſerua, quod vt hic refert Auguſtinus in pluribus codicibus inuenit, Domino, in datibo, non, Domine, in vocatiuo, & ſic legit ipſe & Diuus Ambroſius, & in Hebræo additur ibi Domino litera Lamet, quæ eſt nota datiui caſus, & in græco ita legitur; Sed quantum ad ſenſum & intelligentiam parum referre, videtur, vt legenti patebit, ſiue enim dicas Domine, ſiue Domino idem remanet ſenſus, tempus enim eſt faciendi ea quæ Domino placent: & tempus eſt Domino, vt faciat iudicium aduerſus diſſipantes legem ſuam, vel vt concedat quæ à iuſto poſtulata ſunt. Igitur ſecundum priorem ſenſum tempus eſt, vt iuſti exequantur mandata Dei, quando quidem impij in ea maxime præuaricantur, & quidem vita præſens laboris, & operationis non ignauiæ, atque ſocordiæ eſt, in qua oportet operari, vt vitam conſequamur æternam. Sex quippe dies nobis dati ſunt ad operandum, per quos ſignificatur huius ſeculi vita, quod ſex diebus fabricatum eſt, nam ſeptimus dies ſabbatum requietionis eſt, in quo non licet operari. Leuit. 25. præcipiebat lex, vt ſeptem annorum hebdomadæ numerarentur, & in principio octauę hebdomadæ quæ conſtituit annum quinquageſimum, Iubilæi annus celebraretur, in quo vnuſquiſque ad poſſeſſionem ſuam rediret, nec tunc ſeminarentur, nec ſererentur agri, ſed quod ex his quæ ſupererant ex præteritis annis laborum comederent, tubaque canerent, feſtaque Domino ſuo celebrarent. Septem hebdomadæ annorum præſentem deſignant vitæ curſum, ſex in quibus vita fruimur: ſeptimus requietionis cum è vita migramus, cui ſuccedit octauus reſurrectionis dies, nam Chriſtus octauo die reſurrexit, vnde Pſalmus ſextus qui de reſurrectione loquitur pro octaua intitulatur, vt ſæpius adnotauit Gregorius. Annus ergo iſte qui mortem noſtram ſequitur, nec eſt laboris, nec meriti nec tunc iam ſeminare debemus, aut ſerere, ſed elaborata tempore ſex dierum comedere, tũc enim Iubilæi annus eſt, cum vnuſquiſque ad locum ſuum reddit, nempe malus ad inferos, ſicut de Iuda ſcriptum eſt, vt abiret in locum ſuum, & iuſtus ad cœleſtem poſſeſſionem ſuam, de qua dicitur Matthæi. 24. bonis; Poſsidete paratum

Hieron. Auguſt. Ambro. Gen. 1. Leuit. 25. Gregor. Acto. 7. Matth. 24.

paratum vobis regnum. Tunc autem tuba canet & mortui reſurgent, & qui ad vitam reuiuiſcent non laboribus vacabunt, ſed æternis intererunt feſtiuitatibus, vbi tubis laudum canentes, Deo gratias referentes indefectibiles ſolennitates Domino perenniter celebrabunt, quæ ergo nunc laboraueris ea tunc comedes: vnde Chriſtus Dominus; Operamini non cibum qui perit, ſed Ioan. 6.
qui permanet in vitam æternam, illum nempe quem tunc eſuri eſtis, merita, ſcilicet, bonorum operum, formicas imitantes
quæ parant in æſtate cibum quem poſtea edere poſsint, ſicut Prou. 6.
& de iuſtis dicitur, Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, Pſal. 125.
hoc eſt, dum præſentem agebant vitam fletibus, & operibus bonis vacabant, quæ poſtea in manipulis redacta edebant, operibus quippe meritorijs vita comparatur æterna, qua tanquam
ex fructu bonorum operum aluntur beati, vnde Eccleſiaſt. 9. Eccl. 9.
nos admonet Sapiens dicens; Quodcunque poterit manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erit apud inferos quo tu properas, tunc enim iam non
erit tempus operandi. Operamini dum dies eſt, venit nox, quan- Ioan. 9.
do nemo poterit operari, nox quippe quieti poſt labores deputanda eſt. Quare villicus ille qui depellabatur à villicatione dicebat; Fodere non valeo, quia in alia vita quando reddere debemus rationem villicationis noſtræ, non erit tempus laboris, ſed otij & pacis, nam omnia tempus habent, nunc eſt tempus belli tunc pacis, vt dicitur Eccleſiaſt. 3. Bene ergo dicit Propheta nunc eſſe Eccl. 3.
tempus faciendi & operandi, maximè cum iniqui auerſantur legi. Cum hoſtes inſurgunt aduerſus amicum, tunc præcipuè qui
verè amici ſunt ei circumſtare debent, vt Dauid eos inter pri- 2. Reg. 19.
mos amicos habuit, qui cum à populo qui ſequebatur Abſalon
deſereretur: ipſi illi fideliter adhæſerunt. Vnde & Machabæi 1. Mach. 2.
cum omnes Dei cultum deſererent, tunc maximè ipſi zelo Dei
ſuccenſi ſunt, & Tobias ex tribu Neptalim cum cæteri vitulos Tob. 1.
aureos quos Ieroboam conflauerat adorarent, ipſe pergebat Ie- 3. Reg. 19.
ruſalem adoratoque Domino Deo ſuo reuertebatur, & Helias
hoc inſinuare voluit cum dicebat, Zelo zelatus ſum pro Do-
mino Deo Iſrael, quia Prophetas tuos occiderunt, & altaria Leuit. 6.
tua deſtruxerunt, & ego relictus ſum ſolus; Quod & dicere voluit Dominus percipiens, vt ſemper in templo ignis luceret etiam in nocte. Cum in reliquis domibus tenebræ eſſent in domo Dei,

lux & ignis nunquam extinguerentur, cum enim reliqui in tenebris peccatorum ſint, & defficiente charitatis igne tepeſcant, tunc potiſsime ſeruus Dei ac verè amicus, domus eius incola, bonis operibus lucere debet feruentiorique animo eius exequi mandata debet.

Vel intellige de ipſis impijs, qui quando operari bona opera deberent tunc diſsipabant legem Dei, nam ideo longiorem eis
Eccl. 15. vitam elargitur Deus, vt ſpatium habeant pœnitendi, non vt peccata multiplicent, vnde dicitur Eccle. 15. Nemini Deus dedit ſpatium peccandi, hoc eſt, non eò mortem impiorum differt, quia eorum iniquitatibus gaudeat, ſed vt tempus quo ſe ad meliorem con
Iob. 24. uertant frugem habeant, ſed ipſi eo abutuntur, vt dicitur Iob, Dedit eis ſpatium pœnitendi, ipſi autem abuſi ſunt eo in ſuperbiam,
Rom. 2. & Roman. 2. An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

Aliter intelligi poteſt carmen hoc de tempore Deo reſeruato ad faciendam vindictam malorum, quod erit in die vniuerſalis iudicij, vt ſit ſenſus, Domino etiam erit tempus ad faciendum, quia iniqui diſsipauerunt legem ſuam. Et hoc videtur conſonum contextui huius octonarij, in quo ſtudium huius perſonæ deſcribitur, non comparatio eius ad impios. Tunc autem erit tempus puniti-
pſal. 74. uæ iuſtitiæ, ſecundum illud Pſalmi. Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Et aduerte quòd in reliquis operibus Dei ex Dei ſapientia omnia præfiniuntur, ſed punitio ex tempore praui operis pendet, quia non prius Deus eſt vltor quam homo peccator. Tempus ergo peccati neceſſariò debet præcedere punitionem, quocirca quaſi pro ratione & materia punitionis diuinæ impiorum peccata affert cum dicit, Diſsipauerunt legem tuam, quare cum multiplicata peccata videris numerumq; peccantium indies augeſcere: colligere poteris diem inſtare iudicij & dicere faſtibi erit Domino; Tempus faciendi Domine.

Non deſunt qui de Chriſto hunc verſum explicent, & quod in hac petitione Chriſtum poſtulet Propheta. Vbi ſciendum quod ibi magis eſt ſuccurrendum, vbi maius cernitur periculum, quare tunc Chriſtus venire decreuit, quando diaboli imperium in mundo auctius & maius erat, vt oſtendit Petrus Rabbanus ſuper il-
Rabban⁹. lud Matthæi. 2. Cum natus eſſet Ieſus, dicens, Quid eſt quod tempore Regis nefandi Deus deſcendit ad terras, miſcetur diuini-

nitas

ſitas carni, fit terreno corpori cœleſte commercium? quid eſt & quando Rex verus expulſurus tyrannum, vindicaturus patriam, libertatem redditurus aduentat: Herodes alienigenę gentis, Iudæorum regnum inuaſit, libertatem ſuſtulit, prophanauit ſancta, quicquid erat cultus, quicquid erat ordinis aboleuit? merito ergo genti ſanctæ, quia humana defecerant diuina ſuccurrunt, & eo tempore adeſt Deus ipſi cui homo deerat. Hoc ergo erat Dño tempus faciẽ di, ideſt, implendi promiſſum incarnationis, quando, ſcilicet, ex to to lex diuina erat diſsipata, quia quaſi ipſius obſeruator nullus erat. Et hoc eſt quod Chriſti petens incarnationem dicit; Tẽpus faciendi Domine, ideſt, faciẽdi verbum incarnari. Et rationẽ ſubdit, Quia diſsipauerũt legem tuam, iſtud eſt tẽpus Chriſti incarnationis, de quo Pſal. 101. Tu exurgens Domine miſereberis Siõ, quia tẽpus miſerẽdi eius quia venit tempus, de quo tempore ait Apoſt. Poſtquam venit plenitudo temporis miſsit Deus filium ſum, Galatas. 4. Hoc eſt tempus opportunum quo plena erat terra miſerijs. Et ideo in plenilunio occiſus eſt Chriſtus, quando agnus immolabatur, quando erat oppoſitio Solis & Lunæ. Per Lunã enim mundus deſignatur, qui varius & inconſtans eſt, & veluti Luna mutatur, per Solem cœlum intellige, qui ſemper vno perſtat tenore: quando ergo maior oppoſitio ac contrarietas erat inter cœlum & terram, inter hominem & Deum, tunc Chriſtus pro nobis immolatus eſt, tunc ergo dicit Propheta, Tempus faciendi Domine vel Domino, hoc eſt, tempus eſt tibi Domine faciẽdi; Sed quid faciendi? vt pro nobis crucem aſcendas, mortem ſubeas. Totus in periculo mundus vrgetur: veni ergo vt tollas peccata mundi, veni vita morientibus, veni reſurrectio iam ſepultis. Cæcus erat omnis populus, & proprium non videbat autorem, claudus erat mundus, & titubante veſtigio fidei fluctuabat, & tunc Propheta dicit ad Chriſtum, Tempus faciendi Domine, & hæc Ambro. Vnde Iſai. 40. Quoniã cõpleta eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius.

pſal. 101.

Galat. 4.

Exod. 12.

Ambroſ.

Iſai. 40.

VERSVS SEPTIMVS.

Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurum & topazion.

CONSEQVENS ſententia eſt ad præcedentem. Nam quia inſtat nunc tempus operandi, & cum iniqui diſsipant legem tuam, & cum tempus viæ ac meriti perſtat,

ideo ſuper omnia deſiderabilia dilexi mandata tua, & quia ſcio te facturum ſeueriſsimum iudicium aduerſus impios qui mandata tua contemnunt, ideo ego dilexi mandata tua, & quoniam propter nos paſſurus aduenisti, à morte tuo victus, atque conuictus, dilexi mandata tua ſua ſuper aurum & topazion. Topazius lapis pretioſiſsimus eſt à Trogloditis inuentus, vt refert Plinius libro. 6. capite. 29. & Strabo libro. 6. Hi enim cum vagantes ſamen paterentur, & radices herbarum quærerent ad veſcendum, inter eas primi topazion inuenerunt, & etiam quia in inſula caliginoſa inuenitur, quam quærunt nautę attentiſsimè cum ob caliginem non ita facile à longe videatur, & ita nomen à quærendo ſortitur, quoniam eorum lingua topazion quærere ſignificat, viridis coloris plus habet, licet omnes aliquo modo participet, vnde ſecundum aliquos dicitur, atoh, quod eſt totum & pacos, vel pazios, quod eſt color, ſed auri etiam refert colorem cum ſplendore cœleſti, maxime cum luce Solis perfunditur; eſt & magnæ quantitatis ſuper omnes alios lapides pretioſos. Refert enim Plinius vbi ſupra ſtatuam quatuor cubitorum factam, ex ea quæ referebat effigiem vxoris Regis Ptholemæi Philadelphi. Per hoc autem ſignificatur, quod iuſtus ſuper omnia pretioſiſsima legem Dei diligat, nec ob eorum cupiditatem ab ea vllatenus declinare velit, ſecundum illud Pſalm. 18. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, tam quantitate, quam qualitate, & Prouerb. 3. Pretioſior eſt cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur huic non valent comparari. Tamen ſapientia hæc quæ in mandatis Dei deliteſcit, ſumma ope quærenda eſt, quia in caliginoſo loco inuenitur, nam per fidem intelligimus quot bona in mandatis Dei incluſa ſint: fides autem caligini comparatur, quoniam habitus obſcurus licet certus eſt, videmus enim nunc per ſpeculum in enigmate, quare obnixè inueſtiganda ſunt, ſecundum illud Prouer. 2. Si quæſieris eam quaſi pecuniam, & quaſi thesaurum effoderis illam, ideſt, ea ſolicitudine cura ac cupiditate qua pretioſa quæque quæruntur. In altis quippe radicibus latet, hoc eſt, in ſuperioribus animæ ab altiſsima & prima cauſa infunditur, viridemque colorem refert, quoniam ex fide & mandatorum Dei obſeruantia ſpes, quæ virori comparatur gignitur, ſecundum illud. 1. Ioannis. 3. Chariſsimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quic-

Plinius. Strabo. Pſal. 18. Prou. 3. 1. Cor. 13. Prou. 2. 1. Ioan. 3.

& quicquid petierimus accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus & ea quæ sunt placita coram eo facimus. Et statim. Et qui seruat mandata eius in illo manet & ipse in eo: & in hoc scimus quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Inter nebulas & caliginē sub quo Deus descēderat in monte Synai viderunt Exod. 24.
seniores Israel sub pedibus eius quasi opus lapidis Sapphirini & quasi cœlum cum serenū est. Sapphirus cerulæi coloris cœlum refert & significat spem Christianorum quæ de cœlestibus est, cœlum autem serenum charitatem insinuat quæ animam tranquillā, cœlestem ac serenam reddit; fides ergo quæ sub caligine designatur & spem & charitatem gignere solet quantum est de se nisi per peccatum impediatur vt patet in eo qui ponit obicē in baptismo cui sola fides ac spes infunduntur sine charitate. Quare in peccato re sterilis est. Et magnæ quantitatis etiam est hæc sanctorum Sa- Matth. 5.
pientia quoniam hominem obseruatorem eius magnum facit in regno cœlorum effigiemque in eius memoria sculpit: quoniam in memoria æterna erit iustus. Solem etiam ipsum in se recipit eiusq; psal. 111.
splendorem mirificè reddit, sic Ecclesia & eius ministri claritatem & veritatem quàm à Christo Dominō qui est sol iustitiæ accipiūt alijs reddunt annunciando, quod Paul. 2. Cori. 3. sic explicat. Nos 2. Cor. 3.
autem reuelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu, ideſt dicere, quod ministri noui testamenti susci pientes gloriam Domini tanquàm speculum recipit imaginem alicuius: vnde alij legunt; Gloriam Domini inspeculātes, ideſt, instar speculi recipientes, transformamur in illam imaginem quam à Domini spiritu recipimus, cum anima nostra per formę glorioſæ aduentum nempè per cœlestis gloriæ participationem in intellectu illuminato, per volūtatem diuino accensam amore in viribus etiā animæ recipiens robur virtutis ex alto in hanc nouam formam trāsformatur. Sed à claritate illa quam intus nobis recipimus trāsformamur etiā in claritatem exteriorem quàm alijs impartimus: quemadmodum & speculum & topazion & claritatem solis intus in se recipiunt & eam nihilominus reddunt alijs. Igitur obseruatio mandatorū Dei hac diuina sapientia illuminata super aurū & topazion amatur atque splendet. Insuper & topazius tenui stilo ac lima expolitur nec grossioribus indiget instrumentis: quoniam Dei mandata claritate ac amore expoliuntur atq; limantur,

nec enim vt ſerui timore penę ſed vt filij & liberi ſub gratia cōſtituti amore & dilectione ea obſeruare debemus D.Gregor. 18. lib. mor. c. 17. ſuper illud Iob. 28. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia, ait, Per topazion de Æthiopia intelligit hæreticorū doctrinā, qui ex gentilibus venientes ad Euangelium, ſecundum illud pſal. 67. Pſal. 67. Æthiopia præueniet manus eius Deo (nam gētilitas Chriſto & Eccleſię dedit manū cum Iudęorum populus illū renuiſſet) in varias hæreſes prolapſi ſunt. Per aurū autem ſapientia humana intelligi ſolet. Verus igitur Dei cultor ſtudioque charitatis in Dei mandata ſuccenſus ea ſuper ſapiētiam humanam & hæreticorum doctrinam diligit: cū ab eis nec humanæ ratiocinationes nec hæreticorum fallacię atque ſophiſmata eū vllatenus diuellere poſſint.

VERSVS OCTAVVS.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

IDeſt. Propter eaſdē rationes quas præcedēti verſu cōmemorau ad omnia mādata tua dirigebar &c. (Ad omnia mādata) hoc eſt, tā Dei quā hominū qui ab eo poteſtatē, vel tēporalē, vel ſpi-
Rom. 13. rituale mutuati ſunt, iuxta illud Apoſt. præceptū Rom. 13. Reddite omnibus debita, cui vectigal, vectigal, cui tributū, tributū &. 1.
1. pet. 2. Pet. 2. Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deū; & rurſus; Subditi ſerui eſtote dominis nō tātū bonis ſed etiā diſcolis. Sed vt explicaret quod de ſolis rectis mādatis dixerat ſe ad omnia mādata dirigi, ſubinfert; Omnē viā iniquā odio habui, Iniquis enim mandatis repugnat rectificari & ideò dicit ſe illa odio habere (Propterea ad omnia mandata tua dirigebar) ideſt, quia ſuper aurū diligebam mādata ad omnia illa facienda dirigebar, vt ea recta intētione, nempe propter cœleſtē mercedē implerem: non incuruatus
Cant. 1. ad terram, vt Cant. 1. inſinuatur cū dicitur ad ſponſum; Recti diligunt te. Vel dicit ad omnia mandata tua dirigebar, nimirum vt ex rectis rectus fierem ſicut qui componitur & dirigitur ad regulam
Iſa. 30. quare Iſa. 30. clamat & admonet dicēs. Hæc eſt via ambulate in ea & nō declinetis ad dexteram nec ad ſiniſtram. (Omnē viam iniquam odio habui.) Omnē ait, nō vnā tātū quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire, iniquā, per peccatū, nā omne peccatū eſt via
1. Ioan. 3. iniqua. 1. Ioā. 3. Omnis qui facit peccatū & iniquitatē facit: & peccatū eſt iniquitas (Odio habui) quia ſolū peccatū debem⁹ odio habere

bere Pſal. 69. Qui diligitis Dñm odite malũ. Cõtra inuidos qui bonũ odio habent nõ iniquitatẽ. 1. Ioan. 3. Diligatis alterutrum non ſicut Chain. Obſerua. Illud quod odio habetur, aut fugitur, aut interficitur, aut captiuatur, aut reconciliatur. 1. Cor. 6. Fugite fornicationem Gen. 19. Nec ſtet in omni circa regione. Interficitur diabolus cũ vincitur Pſal. 100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ; quod & de dæmonibus poteſt intelligi, vel de primis motibus qui ſtatim ſunt interficiendi antequam creſcant, captiuatur autẽ intellectus qui vult probare fidẽ per rationem. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectũ in obſequiũ Chriſti. Reconciliantur quandoq; pace mq; componunt ſpiritus & caro, quando caro conſentit obedire ſpiritui, quod ſignificatur per animalia quæ in arca Noe pacata erant Geneſ. 7. & Iſa. 11. dicitur. Vitulus & vrſus paſcentur ſimul; & quia hoc maxime meretur ac facit humilitas, ſubdit; Et puer paruulus, hoc eſt, humilis minabit eos.

pſal. 69. 1. Ioan. 3. 1. Cor. 6. Gen. 19. Pſal. 100. 2. Cor. 10. Geneſ. 7. Iſai. 11.

Sed nota quod Ambr. & Aug. nõ legũt; Ad omnia mãdata tua dirigebar: ſed corrigebar. Hoc eſt quia dilexi mandata tua corrigebar, ideſt, ad omnia mãdata tua intentus corrigebar à vitijs. Nã timor nõ corrigit animum ſed ſolũ actum extrinſecum reprimit: amor autem actũ interiorẽ ſtatim euellit quia non pœnam timet ſed offenſam vnde Ambr. hic ait. Merito corrigebatur, vel dirigebatur qui diligebat: charitas enim multitudinẽ operit peccatorum & qui diligit corripitur, qui autem non diligit comprimitur, ne faciat malum quod vult ſed non dirigitur. Corrigitur autem ſolum, vel dirigitur non qui ſic vitium odit vt aliud diligat: ſed qui ſimul omnia vitia odit; qui enim in vno offenderit factus eſt omniũ reus. Conſule, quæ ſuprà diximus.

Ambro. & Auguſt. Ambro. 1. pet. 4. Iaco. 2.

DECIMVS SEPTIMVS OCTONARIVS.

Mirabilia teſtimonia tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea. 1. Phe.

Declaratio ſermonum tuorũ illuminat: & intellectum dat paruulis. 2. Phe.

Os meum

3.Phe. Os meum aperui & attraxi ſpiritũ: quia mandata tua deſiderabam.

4.Phe. Aſpice in me, & miſerere mei: ſecundùm iudicium diligentium nomen tuum.

5.Phe. Greſſus meos dirige ſecũdum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

6.Phe. Redime me à calumnijs hominum vt cuſtodiam mandata tua.

7.Phe. Faciem tuam illumina ſuper ſeruũ tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

8.Phe. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVS SEPTIMVS.

VERSVS PRIMVS.

Mirabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Ab hæreticis petit eruiri in hoc octonario iuſtus.

IN toto iſto octonario pius Dei ſeruus qui ſe tanquã peregrinum & hoſpitẽ gerit in hoc exilio, enixe poſcit à Deo, vt ſibi ſuppetias ferat, ne aberret in via, ab impedimentisque eruat, ne vel vnguem tranſuerſum à recto tramite deuietl, antiq; à prima perſecutione Eccleſiæ quæ à tyrannis aduerſus martyres inflicta eſt erutus, ab hæreticorum & fraudibus, quæ poſt tyrannos inſurrexerunt flagitat etiam liberari. In nomine quippe ſanctæ cohortis (vt Caſsiodoro placet.) hic peregrinus in hoc Pſal. loquitur: licet aliam, & aliam perſonã induat. Quare in hoc decimoſeptimo octonario, accipit perſonam

Caſsiodor.

hominis,

hominis ſummo deſiderio flagrantis vt aperto ſenſu,ei diuina paterent eloquia.Nam per apertum intellectum ſcripturarum poterat ſe ab hæreticorum machinis protegere,atque in ſcripturarum meditatione reliquum vitæ tranquille ſimul ac iocundè tranſigere.Quam perſonam explicat verſiculus tertius cum dicit; Os meũ aperui & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam. Hac metaphora exprimit ingens hoc deſiderium intelligendi diuina eloquia.Nam ſicut experientia conſtat quando res maximè concupita,primo præſens adeſt,tanto repentè gaudio afficimur atq; replemur, quod aperto ore non loqui poſſumus, nec pene reſpirare valemus,ſed opus eſt nobis os aperire,vt aer reſpiratione trahatur:tanta multitudo ſpirituum ex dilatatione cordis exalat præ gaudio.Ratio autem tanti deſiderij hæc eſt, quoniam fundamentum omnis noſtræ bonę actionis eſt ſcriptura ſacra,bonitas quippè actionum noſtrarum in conformitate ad diuinam volũtatem, ſita eſt.Quæ conformitas ſciri nequit,niſi Dei voluntas nobis innoteſcat quam nobis ſacra Scriptura oſtendit.Vnde & Greg. 16. moralium cap. 16.ait.Sicut bene obſequentes famuli dominorum ſuorum vultibus ſemper intenti ſunt,vt ea quæ præceperint feſtinè audiant,& implere contendant: ſic iuſtorum mentes per intẽtionem ſuam omnipotenti Domino ſemper aſsiſtunt; atque in ſcriptura quaſi in os eius intuentur,vt quia per eam Deus loquitur omne quod vult,tanto à voluntate eius non diſcrepant, quanto eandem voluntatem illius in eius eloquio agnoſcunt. Quare optimè litera huic octonario addita eſt,Phe,quę ſignificat os oris. Liter. Phe. Quoniam os Dei ſacra pagina eſt, per quam Deus nobis,tãquam per os loquitur,quam aperto ore carpere debet verus Dei cultor ſuumque os diuino iungere,vt ab illo hauriat,quæ ſit volũtas eius Rom. 12. bene placens & perfecta.Atque hoc nimirum oſculum illud erat, quod tanta auiditate flagitabat ſpõſa cum dicebat. Oſculetur me Cant. 1. oſculo oris ſui,ore ſuo ad os meũ loquatur,vt ex ſuo ore ad meũ, ſuauis eius tranſmittatur voluntas.Quod & de Moyſi dictum eſt, quod loquebatur Dominus cum eo ore ad os, ſiue facie ad faciem ſicut ſolet homo loqui ad amicum ſuum.Et Dominus id diſcipulis ſuis inſinuauit,cum dixit Ioan. 15.Iam non dicam vos ſeruos ſed amicos quia omnia quæ audiui à Patrem eo, nota feci vobis;Nam ego ipſe qui loquebar ecce adſum Iſa. 52.Quare ſub hac Iſa. 52. litera,Phe,Threnorum.2.Hieremias deplorat hæreticorum falſa Thren. 2. dogmata Ioan. 15. Gregor.

dogmata inſignemque audaciam, cum in Eccleſia Dei aperire audeant ora, vt deuorent tanquam lupi rapaces ſimplices oues Eccleſiæ, irrideantque atque ſibilent veros orthodoxos, poſtquam ſeduxerint plurimos, cum ait; Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui, ſibilauerunt & frenduerunt dentibus, & dixerunt deuorauimus, En iſta eſt dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. Vt ergo à virulento talium ore liberetur verus Dei cultor oportet vt ſacris literis ab Eccleſia receptis tanquam ori Dei adhæreat, eaque mirabilia reputans ſumma auiditate ac diligentia ſcrutetur. Alij dicunt quod hæc litera, Phe, interpretatur errauit, quoniam vterque populus tam Iudæorum quàm gentilium à vero deuiauerat. Vnus ſacras Scripturas reſpuens, alius peruerſe intelligens. Quare ad euitandum vtrumque errorem ſacræ literę in vero & orthodoxo ſenſu accipiendæ ſunt Chriſtique præſtolatur aduentum Propheta, qui aperire debebat hunc librum ſignatū, ſenſumque legitimum eius intellectibus hominum infundere. Atq; Eccleſiam tanquam regulam talis ſenſus nobis relinquere, cumq; hoc differre videret Hieremias. c. 1. Threnorum ſub hac etiam litera eiulans ac flens dicebat; Expandit Sion manus ſuas: nō eſt qui conſoletur eam. Hebręorum Phraſis eſt ad explicandum anxium affectum quo quis in anguſtia collocatus ab alio poſcit ſupplex auxilium expandens manus, quaſi poſtulans vt alius eum apprehendat ac liberet. Quare & lachrymabilis eſt ſeries huius octonarij. Vnde hic clamans Pſalmiſta ait; Aſpice in me & miſerere mei. Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum, vt populo qui errando erat in vmbra mortis cœleſtis miſericordię lumē oriretur: quo ab infidelitatis errore reduceretur ad fidem.

Thren. 1.

Hebraiſmus.

Dicat ergo iuſtus ſacrarum literarum deſiderio accenſus. Mirabilia teſtimonia tua, ideò ſcrutata eſt ea anima mea. Per teſtimonia Dei intellige ſcripturas ſacras, quæ teſtimonium tibi de Deo reddunt, nempe, quod Deus æternus, quod Deus bonus, quòd iuſtus, quòd miſericors &c. huiuſmodique dicuntur, mirabilia teſtimonia, quia miranda Dei nobis oſtendunt opera. Vel ſecundo, vt per teſtimonia Dei mirabilia, intelligantur creaturæ à Deo factę. Quæ reddunt teſtimonium bonitatis eius. Quas ſcrutari, ac meditari debemus, vt per illas creatorem illarum cognoſcamus, & cognitum laudemus. Pro quo aduertendum eſt, quod ſunt multiplicia Dei teſtimonia, & omnia mirabilia nempe, naturalia,

lia, legalia, Euangelica, moralia. De primis. Sapientiæ. 3. dicitur. Quod à magnitudine ſpeciei, & creaturæ cognoſcibiliter poterat creator horum videri. De cœlis loquitur quorum pulchritudo, maximè in artificis admirationem animos intuentium rapit, forma quippè eorum in eſſendo cæteris mirabilior eſt. Quippe quæ incorruptibilis, & ſecundum partem, & ſecundum totum eſt, totamque materiæ potentiam compleat. Quæ tam perfecta delectata forma, aliam minimè vellit, motus etiam eius citus ac velociſsimus eſt actioque multiplex ac crebra, mirabiles in his inferioribus effectus agunt. Tamen ex his videre deberent, quanto dominator horum petioſior eſt. Speciei enim generator (ſubdit ſapiens) hæc omnia conſtituit, pulchritudinem quippè creaturarum ipſe depinxit ac fecit per liberum arbitrium veluti artifex facit opus ſuum. Boetius. 3. de conſolatione metro. 3. Pulchrè pulcherrimus ipſe mundum mente gerens, ſimiliqúe imagine formans, etiam ſi virtutem, ac opera eorum mirati ſunt, ex his colligant quanto illis qui fecit fortior eſt. Quare ipſo volente ſol ſtetit, retroceſsit, radioſque aliquando retraxit. Ex cœlorum ergo fabrica maximè Dei virtus atque ſpecioſitas habetur. Vnde his ſpecialiter dicitur Pſalm. 18. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Suprà vt reor, expoſitum dedimus, in creaturis enim omnibus qui ſapienter attendere vellit, poſſunt inueniri teſtimonia potentiæ Dei, & ſapientiæ & bonitatis, potentiæ quidem in creatione, ſapientiæ in decore, bonitatis in ordinatione, & ſecundum hæc tria diſtinguimus per appropriata diuinas perſonas, nam potentia habet rationem principij vnde habet ſimilitudinem cum Patre cœleſti, qui eſt principium totius diuinitatis, deficit autem interdum patri terreno propter ſenectutem, ſapientia vero appropiatur filio; nam aſsimilatur illi in quantum eſt verbum quod nihil aliud eſt, quam conceptus ſapientiæ, deeſt autem aliquando filijs alijs propter temporis breuitatem. Bonitas autem quia eſt ratio & obiectum amoris habet ſimilitudinem cum ſpiritu diuino, qui eſt amor, licet repugnare videtur cum ſpiritu terreno, qui eſt ventus, ſecundum quod importat violentiam quandam & impulſionem prout dicitur Iſaiæ vigeſimo-ſexto. Spiritus robuſtorum quaſi turbo impellens parietem, & licet actiones ad extra, communes omnibus diuinis perſonis ſint.

Sapien. 3.

Boetius. Sapien. 3.

Ioſ. 10. Iſa. 38. Marc. 15.

Pſal. 18.

Iſa. 26.

ſint. Nam Deus Pater, filius & Spiritus ſanctus creat, format, atq; ordinat. Quippe quorum trium vna ſimpliciſsima atque æterna actio eſt, tamen congrue patri creatio, filio decor, & Spiritui ſancto ordo tribuitur. Potentiæ enim diuinæ, tanquam vniuerſali omnium principio prima actio qua cuncta ſubſiſtunt eaq; infinitæ potentiæ nempe creatio debetur, decor autē filio qui imago expreſſa eſt totius pulchritudinis quæ eſt in patre ſimul cum ſplendore; Nitidus quippe ac ſplēdidus color ſpecioſiſsimā ſolet reddere faciem, filius autem quia verbum eſt lux eſt ac ſplendor intellectus patris. Candor eſt enim lucis æternæ & ſplendor ſine macula Dei maieſtatis, vt dicitur Sap. 7. & Hebræ. 1. c. Qui cū ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtātiæ eius. Ordo autem bonitati ac amori tribuitur, quoniam amoris eſt omnia ordinare. Quare virtutem definit Auguſ. quod ſit ordo amoris. Ecce ergo quomodo ex creaturis non ſolum notitiam vnius Dei auſpicari poſſumus, cuius teſtes mirabiles ſunt; verum etiam vmbram quandam ac veſtigium totius Trinitatis, cum omne operans per intellectum ac voluntatē operetur. Ac proinde voluntate ac amore, præconceptam prius formam exprimat. Quare Sapiē. 13. vani vocantur omnes homines in quibus non ſubeſt ſciētia Dei. Vanū quippe eſt illud quod finem non conſequitur. Sicut vanus eſt labor Agricolæ cum fructus nō percipit, intellectus autem ac ſenſus dati ſunt hominibus, vt per eos ac reliqua effecta authorem ſuum cognoſcerent, cognoſcendo amarent, amando colerent, colendo omnia ſua ei ſubderent, atque ad eum dirigerent. Quæ omnia homines Idola colentes aſpernati ſunt ac ideo vani dicuntur; & quia finem non conſequuntur ſuum; & quia vana ſunt quæ colunt. Quia Idolum nihil eſt, vt ait Paul. Vnde ſubdit. Ideo eos dico vanos, quia de his quæ videntur bona non potuerunt intelligere, eum qui eſt, nec operibus attendentes agnouerūt quis eſſet artifex. Et dicitur Deus ille qui eſt, quia ille ſolus à ſe eſt & omnia ab illo, & ſine eo nihil eſt aut eſſe poteſt nam ex cæteris non neceſſarijs, ad vnum neceſſarium eſſe deueniendum eſt. (vt ait Abicena. 1. ſuæ Metaphyſicæ. Vnde Dominus Exod. 3. Ego ſum qui ſum. Hæc dices filijs Iſrael. Qui eſt miſit me ad vos. Ex quo loco colligunt ſancti hoc nomen proprijſsime Deo conuenire, nempe. Qui eſt, ipſe enim ſolus vniformiter ſemper idem eſt, cum cæteræ omnes creaturæ, alicui mutationi ſubdātur. Nam Angeli ſecundum aliquas affectiones

Sapien. 7. Hebræ. 1. Auguſt. Sapien. 13. 2. Cor. 8. Vbi ſuprà. Abicena. Exod. 3.

ctiones mutantur corpora cœleſtia, ſecundum locum in orbem ciuntur, terrena vero alterantur, augentur minuuntur & à loco in locum, & loca circunferuntur. Vnde D. Anſelmus in Prologio cap. 22. ſic ait. Tu ſolus Dñs es quod es, & tu es qui es. Nam quod aliud eſt in toto aliud in partibus, & aliquando eſt in tempore, & in quo aliquid eſt mutabile: non omnino eſt quod eſt, & quod incepit à non eſſe, & poteſt cogitari non eſſe, & niſi per aliud ſubſiſtat reddit in non eſſe, & quod habet fuiſſe quod iam non eſt, & futurum eſſe quod nondum eſt, illud nõdum dicitur eſſe propriè & abſolutè; tu verò es illud quod es. Quia quicquid aliquando, aut aliquo modo eſt, hoc totum & ſemper es, & tu es quod ſemper & propriè & ſimpliciter eſt. Quia nec habes fuiſſe, nec futurũ eſſe: ſed tantum præſens eſſe. Hæc Anſelm. Anſelm.

Ecce quomodo quantum ad naturalia mirabilia ſunt Dei teſtimonia; legalia etiam teſtimonia fuerũt mirabilia, ſicut oblatio Iſaac, & agnus Paſchalis, ſerpens æneus, quæ omnia & alia, præter id quod in cortice literæ oſtendebant, intus Chriſti Domini ſacramenta præſeferebãt. Prophetia etiã Balaan Numer. 27. Orietur ſtella ex Iacob. Quæ clarè Meſsiam deſignabat. Teſtimonia etiam Euangelica mirabilia fuerũt, ſicut ſtella quæ teſtimonium perhibuit Magis: Angelus paſtoribus, & in vita, & in morte Chriſti ſtupenda multa atq; admiratione digna viſa ſunt. Item moralia admirationem etiam pariũt Ioan. 13. In hoc cognoſcent omnes quod mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem adinuicẽ habueritis Matt. 6. Diligite inimicos veſtros. gene. 22. Exod. 12. Num. 21. Num. 27. Matth. 2. Lucæ 2. Ioan. 13. Matth. 6.

Obſerua. Teſtimonia Dei dicũtur mirabilia, nouitate Marc. 1. Quid nam eſt hoc? quæ nam doctrina hæc noua? Quia in poteſtate ſpiritibus immũdis imperat & obediũt ei? Noua apparebat doctrina Chriſti auribus inſolentibus talis doctrinæ, cum tamen vetus eſſet nempè lex naturæ, licet nouiter explicata, nouis & ſtupendis miraculis confirmata. Secundò ſunt mirabilia profunditate Romanorũ 11. O altitudo diuitiarum Sapientiæ & ſciẽtiæ Dei quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius & inueſtigabiles viæ eius! Prou. 8. Aqua profunda verba ex ore viri; multo ergo fortius ex ore Dei. Tertiò ſententiarum, multiplicitate Prou. 13. Multi cibi in noualibus patrum, ideſt in ſacris literis quæ ſunt noualia in quibus laborem ſuũ impenderunt ſancti patres. Oſeæ. 8. Scribã eis multiplices leges meas & Iob. 11. Scias quoniã multiplex eſt lex eius. Quartò cõformitate. Nã diuina teſtimonia ſunt paruulis lac; Marc. 1. Rom. 11. prou. 8. prou. 13. Oſeæ. 8. Iob. 11.

Cant. 5. magnis & adultis ſolidus cibus Cant. 5. Bibi vinũ cum lacte meo,
Gregor. vino adulti, lacte paruuli vtuntur. Eſt enim (ait Gregorius) ſcriptura diuina veluti Pelagus quoddam in quo & elephans natat & agnus ambulat. Quoniam pro paruulis & proiectioribus, ibi
Pſal. 18. cibus & via eſt. Quintò crudiẽdi poteſtate Pſal. 18. Teſtimonium Domini fidele ſapientiam præſtans paruulis, & ſuprà; Super om-
Marc. 7. nes docentes me intellexi. Mar. 7. Erat docens eos tanquam pote-
Ioan. 5. ſtatem habens. Sextò efficacia miraculorum Ioan. 5. Opera quæ ego facio teſtimonium perhibẽt de me, & quia ita mirabilia ſunt, ideo ſcrutata eſt ea anima mea. Nã teſte Philoſopho homines pro
Ariſtot. pter ipſum admirari: Philoſophari cœperunt. Si mirabilia apparẽt Dei teſtimonia, hinc deſiderium animis oritur ea diligentiſsimè ſcrutandi. Anima mea, ait, ideſt, voluntas mea nõ tantum oculus,
Matth. 12. ſicut Matth. 12. dicitur. Diliges Dominum Deum tuum ex toto
Iſa. 6. corde tuo, & ex tota anima tua, ideſt, voluntate. Iſa. 6. Anima mea
Hilar. deſiderauit te in nocte D. Hilarius ſuper hũc verſum docet quod teſtimonia Dei hoc peculiare habent quod antea mirabilia ſunt quàm quærantur, nam dicit ſic. Natura humani ſenſus ea eſt vt ea mirabilia habeat, quæ antea compererit: ex compertis enim iudicium admirationis exiſtit, & iterum, nemo poterit ignorata mirari. Nam cum prius ſecundum humanam conſuetudinem oporteat perſcrutari & reperiri & reperta mirari, teſtimonia Dei antea mirabilia ſunt, & ob id perſcrutatione ſunt digna. Alij legunt; Separata teſtimonia tua. Hoc eſt eleuata & ſeiuncta à communi hominum vſu, tanquam ſint eleuata ſuper omnes alias leges & ſtatuta humana ſingulariterque ſuper ea omnia excellentia. De quà ſingularitate, in primo verſu octonarij & tractatus primi plura ſupra præfati ſumus: & quia diſcretã ob ſingularem excellẽtiam ab alijs ſunt ideò & mirabilia vnde & in idem recidit vtraque lectio.

VERSVS SECVNDVS.

Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat: et intellectũ dat paruulis.

CHriſtus Dñs cum venit in mundum vmbras ac nebulas fugauit omniaq; illa quæ ſub velamine legis erant in lucem prodidit atq; ſuis aperuit ſenſum vt intelligerent ſcripturas, myſteria quippè Chriſti, qui Meſsias à Iudæis dicitur, ſub vmbris, ac tegumentis cæremoniarum, ac ſacrificiorum veteris legis continebantur, pauciq; viri atq; hi à Deo ſelecti ea plenius ac diſtinctius

ſtintius intelligebant, cæteris ſub vmbra, ac nebula relictis, vnus fuit Moyſ. qui ad montem aſcendit atq; cum Deo os ad os loquens: ab eo hæc Chriſti myſteria diſtinctius accepit, cæteris etiã ſenioribus ſub monte relictis in cuius ſignum facies Moyſi ſplendore micabat. Quaſi qui clariorem diuinarum rerum intelligẽtiã habebat vt populus nec in faciem eius intendere valebat, nec ſplẽdorẽ ferre, ita vt poneret Moyſes velamen ſuper faciem ſuam ne illius ſplendor illorum lumina cęcutire faceret, quod ſignificabat rudem populum ac diuinarum rerum ignarum ſub vmbris ac velis remanere: nec interiora velaminis proſpicere poſſe, imò ad ea oculos ſuos cęcutire, at Chriſto Domino animam in cruce exalãte velum templi ſciſum eſt arcanaque quæ de ſcriptura erant patuerunt. Cum ſol caliginoſam nubem radijs ſuis ferit, ac illam ſub ſe accipiens ſuis ſplendoribus induit, adeoque flauam rutilam micantemque reddit vt quaſi ſol ipſe viuus intuentium oculos viuido aſpectu delectet: ſic nimirum Chriſtus Dominus ſol iuſtitiæ nubem illam caliginoſam, ſub qua lex vetus data eſt cum in mundum venit, illuſtrauit, claramque ac lucidam reddit. Adeò vt viua iam veritas, quæ ſub mortuorum animalium vmbra continebatur orthodoxorũ oculis illuceſcat. Rectè ergo dicit, Declaratio ſermonum tuorum illuminat. Sermones autem iſti illi ſunt quos Prophetæ de Chriſto dixerunt. Quale eſt illud Iſaiæ. 5. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & ſimilia, quorum declaratio eſt Euangelium in quo completa huiuſmodi vaticinia narrantur.

Exod. 34.

Ambro.

Luc. 23. Simile.

Iſai. 7.

Vel aliter vt per ſermones Dei intelligas miracula Chriſti. Solo enim ſermone mortuos ſuſcitabat, leproſos mũdabat vnde tam in ſubſtãtia miraculorũ quã in modo faciẽdi oſtẽdebat ſe verũ Deũ. Talia enim miracula fecit, quæ nemo alius fecerat in eis, vt ipſe dicit Ioan. 15. Nullus em̃ tot infirmos eorũ curauit, tot cæcos illuminauit, tot mortuos reſuſcitauit in populo illo. Præterea in modo faciẽdi ſingularia erant, quoniã propria virtute ea faciebat. Quare Luc. 6. dicitur. Quod virtus de illo exibat, & ſanabat oẽs. Per quod oſtẽditur (ſicut Cyrillus dicit) quod nõ accipiebat alienam virtutem. Sed cum eſſet naturaliter Deus propriam virtutem ſuper infirmos oſtendebat: & propter hoc innumerabilia miracula in eis faciebat, vt Chryſoſt. adnotauit ſuper illud Matth. 8. Eijciebat ſpiritus verbo, & omnes male habentes curauit. Quibus miraculis ſuam doctrinam confirmabat: qua ſe Deum eſſe docebat. Vnde

Ioan. 15.

Cyrillus.

Chryſoſto.

Ioan. 3. dixit ad eum Nicodemus; Scimus quia à Deo veniſti Magiſter, nemo enim poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis niſi fuerit
Marc. 1. Deus cum eo, & Marc. 1. dicebant Iudæi. Quæ nam doctrina hæc noua? quia in poteſtate imperat ſpiritibus immundis, & obediunt ei? Miracula autē quæ Chriſtus faciebat adeò erant propria Dei quod nullus alius facere poterat. Quando autē aliquod particulare opus eſt proprium alicuius agentis: tunc per illud probatur tota virtus ipſius agentis. Sicut quia ratiocinari eſt propriū hominis, oſtenditur aliquis eſſe homo, ex hoc ipſo quod ratiocinatur circa quodcunq; particulare propoſitum. Vnde recte infertur quod cum propria virtute miracula facere ſit ſolius Dei: ſufficiēter oſtēditur Chriſtum eſſe Deum ex quocunque miraculo quod pro-
Simile. pria virtute fecerat. Nam per ſigillum regis quo Epiſtola eſt ſignata credimus illam eſſe regis, facere autē ſimilia miracula eſt ſolius Dei, ergo opera talibus ſigillata ſignis manifeſte conuincitur quod ſunt Dei. Malitia autē Phariſæorum & ſuperbia diaboli eos obcœcatos tenuerunt ne eum agnoſcerent: cum miracula illa ma-
D. Thom. nifeſtum eum facerent. Vide D. Thom. 3. part. quæſt. 43. artic. 4.

Quare etiā Pſalmiſta ſubiungit; Et intellectū dat paruulis, ideſt humilibus ac ſimpliciter gradientibus, non illis hypocriſis fermēto ac ſuperbia cōpoſitis iuxta illud
Matth. 11. Matth. 11. Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis, nempè Dei myſteria abſcondita ſunt illis, qui ſe inter homines ſapientes reputabant inaniq; in
Iſai. 5. tumeſcebant ſcientia. Contra quos Iſai. 5. Væ qui ſapientes eſtis
Iſai. 29. in oculis veſtris & coram vobis metipſis prudentes. Quorū ſapien-
& 1. Cor. 1. tiam atq; prudentiam deſtruendam minatur Dominus per eundē
Iob. 36. Prophetam. & Iob. 36. Immanibus ſuperbis abſcondit lucem, & annuntiat de ea amico ſuo, hoc eſt humili. Nam vt D. Greg. docet
Gregor. Iacob. 3. Tumor mentis impedimentum eſt veritatis iuxta illud Iacobi. 3. Deus ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam. Ptolomæus
Simile. Philoſophus in ſuis Prouerbijs dicit. Qui inter ſapientes humi-
Lucæ. 15. lior eſt, ipſe inter ſapientes ſapientior eſt; ſicut lacuna humilior plures aquas continet. Ratio autē quare Deus humiles doceat: ſuperbos in ſua ignorantia deſpiciat, hæc eſt, quoniam ſicut ipſe dicit, quod non venerit vocare iuſtos (hoc eſt illos qui ſe iuſtos iactabant; quales erant Phariſæi murmurantes quod reciperet peccatores) ſed peccatores (ideſt eos qui ſe peccatores confitebātur, qualis

erat

erat Publicanus ille qui percutiebat pectus ſuum & dicebat. Deus propitius eſto mihi peccatori) ita non venit, docere ſapientes. Hoc eſt eos qui ſæculari ſapientia intumeſcebãt, & qui dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, vel eos qui ſe iactabant tãquàm ſi eſſent duces cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt eruditores inſipientium, magiſtros infantium, vt Paulus refert Romanor. 1. Sed eos, qui ſe vera doctrina vacuos eſſe exiſtimabant volẽtes potius diſcere quam docere. Qui non præpoſtero ordine prius ambirent eſſe magiſtros quam fierent diſcipuli, de quibus ipſe Dominus dicit; Omnis qui audit à patre & didicit venit ad me, ideſt, ille qui humiliter verba Dei audit, vt ea ſibi addiſcat ad bonum. Vnde & ſapiens. Eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas, ideſt, eſto humilis & manſuetus vt addiſcas & Iacob. 1. Cum manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum quod poteſt ſaluare animas veſtras. Rectè ergo dicit Propheta. Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectũ dat paruulis. Rom. 1. Ioan. 6. Iacob. 1.

Vel ſecundum D. Auguſt. ſic intellige hoc carmen declaratio ſermonum tuorum illuminat tenebras noſtras, & intellectum dat paruulis, hoc eſt, humilibus vt intelligant quare lex data ſit vt iuſtificare non poſsit, ideo vtique vt magnos, ideſt, ſuperbos faceret paruos: vt eos ad faciendam legem, vires de ſuo non habere, monſtraret, & ſic egeni ad gratiam fugerent, quod Paul. ad Galatas. 3. docet dicens. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex lege eſſet iuſtitia nam certè ſi lex poſſet conferre vitam ſimpliciter & abſolute, quæ eſt vita ſpiritualis animæ: ſine dubio ex lege procederet iuſtificatio hominis à peccatis coram Deo. Nam hæc duo mutuò ſe conſequuntur ſpiritualis vita & iuſtificatio apud Deum: ſed concluſit ſententia, Omnia ſub peccato (ait Paulus) vt promiſsio ex fide Chriſti daretur credẽtibus. Eſt ſenſus; Scriptura, ideſt, lex ſcripta concluſit omnia abſque iuſtificatione relinquendo omnes ſub peccato nam percipiendo, & non adiuuando per gratiam, quaſi incluſos ſub peccato cõtinet ſubditos: quoniã nullus eſt qui vniuerſa ſeruare poſſet & hoc, vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus, hoc eſt vt cognita impotentia legis cognito peccato cum ipſa lege remanente recurrant ad Chriſtum & credant in eum, ad acquirendam ex fide promiſsionem factã Abrahæ. Vnde lex occaſionaliter ſeruit promiſsioni factæ Abrahæ de iuſtitia ex fide Chriſti. Ac per hoc non eſt aduerſus Auguſt. Gala. 3. Ibidem.

promiſſa Dei ſed ſubſeruiens illis, igitur vt humilieris, nec tuis operibus fidas: intellige iuſtitiam tuam non in lege quæ viuificare non poteſt, ſed in Chriſto ſitam eſſe. Quare in lege naturæ relictus eſt homo multo tempore alio etiam ſub lege ſcripta, vt cum in vtroque ſtatu ſe infirmum, debilem, ac peccatorem videat, humiliatus ac conuictus ad veram iuſtitiam properet, quæ in Euangelio, vbi Chriſtus annuntiatur, inuenienda eſt.

Vltimò poſſumus ſermones Domini vocare eos qui continentur in ſacris literis, quos clarificant magiſtri & prædicatores dum apertè exponunt atque proponunt humilibus, ideſt, his qui facilè perſuaſibiles ſunt ad bonum, non his qui duræ ceruicis ſunt ſuæq; ſententiæ tenaces, quos nemo à ſuis placitis diuellere poteſt, nam verbum Dei liquæfacit, emollitque animam ac teneram reddit, vt facilè per eam verbum Dei inueniat viam, omnesque eius receſſus ſuaui ductu penetret atque adimpleat. Nam ideò comparatur murenulæ quæ per blanda loca, blandè etiam ſuauiterq; dillabitur.

Cant. 1. Murenulas aureas faciemus tibi, ideſt, verbum Dei tibi prędicabimus, quod veluti murenula, per emolitam animam tuam tenuiter elabatur atque eliquetur. Vnde ſponſa Cantic. 5. Anima mea liquefacta eſt vt dilectus loquutus eſt, & tunc prædicatores claros reddunt hos ſermones atque faciles: dum quod verbis prædi-

2. Theſ. 3. cant opere adimplent. Vnde Paul. 2. Theſſal. 3. Orate pro nobis vt ſermo Dei currat & clarificetur, ideſt, glorificetur Deus in eo ſe-

Matth. 5. cundum illud Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Aliàs enim etiã clara vocatur hæc ſapientia diuina ſapiẽ-

Sapien. 6. tiæ. 6. Clara eſt & quæ nunquam marceſcit ſapientia, clara eſt & non turbida quemadmodum mundi ſapientia, ſecundum illud

Hierem. 2. Hierem. 2. Quid tibi vis in vijs Ægypti vt bibas aquam turbidam? nempè mundi ſapientiam erroribus atque ſtultitijs permixtam atque lutulentam, ſapientia autem diuina clara eſt nitida atq; pura, nam ſuum nunquàm amiſit ſplendorem atq; virorẽ, quia nunquam marceſcit. In cuius ſiguum antiquitus ſapientes coronabantur lauro, nam ſicut laurus in ſuo ſemper permanet virore, ſic &

Simile. Ariſto. ſapientia nunquam areſcit. Quare Ariſtotel. 1. Poſt. probat ſcientiam eſſe de perpetuis, mundi autem ſapientia turbida eſt, nam

Infra. per illam mali ad conturbandos bonos audatiores fiunt, è contra lex Chriſti pacifica eſt ſecundum illud; Pax multa diligentibus

legem

legẽ tuam,& nõ eſt illis ſcãdalum. Nec mirũ quod diuina ſapiẽtia clara ſit,cum ipſe Dñs emundet argentum ſuum, ſecundùm illud Malach.3. Sedebit conflans & emundans argentum, intellige à ſcoria humanæ ſapientiæ ac Philoſophiæ ne dicatur veris orthodoxis illud Iſai.1. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. Quod fit cum plus fidimus Philoſophicis rationibus & argutijs, quàm his quæ ſimpliciter in ſacris literis traduntur. Nã qui talia agunt, obſcuriores non clariores reddunt ſermones Dei ſecundum illud quod dixit Dominus Iob. 38. Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis? Eccl.24.Qui elucidant me vitam æternam habebunt;ergo qui obſcurãt habebunt mortem.Prou.14.Quęrit deriſſor ſapiẽtiã & nõ inuenit: doctrina prudẽtũ facilis. Qui enim in ſermonibus Dei rationes Philoſophicas quærũt atque eis inniti volũt deriſſores ſunt,verba Dei tãquã leuia atq; ſimplicia deludentes,& tales licet ſapiẽtiã quærere videãtur,nõ tamẽ inueniũt vt dicitur.1.Tim.6.Si quis aliter docet,& nõ acquieſcit ſanis ſermonibus Dñi nr̃i Ieſu Chriſti & ei quæ ſecundũ pietatẽ eſt doctrinæ ſuperbus eſt,nihil ſciẽs,ſed languẽs circa quęſtiones & pugnas verborũ ex quibus oriũtur inimicitię cõtẽtiones &c.Nã qui relictis ſermonibus verbiſq; Dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui nunquam ex Ppiloſophia verba nec argumenta pro ſua doctrina accerſiuit: hi humanis ſcientijs plus æquo fidentes innituntur,tales ſermonibus Chriſti videntur non acquieſcere,non doctrinæ quę eſt ſecundum pietatem, ſed ei quæ eſt ſecundum curioſitatem. Vnde dicit Bion. Sicut proci qui Penelopis congreſſum aſſequi nequibãt ſeſe pediſſequis commiſcebant: ita illi quibus verę Philoſophiæ guſtum nanciſci non datur,animos ad abiectiores & humiliores diſciplinas adhibent, & talis ſuperbus eſt nihil ſciens,nec partem habens in hoc verbo,Declaratio ſermonum tuorum illuminat:& intellectum dat paruulis,ideſt,non ſuperbis diſputatoribus, ſed humilibus auditoribus.

Malach. 3. Iſa. 1. Iob. 38. Eccl. 24. Prou. 14. 1. Tim. 6. Bion. Simile.

Vltimo aduertendum quod alij aliter huiuſmodi verſum transferunt. Hieronymus ſic. Oſtium ſermonum tuorum illuminat,Felix Principium verborum tuorum, aut oſtium vel initium, id eſt dicere, quod ſola initia verborum Dei illuminant paruulos, nam mox vt ingreſſus fueris ſermones Dei, eosque vel à limine (vt aiunt) ſalutaueris, ſenties te illuminatum, ſi tamen in humilitate acceſſeris. Nam ſicut ſol cũ noſtrum attigerit

Hieron. Felix. Simile.

Emiſpherium,& cum adhuc nec radij eius apparent illuſtratur terra luceque perfuſſa reſpirat. Sic qui vel ad oſtium acceſſerit domus Dei, mox ſplendoribus illius ferietur cor eius. Quod clarè
Eccl. 14. ſapiens Eccleſ. 14. his verbis explicat dicens, Beatus vir, qui in ſapientia morabitur,& qui reſpicit per feneſtras illius,& in ianuis illius audiens, qui requieſcit iuxta domum illius & in parietibus illius figit palum. Sumpta methaphora à viatoribus, qui cum alicubi requieſcere volunt palum ibi figunt atque ſedent. Sic vel in
Simile. ianuis ſapientiæ debet mens requieſcere tua, ibique iugiter aſſidere, imò & figere palum, hoc eſt, vmbraculum erigere vt ibi maneas, quoniam, vel ſi ad oſtium ſapientiæ acceſſeris protinus eius perfunderis ſplendore. Vnde in ipſo veſtibulo templi erant ſpecu
Exod. 38. la mulierum, quoniam in introitu domus Dei, iam lumen ſplendeſcit ſapientiæ, quid ſi in intima ac penetralia ſapientiæ ingreſſus fueris ac intra velum vbi Deus ſedet ſuper Cherubin intraueris? Chriſtus Dominus, qui ſapientia eſt patris atque ſol iuſtitię mox
Lucæ. 2. vt mundum hunc per temporalem ortum ingreſſus eſt, & paſtores luce magna perfudit,& Orientales reges ſtella duce, ad ſe illu-
Matth. 2. minabundos venire fecit. & Ioan. 1. cum Nathanaeli vel hoc verbum tantū efatus fuiſſet, Dū eſſes ſub ficu vidi te, tanquā quod-
Ioan. 1. dam radio illuminatus reſpondit, Rabbi. Tu es filius Dei, tu es rex
Pſal. 33. Iſrael. Vnde Pſal. Accedite ad eum & illuminamini, ſtatim in ipſo
Simile. acceſſu illuſtrabimini, protinus vt aperueris oculos ad lucem ſolis
Ibidem. luce perfunderis, ipſius & ibi. Pſal. Guſtate & videte quoniā ſuauis eſt Dominus cur non dixit ſaturamini, inebriamini, ſed duntaxat ait guſtate? Quoniam tanta abundat dulcedine Deus, vt mox cum ad ipſum acceſſeris & vel ſummis labijs (vt aiunt) attigeris, tāta ſuauitate repleueris, vt iam ab illo diuelli nullatenus vellis, ſed
Simile. ea illectus plus eſurias, ac concupiſcas, eo modo loquēdi, quo faſtidioſum ad eſcas infirmū allicis ſuauitate ædulij quod illi affers, nollo (dicis ei) niſi vt tantillū guſtes. Scis enim edulium adeo ſuaue ac appetibile eſſe, vt ſi vel ad os applicuerit eius ſuauitate appetitus allectus ad reliquum ſumendum aperietur, ſic nimirum anima quæ vel oſtia ſapientiæ diuinæ attigerit, dulcedinemque Dei præguſtare cœperit, tanto deſiderio flagrabit vt ad totū iam exhauriendum rapiatur. (tanto ſe engoloſinara de Dios que ſe comera las manos tras el,) vt Iſaac mox vt fragrantiam veſtimen-
Geneſ. 27. torū Iacob percepit in oſcula & benedictiones prorupit Gen. 27.

Sed

Sed alij sic intelligunt: Os tium, vel apertura verborum tuorum illuminat, ideſt, niſi quis per apertionem vel explicationem ſcripturarum prius illuminatus fuerit: non poterit in abdita myſteria eius penetrare.

VERSVS TERTIVS.

Os meum aperui & attraxi ſpiritum, quia mandata tua deſiderabam.

HOC eſt à præſentia tanti luminis præadmiratione ac extaſi, aperto ore hiabam, aerem vix attrahere, nec reſpirare poteram: accedebatque ad hoc ſummum deſiderium, quo mandata tua concupieram. Præadmiratione multoties communis reſpiratio, ac ſpiritus vitales deficere videntur, ſicut de Regina Saba legitur. 3. Reg. 10. quod cum ſapientiam Salomonis audiſſet, ordineſque miniſtrantium ac veſtes eorum, & pincernas & holocauſta quæ offerebat in domo Domini vidiſſet, non habebat vltra ſpiritum. Eodem modo. 2. Machab. 6. Eleazarus vnus de principibus ſcribarum, præadmiratione ac extaſi, cum cogeretur à miniſtris Regis carnes ſuillas comedere, aperto ore hians ferebatur: ſic iuſtus à ſermonibus Dei illuminatus ad præſentiam tanti luminis præ admiratione in extaſim raptus, quaſi deficientem ſpiritum colligere cupiens aperto ore attrahere nitebatur. Inſuper & auiditas quà mandata Dei deſiderabat in hoc verſu exprimitur, ſumpta methaphora ab eo qui præ nimio calore auram carpere vult, ſed aperto ore eam expectat & ad ſe trahit, ſicut. 3. Eſdræ. 4. de Dario Rege legitur, quod in concupiſcentia concubinæ ſuæ accenſus, aperto ore eam intuebatur. Quare & de corporali apertione oris carmē hoc intelligi poteſt, vt ſit ſenſus; Os meum aperui in oratione, quærendo, petendo, pulſando, & ſicut ſitiens attrahit aquam ad os, ſpiritum attraxi, quo facerem quod per me facere non poteram, & hoc, Quia mandata tua deſiderabam, ſcire & facere. Sic Auguſt. Os meum aperui in oratione, & attraxi, vel auxi ſpiritum, oratio quippe & auget, & ad ſe ſpiritum Domini attrahit, ſicut Apoſtoli orantes Spiritum ſanctum ad ſe traxerunt Actorum. 2. Nam ſicuti qui reſpirat, interiorem quidem aerem calidum exteriùs eſſlat, rurſuſq; frigidiorem colligit; ſic in oratione animus ex charitatis ardore

Similc. 1. Reg. 10. Similc. 2. Mach. 6. Similc. 3. Eſdræ. 4. Similc. Auguſt. Similc. Acto. 2. Similc.

ardore ſuſpiria, gemitus, voceſq; exterius emittit, lachrymas exprimit, at ab extra rurſus refrigerantem ſpiritum Dei tanquam ſui reciprocũ munus trahit; qui enim totũ ſpiritũ ſuum corã Deo deuotè effundit: ipſius Dei ſpiritũ pro remuneratione colligere ſolet, vnde rectè dicit; Os meũ aperui, & attraxi ſpiritũ. Oratio propriũ hominis Chriſtiani exercitiũ eſt: qua ſe ſuaq; omnia muniat Deoq; cõmendet. Condidit quidẽ Deus in vniuerſi ſtructura, quaſdã veluti vniuerſales cauſas quæ in ſe particulariũ effecta ac virtutes cõtinerent. Sol vniuerſalis cauſa eſt, qui eminenter in ſe cæterarũ cauſarũ virtutes ac proprietates includit: illuminat, cõburit cæteroſq; ignis effectus efficit, nec tamẽ ignis eſt, generat hominẽ, ac plantã, nec tamen homo aut planta eſt, ſic in cœlo hoc ſpirituali quod eſt Eccleſia hæc viſibilis, ad ſimilitudinem vniuerſalis cauſæ orationẽ poſuit Deus, quæ cæterarum virtutum cauſa apparet, non quia eas generet, ſolus enim Deus virtutum infuſarum pater eſt: ſed quia & ad acquirendum & ad conſeruandum eas optimum ac potiſſimum medium eſt. Orante Cornelio angelus ei apparuit, & vt Petrum accerſeret monuit, à quo Chriſti fidẽ edoctus eſt. Ecce quomodo oratio quaſi cauſa quædam, licet remota, fidei ipſius fuit, auget fidem licet ipſa non ſit fides, ſed alterius virtutis actus quæ religio dicitur, Adauge nobis fidem (dicebant vtique diſcipuli Domino) tanquam oratio impetret augmentum eius, & charitatem conſeruat, ac creſcere facit, cum in ea maximè charitas exerceatur, cũ tamen ipſa non charitatis immediatè, ſed religionis ſit opus elicitum, humilitatem, patientiam, ſpem, cæteraſque virtutes auctiores facit, quoniam in eius exercitio omnia virtutum opera in lucem prodeunt, operaſque ſuas exercent. Eſt enim veluti rota maior in horologio, ad cuius motum cæteræ rotæ mouentur. Non maior eſt oratio, multæ enim aliæ virtutes præeminent, tamen cum ipſa in opus exit, cæteras etiam in opus trahit, fides ibi credit fiditque, charitas etiam tunc in chorum ſalit, liqueſcit quippe cor, præ amoris teneritudine in oratione, ſpes autem in alta ſe iactat, cum in oratione animus in Deum eleuatur, ſpe quippe tanquam ala quadam uſque ad conſpectum Dei ſe extollit, in chorum hunc etiam humilitas exit, curſumque ſuum ac opus exercet, cum ſuam paruitatem Deique celſitudinem fatetur: ſic & patientia expectat, & denique omnes virtutes oratio quaſi in lucem prodire facit, in chorumque coram Deo cœlitibuſque educit (haze ſerau de todas

Simile.

Acto. 10.

Lucæ. 17.

Simile.

las

las virtudes)ibique mutuo ſe agnoſcunt, mutuiſque complexibus gaudent:in chorum ſaliunt, operaſque ſuas quælibet edit. Quod qui in tali exercitio expertus eſt melius edocere valebit. Nanque Gen. 29. veluti altera Rachel pulcherrima virgo atque à vero Iacob adamata virtutes veluti oues ad paſtum educit (in oratione quippe virtutes ex Dei colloquio paſcuntur,impinguanturque) atque ad fontem ad aquandas trahit. A cuius ore lapidem tollit ſponſumque ſuum ſibi obuiam habere meretur,nam in oratione ad Deum fontem viuum anima ſitit,ſpiritumque refrigerantem (qui aqua viua dicitur)ſugit omniaque obſtacula tollit, quibus ab eius dulcedine impedire ſolebāt. Oratio gerit vicem humidi radicalis in anima; nam humidum radicale calorem naturalem conſeruat in corpore. Paſcitur quippe calor humido illo, & in eo ardet ac conſeruatur, veluti lucerna in oleo, & in ſe ipſum trensfert illum, ac conuertit: ſic oratio charitatem (quæ calor ſupernaturalis eſt animæ) conſeruat. Nam in ea paſcitur,lucet ac ardet, ac demum in ſe ipſam charitas illam ac cæteras virtutes transfert; cum omnes ibi incrementum capere ſoleant, reparando damna quæ quotidianæ negligentiæ arceſcere ſolent, ſicut caloris naturalis diminutio per humidum radicale reſarcitur. Vnde oleum eſt oratio Matth. 24. quo prudentum virginum lampades lucent, ob cuius defectum extinctæ ſunt imprudentum lucernæ. Audeo dicere penè impoſsibile eſt ſpiritualem vitam integram conſeruare abſque orationis adiumento, extinguitur lucerna vbi defecit oleum, deficiente oratione lampades animæ etiam extinguuntur. Quare te viuam ſemper lucidiorem Sole lampadem eſſe velim. O virtutum omnium conſeruatrix oratio atque in hoc templo Dei viui inter ſuſpiria, flagellaque rugientem,in altaribus capellisque ſtrepentem, vt & animas quæ te exercent illumines, & tepidas ſuſcitando caleſcere, ardereque facias, & ſicut vniuerſalis cauſæ vires gerit, ſic & generalis medicina pro omnibus curandis languoribus erit,benedictaque nulli nocua,omnibuſq; proficua erit. Pro carnis lenocinijs medicina erit abſtinentia, contra mundi ſtrepentia negotia deſertum, aduerſus diabolum ſacrata lectio: contra ſuperbiam humilitas, at hæ ſpeciales medicinæ ſingularibus ægritudinibus medentur, oratio vero omnibus accommodatiſsimum anthidotum eſt. Quæ aduerſus carnis illecebras aptior medicina quàm oratio? quæ omnia præter Deū contemnit, affli-

afflige, teq; ſeruam, ne ſuis præſtet impedimentum amoribus: mundum calcat, & omnia velut ſtercora reputat: Dæmonem fugat, ſuperbiam eliminat: denique omnia vitia in exilium agit. Quare Paul. Epheſ. 6. poſt quam Chriſtianum hominem Chriſtianis etiam armis induerat pro lorica iuſtitiam, pro galea ſpem, pro ſcuto fidem, pro gladio verbum Dei porrigendo, quaſi vltimum coloſonem addendus ſubdit: Per omnem orationem, & obſecrationem orantes, omni tempore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione, ac ſi aperte diceret. Singula vobis arma ad ſingulos hoſtes contuli, nunc autem accipite armaturam viam, quæ omnium vicem gerit, per omnem orationem, ac ſi oratio omnes debellaret hoſtes, cæteris non ſemper vti poteritis, vt potè ieiunio ſolitudine, hac ſemper & vbique bellare valebitis, ſeiungit quippe oratio à terrenis mentem, cœleſtibuſque copulat ac vnit. Nã ſicut cymba quæ fune agitur, quanto plus funem verſus aliam ripã agimus, tanto ab alia cymbam deuiamus: ſic anima quæ in hac corporis ſcafa inter cœlum & terram ſtat, ſi funi huic qui oratio eſt manum apponimus, & à terra plus eam ſeparabimus, & tanto magis Deo eã propinquiorẽ reddemus. Quare iure optimo Propheta nõ ſter dicit ſe aperuiſſe os in oratione, & ſpiritum Dei ad ſe traxiſſe. Quo & viuere anima, & ad cœleſtia appropinquare poteſt.

Epheſ. 6. Poteſt & intelligi ſpiritualiter ſumendo os pro deſiderio, & propenſione voluntatis (vt vult magnus Baſilius) ſicut Paulus deſiderabat dari ſibi verbum in apertione oris, ideſt, cum deſiderio magno, & prompta voluntate illud propagandi, & de iuſto dicitur Prou. 31. Os ſuum aperuit ſapientiæ. Debet enim deſiderium præcedere ſpiritum ſapientiæ, ſecundum illud Sap. 7. Optaui & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ. Sicut enim infans aperit os, vt ex vberibus matris lac ſugat: ſi iuſtus animæ os apertum habet, vt ſapientiæ dulcedine perfundatur. Vnde Iſaiæ. 60. dicitur, Suges lac gentiũ. Iob. 29. Super eos ſtillabit eloquium meũ, expectabant me ſicut pluuiã, & os ſuũ aperiebant, quaſi ad imbrem ſerotinum. Quare ſic aperto ore, ait Pſalmiſta, attraxi ſpiritum: ideſt intellectu (quę in hoc octonario perſona hæc tantopere cõtra ſit ſcie) de quo 1. Cor. 3. dicitur, Litera occidit, ſpiritus autẽ viuificat, & Iob. 28. Trahitur autẽ ſapientia de occultis, ideſt, de ſpirituali & abdito ſenſu ſcripturę. Quare Lyranus ille per os intelligit intellectu quo carpit cibum animę, qui eſt verbum Dei, & per ſpiritum, deſiderium

Prou. 31. Sapien. 7. Iſaiæ. 60. Iob. 29. 2. Cor. 3. Iob. 28. Lyranus.

rium & auiditatem illud hauriēdi. Vel attraxi Spiritum ſanctum, qui ab humilibus attrahitur, ſecundum illud Iſai. vlt. Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum? Hunc attrahunt aperiendo os in confeſsione ſuorum delictorum, & in diuinis laudibus ac gratiarum actione.

Sed aduerte quod peccatores attrahunt ſpiritum vanitatis, vel immunditiæ ad ſe, ſecundum illud Ierem. 2. Onager aſſuetus in ſo- Ierem. 2.
litudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui. Onager, hoc eſt, aſinus ſilueſter abſque iugo, libidinoſiſsimum animal eſt, atq; olefaciēs femellas ad eas toto impetu currit, vnde & præceſ ſit; Curſor leuis explicās vias ſuas. Sic peccatores filij Belial, ideſt abſque iugo carnalibus acti deſiderijs præcipites ad ea currunt, à longe ventum à ſe trahentes, offendiculaque ac occaſiones quærentes, & cap. 14. Onagri ſteterunt in rupibus traxerunt ventum Idem. c. 14.
quaſi dracones. Hi præ nimio calore quem intus gerunt os aperiunt, & attrahunt ventum, quo grandis temperetur calor. Carnales homines concupiſcentię calorem, quem intus gerunt, refrigerare volunt his caducis rebus quæ veluti ventus fugiunt, & ſtatim non comparent, eaſque quærentes ad ſe quaſi vi quadam trahunt, & Prouer. 10. dicitur; Qui nititur mendacio, hic paſcit ventos. Om Pro. 10.
nia huius mundi falſa bona, mendacia in Scriptura dicuntur, vt ſupra diximus. Qui ergo eis innititur eſt veluti paſtor ventorum, ſequitur enim ventos, ſicut paſtor oues, res fugaces, leueſque minimeque conſtantes, vnde & de his in Prouerbijs dicitur; Ventos colere, & rete ventos venari.

(Quia mandata tua deſiderabam) Argumentum hinc ſumitur, quod propter deſiderium confertur homini gratia, Iſaiæ. 26. Me- Iſai. 26.
moriale tuum in deſiderio animæ. Diuus Hieronymus tamen ſic Hieronym.
interpretatur; Os meum aperui, & cor mundum reſeraui, & dignum me feci deſiderio mandatorum tuorum, in quem Spiritus ſanctus effunderetur, Inſinuans mundum cor requiri ad deſideranda & cuſtodienda mandata Dei. Vnde in lege veteri, nihil ex Leuit.
his quæ ſancta lex habebat permittebatur tangi, niſi à mundis: quaſi hi ſoli ſint qui legem recte cuſtodiant; Et multo minus Spiritus ſanctus datur, niſi his qui mundum cor poſsident, ſecundum illud Iob. 34. Si direxerit ad Deum cor Iob. 34.
ſuum, ſpiritum eius & flatum ad ſe trahet.

VERSVS

VERSVS QVARTVS.

Aſpice in me & miſerere mei, ſecundum iudicium diligentium nomen tuum.

Prou. 15. Hebr. 4. ASpice in me & miſerere mei.) Scio quidem oculos tuos lucidiores Sole, in omni loco contemplari bonos & malos, & quod nulla creatura ſit inuiſibilis in oculis tuis, tamen ego poſco, vt me ſingulariter aſpicias, eo aſpectu quo electos ad miſerendum aſpicere ſoles. Nam Sapien. 4. Lego reſpectus eius, in electos illius. Circa quod aduertendum ex D. Gregor. 2. moral. quod Deus homines diuerſimodè videt: aliquos reſpicit vt ſaluet, aliquos videt vt damnet. De primo dicitur Lucæ. 22. Quod reſpexit Dominus Petrũ, & recordatus Petrus fleuit amarè. De ſecundo dicitur Pſal. 33. Vultus autem Dñi ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorum. De primo etiã dicitur Ierem. 14. Ponã oculos meos ſuper eos ad placandũ, & reducam eos in terrã hanc. De ſecundo dicitur Amos. 9. Ponã oculos meos ſuper eos in malũ, & nõ in bonũ. Aſpectum ergo gratioſum, non rigoroſum hic poſcit Propheta. Vnde D. Ambr. hic pulchrè ait, Cum dixiſſet aſpice in me, adiunxit, & miſerere mei, quia reſpicit Deus etiam aliquos iratus, vt quando aſpexit ſuper caſtra Ægyptiorum, & ligatis axibus curruũ, omnes eos deiecit influctus. Aſpexit etiam Sodomam & Gomorrham, quarũ vtraq; ab igne deuorata eſt. Scriptũ eſt etiam Pſal. 113. Qui reſpicit terram & facit eam tremere. E contra autem reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius, Cain autem & munera eius non reſpexit, Gen. 4. Quid ſit autem aſpicere Deũ, euidentiſsimè illo teſtimonio declaratur, Pſal. 101. Quia reſpexit Dñs ſuper filios pauperum, & non deſpexit preces eorum. Oculus enim Domini non aſpernatur iuſtorum munera. Deniq; ſic & nos oculos noſtros, cum in aliquem ira mouemur, auertimus quaſi ipſum indignum aſpectu iudicemus, quẽ oderimus affectu. Hinc ergo piũ aſpectum noſter expoſcit Propheta. Sic enim ex Sole, Luna, cæteriſq; planetis (qui veluti oculi ſunt huius mundi) ex aſpectu eorũ, ad terrã tot bona promanant. Aurum, gemmæ, fructices atque ſalubria quæq; generantur. Quanto magis aſpectu oculorum Dei, qui lucidiores ſunt Sole, diuerſa quæq; bona in animis quas reſpicit gignentur? Reſpexit Dñs cæcum, & oculos ei pulcherrimos reſtituit, Reſpexit claudũ, & greſſum dedit, ex illis enim tãquam ex

Sapien. 4. Gregor. Luc. 22. pſal. 33. Ierem. 14. Amos. 9. Ambro. Exod. 14. Gen. 19. Pſal. 113. Gen. 4. Pſal. 101. Simile. Ioan. 9. Ioan. 5.

fontibus

ſontibus diuinæ quædã,ſimulq; gratiſsimæ,ac ſalutares affluentiæ dimanant,quibus humectatus animus cœleſtes ſimul ac dulciſsimos fructus redit.Recte ergo iuſtus poſtulat dicens,Reſpice in me & miſerere mei. Solẽt vlcerati ac mendici quantumcunq; poſsint, miſerabiles ſe exhibere,obnixeq; poſtulare, vt libores ac miſerias ſuas homines aſpiciant, quatenus ex eorum, miſerabili aſpectu ad miſericordiã inclinẽtur:ſic miſellus homuntio multis repletus miſerijs, eas ante Dei oculos præſentare debes miſereq; expoſcere,vt oculos ſuos in eas cõuertat, certus quod ad tui miſerẽdũ, miſericordijs plenũ eius diuinũ pect⁹ trahes.(Aſpice ergo in me,& miſerere meis ſecundum iudicium diligentium nomen tuũ)Quod dupliciter poteſt exponi.Vel ſecundum iudicium quo iudicas de diligentibus nomen tuum, hoc eſt, ſecundum eum modum quo ex iudicio tuo agis cum ſeruis tuis qui te diligunt.Vel ſecundo ſic,Aſpice in me & miſerere mei,ſecundum quod iudicant, & volunt hi qui diligunt nomen tuum,hoc eſt,ſecundũ id quod bonũ iudicabunt, hi qui zelant tuam gloriam,non autem ſecundum quod iudicant, & volunt illi qui ſuã gloriam duntaxat quærunt. Qui meam perditionem magis optant quam ſalutem.Id eſt dicere, Miſericordiam illam poſtulo,quam tu diligentibus te decreuiſti,in eos enim hanc exerces miſericordiam,vt in præſenti gratia tua atq; in futuro,gloriã repleas. Vel eam quã hi qui te diligunt poſcunt ac exoptant, nam iuſti recte inſtituti, hanc quærunt miſericordiam, non tam eam quæ à corporis miſerijs leuat:quam eam quæ animum à peccatis & erroribus mundet,& in conſummatã euehat miſericordiã. Simile.

Et occaſione huius quæritur vtrum leuare Deum in hominis miſerias temporales ſit ſignum miſericordiæ, ac bonæ voluntatis eius erga hominẽ,hoc eſt quærere,ſi conferre diuitias,remq; familiarem copioſam,honoris amplitudinem,filiorum multitudinem,ſalutis ac valetudinis integritatẽ,ſit ſignũ beneuolẽtię diuinę: ex qua argumẽtũ vel cõiectura deſumi poſsit,quod eũ Deus inter dilectos atque amicos habeat,vel potius è contra ſit inimicitiæ ſignum,ac odij,ſi ſit argumentũ quod ſe gerat, vt pater vel potius vt iudex.Circa quod premittendum eſt ex.2.2.q.30.quod motiuum miſericordiæ eſt malum,vel miſeria alterius quæ ei, vel contra voluntatem, vel contra naturalem appetitum aduenit, qualis eſt mors,fames,ægritudo &c. Miſericordia autem eſt voluntas efficax ſubleuandi proximum à tali miſeria. D. Thom.

Quo

Quo ſuppoſito dico primum. Conferre Deum hæc bona temporalia homini, non ſignum, nec argumentum eſt miſericordiæ diuinæ erga eum: imò potiùs ſolet eſſe nota & coniectura iræ, & indignationis eius aduerſus hominem. Quod ſic probo; Summa Dei miſericordia eſt hominem ab omnibus ſuis miſerijs ſubleuare, ſecũdum illud Pſalmi. Qui ſanat omnes infirmitates tuas. Hoc autem in hac vita non contingit, ſed in futura beatitudine vbi corpus & anima libera ab omni miſeria exiſtent, anima à peccato, imò & à poſsibilitate peccandi (peccatum autem ſolum animæ miſeria dici poteſt) corpus autem à morte, dolore, ægritudine cæteriſque miſerijs, quibus in hoc exilio ſubditur, ſumma ergo miſericordia in beatitudine conſequitur: ſed bona temporalia regulariter impedimento eſſe ſolent ad hanc beatitudinem conſequendam, ergo vera eſt aſſertio noſtra. Modo autem ſcholaſtico procedendo (quoniam per modum quæſtionis, hanc docere volo Chriſtiano homini Chriſtianam doctrinam) probo illam minorem inductione, modo Summuliſtico, hoc eſt, deſcendendo ad omnes ſingulares temporalium rerum, & primo de diuitijs, ac re familiari ſic probo, quod ſit offendiculum ne conſequatur hæc beatitudo, Quoniam Chriſtus docens in monte, pauperes beatos prædicat, paupertatemque in ſummum felicitatis gradum euehit: quoniam adhuc viuentes in paupertate felices dicuntur. Sunt enim beati in ſemine, in ſpe & promiſsione quandam beatitudinis gratiam prælibantes. Diuitiæ autem ex oppoſito ſe habent huic paupertati, quæ beatos homines facit ergo. Deinde Paulus ſecundo Timotheum. 6. ait, Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli. Si ergo laqueus, tentatioque ſunt diuitiæ, quomodo in eis beatitudo, quæ hominem liberum ab omni laqueo conſtituit, erit? Tentatio quidem ſunt, quoniam amorem cæleſtium à corde auferunt, quo à moto, etiam deſiderium ſupernarum rerum deſuit. Conſequitur quippe tale deſiderium ad amorem, veluti ſitis ad calorem, vbi eſt calor & ſitis, vbi eſt amor & deſiderium conſequendi, quod amatur. Deficiente calore febris, & ſitis deficit, ablato amore alicuius rei, & cupiditas illius ſimul perit: qua ſublata etiam cura ac ſolicitudo inquirendi talem rem auferetur, vnde ex amore diuitiarum tepiditas, ac accedia rerum diuinarum oritur. Quod & Lucæ decimo quarto, in illis qui inuitati fuerunt ad nuptias

Pſal. 102.

Matth. 5.

2. Tim. 6.

Lucæ. 14.

ptias manifeſtum fit prius enim ſe benevolos conuiuas exhibuerunt, at ſuperuenientibus diuitiarum ac rerum temporalium curis tepuerunt,& conuiuium quod priùs volebant contempſerunt, Villam emi,non poſſum ire acſi diceret (he me hecho rico perdonad)ad conuiuium hoc nos Deus inuitat nempe ad nuptias cæleſtes.Hoc enim fuit intentum parabolæ,nam cum quidam legiſperitus dixiſſet beatus qui mãducauit panem in regno cælorũ hanc ſubintulit parabolam Dominus,acſi diceret, omnes quidẽ ad beatitudinem inuitati ſunt,omneſque eam acceptant & appetunt, at ſuperuenientibus rerum temporalium curis ac cupiditatibus,eam in opere abijciunt, aſpernanturq;. Quare offendicula plura atque pericula in proſperitate huius vitæ quàm in aduerſitate reperies, Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis,dicitur in Pſalm. 90. In beatitudine non eſt bona & mala fortuna : ſed omnes ad dexteram proſperitatis erunt. In præſenti miſeria eſt hæc viciſſitudo,ſed in dextera,hoc eſt in proſperitate,decem millia cadunt:in ſiniſtra nempe in aduerſitate tantum mille.Quare de Dauid(cuius domus proſperabatur & creſcebat, vnde & proſperitatem ſignificabat) concinebatur, quod percuſiſſet decem millia. Saul autem (cuius domus minuebatur, quare & aduerſam refere bat fortunã) dicebat percuſsiſſo tantũ mille.Diuitiæ ergo vel omnino auferunt vel tepeſcere ſaltim faciunt, diuinorum amorem. Pſalm.90. Figura. 1.reg.17.

Accedit ad hoc.Quoniam vt amor conſeruetur requiritur colloquium,preſentia,& familiaritas cum re amata,multas enim amicitias diſſoluit, inappellatio vel ſilentium ait Ariſt. Quare vt diuinus amor iugiter in tuo corde perſeueret,opus eſt vt cum illo colloquia miſceas,conuerſeris ſæpius in oratione in meditatione, in ſacrorum codicum lectione in colloquẽdo de eo, ita vt illud Pauli dicere poſsis, Cõuerſatio noſtra in cælis eſt, & illud pſalmi.Proui debam Dñm in conſpectu meo ſemper. Qui enim à Deo ſe elongant peribunt,qui Dei obliuiſcuntur ignauiaque tepeſcunt, alijs intenti curis, perire in eis diuinũ amorem neceſſe eſt, impoſsibile quippe videtur in charitate radicatũ,ac fundatum habere cor niſi iugiter illi aliqua harum communione adhæreas. Sunt aliqui qui amorem Dei in corde gerunt eomodo quo quis goriophilatum florem(vn clauel,o clauellina) verſat in ore,vel in manu,nam cum exciſus ſit à radice, nec humorem habeat, quo ſuſtentetur ſtatim marceſcit & perit, atque vtinam non ita compluribus Chriſti cultoribus Ariſtotel. Philip. 3. Pſalm. 15. Pſalm. 72. Simile.

toribus contingat, aliquantulum enim bene ſibi olet Deus, ſapit, iucunduſq; cordi eius ſentitur, ſed cum nec radicem intus, nec humorē habeat, protinus marceſcit in corde deuotio atq; à memoria excidit, quod antea delectabat. Calor in ferro defuit, niſi frequēter illud igni applicueris, aqua in ſuam reddit frigiditatem, niſi ſæpius eam igni appropries. Si ergo tot diſtentus curis ad extera & temporalia negotia diſtenditur diues, quomodo hic in eo perſeuerauit amor? manicabat Dauid & antecipabāt vigilias oculi ſui, vt æternos cogitaret dies immenſaque beatitudinis gaudia mente perluſtraret, atq; dicebat; Anticipauerūt vigilias oculi mei, turbatus ſum & non ſum loquutus, ineffabilia bona quæ mente verſaret loqui non audebat, nec poterat; Cogitaui, aiebat, dies antiquos & annos æternos in monte habui. Ecce cum rex temporalis eſſet, quomodo in meditatione æternorum inardeſcebat. Quoniā id oppidò neceſſarium, ad hunc ignem conſeruandum videbat. Igitur diuitiæ tentatio ſunt quæ Dei amorem à cordibus expellunt.

Simile. Pſalm. 76.

Laqueus etiam ſunt quoniam animæ pedes quaſi cōpedibus ligant ne ad ſuam beatitudinē pergant. Auferūt enim à corde amorem: qui pondus eſt quo anima fertur (vt Auguſtinus docet) dicens, Amor meus eſt pondus meū illo feror quocūq; feror. Si ab alto emiſſeris talentū plūbi vel cirrum lanæ (vna guedeja de lana) multo citius plumbi pondus quā lana deſcendet: quoniā grauitate ſua quidquid in via impedimenti offenderit, rumpet: quod lanę leuitas facere nullatenus poterit. In corde vbi amor eſt, pōdus eſt, quo libero citoq; curſu, ad centrū quod Deus eſt currat, ac quidquid ſe in via oppoſuerit rūpat conteratque, quod ſi amore vacua fuerit quidquid in via, vel tenuiter inſuſſlauerit diſtrahet: in tentationē, ergo & in laqueum diaboli incidere neceſſe eſt qui diuitiarum amore concutitur. Ceruus qui perniciſsimo curſu per ſyluas progreditur ſi in laqueū venatorū offenderit detinetur ne currat.

Auguſt. Simile. Simile.

Sic diuitiæ cor illa queant, deſideria extinguunt, ſuffocāt verbū, vt Chriſtus docet, ne fructus efficiat. Vnde Auguſt. de ſermo. dñi in monte. tom. 5. homil. 13. ait, quod vermis diuitiarū eſt ſuperbia, quilibet arbor ſuum propriū habet vermen, aliud pyra, aliud malum: proprius diuitiarum vermis ſuperbia eſt, quæ minuit corroditque virtutis edulium. Vnde ſapiens Prouerb. 30. ſic ait, Duo rogauite, ne deneges mihi antequam moriar, mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, ſed tantum victui meo tribue neceſſaria: ne

Lucæ. 8. Auguſt. Prou. 30.

fortè ſa-

forte ſatiatus illiciar ad negandum & dicam quis eſt Dominus? vn de ſi diuitiæ cordi hæreant ſagenæ ſunt, quibus mens detinetur ne pergat. Vnde Dauid Pſalm. 61. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere, ideſt, & ſi manum aliquando porrigas diuitijs ad accipiendum, cor minimè tradas ad concupiſcendum, rectè ergo roborata, atque munita remanet aſſertio noſtra, diuitiarum abundantiã elargiri Deum, non miſericordiæ aut amoris, ſed potuis iræ ſigna eſſe ſolere. ¶ Nec ex corporis ſalute argumentum ſummi poteſt, quod te Deus ad æternam beatitudinem diligat, id probo ex Diuo Auguſtino, de patientia. tom. 4. vbi hanc veritatem probat, ex hoc quod diabolus primum hominem in paradiſo incolumen ægritudinis; ac doloris expertem, omnibus membris ſoſpitem deuicit: Iob vero ægrum, leproſum, vlceratum, à planta pedis vſque ad verticem capitis libidum, qui teſta ſaniem radebat, ſedens inſterquilinio, nec deuincere, nec vt ſtultum aliquid labijs proferret inducere valuit. Accedit ad hoc. Quoniam carne robuſta validaq; tanquàm inſtrumento ſolet diabolus vti, vt animam perdat, inimicus autem infirmus minus nocet quam validus gladiuſque obtuſus minus ferit, quam acutus. Quare demon, etſi omnia quæ erant Iob deſtruxit, filios etiam peremit, vxorem tantum incolumen dimiſit per quam eum irritaret ad impatientiam & peccatum, carnem ſoſpitem & validam vult hoſtis noſter per quam nos ad peccata alliciat, quod intelligentes perfecti viri, eam ſolent ieiunijs, ac vigilijs extenuare, caro gladius eſt & lancea qua diabolus ferire ſtudet obtuſa ergo ei reddearma ne ſcindere poſsint. Vnde Paul. 1. Cor. 9. Pſalm. 61. Auguſt. 1. Cor. 9.

1. Cor. 9. Ego autẽ ſic pugno, nõ quaſi aerem verberãs, ſed caſtigo corpus meũ &c. Obtuſa reddere nitebatur inimico arma nec aerẽ in vanum quatiebat, ſed carnem ſuam percutiens eam ineptã ad feriendum reddebat. Eleazarus, vt legitur. 1. Machab. 6. beſtiam illam ſuper quam hoſtis inſidens damna populo inferebat, occidere conatus eſt: ſuper carnem tuam inimicus inſidens tibi, officere conatur; beſtiã perime, & hoſtis ſimul cum illa corruet, igitur non in bona cordoris valetudine ſita virtus eſt quæ potius obeſſe ſolet, nec eam habere ſignum diuinæ dilectionis erit. 1. Machab. 6.

Tertiò, nec multitudo filiorum ſignum eſt miſericordiæ diuinæ patet in beato Iob, qui cum poſt flagella omnia duplicia reddidiſſet filios non duplicauit, ſed eundẽ numerũ tantũ reddidit & tamen eum in priſtinam proſperitatem reſtituere voluit, id etiam Iob. vlti.

1. regũ. 6. manifeſtatur. 1. Regum. 6. Quando cum Philiſtæi captiuam duxiſſent arcam Dei per ſuas ciuitates, tandem cum percuſsi eam reſtituere vellent, habito concilio Satrapæ decreuerũt, vt eam plauſtro nouo ſuperponerent, vaccaſque fœtas quarum vituli domi remanerent clauſi iugo vnirent, quę plauſtrum vbi erat arca vehe rent, ſolaſque relinquerent exiſtimantes ſine Dei ductu eas nullo pacto moueri verſus Bethſames, hoc eſt, ſolis ciuitatem. Sed cum recto itinere pergerent Bethſames, mugitus pro vitulis quos reliquerant paſsim emittebant: quoniam impoſsibile videtur, eos qui filios enutriunt abſque ſpecialiſsimo Dei ductu, in ciuitatem ſolis, hoc eſt in cæleſte regnũ properare, potiſsimè cum ea cura maximè eos anxios reddat, vt diuites procereſque gnatos relinquãt, quod vt faciant in barathrũ voraginemq; vſurarum, ac iniquorũ contractuum ſeipſos multotiens mergũt, tamen ſi aliqui Deo duce recto itinere pergunt, adhuc mugitus frequenter edunt, cura illa eos ſæpè ſæpius vrget, retrahitq; ac penè inuitos ac violentos

Pſal. 143. in bonis operibus efficit. Quare Propheta noſter Pſal. 143. eorũ reprobat opinionem, qui beatitudinem in multitudine filiorum conſtituebant, cum dicit; Erue me de manu filiorũ alienorum, & quorum filij ſicut nouellæ plantationes à iuuentutæ ſua, filię eorum cõpoſitæ circumornatæ, vt ſimilitudo templi, beatum dixerunt populũ cui hæc ſunt, beatus populus cuius Dominus Deus eius. Alienos hos vocat eo quod nõ ipſum Deum pro fine habeãt, ſed temporalia in quibus confidunt. De honore plura dicenda eſſent, niſi iam ſupra multa dicta fuiſſent, & per hoc vnum argumẽtum patet, non eſſe ſignum diuinæ miſericordiæ, quoniam ablatio honoris eſt cauſa quod homines Deum quærant, ſecundum il

Pſalm. 82. lud Pſalmi; Imple facies eorum ignominia & quærent nomen tuum Domine.

Figura. Secunda ergo aſſertio ſit. Habere neceſſaria victui moderatãq; rem familiarem (vn dia y victo) vt in noſtro vulgari dicitur, & hoc cum hylaritate & tranquillitate mentis, ſentiens hoc ſibi melius eſſe ad ſalutem, hoc miſericordia Dei eſt, ſignumq; paterni affe-

D. Thom. ctus ac curæ, hanc docet D. Thom. 3. ca. gen. cõt. 133. Paupertas enim in hoc gradu non impedit imò adiuuat hominem, vt rebus diuinis ac ſpiritualibus vacet, tempuſq; tribuit ac curarũ quietem, vt id faciat, vita quidẽ preſens abſq; corporis cura, nẽpe victus veſtitus, & aliarũ quæ accidũt rerũ tranſigi nequit: hæc autẽ modera

ta pau-

ta paupertas his, quidet curis à ſuperfluis nimijſq; alijs vacat: quare ad inſiſtendū diuinis plus tēporis ſuppetit ei, vnde ſapiens vbi ſupra; Mēdicitatē & diuitias ne dederis mihi, ſed tantū victui meo tribue neceſſaria. &. 1. Tim. 6. habentes victū, & quibus tegamur his cōtenti ſumus. ¶Sed tertia aſſertio (quā attente conſiderandā cenſeo) hæc ſit. Affluere diuitijs, ac honoribus: abundare filijs, omniaq; ad nutum ſuccedere, quidquid libuerit exequi: numinis irati ſignū eſſe credo. Hoc enim eſt quod Prophetā noſtrū in admirationē rapiebat, atq; turbabat, cum Pſal. 72. ſic effatur; Quam bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde! mei autē penè moti ſunt pedes: penè effuſi ſunt greſſus mei quia zelaui ſuper iniquos pacē peccatorum videns. Quia nō eſt reſpectus morti eorū (parece que los ha oluidado la muerte, y que les tiene reſpecto) nec firmamētū in plaga eorū. Non eſt firmata plaga in eis: ſtatim eñ ſoſpitatē recipiūt. In labore hominū nō ſunt: & cū hominibus nō flagellabuntur, hoc eſt, non eis aduenīūt aduerſa quæ alios homines affligere ſolēt; Sed quid ex hoc cōſequat audiamus. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua, id eſt à plāta pedis vſq; ad verticē capitis operti ſunt iniquitatibus. Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorū. In corde eorū quaſi adeps iniquitas incraſſata eſt, ex qua exteriora peccata prodeunt, atq; nutriūtur, ex nequiſsimo illo habitu, quem in mente gerunt, nequiſsimi etiā actus ęduntur. Tranſierūt in affectū cordis. Quaſi trāsfugi à Deo, in deſideria ſua trāſierunt, eiſq; tanquā ducibus ſacramēta fecerunt fœderaq; celebrarunt cū eis, ſecundū illud: Pepigerūt fœdus cū morte & Epheſ. 4. Tradiderūt ſemetipſos impudicitiæ. Ecce quot mala ex ꝓſperitate cōſequuta ſunt. & Ierem. 12. dicitur etiā de is; Plātaſti eos, & radicem miſerunt: proficiunt & faciunt fructum, idem eſt quod ſupradixit, nō eſt firmamentū in plaga eorū, propè es tu ori eorum, hoc eſt. (A pedir de boca todo lo que quierē los otorgas.) Longè à renibus eorum hoc eſt à deſiderio & opere. Nec enim bonas ſed malas gignunt operationes, ſanctifica eos in die occiſionis & cōgrega eos quaſi gregem ad victimā. Vt D. Thom. docet. 2 2. q. 122. art. 4. ad. 3. in lege veteri dicebantur ſanctificari, qui applicabantur diuino cultui. Cædet enim in Dei cultum & gloriā huiuſcemodi punitio in die vindictæ. Impinguantur modo impij, vt illo die in honorem iuſtitiæ Dei mactent. Seruū mercenariū cōducis nō ſolū pro victu & veſtitu, ſed etiā pro ſtipēdio pecuniario, ſi-

Prou. 30.

1. Tim. 6.

Pſalm. 72.

Iſaiæ. 28.

Epeſ. 4.

Ierem. 12.

D. Thom.

Simile.

lio autē tuo ſolum victum & veſtitum præſtas, ſed nihil amplius: quoniam omnia bona tua in ſuam dictionem euentura eſſe conſideras, ſic Deus filijs alienis omnia abundanter tribuere ſolet, ſuis autē etiā neceſſaria aliquando deeſſe permittit. Quoniā omnia bona ſua iure hæreditario reſeruantur eis, ſicut & tu cibum etiam à filio tollis ne ei noceat, cum tamē ſi inebrietur ſeruus nihil cures, nō ſunt huius mundi delitiæ pro filijs Dei, fortè nociua eis erunt. Vnde Gregorius ait, Miſericors Dominus quos tenetè diligit, ab exterioribus ſeparat, & D. Auguſt. ait, in nulla re magis iratum contra me Deum ſentio, quàm cum ad remum non eſſem, me ad gubernaculum poſuit. Igitur huius vitæ proſperitates, potius ſigna ſunt iræ quā amoris Dei. Quare D. Ambr. cum in domum quandam introijſſet ab hoſpiteq; audiret narrante omnia ſibi fauſtè euenire, nec infirmitas, nec paupertas, nec aliquid triſte vnquam ſibi accidiſſe, ait, Egrediamur ex hac domo, nec enim Deus habitat in illa, cumq; ægreſſus eſſet corruit domus: & omnia quæ in illa erant perierūt. Ecce aſſertionem noſtram corroboratā his dictis, ex quibus omnibus vltima ſequitur ac infertur aſſertio, quod paupertas melior eſt omnibus his abſolutè, quam D. Thom. multis rationibus loco citato. 3. contra gentes oſtendit.

Simile.

Gregor.

Auguſt.

Ambroſ.

D. Thom.

VERSVS QVINTVS.

Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Ieremiæ. 10. dicitur; Scio Domine, quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos, & Prouerbiorum. 16. Domini eſt dirigere greſſus. Greſſus autem ſunt animæ voluntates & motus, nā vt ait Gregorius, velle aliquid, iam mente ire eſt. Ille autem greſſibus ſuæ mentis claudicat, nec directos habet greſſus ſuos, qui in temporalibus veram pacem æſtimat eſſe, qui peccatores tranquillitatem mentis credit habere, qui ad temporalia diuaricat pedem ſuum, quod Ezechielis. 16. damnatur cum dicitur; Diuiſiſti pedem tuū omni trāſeunti. Hos claudos ſuper muros Hieruſalem poſuerūt Gebuſæi in contemptum Dauid, quod fit cum hominibus temporalibus cupiditatibus aſtrictis epiſcopatus ac dignitates, regimenq; animarum tribuuntur in deſpectum Chriſti filij Dauid. Talem enim claudicationem aberrationemq; mentis, petit eccleſia à ſe amoueri cū dicit; Greſſus meos

Ieremi. 10.

Prou. 16.

Gregor.

Ezech. 16.

2. Reg. 5.

ſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, ideſt, ſecundū voluntatem tuam, eo modo loquendi quo verbum in ſcriptura pro voluntate ſumitur: quia eſt ſignum voluntatis, cū verbo imperamus quod volumus, quatenus videntes directis greſsibus eccleſiā Dei, quæ ſponſa Chriſti eſt, incedere dicamus illi, illud Cant. 7. Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis! Norma au tē qua dirigi debent hominis Chriſtiani greſſus charitas eſt, vt ſupra explicatū dedimus; cum ergo operibus charitatis calciati apparent affectus, pulchri ſunt greſſus eccleſiæ, quæ filia Principis vtriuſque ſeculi eſt, vel filia nobilis, vt Hebræa verba ſonāt. Vera quippe nobilitas eſt infirmorum indigentijs compati, ſicut ipſe filius Dei & Dauid infirmitates noſtras tulit, ſublimemq; naturam humili iungēs humiles ac pauperes elegit, eos ad alta diuinaq; euexit, ſic anima Chriſtiana regali exorta progenie nempe diuina (genus quippe ſummus Dei ait Paul.) egenis paruuliſq; communicare dedignari non debet, taleſq; greſſus tunc elegantes venuſtiq́ue coram omnium oculis apparebunt. Cant. 7.

Secundò, quia greſſus mentis proni ſunt ad ambulandum per viam peccatorum niſi adiuuentur à Domino, ſecundum illud Geneſis. 6. Omnis cogitatio hominum prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua: ideo Dei adiutorium poſtulat dicens; Greſſus meos dirige &c. Quod Iſaiæ. 30. vaticinatur dicens. Erunt aures tuæ audientes verbum poſt tergum momentis, hæc eſt via ambulate in ea, & non declinetis ad dexteram, nec ad ſiniſtram, quod in paralytico illo quem Ioan. 5. ſanauit Dominus expreſsit, nam poſtquam ei vis ambulandi reſtituta eſt, quaſi iam directos haberet greſſus, ad templum, vt Deo gratias redderet, pergit. Geneſ. 6. Iſaiæ. 30. Ioan. 5.

Vel tertiò ſic. Chriſtus in præſenti vita in ſeipſo omnis virtutis ſpecimen dedit, & imitandum ſe à nobis prædixit. Sic ergo dicere Chro greſſus meos dirige, id eſt acſi poſceret dicēs, me tuorū operū imitatorē fac eſſe; id docet D. Grego. 16. mor. c. 36. in illud Iob 23. Veſtigia eius ſequutus eſt pes meus, dicēs; Quaſi nāq; quidam greſſus Dei ſunt operationes eius quibus bonuſquiſq; maluſq; regitur: iuſti iniuſtiq́; ſuis ordinibus diſponunt; quibus quiſq; ſubiectus ad meliora quotidie ducit & auerſus ad deteriora ruit, de quibus nimirū greſsibus ꝓpheta dicebat Pſal. 67. Viderūt ingreſſus tuos Deus. Itaq; cū virtutē lōganimitatis & pietatis Dei intuemur & intuētes imitari cōtēdimus, quid aliud q̄ greſſum eius veſtigiaq́; Gregor. Iob. 23. Pſalm. 67.

imitamur. Iam enim per fidē apertè videmus, quod mediator Dei & hominū begninus eſt ad tribuendū, humilis ad ſuſtinendū, patiens ad exemplum præbendum: cuius exemplum Pſalmiſta ſibi ad imitādum proponit. Vt quidquid in hac vita ageret, ad imitationis illius veſtigia ligaret: ideo orās dicit; Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, hæc Grego. Et tunc animæ talium operum, imitatrici etiam illud cantari poterit, quod ſupra retulimus.

Cant. 7. Quā pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia Principis! Habebit enim tunc calceatos pedes in præparationē Euangelij pacis, vt

Epheſ. 5. dicitur Epheſ. 6. hoc eſt præparatos habebit affectus ad imitandā euangelicam pacem quam Chriſtus Dominus verbo & exem-

Deut. 33. plo docuit, diceturque ei illud Deutero. 33. Ferrum & æs calceamentum eius. Nam qui affectus ſuos in Chriſti imitationem dirigit, ferreos habebit animæ pedes. Ita vt poſsit ambulare ſuper aſpidem & Baſiliſcum & conculcare leonem & draconem, vt dicitur

Pſalm. 90. Pſalm. 90. (Et non dominetur mei omnis iniuſtitia) id eſt, nulla iniuſtitia, nam negatio præpoſita omnia negat & quidquid poſt ſe inuenit deſtruit & eius oppoſitū ponit, vt dicunt Summuliſtæ, & ſicut iuſtitia ſolet ſumi generaliter pro omni virtute: ita & iniuſtitia pro omni vitio. Ita quod vellit dicere, nullum mihi dominetur vitium, non dicit inſit, hoc enim impoſsibile eſt, ſed ne dominetur poſtulat, vt docet Pau. Nō ergo regnet peccatum in veſtro

Roma. 6. mortali corpore, non dicit non ſit, ſed non regnet, quia nulla ei nocebit aduerſitas, ſi nulla dominetur iniquitas, de quo conſule quæ ſupra tracta. 5. ſuper. 5. octona. diximus.

Vel ſecundò per omnem iniuſtitiam, fomitem intelligit, qui occaſionalis cauſa omnium malorum eſt, quem petit non dominari in virum, hoc eſt rationē mētis, ſed vt ſubter nos ſit appetitus no-

Genc. 4. ſter & nos dominemur illius.

VERSVS SEXTVS.

Redime me à calumnijs hominum, vt cuſtodiam mandata tua.

NON minimum præſtat impedimentum exquirentibus veritatem malorum calumnia, qui ſemper in bonos conuitia iactant, atque eis falſa imponunt crimina, quibus eorum bona fama denigretur, authoritaſque coram hominibus minuatur. Quæ cernens Propheta noſter, cum virtutis gradus aſcendere cæpiſſet, cum in ipſo primo gradū pedem fixiſſet, ſtatim ad-

tim aduerſus malorum calumnias ſe protegit, dicendo. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me Domine libera anima mea à labijs iniquis, & à lingua doloſa, & cum quæreretur, quid ſibi ad linguam doloſam, & cur tantopere eam timeret, ſubiungit tanquam rationem reddens. Ideò à labijs iniquis in tribulatione poſitus poſco, vt protegar: quoniam ſunt ſagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs. Vnde Prou. 25. Iaculum & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur cõtra proximũ ſuum falſum teſtimoniũ. Quare Eccle. 26. dicitur; A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit, delaturam ciuitatis & collectionem populi, (id eſt, cõſpirationẽ vel coniurationem communitatis) & calumniã mẽdacem, ſuper mortem autem omnia grauia, has calumnias, cum patitur iuſtus in periculo magno cõſtituitur, vt patet de Ioſeph & Suſanna. Quorũ vterq; ob falſas calumnias periculo mortis ex poſitus eſt, nulla enim peſtis efficacior ad nocendum, quã familiaris inimicus, ait Hieronymus. Vnde diabolus, & primũ parentũ & Iob, cum proprijs vxoribus ad tentandũ aggreſſus eſt, & diſcipulus qui ſimul cũ Domino capiebat cibos: eius proditor fuit. Vnde & ipſe Dominus tanquam grãde malum futurũ dixit; Inimici hominis domeſtici eius. Olim in Prouer. dicebatur; Deus eſt homo homini, hoc eſt, ſicut Deus hominibus neceſſaria prouidet: ita homo homini in adiutoriũ deberet eſſe tanquã alter Deus; modo autẽ dicitur, lupus eſt homo homini, nõ Deus, ſed diabolus, & ſatan: aduerſarius & calũniator, nõ Deus indigentijs ſuis prouidens, ſed lupus honorẽ omniaq; bona ſua deuorãs, ac dilacerãs. Quare optimè iuſtus petit ſe redimi à calumnijs hominũ, tanquã à tyrãnide quã Domini ſupra mancipia exercere ſolẽt, ſe poſcit redimi ne impedimẽto ſibi ſint, ad cuſtodienda mãdata Dei, bellum quippè ſemper eſt inter bonos & malos, licet Deus cõuertat in bonum iuſtorum. Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Sic Eccle. 33. Contra malum bonũ eſt, & cõtra mortẽ vita, ſic contra virũ iuſtũ peccator; Nam ſicut ex bono, & ex vita multa bona oriũtur ſic ex perſecutione peccatorũ, merita accreſcunt iuſtis, & aliquãdo eorũ iniuſta perſequutio eos ne corruãt tenet, nec enim (ait Aug. 11. de Ciuit. Dei. c. 18.) Deus vnum nõ dico Angelorũ, ſed vel hominũ creaſſet quẽ malũ futurũ eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet, quibus eos bonorum vſibus commodaret, niſi enim hoc intelligere vellet

Pſal. 119. Prou. 25. Eccl. 26. Hieron. Prouerb. Eccl. 33. Auguſt.

ſapiens non diceret; Contra malum bonum, & contra mortē vita: ſed è diuerſo, contra bonum malum, & contra vitam mors: ſic & contra virum iuſtum peccator qui eum tanquā mors & malū in perditionem mittit, nunc autē dicit, quod ſicut bonū malo obſtat, & vita morti, ſic & peccator in cauſa eſt aliquādo ne iuſtus peccet aut mortem incurrat. & Prou. 14. dicitur; Ambulans recto itinere & timens Deum deſpicitur ab eo, qui infami graditur via.

Prou. 14.

Alij de prælatis hoc intelligunt, qui à calumnijs & litibus temperare debent, vt Dei obſeruent mandata, ſunt enim veluti captiui & ſerui, cum temporalibus vacant, qui ad ſpiritualia munera aſciti ſunt, nam ſpiritualia totum vendicant prælatum. Vnde & Petrus alios conſtituit ad dirimendas lites, ſi quæ orirentur, vt totus verborum prædicationi deditus eſſet, ſicut habetur in itinerario Clemētis, ſic etiā dixerūt Apoſtoli Actor. 6. Non eſt æquum, nos derelinquere verbum Dei & miniſtrare menſis. & Paulus 1. Cor. 6. ait, Secularia iudicia ſi habueritis, cōtemptibiles qui ſunt inter vos: illos conſtituite ad iudicādum. & Exod. 18. dixit Iethro Moyſi; Stulto labore conſumeris, & poſt; Eſto in populo in his, quæ pertinēt ad Deū. Quare alij ſic legunt hoc carmē inter quos Caietanus Caie. Reddime me à lite Adam, quod eſt nomē hominis aſſumpti 1. Cor. 15. de terra, vt Paulus docet, dicens; Primus homo de terra terrenus, nos autem ſecundi hominis ſumus filij, quem Paulus dicit de cœlo cœleſtem. Quare cœleſtia tantum munia ſubire debemus relictis terrenis: nec indui oportet miniſtros Dei tunica ex lino & lana contexta.

Actor. 6.

1. Cor. 6.

Exo. 18.

Deute. 22.

VERSVS SEPTIMVS.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

HIc petit illuſtrationem fidei, quæ neceſſaria eſt ad ſalutem. Quoniam cum res creatæ, aliæ alijs ſubordinatæ ſint, hinc eſt quod perfectio naturæ inferioris non conſiſtit ſolum in his, quæ ex propria natura ei conueniunt: ſed etiam in eo quod participant à ſuperiori natura, patet in aqua cui duplex conuenit motus, alter in centrum ex propria grauis natura, alter fluxus & refluxus, ſecūdum quod lunæ ſubordinatus eſt, eōdē modo terræ proprium eſt deſcendere, ſecundum propriā naturā, quia grauis eſt, ger-

est, germinare autem secundum quod naturę superiori, hoc est Soli, subiecta est, sed natura rationalis sola (comprehendendo etiam Angelos) soli Deo subordinatur (vt supra tractatu quinto docuimus) igitur perfectio eius non solum consistit in naturalibus proprijs, sed etiam in illis quæ à Deo, cui soli immediatè subest, participat. Quare non est perfecta in sola cognitione naturali, nisi aliquid supra naturam à Deo, cui subest, communicet, sed scientia humana absque doctore non acquiritur, multo minus diuina & supernaturalis, cuius solus Deus doctor est, secundum illud Ioan. 6. Omnis qui audit à patre & didicit venit ad me. & Isaiæ. 54. Dabo filios tuos doctos à Domino. Quare hoc lumen supernaturale fidei hic poscit propheta. Hoc enim lumen est faciei eius, quo illum secundum quod finis supernaturalis est, cognoscimus, & talis perfecta cognitio in faciali visione consistit, cuius aliquod initium est fidei cognitio. Vnde Paulus. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in faciem Christi Iesu, hoc est, ille qui verbo suo diuisit lucem à tenebris: etiam ipse in cordibus nostris lumen fidei infudit, quo faciem Christi eius possemus agnoscere. Vide D. Tho. 2. 2. quæst. 2. articulo 3.

Ioan. 6.
Isaiæ. 54.
2. Cor. 4.
D. Tho.

Sed quoniam iam in secundo versu huius octonarij dixerat, quod fides illuminat corda, idem lumen modo poscit, sed extensius vt extendatur ad opera, & iustitias Dei explendas, est enim scientia operis distincta ab alia. Quare Dominus Matth. vlti. bis docere præcipit Apostolos gētes dicēs; Docete gentes baptizantes, docentes eos seruare omnia quæ præcepi vobis. Qui enim audiunt licet memoria teneant quod audiūt, nequaquā didicisse putandi sunt: nisi faciant quod audiunt, veritatis enim hoc verbū est; Omnis qui audiuit à Patre, & didicit venit ad me, qui ergo non facit, hic non venit, non didicit, vt ait hic D. Augustinus. Quare totiens repetit hanc petitionem, doce me iustificationes tuas, ad insinuandum ardens desiderium obseruandi ea. Nam scriptum est Ecclesiast. 3. Quæ præcipit tibi Deus illa recogita semper, & insuper vacuis rebus noli scrutari multipliciter; non enim sufficit illuminatio veritatis sine operatione virtutis: quoniā ex operibus innotescit quantum homo in sacra Scriptura profecerit.

Matth. vlt.
Ioan. 6.
Augustin.
Eccl. 3.

At vero quoniam apud Hebræorum phrasim faciem ostendere, est benevolum beneficumque se præstare, secundum illud

quod

Exod. 33. quod Moyſes petebat Exodi. 33. vt oſtenderet Deus ſibi faciem ſuam, hoc eſt, quod cum ſe oſtendiſſet iratum contra populum propter idololatriam, iam ſibi placatum fore poſcit, oſtendendo faciem ſibi, id eſt, ſigna beneuolentiæ. Eo modo loquendi, quo nos dicere ſolemus ei, quem placatum nobis volumus, (volued me aca eſſe roſtro.) Vnde Sponſus; Oſtende mihi faciem tuam, ſicut è contra auertere faciem eſt iratum ſe Deum demonſtrare cõtra aliquem, ſecundum illud Iob. Cur faciam tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum? Cum hoc ergo ita ſit, poſtulare, vt Deus illuminet faciem ſuam ſuper eum: eſt petere, vt ſibi placatum, ac beneuolum vellit eſſe. Vnde verſu ſequenti, lachrymis intendit eum placare cum dicit; Exitus aquarum deduxerũt oculi mei, ſic Pſalmo. 66. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſic per nos, & miſereatur noſtri.

Cant. 2. Iob. 13. Pſal. 66.

Vel tertiò per faciẽ Dei intellige effectus ſuæ bonitatis, quam ſuper nos illuminat, quando plenam ſui notitiam communicat nobis, quem ſenſum Ricardus docet, dicens; In facie omnes ſenſus corporei abundant, ſuam ergo faciem Deum oſtendere, eſt plenam ſui notitiam mentis oculis infundere. Quid eſt ergo faciem tuam illumina, niſi oſtende mihi ſapientiam tuam, ne errem, miſericordiam, ne deſperem? Doce iuſtitiam tuam, vt non preſumam: innoteſcat mihi bonitas tua, vt te amen in donis tuis: innoteſcat mihi paſsio tua, ne ſuccumbam in malis meis. Et attende quod dicit; Super ſeruum tuum, vbi multa genera ſeruitutis oſtendit, quoſdam enim ſeruos efficit ipſa eorum natura (ait Richardus) quoſdam belli neceſsitas, alios humilitatis magiſtra charitas, ſeruiam ergo creatori meo iure conditionis, obſequar regi meo, ex reuerentia maieſtatis, ſubijciar ſaluatori meo, ex debito charitatis. Quantum apud eum poſsit voluntaria ſeruitus intelligo, & idcirco magna petens, humilitatis meæ obſequium humiliter recolo, & dico; Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum. Patet quod fortiter ſe vendicat à ſeruitute peccati, qui ſe non dubitat vocare ſeruum Dei.

Richardus

(Et doce me iuſtificationes tuas.) Me, inquit, non dico diabolum non Angelum. Quia his ille ſemel reprobatus informari non debet: nec ille in bonis confirmatus indiget iſtis doceri. Alij per faciem intelligunt Chriſtum qui facies Dei eſt, de quo ſupra verſu ſecundo octonarij octaui.

VERSVS

VERSVS OCTAVVS.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

HIc fatetur ſe pœnitere tam de ſuis, quam de aliorum erratis. Vera quippè pœnitentia eſt (ait hic Hieronymus) iugiter fletibus commiſſa diluere, & abluta non iterare Threno. 3. dicitur; Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei, ſuper quo loco D. Greg. 3. paſt. & ſuper ſeptem Pſalmos pœniten. Pſal. 101. docet, quod in verè pœnitentibus, tanta debet eſſe abundantia lachrymarum, vt diuidantur ſicut aquæ diuiduntur ad irrigandum diuerſas terræ partes, ſecundum induſtriam hortulani, nam tunc diuiſiones aquarum deducimus, cum ſingulis peccatis ſeorſum lachrymas damus. & Heſt. 14. legitur, quod ipſa regina omnia loca, in quibus lætari conſueuerat crinium laceratione compleuit. Et ſicut Pharmacapola, & Pigmentarius, ex diuerſis hortis herbas colligunt, quas ibi ſciunt naſci eſſeque contra malos humores & vulnera proficuas intelligunt, eaſque tundunt in mortariolis, atque ex eis vel fomēta & emplaſtra, vel ſuccus, quibus euacuationes fiant conficiunt: ſic peccator recogitare debet loca in quibus commoratus eſt, atque peccata quæ ibi commiſit in mētem reuocare, in tali ciuitate hoc feci, in tali domo talia verba loquutus ſum, vel tale deſiderium habui, ac omnia hæc in mortariolo cordis ſui, per contritionem tundere ac conterere: lachrymiſq; ſuis liquefacere, ac diluere, & bibere talem amarum potum cum fletu, vt ſic purgationem peccatorum ſuorum faciat, & dicat cum Ezechia Rege. Cogitabo tibi omnes annos meos, in amaritudine animæ meæ, talem potum hauriuit, Petrus, Magdalena, ac cæteri peccatores, quo ſani effecti ſunt, ſed hæc medicina continua, ac diuturna debet eſſe ex neceſsitate, vt nunquam peccatum placeat, ex bene eſſe, vt ſemper diſpliceat ſitque tempus per ſingulos dies decretum, ad deflenda crimina, vt Pſal. 6. Per ſingulos dies lachrymis meis ſtratum meum rigabo. & D. Petrus ad galli cantum quotidie ſurgebat, ad deflendum peccatum ſuum. Thren. 2. Deduc quaſi torrentem lachrymas, per diē ac noctem non des requiem tibi, nec taceat pupilla oculi tui; Per diem ac noctem, id eſt continue, nam ſicut cum Pſal. 29. dicitur; Ad veſperam demorabitur fletus, ſignificatur, quod nō erit diuturnus:

Hieron. Thren. 3. Gregor. Heſter. 14 Simile. Eſa. 38. Pſal. 6. Thren. 2. Pſal. 29.

turnus:ita cum dicitur;Per diem & noctem,ſignificatur cõtinua-
Horatius. tio,vt eſt illud Horatij in arte Poetica.

Vos exemplaria Græca nocturna verſate manu:
Verſate diurna.

Deut.28. Deuter. 28. Timebit nocte & die, & non credes vitæ tuæ, mane
dices;Quis mihi det veſperum? & veſperi,quis mihi det mane?Per
Gen.1. veſpere,& mane intelligitur dies ac nox per ſinedochem,ſecundũ
illud;Factũ eſt veſpere & mane dies vnus. Continuus ergo dolor
deberet eſſe ſuper peccatũ mortale cõtra Deũ cõmiſſum.Sed quia
in actu fieri non poteſt propter alia occurrentia ad quæ animus
debet attendere,ſatis eſt vt in habitu id habeat,hoc eſt paratus ſit
atque habituatus vt ſibi ſemper diſpliceat peccatũ,cum memoriæ
occurrerit licet hoc non neceſſariũ ſit vt diximus,ſed maximè cõ-
gruũ atq; cõueniens,poſt primã diſplicentiã, quæ expreſſa debet
eſſe peccati mortalis commiſsi, vt Theologi docent,in materia de
pœnitentia,per illam enim deletur peccatũ,ſed quod neceſſarium
ſemper eſt,quod nunquã placeat peccatũ. Obſeruandũ, duplices
ſunt lachrymæ,quædã dulces,quædã amaræ,dulces ille ſunt quæ
ex deuotione & affectu animi effunduntur.Quales erãt illæ,quas
Auguſt. D.Aug.effundebat cũ Deo in cõmunibus officijs pſalleret,vt ipſe
lib.confeſſ.fatetur,dicẽs;Flebã autẽ vberrime in Hymnis, & Can-
ticis ſuaue ſonãtibus Eccleſiæ vocibus vehemẽter affectus,& flue
bant lachrymæ & bene mihi erat cum illis. Aliæ ſunt lachrymæ
D.Petrus. amaræ,quales pro peccato funduntur, vt D. Petrus poſt peccatũ
egreſſus foras fleuit amarè.Has debet peccator in abundãtia emit
tere,& dicere;Exitus aquarũ, vel,riuos aquarũ,vt alij legũt, dedu-
xerunt oculi mei,(haſe de hazer fuentes y arroyos.) Secũdũ illud
Ierem.9. Iere.9.Quis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontẽ lachryma-
rũ?Deſiderabat in ſeipſo fontẽ habere, à quo lachrymæ abundan
ter effluerent, quibus & peccata ſua delerentur, nam peccator in
ſeipſo habet profundiſsimum puteum, à quo lachrymarum ri-
uos educere poſsit,nempe altiſsima, conſideratio peccati morta-
lis contra Deum commiſsi.Ex hoc enim quod peccatum eſt con-
tra Deum qui infinitus eſt,quandam etiam infinitatem commu-
nicat, ex qua dignus fit vt infinitè de eo doleat, qui commiſsit,
ac proinde,ſi infinito tẽpore duraret pœnitens,& per totã vitam
de peccato pœniteret, non maiora,quàm quæ peccato debentur,
ſolueret.

ſolueret. Ex hoc enim puteo riuos illos lachrymarū Magdalena deduxit, quibus pedes Domini abluit, quæ cum ex profundo corde deducuntur totam lauant animam,& cum per fontes oculorum exeunt iam mundæ veniunt,& lauare pedes Domini poſſunt, quoniam iam à profundo vſque ad ſummum animam lauerunt, cum ab imo cordis exeuntes totam mundauerunt animam,ſecundum illud Pſal. De profundis clamaui ad te Domine. Hæ autem lachrymæ inuiſibiles ſunt aliquando, nempe quando anima vere dolet diſplicentq́; illi maximè peccata fundunt enim aliqui Chriſtiani faciles ac ſuperficie tenus lachrymas, quæ cum ex intimo non procedant nec lauant animam, nec mundæ ſunt, ac proinde nec ad pedes Dominicos lauādos dignæ. Quādo autē ex profunda cōſideratione,ac diſplicentia peccatorum per oculos defluunt,iam habet pœnitēs irriguum inferius,& ſuperius, quod Axa filia Chaleb ſuſpirans in aſina, poſtulauit à patre ſuo, anima in corpore ſuſpiria emittens, ſi has duplices lachrymas internas, & externas accipit, etiam & duplex irriguum inferius & ſuperius habet; quo terram arentem & ſterilem, qualis eſt peccatoris anima,fœcundet ac feraciſsimam reddat. Hæ lachrymæ peccata diluunt, ita vt amplius à Deo non legantur, quod Dominus inſinuauit Ioan. 8. cum peccata hominum, digito, ſcribebat in terra. Nam ea quæ in puluere ſcripta ſunt, ſi aqua abluantur delentur, & abſterguntur,vel ſi inſufflentur etiam cooperiuntur, ſic peccata quæ Deus contra nos ſcripta reſeruat, vna lachrymula diluuntur ſi ex corde procedit, vnoq́ue ſuſpirio propelluntur tāquam à vento:ita vt amplius nō legantur à Deo; Nam peccati ſuper quod gemitus emittit peccator,obliuiſcetur Deus,vt dicitur Ezech. 18. & Iſaiæ. 1. cum Dominus pœnitentiæ opera docuiſſet, dicens; Lauamini mundi eſtote,&c. Subiungit dicens; Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus velut lana alba erunt.Non quod ipſa peccata vnquam munda ſint, ſed quod peccator qui flet peccata ab inquinamento eorum mundus euadit, nec peccata per ſe placent Deo,ſed peccata per pœnitentiam deleta, hoc eſt dicere; Si Deo diſplicet peccatum:placet tamen ei dolor de peccato. Quare talia peccata in honorem eius cedunt,cum ipſe deleuerit, & flentem pro ipſis, & fletus peccatorum admittens. Vnde cum deformis, ac fœda ad pedes Domini Magdalena acceſsiſſet, lachrymis ita abluta

Luc. 7.

Ioſue. 15. Figura.

Ioan. 8.

Ezech. 18.

Eſa. 1.

ita abluta ac formoſa effecta eſt, vt iam ad caput Domini ſicut altera Ruth euehi meruerit.

Simile. Richar. Solent agricolæ, ait Richardus, ſiccitatis tempore fontium riuulis terram rigare, ne ariditate nimia ſemina nequeant multiplicari, terræ commendata. Ad horum imitationem Pſalmiſta imbre gratiarum tardante deſcendere, operum ſuorum fructus lachrymarum vnda non negligit infundere. Sciendum tamen eſt, ait, quod aqua quæ in locis ſublimibus oritur, facilè iuxta deducentis votum, ad humiliora quæque loca irriganda deriuatur, quæ autem in imo defluit, ad fundenda eminentia non facilè aſſurgit: ſic nimirum deſideriorum vena, quæ in infimis labitur, ad ſublimia appetenda non attollitur, & qui non niſi terrena appetit cœleſtia deſideria neſcit. Vis & tu ad prophetæ ſimilitudinem, aquam hanc ſalubrem deducere? memineris ſublimia cõcupiſcere, & humilia de te ſentire. Tunc facile eſt de deſideriorum tuorũ collibus, ad deuotionis tuæ vallem compunctionis fluenta diſcurrere. (Hæc Richardus.) Nam ſicut duplex eſt aqua, alia pluuialis de cœlo, alia quæ in ipſa terra naſcitur. Ita eſt duplex aqua lachrymarum, pluuiales, nempe lachrimæ quæ veniunt pro deſiderio cœleſtis patriæ, & aqua fontis, vel fluminis, hoc eſt lachrymæ emiſſæ pro amiſsione terrenorum. Primæ lachrymæ ſunt fœcundæ, & non aliæ, nam Philoſophus. 7. de animalibus dicit; Quod aqua pluuialis magis eſt fructifera, & magis conuenit plantis quã aqua fontis vel fluminis, & nihil vniformiter bene creſct, niſi aqua pluuiali imbibatur. Vnde Pſal. 79. Cibabis nos pane lachrymarum. Deducitur ergo aqua ab oculis (ait iterum Richardus) quando alternis vicibus nunc hæc nunc illa fletu culpa diluitur. Cum viciſsim modo pro hac, modo pro illa gratia fletus effunditur. Deducit aquam, qui nunc ſua, nunc aliena deflet delicta: vel qui nunc pro ſua, nunc pro aliena compungitur miſeria. Diuidit aquam, qui quandoque luget mala, quæ committit, quandoque bona quæ omiſsit. Diuiditur aqua, quando viciſsim, nũc pro metu infernalium tormentorum: nunc pro deſiderio lugetur cœleſtiũ gaudiorum. Iuſti quippè, & mala præſentia, & cœleſtium bonorum dilationem lugent. Ideo quippè (ait D. Auguſt. de ſermone Domini in monte) tertiæ beatitudini, nempe; Beati qui lugent, reſpondet donum ſcientiæ, nam ex hoc quod iuſti per donũ ſcientiæ intelligunt mala præſentia, & bona futura ad quæ conſequẽda impedi-

Ariſtot. Pſal. 79. Richar. Auguſt.

impedimento ſunt inſtantia, lugubres ac triſtes incedunt, lugent etiam ſua peccata & aliena. Vnde Ezech. 9. præcipitur viro in duto lineis, vt ſignaret Thau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ fiebant in terra. & Pſal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus. Quando ergo & mala præſentia, & bona futura lugemus habemus irriguum ſuperius & inferius, quod filia Chaleb poſtulauerat. Bene ergo, ait Pſalmiſta. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Sed quæ eſt cauſa tanti fletus? ait Richardus. (Quia non cuſtodierunt legem tuam.) Væ mihi miſero, cui quotidie dolere incumbit & flere, non ſolum pro eo Domine, quòd oculi mei non cuſtodierunt legem tuam, ſed eo vel maximè, quod necdum cuſtodiunt. Verumtamen hoc mirum eſt cur non maluit dicere, quod non cuſtodiui legem tuam, ſed quia non cuſtodierunt legem tuam. Attamen ſi diceret ego non cuſtodiui, voluntatem vtique culparet oculorum. Itaque culpa increpatur & ſolummodo defletur, quid eſt igitur culpam oculorum deflere, niſi quod in diſcretione erraſſet, hæc gemendo defleret? Tunc enim oculus peccat, quando diſcretionis iudicium errat, oculum ergo offendere eſt ex intentione bona, ſed parum diſcreta in aliquod malum incidere.

Ezec. 9. Pſal. 41. Ioſuæ. 15. Richardus

Sed aliqui de alijs intelligunt, nimirum cum dicitur, quia non cuſtodierunt legem tuam ſubintelligit peccatores. Oculi enim viri iuſti deducunt lachrymas propter tranſgreſsiones peccatorum, quomodo de Samuele legimus, quod lugebat Saul 1. Regum. 15. Nam charitas non gaudet ſuper iniquitate. Sed potius dolet, & vera iuſtitia habet compaſsionem, ſicut & falſa dedignationem, vt ait Gregorius, & Chriſtus Dominus videns ciuitatem fleuit ſuper illam. Et hic eſt panis, quem manducant Dei miniſtri, ſecundum illud Pſal. Surgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris, nam peccata populi comedunt ſacerdotes, quare & ea deflere debent. Vnde dicitur; Inter veſtibulum, & altare plorabant ſacerdotes, miniſtri Domini dicentes; Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionem, (toda ſu vida andan llorando duelos agenos.)

1. Reg. 15. 1. Cor. 13. Gregor. Pſal. 126. Oſeæ. 4. Ioel. 2.

DECIMVS OCTAVVS OCTONARIVS.

ע

1. Zadi. Iuſtus es Domine: & rectũ iudicium tuũ.

2. Zadi. Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.

3. Zadi. Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

4. Zadi. Ignitum eloquium tuum vehemẽter: & ſeruus tuus dilexit illud.

5. Zadi. Adoleſcentulus ſum ego & cõtemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

6. Zadi. Iuſtitia tua iuſtitia in æternũ: & lex tua veritas.

7. Zadi. Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

8. Zadi. Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVS OCTAVVS.

VERSVS PRIMVS.

Iuſtus es Domine: & rectum iudicium tuum.

Induit perſonam magnę perfectionis.

IN hoc decimooctauo octonario Propheta induit perſonam tantæ perfectionis, vt afflictus non ſolum conſtans ſit, ſed affligatur, quia ſe affligentes obliuiſcũtur legis Dei. Quæ perſona explicatur in tertio verſu

verſu cum dicitur; Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Vel anguſtatores mei, vt legit Caietanus ex Hebræo. Vbi clare explicatur tantæ perfectionis zelus, vt non doleat de proprio malo. Sed quia inimici deſpiciant legem Dei. Talis fuit zelus Heliæ cum dicebat. 3. Regum 19. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo Iſrael: quia dereliquerunt pactum Domini filij Iſrael: prophetas tuos occiderunt gladio, & altaria tua ſuffoderũt, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Eſt autem cauſa tanti zeli huius, iuſtitia, veritas, & puritas diuinorum præceptorum, nam tam munda, tam iuſta, tam vera mandata deſpici, magnæ triſtitiæ, ac piiſsimi zeli cauſa eſt. Quanto enim melior res eſt, quam indignè pati videmus, tanto vehementius aduerſus inflictores accendimur. Litera autem, quæ huic octonario additur eſt, Zadi, vel Sade, decima octaua in ordine, quæ interpretata dicitur conſolatio vel iuſtitia, hoc enim maximè mœrorem temperat iuſti, quod omnia à diuina prodeunt iuſtitia, in ipſamque tandem reducenda ſunt, cum iuſtitia ſit principium & finis viarum Dei, vt ſtatim videbimus, & quod afflictiones quas patitur ab ipſo Deo permittente, & ordinante ſunt, quas ideo æquo animo fert. Vnde Iob ſexto. dicitur; Et qui cœpit ipſe me conterat ſoluat manum ſuam & ſuccidat me. Et hæc mihi ſit conſolatio, ſi affligens me doloribus non parcat, nec contradicam ſermonibus ſancti. Solatium iuſtis eſt ſi afflicti à Deo patienter ferant manum eius, nec eius iuſtitiæ contraire velint. Quod Iob de ſeipſo fatetur confundens Eliphaz, qui eum impatientiæ, ac iræ contra Deum arguerat. Vel vt Diuus Gregorius, in illo loco docet. In hoc iuſti conſolantur afflicti, quoniam in præſenti vita puniri indicium eſſe ſolet, quod non ad futura reſeruentur ſupplicia. Hinc illa ſanctorum vox; Domine, hic ſeca, hic vre, vt in æternum parcas. Conſolantur etiam & de diuina miſericordia, qua afflicti liberantur à miſeria ſecum conferentes illud Pſalmi ſeptuageſimoſexto. Nunquid obliuiſcetur miſereri Deus: aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? & etiam conſolantur de ſpe veniæ: quoniam omnibus verè pœnitentibus plena promittitur, & datur venia, ſecundum illud Ezechielis decimooctauo. In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.

Caietanus

1. Reg. 19.

Iob. 6.

Gregor.

Pſal. 76.

Ezech. 18.

Qui enim ſeipſum pro peccato punit ſufficienter, amplius non punitur à Deo. Quoniam Deus non punit bis in in idipſum. Præſtolatio etiam gloriæ magnum iuſtis ſolatium eſſe ſolet, in memoriam reducentes illam Domini ſententiam; Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Denique ipſa Dei iuſtitia magna
Ambroſ. probis conſolatio eſt, conſiderantes, vt hic ait Ambroſius, quoniam ſicut Deus eſt vltor culpæ, ita moderator eſt pœnæ: ſicut vindex eſt peccatorum, ita remunerator eſt virtutum, qui ſinit nos ſæpe tentari volens iuſtè præmia dare.

Vel poſt exitum lachrymarum conſolatur iuſtus. Quoniam
Tob. 3. vt dicitur Tobiæ. 3. Deus poſt tempeſtatem tranquillum facit, & poſt lachrymationem, & fletum exultationem infundit. Denique commune proloquium eſt; Poſt nubila Phebus. Dicit ergo iuſtus zelo iuſtitiæ Dei accenſus. Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum. Acſi diceret. Quid mirum, ſi mea ac aliorum peccata defleam, cum ſciam te non ſolum miſericordia (qua ſibi blandiuntur impij) ſed & iuſtitia præditum eſſe, rectaque iudicia à te prodire, ſicuti ſimiles fructus à ſimili producuntur planta, vt ab oliuarum arbore oliuæ oriri ſolent: ita à te iuſto Deo, iuſta etiam iudicia prodeunt, quibus omnium errata æquo pondere punire non deſinis, teſte Beato Iob
Iob. 9. qui dicit; Verebar omnia opera mea ſciens, quod non parceres delinquenti.

(Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.) Iuſtus à iuſti-
D.Tho. tia dicitur; Quæritautem Diuus Thom. 1. parte quæſtione. 31. an in Deo ſit iuſtitia. Et per hanc reſpondit diſtinctionem. Duplex eſt iuſtitia altera commutatiua: altera diſtributiua, commutatiua præſupponit debitum, vt quando pro eo quod recepi, remanet in me obligatio, vel reddendi, vel ſoluendi, quod fit per contractus omnes, qui inter homines in vſu ſunt, vt do, vt des: facio, vt facias. Vnde. ff. de verborum obligationibus. dicitur; Contractus eſt vltro, citroque obligatio, vt patet in emptionibus & venditionibus. Hæc autem iuſtitia non eſt in Deo. Quoniam, nec vlli debitor eſt, nec ab alio accipit ali-
Rom. 11. quid, ſecundum illud Romanorum. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Non enim quiſquam ſuo munere, obligationem reddendi imponit Deo, ſed potius ipſe omnibus affluenter tribuit. Eſt altera iuſtitiæ pars, quæ diſtributiua dicitur, & eſt

propria

propria principis ac gubernatoris, qua bona communia ſubditis diſtribuit, ſecundum cuiuſque proportionem. Hanc autem diſtributiuam iuſtitiam in Deo ponimus, qui tanquam omnium rerum moderator, omnibus tribuit, ſecundum quod cuiuſque rei natura ſeu conditio efflagitat. Vt v. g. orbibus ſuum motum, homini animam rationalem & corpus ad illius operationes aptum: cæteris rebus ſuos inſtinctus, quibus naturales ſuos fines aſſequantur ad quos, natura ipſa, propenſæ ſunt: ſecundum quod ſapientiſsime docet Diuus Dionyſius capite. 8. de diuinis nomi- D. Dion.
nibus, dicens; Oportet videre in hoc eſſe veram Dei iuſtitiam, quod omnibus tribuit propria, ſecundum vniuſcuiuſque exiſtentium dignitatem, & vniuſcuiuſque naturam, in proprio ſaluat ordine, & virtute. Hæc Dionyſius. Homini quidem rationis vſum tribuit, & non bruto, quia id vnius natura poſcit non alterius, hanc ergo diſtributiuam iuſtitiam, in Deo aſſerimus. Sed quoniam quælibet iuſtitia nonnullam rationem debiti includit, operæpretium erit ad huc ſecundum eiuſdem Diui Thomæ doctrinam aduertere, quod dupliciter hæc ratio debiti in Deo conſiderari poteſt, vel reſpectu ſuæ bonitatis, quoniam ſic condecet ei, vel reſpectu creaturæ quoniam id eius conditio poſcit. Licet hæc ſecunda ratio debiti ad priorem reducatur: quoniam id vnicuique rei debitum eſt, quod diuina ſapientia diſpoſuit ſibi conuenire. Quare omnia tandem in Deum reducuntur, & vt ordo quem ipſe inſtituit in rebus à ſe conditis conſeruetur. Deus autem cum ſit vniuerſaliſsimus omnium finis ad nihil aliud ordinatur niſi ad ſeipſum. Vnde Sapiens Prouer. 16. Prou. 16.
Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Quare vt vrbano, ac proprio ſermone loquamur, (hablando corteſanamente.) Non ita propriè dicimus, quod Deus quod debet creaturæ, ei tribuit, ſed potius, quod ſibi ipſi debet, elargiri, qui talem ordinem ac conditionem rebus à ſe conditis indidit. Veluti qui rempublicam de nouo inſtituit, ſibi ipſi debet, vt ordinem à ſe inſtitutum conſeruet in ea. Vnde Paulus. Fidelis eſt 2. Tim. 2.
Deus ſeipſum negare non poteſt. Quare iuſtitia in omnibus Dei effectibus inuenitur ab ipſaque prodeunt, & in ipſam demum reſoluuntur, imo & in ipſis effectibus miſericordiæ, Dei iuſtitia inuenitur, ſecundum celebrem illam ſententiam Diui Anſelmi in Prologio capite. 10. vbi ſic dicit; Cum punis malos, Anſel.

iuſtum eſt, quia eorum meritis conuenit, cum parcis malis iuſtum eſt, quia bonitati tuæ condecens eſt. Et ſtatim capite. 11. ſic ergo naſcitur de iuſtitia tua miſericordia, quia iuſtum eſt te ſic
Sap. 12. eſſe bonum, vt parcendo ſis bonus. Vnde & Sapien. 12. dicitur; Virtus tua iuſtitiæ initium eſt, & ob hoc, quod omnium Dominus es, omnibus te parcere facis, virtus tua, id eſt fortitudo tua iuſtitiæ initium eſt, hoc eſt dicere, quod fortitudo, quæ alios iniuſtos ſæuoſque facere ſolet, in te iuſtitiæ, ac bonitatis initium eſt, & ob hoc quod omnium Dominus es omnibus te parcere facis, hoc enim boni principis proprium eſt, vt dominatu, non in ſæuitiam, ſed in miſericordiam vtatur; à iuſtitia ergo miſericordia, ac clementia ortum habent, quod ipſa rerum natura indicat, nam in animalibus videmus fortitudinem, ſimul cum clementia ac manſuetudine mixtam. Leo fortiſsimus beſtiarum, qui ad nullius pauet occurſum, ſimul clementiſsimus ac vrba-
Solinus. niſsimus eſt. Solinus de mirabilibus mundi, ſic de leone dicit, Leonum clementiæ inditia multa ſunt, proſtratis parcunt, in viros potiùs quam in fœminas ſæuiunt, infantes non niſi in magna fame perimunt, nec à miſericordia ſeparantur. Hæc Solinus. Vnde & verſus;

Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis.

Et per oppoſitum Deus animalia crudelia poteſtate priuauit, vt patet, de caniculis qui maximè cholerici, ac ſæui ſunt, ſed quia carent viribus latratibus ſuam ſæuitiam manifeſtant. Ecce iuſtitiam ac fortitudinem, quomodo miſericordiam pariat ac nutriat, nec hoc ſolum, imo ipſa miſericordia nihil aliud videtur eſſe quam liberalis ipſius iuſtitiæ, ac copioſa executio. Vt verbi gratia, iuſtitia exigit, vt omnibus rebus, ſecundum cuiuſque naturam prouideatur, miſericordia, id largiter ac affluenter tribuit. Vt quia iuſtitia Dei præmia bonis decreuit, miſericordia talia largitur præmia ac inſtituit, quæ in infinitum ipſum operum noſtrorum valorem excellant, ſecundum illud Pauli Ro-
Rom. 8. manorum. 8. Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, hoc eſt, quod vniuerſa congeries operorum noſtrorum, ſecundum ſe conſiderata, non adæquant præmium, quod pro eis largitur Deus, quod eſt ipſemet Deus, omnia infinita ſuperans, ac excellens.

Item

Item iuſtitia exigit, vt homini ſuus præſtituatur finis, ſicut & cæteris rebus, mediaque decernantur ad talem finem congrua, miſericordia ei altiſsimum præſtat finem, nempe ipſum Deum, prout in ſe ipſo eſt: ad quem conſequendum, ſuperexcellentia media etiam inſtituit, nempe gratiam cæteraſque ſupernas virtutes, quibus diuinæ naturæ conſortes efficimur, vt dicitur 2. Petri. 1. Ecce qualis, ac quanta in Deo iuſtitia ſit. Quare in vltima retributione, quando Deus illam manifeſtabit prout iuſtitia diſtributiua exigit, omnibus reddet ſecundum opera ſua, atque in hac vita aliquod ſpecimen huius iuſtitiæ oſtendit cum peccatores punit, ſecundum illud Danielis. 9. Omnia quæcunque feciſti nobis Domine in vero iudicio feciſti; quia peccauimus tibi, & mandatis tuis non obediuimus. Vel rurſus cum eos impunitos in hac vita relinquit, vt ad æterna reſeruet ſupplicia, & ſic intelligunt nonnulli illud Sapientiæ. 12. Ipſum quoque qui non debet puniri condemnas, hoc eſt, impium quem ad æternos ignes damnas, non punis hic: quia ſecundum iuſtitiæ tuæ ordinem illum correctionis tuæ flagellis non cædis, quibus quos diligis caſtigas, vt reſipiſcant ne pereant, nam ſecundum iuſtitiam Dei non debent illi puniri ſicut filij, ſed ſuæ relinqui voluntati, qua in æternum ignem præcipites ferantur, rectè ergo dicit Propheta de Deo; Iuſtus es Domine & rectum iudicium tuum, quoniam omnia à rectiſsima prodeunt Dei voluntate.

2. Petri. 1. Dan. 9. Sap. 12.

Secundo dico, quod ſæpè in Scriptura cum Deus dicitur iuſtus, ſic accipere conuenit, non ſolum quod in ſe ſit iuſtus, ſed ideo iuſtus dicatur, quia nos iuſtos ac probos efficiat, nam quæ Deo & Chriſto ſaluatori noſtro Scriptura tribuit, omnia ad nos referenda ſunt eo quod, non quid Deus in ſe, ſed quid nobis eſſe ſoleat ſcriptura prædicet. Quare illa verba Zachar. 9. Rex tuus venit tibi iuſtus, ſic accipienda ſunt, venit vt te iuſtificet, ſola ſua gratia per ſe ipſum. Quo ſenſu vtitur hoc vocabulo Pau. cum Rom. 3. dicit; Vt ſit ipſe iuſtus, ac iuſtificans, & hæc iuſtitia, qua Deus dicitur iuſtus, quia nos efficit iuſtos, maximè magnifacit ipſum Deũ, ipſamq; eius bonitatẽ in infinitum cõmendat. Nam cum virtus & efficacia cauſæ in effectu cognoſcatur, quãto virtus eius ad diſtãtiores effectus extẽditur tanto maior, ac efficacior erit, ficut ignis, qui longè diſtãtia comburit, maioris virtutis ac efficaciæ oſtendi-

Zachar. 9. Rom. 3.

tur: quam qui propinqua ſolum exureret. Cum ergo longo in-
Pſal. 118. teruallo ac penè infinito peccator à Deo diſtet (quia longè eſt
Lucæ. 15. à peccatoribus ſalus, & filius Prodigus in regionem abijt lon-
ginquam) ſi illos attingit eius bonitas, magnitudini eius maxi-
mè atteſtatur; quàm ſi iuſtos, qui ſibi propinquiores ſunt, ſal-
Auguſt. uaret. Vnde D. Auguſt. in Manuali capite. 32. ſic ait; Cum totus,
& ſummè iuſtus ſis tu, idcirco malis etiam benignus es: quia
totus & ſummè bonus es. Minus nanque bonus eſſes, ſi nulli ma-
lo eſſes benignus: melior eſt enim, qui & bonis ſimul & malis,
bonus eſt, quàm qui bonis tantum bonus eſt: & melior eſt qui
malis & parcendo, & puniendo bonus eſt, quam qui puniendo
tantum, ideo ergo bonus es, quia totus & ſumme bonus es.

VERSVS SECVNDVS.

Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.

DIxi iudicia tua rectiſsima eſſe, ac æquiſsima: inſuper dico,
quod valde, & diſtrictè admodum præcepiſti obſeruari
præcepta tua, quæ ſunt iuſtitia & veritas, id eſt, in iuſti-
tia & veritate diſpoſita præcepta tua, quæ non niſi iuſtitia, &
veritas ſunt, id eſt, iuſtiſsima & fideliſsima tu mandaſti cuſto-
diri valde. Vbi aduertendum, orationem iſtam ſic debere con-
ſtrui vt accuſatiuus ille, Teſtimonia tua, cum alijs duobus iu-
ſtitiam & veritatem coniungatur per appoſitionem, hoc ordine,
Tu mandaſti nimis teſtimonia tua, iuſtitiam & veritatem, hoc
eſt, quæ teſtimonia ſunt iuſtitia & veritas. Vel ſic; Mandaſti ni-
mis iuſtitiam & veritatem teſtimonia tua, hoc eſt, quæ iuſtitia
& veritas eſt teſtimonia tua, & hanc conſtructionem, aliquan-
to etiam commodius ſuſcipiet oratio, ſi pronomen, tuam, ſe-
cundo loco omittatur, quod nec in Hebræo, nec in Græco le-
gitur quod eſt dicere, quod Deus præcepit nimis cuſtodiri
mandata ſua, quoniam iuſtitia ſunt & veritas, vel quod man-
dauit nimis obſeruari iuſtitiam & veritatem, quoniam hæc iu-
ſtitia, ſcilicet, & veritas, ſunt teſtimonia Dei, nempe teſtificantia
Caietanus Deum ipſum eſſe iuſtum, & veracem; Nam, vt ait hîc Caietanus,
iuſtitia & veritas, non qualitercunque, ſed valde teſtificantia ſunt
Deum iuſtum: ad differentiam naturalium operum, quæ ſunt

minora

minora teſtimonia Dei, grauius quippe teſtimonium de Deo habemus ex eo, quod eſt author iuſtitiæ & veritatis, quã ex eo quod eſt author naturæ. Vnde in die iudicij, qui eſt dies deſtinatus iuſtitiæ, innoteſcet Chriſtus omnibus tanquam Dominus vniuerſorum, & omnia ſubiecta erunt ei; Nam hodie nõ omnia videmus ei ſubiecta, vt docet Paulus. 1. Corinth. 15. Tunc enim ſuppedaneos tenebit inimicos, & omnibus palam erit claritas eius. Apponit autem aduerbium, valde, vel, nimis, dicẽdo; Mãdaſti teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis: quoniam Deus ea quæ ſunt naturalis iuris nempe præcepta naturalia, & moralia nimis præcepit ac valde, cæremonialia autem non itidem. Quoniam illa ſunt iuſtitia & veritas in perpetuũ, iſta ad tempus iuſta & vera, & illa ſunt quæ ſimpliciter & abſolutè pro teſtimonijs ſuis ſtatuit Deus. Niſi dixeris, quod aduerbium, valde, determinat ſubintellectũ verbum ſuſtantiuum eſſe, vt ſit ſenſus; Præcepiſti iuſtitiã & veritatem eſſe valde teſtimonia tua, Sed quoniã de hoc plura verſ. 4. primi octonarij dicta ſunt, vbi dicit propheta; Tu mandaſti mãdata tua cuſtodiri nimis, ideo ab his ſuperſedendum hic cenſeo. 1. Cor. 15.

Sed obſerua, quod diabolus contraria his præcipit nempe iniuſtitiam Sapientiæ. 2. Sit autem fortitudo noſtra lex iniuſtitiæ, & voluptatem, vt ibidem dicitur, non ſit pratum quod non pertranſeat luxuria noſtra. Falſitatem etiam ac mẽdacium docet Ioan. 3. Cum loquitur mẽdacium ex proprijs loquitur, quia mendax eſt & pater eius, ſcilicet mẽdacij: & hoc nimis, nempe vt omnibus innoteſcat Iſaiæ. 3. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt. Sapien. 2. Ioan. 3. Iſaiæ. 3.

VERSVS TERTIVS.

Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.

ZElus effectus eſt amoris, vt Diuus Thom. docet. 1.2. quæſtione. 28. artic. 4. Nam quanto aliqua virtus intenſiori vi in aliquid tendit, tanto fortius repellit contrarium & repugnans ſibi id quod intendit, ſed amor eſt quidam motus & propenſio in rem amatam, vt Auguſtinus libr. 83. quæſt. q. 35. & 36. Vnde intenſus amor & feruens quidquid ſibi repugnat excludere quærit. Quare zelus in Scriptura ſignificat iram: non illam quidem quæ eſt inter inimicos, ſed eam quæ exardenti amore proficiſcitur: vt cum parẽtes liberis ſuccenſent, non quod eis per- D. Thom. Auguſt.

peram velint, ſed quia diligunt: nam per correctionem quam eis adhibent præcauent ne rurſus ſcelera iterent quo grauius punian
Simile. tur. Quare in Sriptura zelus ſemper vſurpatur pro ea ira quæ inter amantes verſatur: nam quemadmodum ferrum à rubigine aſſumitur ſi diu intactum perſeueret, ita mutuus amor perit, ſi nunquam aliqua interceſſerit ira, vel diſſenſio; iuxta id quod Comicus dixit; Amantium iræ amoris reintegratio & reno-
D. Dionyſ. uatio eſt. Quare hic zelus inuenitur in Deo erga nos, vt Dionyſius capit. 4. de Diuinis nomi. quod Deus appellatur zelotes
Ezech. 16. propter multum amorem quem habet ad exiſtentia. Et ipſe dicit Ezechielis. 16. Auferetur zelus meus à te & quieſcam, vt non irascar amplius.

Sed aduertendum ex eodem Diuo Thoma vbi ſupra, quod eſt duplex amor, & concupiſcentiæ: & amicitiæ, & ita eſt duplex zelus: concupiſcentiæ zelus eſt triſtitia animi, vel metus vt aliquis potiatur eo quod ille ipſe concupierit, zelus vero amicitiæ eſt triſtitia animi, ſiue metus ex eo quod aliquis bonum amici impediat, vel impugnet: itaque zelus concupiſcentiæ, id conatur repellere quod impedit fruitionem, & plenam delectationem boni amati inquantum eſt bonum ſuum. Et ſic dicuntur viri zelare vxores ſuas vel alias fœminas, ſed zelus amicitiæ, quoniam præcipuè quærit bonum amici, id profligare vult totis viribus, quod contrariatur bonis amici: non propter ſuam vtilitatem aut bonum, ſed amici. Contigit autem, quod bonum quod quis amat ſit perfectum, ideſt, quod poſsit integrum à multis poſsideri, & ex hoc non cauſatur zelus inuidiæ, vel indignationis, quoniam nullus alteri inuidet cognitionem veri, vel viſionem lucis, quæ ſimul à multis cognoſci & videri poſſunt, verum eſt quod de excellentia huiuſmodi cognitionis poteſt eſſe zelus, ex eo quod vnus prælijs honoratur, ſed hoc iam pertinet ad bona temporalia & imperfecta, quæ à multis ſimul, ob ſui exiguitatem poſsideri non poſſunt: vnde quando amor talium rerum eſt inordinatus zelus inuidiæ in ardeſcit. Et hic zelus non habet locum in iuſtis, qui ſolum ſpiritualia bona quærunt. Igitur zelus iuſtorum non ex amore concupiſcentiæ, ſed amicitiæ ortum habet, & hoc tabeſcere aut liquæfieri animam eorum facit quòd iniqui legem Dei præuaricantur. Quare Diuus Auguſ-
Auguſt. tinus legit; Tabeſcere me fecit zelus tuus: quaſi ex zelo ipſius Dei &

Dei & honoris eius aduerſus impios tabeſceret, aut liquæfieret, ſicut de Diuo Paulo legitur, quod diſſecabatur in corde ſuo videns idololatriæ deditam ciuitatem, nam ſponſus ſibi zelat ſponſam ſuam, amicus autem ſponſi, non eam ſibi debet zelare: ſed ſponſo. Vnde Paul. 2. Corinthiorū. 11. Æmulor vos Dei æmulatione, non mea, ſed Dei: deſpondi enim vos vni viro, & tanquam amicus ſponſi ſponſam ipſi zelabat nō ſibi. & Pſal. 68. de Chriſto Domino dicitur. Zelus domus tuæ comedit me: quia domū Dei zelabat Deo: quo zelo emētes & vendētes eiecit de tēplo Ioā. 12. & de Phinees dicit Dñs Nume. 25. Auertit Phinees iram meam à filijs Iſrael: quia zelo meo ſuccenſus virum Iſraelitam & mulierē Madianitā interfecit coeuntes ſimul. Et hic vocatur zelus Dei: nā qui ex amore concupiſcentiæ prodit, dicitur zelus per iram vel contentionem, qui ex æmulatione rerum temporalium procedit zelus per inuidiam vel indignationem. Actor. 17. 2. Cor. 11. Pſalm. 68. Ioan. 12. Num. 25.

Sed aduertendum quod ſicut calor naturalis dupliciter accenditur: vno modo ab extrinſeco, ad præſentiam ſui contrarij, quod dicunt Græci per Antypariſtaſim. Qua ratione ventres animaliū, inhieme ſunt calidiſsimi, vt dicit Philoſophus: alio modo ab intrinſeco ex virtute naturali, ſicut calor naturalis eſt fortior in iuuentute, quam in ſenectute. Ita & zelus diuinæ legis dupliciter accenditur: vno modo, quando in præſentia noſtra eam videmus tranſgredi ac præuaricari, ſicut. 1. Machab. 2. dicitur de Mathatia; Accēſus eſt furor eius ſecundum iudicium legis & inſiliens trucidauit Iudæum immolantem idolis ſuper aram: & quod modo citauimus de Phinees Num. 25. Alio modo ex cōditione & natura ipſius verbi Dei, quod eſt incentiuum huiuſmodi zeli, ſecundum quod dicitur Deut. 12. In dextera eius ignea lex: de quo & verſ. ſequenti, Ignitum eloquiū tuum vehemēter. Obſerua quod ſicut Numer. 5. mulier quæ maledicta congeſta in aquis amariſsimis abſq; periculo hauriebat, pro fideli reputabatur ac caſta: ſic anima fidelis quæ maledicta hominum impiorum æquo animo fert, & amara quæque quæ illi euenire malignorum ſtudio poterunt abſque peccato haurit, non adultera, ſed probatæ fidei apud Deum, & Angelos apparebit. Dicat ergo iuſtus, Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei. Nec enim meos eſſe iudicabo qui aduerſus Deum hoſtes extiterint. Simile. Ariſtotel. 1. Mach. 2. Num. 25. Deute. 32. Numer 5.

VERSVS

VERSVS QVARTVS.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.

HOC eſt purificatum ac igne examinatum: & ideo accenſus zelo ſum aduerſus eos, qui præuaricantur eloquia tua cum puriſsima, ac caſtiſsima ſint, omni vanitate, falſitate, fuco, ac iniquitate vacua, & ideo ego ſeruus tuus maxima ad illa, dilectione affectus ſum. Pro eodem ſumitur hic ignitum, acſi diceret purificatum: vel igne examinatum, quoniam idem vocabulum apud Hebræos eſt hîc, & in Pſalm. 11. vbi dicitur, eloquium Domini eſſe argentum igne examinatum. Ibi ergo dicit eloquia Domini eloquia caſta: nihil enim inhoneſtum indecorumque, vel inuerecundum continent, nec quod ad libidinem prouocare poſſet, ſicut ſunt ea quæ carmina poetarum referunt. Illa enim vanos, ac turpes amores, turpia dicta, turpia facta referunt: eloquia autem diuina caſta, pura, cuiuſcunque peſsimæ infectionis expertia. Quare qui turpiter libidinoſeque Sacræ ſcripturæ verba interpretatur in ipſam, in ipſiuſque authorem iniurioſiſsimus eſt ne dicam blaſphemus. Quod & Diuus Petrus (vt Clemens Papa refert) deflere conſueuerat media nocte ſurgens, nempe inter alia ſuper quæ lachrymas effundebat hoc vnum erat, quod aliqui praui homines obſcenè interpretabantur ſacra eloquia, cum nec ſonum quidem turpem in literis ſacris inuenias. Ideo quippe inter alia Hebræum Idioma, lingua ſancta dicitur, quoniam nullum verbum indecorum, quod pias aures offendere poſsit habet, ſed ea quæ inhoneſta in ſe ſunt, cultioribus verbis nominat, vtpote maledictionem, nomine benedictionis profert, vt paſsim apud Iob reperies. Niſi in faciem benedixerit tibi, ideſt, maledixerit: Benedic Deo & morere, dixit vxor Iob ad illum, ideſt maledic. Neforte peccauerint fili mei & benedixerint Deo in cordibus ſuis, ideſt maledixerint. Vnde his quæ inhoneſta ſunt, abundantiorē circūdat honorē: ſicut & latini per antiphraſim, ſacrū pro execrabili dicunt. Vnde dicitur auri ſacra fames, & bellum vocat, quia res bella nō eſt, & lucum, quia minimè lucet, his autem honeſtioribus verbis ſcriptura vtitur, præcipuè cum de Deo miſcet ſermonē. Vnde (quemadmodū annotauit Origenes) Satan verbo maledictionis vſus eſt, ſed Moyſes decentiùs,

Pſalm. 11.

D. Petrus. D. Clemēs

Iob. 1. & 2.

decentiùs,vtpote famulus Dei,illud tranſmutauit. Idem Chryſo- Chryſoſt.
ſtomus homilia. 4. de patientia Iob. ſic ait, Scriptura ſancta benedictis maledicta velauit,vt tu fidelis diſcas, cum aliena mala narraueris eadem verborum honeſtate velare: ſi ergo in communi familiariq́ue colloquio honeſtè loquendum eſt: impientiſsimus erit, qui cum Dei verba refert impudicè loquitur. Sunt ergo eloquia Domini caſta, argentum igne examinatum probatum terræ,hoc eſt,à terra,nihil enim terrenæ cupiditatis continent,Vnde & Hieronymus transfert purgatum, quia per probationem eſt ſe Hieronym.
paratum,atque purgatum à terra,purgatum ſeptuplum,ideſt,omnimodè atq; perfectè: ita quod nihil impuritatis, nec alienæ commixtionis in eo remanſerit, nam ſeptennario numero vniuerſitas & perfectio ſolet deſignari. Vel dicitur purgatũ ſeptuplum, quia ſeptiformẽ Spiritus ſancti gratiam continet,ab eo enim, qui ignis exæſtuans eſt, condita ſunt ſacra eloquia,atque ideo caſtiſsima,atque probatiſsima ſunt:Nec enim voluntate humana allata eſt aliquando ſcriptura: ſed Spiritu ſancto inſpiranti, loquuti ſunt ſancti Dei homines. 2.Petr.1.
Quare cætera ſcripta quæ ab hominibus adinuenta ſunt,non hac pollent puritate,& gratia: ſed ſemper aliquid falſitatis,vanitatis, vel certè indecorum aliquid, aut fucatum admixtumve habent, quia non à tali doctore dictata ſunt. Vnde ſupra Propheta noſter dixerat. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua. Nam fabulationes ſunt quæcunque non ſecundum hunc ſeptiformem ſpiritum probata ſunt, qualia ſunt, & quæ in ſacra pagina & ſacris concilijs ſcripta ſunt, quæ hunc ſeptiformem ſpiritum redolent, imò & in ſe ipſis incluſum gerũt. Eſt ergo ignitum eloquium Dei, vt etiam dicitur Prouerb. Prou.30.
30. Omnis ſermo Dei ignitus: clypeus eſt ſperantibus in ſe: his enim qui hunc ſermonẽ probatum ac purum adimplebunt, pro clypeo erit Deus eos ab omni malo protegens.

Sed ſecundò dicitur verbum Domini ignitum cauſaliter,nimirum quia ignem diuini amoris in corde accendit, quia vitia exurit,carnis virorem exſiccat, lucet, atque in Dei lumen animas deducit. Nam hac etiam ratione dicitur caſtum, non ſolum quia in ſe mundum eſt, & ab omni commixtione mendacij, aut vanitatis alienum,verum etiam propter effectum quem habet,quoniam caſtificat & mundos, ac puros facit homines ſibi intentos, vnde Pſal.18. poſtquam dixerat; Lex Domini immaculata, è veſtigio Pſalm.18.
ſubiun-

ſubiungit; Conuertens animas, ab omni videlicet vanitate & erro-
Ambroſ. re, ad Deum & lumen veritatis. Vnde Diuus Ambroſius hic ait, Ignis eſt hic ſermo Chriſti & bonus ignis, qui calefacere nouit: exurere autem niſi ſola vitia neſcit, hoc igne ſuper bonum fundamentum poſito apoſtolicum illud aurum probatur, hoc igne illud morum vel operum, examinatur argentum, hoc igne pretioſi illi lapides illuminantur: fœnum autem, & ſtypula, conſumitur mundat ergo hic ignis animum, conſumit errorem. Vnde Domi
Ioan. 15. nus ait Ioannis 15. Iam vos mũdi eſtis propter ſermonem quem loquutus ſum vobis. Hic eſt ignis qui ardet ante Dominum, niſi enim quis flagrantiam deuotionis aſſumpſerit præſentiam Domini habere non poterit. Accende ergo hunc ignem priùs in mentibus tuis, vt Chriſti lumen tibi effulgeat. Ignem quidem hunc Dominus miſit in terram, non vt ſodomitano rurſus ardeat incendio: ſed qui ſecretus mentium diuinæ cognitionis ardore inflammaret affectus: qui vaporem fidei & deuotionis adoleret, qui cupiditatem virtutis accenderet. Hoc igne Ierem. calefactus dicit ca.
Ierem. 20. 20. Et erat ignis flammigerans in oſsibus meis. Hoc igne ſermonum cæleſtium vaporati Cleophas & ille alius dicebant. Nonne
Lucæ. 24. cor noſtrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis ſcripturas? Hoc igne vrebatur rubus & non exurebatur. Vrit ergo ſermo diuinus vt corrigat conſcientiam peccatoris: non vrit vt perdat. De-
Exodi. 3. nique hoc igne ſuccenſi Hebræi Dan. 3. fornacis ardentis vaporem nec timere, nec ſentire potuerunt. Meritò ergo bonus ſeruus
Dan, 3. Dei diligit ignitum Dei eloquium, quo induitur charitas, quæ timorem excludit. Igitur ignitum dicitur eloquium Dei, quia mundat, quia accendit: quia illuminat audientes. Hic eſt enim ignis diuinus, qui ſuper Apoſtolos deſcendit in linguis igneis. Quia hoc igne nempe charitatis exardere debent qui enuntiant, quem arde re debent, qui alios incendere volunt. Quare Romanus Pontifex, cãpa rubea induitur, quia totus igne charitatis ardere debet, & omnia ex charitate facere omnino quoque martyrio nõ deeſſe, Chriſti gerens perſonam, cuius veſtimentum eſt ſicut calcantium in torculari.

Ignitum certè eloquium Dei, cuius prædicatoribus in linguis
Gregor. 1. igneis apparuit Spiritus ſanctus, vt oſtendat (ſicut Gregorius in
Ioan. 2. homilia de Pentecoſte docet) non ſatis eſſe linguam prædicantis niſi adſit virtus Spiritus ſancti, intus quaſi ignis illuminantis, qui

tis, qui eſt vnctio docens intus cor de omnibus: ignis illuminans corda lumine fidei, exurens charitatis ardore, exiccans & conſumens carnis & vitiorum virorem; ac ea omnia quæ impedimento ſunt, ne verbum Dei operetur in nobis. Linguæ cum igne, verbaque ſecum afferunt Spiritus ſancti prunas, vt intrent penetrentque omnes animæ ſpirituſque receſſus, exterius loquitur prædicatoris lingua: interius operatur Spiritus ſancti ignis. Vnde Paulus; Cum accepiſſetis verbum Dei accepiſtis illud: non ſicut verbum hominis, ſed ſicut eſt verè verbum Dei, qui operatur in vobis. 1. Theſ. 2. Si enim exterior ſufficeret prædicatio omnes audientes crederent, quod tamen non ita contingit: ſed iſte vel ille, alio in ſua peruicatia remanente, quoniam Deus in iſtius corde efficaciter operatur, quia vult, & non in alio. Vnde Gregorius loco citato ait, Ipſe vos docebit omnia, dicit, quia niſi ipſe ſpiritus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo docentis: nam cum vox diſpar non ſit, cur in cordibus veſtris diſpar eſt vocis intelligentia: niſi quia præter hoc quod vox loquentis communiter admonet, eſt magiſter interior qui de vocis intelligentia quoſdam ſpecialiter docet? Vnde lingua & ignis requiruntur, lingua foris, intus ignis. Sed ſi vis, & in ipſos audientes retorquere dices; Si prædicator eſt, qui applicat ignem lignis, quomodo non ardent ligna: niſi quia populus non eſt ligna, ſed lapides, imo pluſquam lapides cum dicatur Ieremiæ. 23. Nunquid non verba mea quaſi ignis, & ſicut maleus conterens petras? Zachariæ. 7. Cor ſuum poſuerunt quaſi adamantem, ne audirent legem, & verba quæ miſit Deus exercituum in ſpiritu ſuo: ecce ignis, ſed non ligna & Eccleſiaſt. 48. Surrexit Helias propheta quaſi ignis & verba illius quaſi facula ardens, & certè quod homo non diligat verbum ex hoc accidit, quod non eſt expertus virtutem verbi, aut quod infirmitatem ſuam non ſentit: & ideo non quærit ignem medicinalem. Vnde Origenes ait, Ieſus ſeruis ſuis non herbarum ſuccis, ſed verborum ſacramentis medicamenta conquerit, & poſt addit; Ex agris & montibus herbas non colligit, niſi qui viam earum nouit: ſic ex libris colligere negligit, aut parui pendet, qui ineſſe virtutem medicaminis neſcit.

Gregor. Ieſem. 23. Zachar. 7. Eccle. 48. Origenes. Simile.

*

VERSVS

VERSVS QVINTVS.

Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

ACSI diceret. Ideo ex iniquorum damnoſa obliuione tabeſco, quia ignitum & probatum verbum tuum recipere renuunt, imò & me qui recipio, & audio, contemptui habent: nec tamen ego iuſtificationes tuas oblitus ſum, ſicut & illi: imò conſolatio mihi maxima ineſt ex eloquijs ignitis tuis, quæ paruulis ſubiectis, & humilibus, qui legem tuam non deſerunt mira promittunt.

Obſerua. Duplex eſt ſenectus & duplex etiam adoleſcentia: nam per ſenectutem quandoque ſignificatur morum grauitas
Iob. 12. Iob. 12. In antiquis eſt ſapientia. Tamen ſecundò per ſenectu-
Dan. 13. tem etiam ſignificatur vetuſtas peccati, vt Daniel. 13. dixit ſeni illi adultero, Inueterate dierum malorum: ſic ergo ſuo modo duplex erit adoleſcentia, altera ſtoliditatis & peccati, de qua Iob
Iob. 20. 20. Replebuntur vitijs adoleſcentiæ ſuæ, altera virtutis & humili-
Thren. 3. tatis, de qua Threnorum. 3. Beatus vir qui portauerit iugum ab adoleſcentia ſua, & de hac loquitur hic propheta, acſi diceret; In me ipſo humilis & à malis vilipenſus ſum tamen ab humilitate etiam contemptus non receſsi: ſed mandatis tuis obediens fui, quia iuſtificationes tuas non ſum oblitus. Quare ſecundum Am-
Ambroſ. broſium tripliciter exponitur carmen iſtud. Primo literaliter, de ipſo Dauid; ſecundò allegoricè de Chriſto, tertiò moraliter de populo Chriſtiano. Et de ipſo Dauid patet intelligentia, quia ipſe
1. Reg. 16. minimus inter fratres ſuos rure cum ouibus inter feras vitam agebat, cumque Samuel veniſſet in domum Iſai patris ſui, vt vngeret eum in Regem, alios filios obtulit Iſai Samueli, cumque diceret Samuel nullum ex illis elegiſſe Dominum, ſubiungit, Nunquid iam completi ſunt filij? reſpondit Iſai; Adhuc reliquus eſt
1. reg. 17. paruulus & paſcit oues, illum iuſsit adduci Samuel, atque vnxit in Regem, & directus eſt ſpiritus Domini ab illa die in Dauid & deinceps, cumque ad pugnam proceſsiſſet Saul aduerſus Philiſthæos, fratreſque; Dauid cum eò iter egiſſent, miſit Iſai Dauid viſitaturum eos, & Philiſtæus ille proceræ ſtaturæ exprobrabat exercitui Iſrael, contra quem cum vellet procedere Dauid, increpatus eſt à fratre ſuo maiori, atque deſpectus & dixit ad Dauid. Quare veniſti?

veniſti? & quare dereliquiſti pauculas illas oues in deſerto? ego noui ſuperbiam tuam,& duritiem cordis tui, quia vt videres prælium deſcendiſti: nec hoc ob iratus eſt Dauid, ſed humiliter ac mãſuetè reſpondit;Quid feci? nunquid non verbum eſt?Nec de victo Philiſtæo ſuperbia intumuit, ſed humili animo regis ęmuli ſui obſequebatur imperio,atque cum poſtea Deus ei promiſiſſet hæredem in æternum, & quod Meſsias ex ſemine ſuo proceſſurus eſſet, coram Deo humiliatus gratias egit, nec in ſuperbiam elatus eſt,quare de ſe ipſo dicere potuit, Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus,& tamen iuſtificationes tuas non ſum oblitus.

Secundo intelligitur de Chriſto, vt ait hic D. Ambroſius, cuius gerebat typum Dauid, qui quaſi deſpectus venturus eſſet in terra, totum populum mundi huius crucis ſuæ prælio liberare, cui applauderent animæ ſanctorum per baptiſmatis ſacramentum renouatæ, qui verum illum Goliam reuelatum nobis ac proditum verbi ſui gladio trucidauit, cui canunt animæ iam ſacræ percuſiſſe decem millia, ob quod mundus ac dæmon inuidiæ ſtimulis agitati indignantur. Hic autem præ omnibus fuit contemptus ac deſpectus, ſecundum illud Iſaiæ.53.Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, non eſt ei ſpecies, nec decor, & vidimus eum,& non erat aſpectus & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſsimum virorum virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eum. Virgultum quippe in quamcunque volueris partem flectetur ac inclinabitur,etiam ſi in orbem volueris eum. Chriſtus Dominus ſicut virgultum vſque ad pedes Iudæ flexus eſt, & in orbem verſus cum cruci affixus paſſus eſt nouiſsimus virorum, vbi ſeptuaginta legunt; Virum deficientem præ omnibus,hoc eſt, exinanitus,quoniam à maieſtate ſua ſuperſedit, naturamque humanam omnibus miſerijs ſubditam, excepto peccato aſſumere voluit, in qua flagella, ſputa, alapas, clauos, lanceam, crucem, denique quicquid hoſtibus libuit ferret. Vnde Paulus;Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens. Vultum diuinitatis abſcondit, & formam ſerui oculis perſequutorum obiecit, vt eum tanquam vile mancipium flagellis cæderent, vili pretio venderent, ſputis fœdarent, delubrijſque ac irriſionibus adimplerent;Exinaniuit ſe (hinchoſe de vazios) quæ tot flagella, alapas,illuſionesque caperent. Quare Pſalm.21. in perſona ipſius Chriſti dicit Dauid;

Ambro.

Figura.

Iſai.53.

Philip.2.

Pſal.21.

Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Inter cętera animalia vermiculus contemptibilior eſt, nullus enim conculcare eum veretur, abijcere, contemnere, & tanquam rem nihili habere, nec eſt qui doleat, ac compatiatur ei; Adeò contemptui, & irriſioni habitus eſt Chriſtus Dominus, vt nec cōculcare, nec cedere, nec faciem ſpuere, percutere, genas vellere, vllus vereretur & eum flagellare, trahere, cruci affigere, lancea ac clauis terebrare nihil penſi haberent, nec compaſsionis affectu erga eum moueretur quis, vt Pſal. 21. Quæſiui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit, conſolantem me quæſiui, & non inueni: imo tanquam vilem, nulliuſque pretij hominem vendere, morteque damnare pro re parua exiſtimauerunt. Vnde Iſai. 53. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt, ac ſi diceret (de puro tenerle en poco no le guardaron ſu juſticia). Æſtimauit enim Pilatus hominem illum ita deſpectum, ac nihili eſſe, vt præſtaret primatibus Iudæorum placere, quam eum à morte ſeruare, etiam ſi innocens ac indignus ea appareret. Et quoniam ipſe vt flos campi, de radice Ieſſe prodijt, omnes hunc florem conculcauerunt, domini, ſerui, ſacerdotes, laici, viri, mulieres, iuuenes, ſenes, pueri, Iudæi, Gentiles, omnes eum non tanquam florem, ſed tanquam fœnum arens, ſuis pedibus conculcauerunt. Adoleſcentulus ergo, vt pote triginta trium annorum, ac contemptus factus eſt, & tamen iuſtificationes Dei non eſt oblitus, quippequi vt hac Dei iuſtitia nos iuſtificatos redderet, hæc omnia perpeſſus eſt.

Pſal. 21. Iſai. 53. ſecundū. 70. Cant. 2.

Auguſt. & Ambro. Rom. 10. Epheſ. 4. Cant. 1.

Diuus Auguſtinus, & Ambroſius qui legunt, iunior ſum ego, hoc carmen intelligunt etiam de populo Chriſtiano, qui antea deſpectus: poſtea populo Iudaico prælatus eſt vt Dauid & Ioſeph ſuis fratribus, quoniam Iudæorum populus, ſuam iuſtitiam voluit ſtatuere, & ideo abiectus eſt. Chriſtianus autem populus iuſtitiæ Dei ſe ſubdit, & ideo alijs præhabitus eſt. Vel intellige de quolibet Chriſtiano ſingulariter, qui cum ſit ſeruus Dei ac iuſtus dicere poterit. Adoleſcentulus ſum ego, hoc eſt, per gratiam, nouus & robuſtus effectus ſum ego, vt ait Paul. Epheſ. 4. Renouamini ſpiritu mentis veſtræ. Et iterum, Interior noſter homo renouatur de die in diem, de talibus enim adoleſcentibus ſcriptum eſt Cantic. 1. Adoleſcentulæ dilexerunt te, nam qui indies proficit in dies renouatur, adoleſcentior, robuſtiorque efficitur (Et contemptus) nam de his dixerat ſupra; Factus ſum ſicut vter in pruina. Quippe mun-

dus,

dus, eos qui huic mundo vale dixerunt, delitias negligunt, aspera amplexantur, Deo se consecrauerũt, hos aspernatur atque contemnit, vnde Dominus Ioannis. 15. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret. Et ad Ezech. cap. 12. dicitur, Fili hominis portentum domui Israel dedi te, sed tamen nec propter hoc neglexi iustificationes tuas, nec recessi ab incepto salutis itinere. Sicut & sanctus Iob. cap. 23. dicebat, Probauit me Dominus, quasi aurum quod per ignem transijt, & addidit, A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba eius. Ioan. 15. Ezech. 12. Iob. 23.

VERSVS SEXTVS.

Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.

IN memoria reducenda est distinctio illa D. Pauli quam supra non semel retulimus, nempe quod sit duplex iustitia: altera Dei, altera hominum. Prima est quæ nos iustos coram Deo reddit, quando opus facimus innixum gratiæ Dei, & propter Deũ purè, ac sincerè sine alicuius peccati admixtione. De qua iustitia dicitur Extra de verb. signifi. cap. Forus, quòd iustitia cum scelerato homine consortium habere non potest. Hæc autem iustitia dicitur æterna, quia præmium eius in æternum manet. Iustitia autem hominum illa est, quæ nos coram hominibus iustificat, vt illis videamur iusti, non tamen coram Deo, nimirum cum opus quod facimus, non bene facimus, nec in ordine ad Deum, sed immixtum alijs sceleribus, & ista iustitia non manet in æternum, quia æternũ præmium non debetur ei. Ideo dicit Psalmista, Iustitia tua, iustitia in æternum, ad differẽtiam iustitiæ hominum, quę nec est nec manet in æternum, sic Ambrosius hic (Et lex tua veritas) Ad differentiam legis antiquæ, quia lex antiqua solum erat quædam figura sine vmbra nouæ legis. Lex autem Euangelica est veritas per ipsam antiquam legem figurata, quia finis legis Christus. Illa antiqua lex veritatis exemplar est, in exemplari enim sanguis agni funditur, sed in veritate Christus immolatur. Vnde Ioannes Baptista dixit Ioan. 1. Lex per Moysem data est: gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est, si enim veritas fuisset in lege, non fuisset veritas facta per Christum. Vel secundo sic (Iustitia tua iustitia in æternum) quia increata iustitia Dei est Ad Rom. Ambro.

æterna, effectus quoque diuinæ iuſtitiæ æternaliter manet in reprobis, vel ſic. Iuſtitia tua, ideſt, iuſta lex fideſque Chriſti, nunquã deficiet mundo iſto durante: nec ei ſuccedet alia lex, ſicut ſucFigura. ceſsit iuſtitiæ veteris legis quæ æterna non fuit: ſed Chriſto veniente, & paſſo ceſſauit, in cuius ſignum tabernaculum illud portatile erat: quia non fixè in æternum permanſura erat lex illa. Vnde Hebræ. Paulus Hebræ. 7. Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, vt legis tranIbi. c. 12. ſlatio fiat, & cap. 12. vocat ceremonias mobilia quæ transferuntur dicens, Declarat mobilium tranſlationem, tanquam factorum, vt maneant ea quę ſunt immobilia (Et lex tua veritas) quoniã adeo vera eſt, vt cõuenientius veritas nominetur, quàm vera: nihil enim dubietatis, nihil falſitatis habet.

VERSVS SEPTIMVS.

Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.

IDEO quia iuſtitia tua æterna eſt, & lex tua veritas, cum me præmunt tribulationes, & anguſtiæ vndique coarctant, pro magno mœrore ſolatium ſunt mihi mandata tua. Inuentum vo
Gen. 19. cant Hebræi, id quod coram ſe habent, Gen. 19. vbi nos legimus, Filias tuas præſentes, Hebræi legunt, Filias tuas inuentas. Tribulationes & anguſtias inuenimus, quoniam eas in hac vita ſemper præſentes habemus, atque eas coram oculis cernimus, manibuſq; contrectamus. Vnde vallis lachrymarum ac miſeriarum vita præAuguſt. ſens dicitur, de qua D. Auguſt. in meditationibus quę communiter circumferuntur cap. 12. ſic ait; Tædet me Domine valde vitæ huius, & iſtius erumnoſæ peregrinationis vita, hæc vita miſera, vita caduca, vita incerta, vita laborioſa, vita immunda, vita domina malorũ, regina ſuperborum, plena miſeriis & erroribus, quę nõ eſt dicenda vita, ſed mors, in qua momentis ſingulis morimur, per varios mutabilitatis defectus diuerſis generibus mortiũ. Nũquid hoc quod viuimus in hoc mũdo dicere poſſumus vitam? quã humores tumidant, dolores extenuant, & ardores exiccant, aer morbidat, eſcæ inflant, ieiunia macerant, ioci diſſoluunt, triſtitiæ conſumũt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas hæbetat, diuitię inflant & iactant, paupertas deijcit, iuuentus extollit, ſenectus incurbat, infirmitas frãgit,

mœror

mœror deprimit, & his malis omnibus mors furibunda succedit, simulq; cunctis gaudijs istius miseræ vitæ, ita finem imponit, vt cũ esse desierint non fuisse putentur. Ideo vita præsens comparatur tempori quo mulier est in præsuris partus. Tunc enim dolores mi serè eam excruciant: at futura vita, cum iam in lucem videt iustus quod gerebat in vtero fidei, confertur tempori quando iam natus est homo in mundo: cum finitis præsuris succedit requies, & tristitia in gaudium transit. Dicit ergo iustus, quod in hac vita præsentes habet mœrores & angustias, imo eis circundatus vndique vadit, secundum illud Pauli, Foris pugnæ, intus timores, tribulatio extra, angustiæ intra: quocunque se vertit, inueniunt eum mala. Ioan. 16. Simile. 2. Cor. 7.

Obserua. Quidam inueniuntur à tribulatione, nẽpe illi qui eam expectant, & patiẽter suscipiunt, vt supra, Pericula inferni inuenerunt me. Alij inueniunt eã, scilicet, qui eã quærunt & contra se prouocant, de quibus supra, Tribulationem & dolorẽ inueni. Hi sunt qui his rebus caducis, intenti eas flagrantissimè quærunt, quos sapiens concionator vanissimos ac stultissimos vocat, & Paul. de eis dicit. 1. ad Tim. 6. quod inseruerunt se doloribus multis. Rectè dicit eos insertos, quoniam ea quæ inserimus aliena sunt, atque alterius naturæ, ab eo cui inseruntur. Curæ rerum temporalium alienę atque extraneæ sunt ab homine Christiano, cui cura regni cœlestis iniuncta est, ac si oliuæ oleastrum insereres, ideo dicit, inseruerunt se doloribus multis, & subdit. Tu autem ô homo Dei hæc fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem: quasi hæ deberent esse curæ viri orthodoxi, atq; Christi cultoris. Vel dic cum D. Ambro. Tribulationes omnes generaliter quærunt, sed aliquos inueniunt, aliquos non: illos inueniunt, qui sunt digni corona, qui per illas inueniunt Christum. Illos vero non inueniunt qui coronari non sunt digni: nec Christum inuenire, & sic quanuis multi mali tribulationibus præmantur, ipsos tamen tribulatio non inuenit sed præmit. Quid est enim inuenire, nisi rẽ perditam recuperare? sic solum illos tribulatio inuenit quos recuperat, & ad statum perfectionis adducit, & in his tribulationibus inuenitur Christus, nempe qui semper eas passus est. Eum inuenerunt Andræas & Nathanael cum dicebãt; Quem scripsit Moyses & Prophetæ inuenimus Iesum, & vt ostenderent quomodo deberet quæri & inueniri, subdũt; Veni, & vide: nã per fidem & charitatem quærendus, & inueniendus est Christus. Cha Psal. 114. 1. Tim. 6. Ambro. Ioan. 1.

ritas eſt via qua pergimus, fides notitia qua id quo pergimus co-
1.Cor.12. gnoſcimus, viam appellat Paulus charitatem, cum. 1. Cor. 12. dice
bat; Adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.

VERSVS OCTAVVS.

Æquitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & viuam.

QVid mirum quod pro magno ſolatio ſint mihi teſtimonia tua, cum nihil aliud ſint quàm æquitas & iuſtitia, hoc eſt quod non ſunt teſtimonia Dei furtum, aut rapina, aut quæcunque alia iniquitas, ſed ſola iuſtitia; vt hinc intelligamus iuſtitiam & veritatem: ita addicta & cõiuncta eſſe teſtimonijs Dei, vt è conuerſo ipſa teſtimonia Dei ſint ipſa iuſtitia, & veritas indeſinenter: non quandoque ſic, aut quandoque non, ſed ſemper, & ideo nunquam ſint deſerenda. (Intellectũ da mihi, & viuam) Hic pro perſeuerãtia ſupplex orat, quæ ſingulare Dei beneficium eſt, nec cadit ſub merito, ſed poteſt precibus impetrari, fac me intelli-
Matth 4. gere intus teſtimonia tua, & viuam vita animæ, non enim in ſolo pane viuit homo; ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei, verbo inquam intellecto, ſeruatur enim vita animæ interno intellectu verbi Dei, tam practico, quam ſpeculatiuo. Vel dic, quod pati tribulationes, & martyria pro Dei lege æquum eſt, cum ipſa ſit
2.Cor.4. æquitas & iuſtitia. Et ideo petit intellectum, vt intelligat, quoniam momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis, & quod
Rom.8. non ſunt condignæ paſſionis huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

DECIMVS NONVS OCTONARIVS.

P

1.Coph. Clamaui in toto corde exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requiram.

2.Coph. Clamaui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiam

diam mandata tua.

Præueni in maturitate & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui. 3. Coph.

Prænenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. 4. Coph.

Vocem meam audi ſecundùm miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me. 5. Coph.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longe facti ſunt. 6. Coph.

Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas. 7. Coph.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in æternum fundaſti ea. 8. Coph.

INCIPIT TRACTATVS DECIMVS NONVS.

VERSVS PRIMVS.

Clamaui in toto corde, exaudi me Domine: iuſtificationes tuas requiram.

IN hoc octonario Propheta induit perſonam aſsiduè vacantis orationi, ac contemplationi ad ſeruandam legem Dei. Quæ explicatur in primo verſu vbi dicitur, Clamaui in toto corde. Clamare enim orantis actus

Induit perſonam aſsiduè vacantis orationi.

actus est, vt cum orabat Moyses dixit illi Deus; Quid clamas ad me? Litera quæ huic additur octonario, quæ est Coph: decima nona in Alphabeto Hebraico, significat conclusionem, circuitionē, & etiam aspicere. Quia iustus cum se vidit despectum, tribulationibus & angustijs intercluſum, ac circundatum aspicere debet, nō ad auxilium hominum, quod non est sed ad Dei præsidium quod semper adest & dicere; Clamaui in toto corde, exaudi me Domine. Quoniam hoc regulare est omnibus exquirentibus mandata Dei, & iustificationes eius, vt ab impijs & dæmonibus obsidean
Exod. 14. tur, ne ad aliquod bonum exire possint, sicut Exod. 14. Pharao cum toto exercitu suo persequitur filios Israel de Ægypto fugientes, & ad terram promissionis properantes, cum eos quasi intercluſos mare vidisset, Thren. 3. Concluſit vias meas lapidibus quadris. Omnibus enim partibus obsidet intercluditque iustum diabolus, à superiori parte per ambitionem dignitatum, ab inferiori per concupiscentiam voluptatum: ab anteriori per concupiscentiam oculorum, à posteriori per reminiscentiam peccatorum, à
Gregor. siniſtris per aduersa, à dextris per prospera. Vide Gregorium homil. 12. super Ezechielem, vbi refert id quod Dominus Prophe-
Ezech. 14. tæ mandauit capite. 14. nempe vt sumeret laterem in eoque describeret ciuitatem Hierusalem: & ordinaret aduersus eam obsidionem: & ædificaret munitiones, & compararet agerem: & daret contra eam castra, & poneret arietes in gyro. Protinus enim quod homo in corde suo terreno, cœlestis ciuitatis Hierusalem describit ordinem, desideriumque pingit, ac conuersationem immittatur: aduersus eum malignorum spirituum insurgit exercitus obsidet, cingit, circuitque diuersis machinis, tentamentis ac vitijs: vt vix quo se expediat locum habeat, secundum illud Eccle-
Eccle. 9. siast. 9. Ciuitas parua & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam: extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Cum ergo sic circumuentus sit iustus, quid faciet, nisi leuare oculos suos in montes, vnde veniet auxilium sibi, & Christum sibi defensorem, ac adiutorem vocare cum clamore dicendo; Clamaui in toto corde? Nam post verba quæ modo retulimus ex. 9. capite Ecclesiastes: statim subinfertur, Inuentus est in ea vir pauper, & sapiens qui liberauit vrbem, sapientia sua, & nullus est recordatus hominis illius. Hic vir pauper & sapiens (vt vult Hieronymus, & post eum alij) est

Christus

Chriſtus Dominus, ciuitas parua eſt mundus hic, vbi pauci viri ſapientes, ac iuſti morantur, vndique obſeſſus & intercluſus à dæmonibus & vitijs: ita vt perfecta fuerit obſidio, quod nec commeatus adduci, nec auxiliares copiæ ei præſto eſſe poſſunt, niſi Chriſtus Domin⁹ qui de ſe dicit; Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea, & ſapiens, quippè qui ſapiẽtia Dei dicitur à D. Paulo. 1. Corint. 1. ſapientia ſua liberabit illum, ſecundum illud Iſai. 1. Sion in iudicio redimetur (por pura diſcrecion ſe redimio el mundo, y le dezerco Chriſto) nam antea fortis armatus, ideſt, diabolus in pace cuſtodiebat atrium ſuum, hoc eſt, mundum cui dominabatur, ſed venit fortior illo, nimirũ Chriſtus Deus & homo eumque expoliauit, atq; cathenis vinctum in Barathrum detruſit, & mundum ab obſidione liberauit. Sed ô peſsima hominum ingratitudo! Nam poſt tam ingens beneficium nullus eſt recordatus hominis illius, ſecundum illud Iſa. 17. Oblita eſt Domini creatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata, quod ne huic iuſto, qui aſsiduè orationi ac Dei contemplationi vacat, contingat: ſubiungit dicens; Iuſtificationes tuas requiram. Has nempè operas tuas quibus iuſtificatus ſum, & à diaboli & peccati ſeruitute redemptus, nunquam obliuiſcar. Circũſpectus ergo iuſtus eſſe debet oculis vndique plenus, ſicut animalia illa ſancta quæ vidit Ezech. non debent dormire oculi eius, nec dormitare palpebræ, ſed huc illucque circunſpicere: ne ſi, vel tantiſper oſcitauerit circunuentus ab hoſtibus intereat. In fabulis eſt Iunonem vaccam quandam adamaſſe, eamque Paſtori cuidam, qui Argos dicebatur cuſtodiendam tradidiſſe. Hic caput plenum oculis habebat: vt cum pars ſomnum caperet reliqui vigilarent: deſcẽdit Mercurius mercium, ac mercatorum Deus tibijſque dulciſsimis cœpit canere, vt ſoporem omnibus eius oculis induceret, ſimulque virgula quadam quæ virtutem habebat afferendi ſomnum, oculos eius leuiter percutiebat, ſicque omnes oculi à ſomno victi ſunt atque clauſi, & tũc vaccam ei ſurripuit Mercurius. Hoc in veritate nihil ſignificat (ea enim duntaxat, quæ in Scripturis ſacris ſunt, ad ſignificandum inſtituta fuerunt) niſi nos aliquid hic vellimus fingere, atque ex ſpolijs Ægypti populum Dei ditare, captiuamq; vnguibus ac capillis præciſis in noſtrum aſciſcere contubernium. Fingamus ergo, ſic vacca hæc à Deo dijsque dilecta, Eccleſia Chriſti eſt, quam Pontifici maximo, cæterisque Epiſcopis cuſtodiendam

Hierony. 1. Cor. 1. Iſai. 1. Luc. 11. Iſai. 17. Fabula.

Dominus reliquit,iſti quippè ſunt Eccleſiæ oculi,vt Dominus do
Matth. 5. cuerat dicens eis.Vos eſtis lux mũdi:ſed Mercurius mercatorum
Deus ſonis,ac percuſsione virgæ eis ſoporem inducit: nam pecu-
niæ cupiditas quæ radix omnium malorum eſt, voluptatum etiã
amor, ac timor mundanus qui virgula quædam eſt leuiter per-
cutiens , ſomno dant mentes eorum. Quem Chriſtus Domi-
nus , amouere cupiens dicebat; Nolite timere eos qui occidunt
corpus.Igitur hoc timore mundano perterriti, ne regibus in ali-
quo offenſi ſint:vt pinguiorem eis præbendam aſsignent, ne in
exilium mitantur vel in temporalibus mulctentur ſopore hoc
victi dormiunt: & ſic ab eis diabolus vaccam ſurripit,vel ſaltim
multos ex Eccleſia perire facit. Aſpice ergo in Chriſtum,vt ſaluus
Thren.2. ſis & clama in toto corde,ſecundum quod Hiere.in Threnis.ca.2.
admonet dicẽs,ſub hac eadem litera Coph,Surge in nocte in prin
cipio vigiliarum tuarum effunde ſicut aqua cor tuum ante con-
ſpectum Domini,extolle ad Dominum manus tuas, pro anima-
bus paruulorum tuorum,ideſt, ſubditorum, qui deficiunt fame.
Dicit ergo iuſtus à tot malis hoſtibusque circunuentus;Clamaui
Simile. in toto corde exaudi me Domine.Sicut cuſtos caſtri obſeſi ad Do
minum mittit pro auxiliaribus copijs,ſic iuſtus ad Dominum cla
pſal. 126. mat. Nã niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui
Siniſtra. cuſtodit eam;Clamaui ergo, ait iuſtus,ad Deum ſicut obſeſſus ad
Dominum ſuum petens auxilium,ſicut ægrotus ad medicum pe
tens conſilium,ſicut infantulus nutrici petens edulium ſecũdum
Baruc. 3. illud Bar.3.Et nunc Domine Deus Iſrael, anima in anguſtijs &
ſpiritus anxius clamat ad te,ſed quia multi clamant ad Dominum
qui non exaudiuntur, quia non bene clamant, ſecundum illud
pſal. 17. Pſal.17.Clamauerunt,nec erat qui ſaluos faceret,ad Dominum,
nec exaudiuit eos,ideò Propheta modum clamandi oſtendit, di-
cens,Clamaui in toto corde,ideſt,non tantum ore ſed corde nec
corde diuiſo,quia mens diuiſa non impetrat,vt ait Caſsiodorus,&
Oſeæ. 10. Oſeæ.10.Diuiſum eſt cor eorum,modò interibunt,ſed in toto
Caſsiodor. corde,corde pleno quod eſt quando aliunde non cogitatur, vt ait
Caſsiodor. Caſsiodorus.Eſt autem clamor cordis,(vt ait hic magnus Augu-
Auguſt. ſtinus,) magna cogitationis intentio quæ cum eſt in oratione,ma-
gnum exprimit deſiderantis & petentis affectum, vt non deſperet
effectum. Tales orationes raræ ſunt multis,crebræ autem paucis,
talis fuit clamor Moyſi,Annæ,Suſannæ,& Danielis, hic clamor

eſt

eſt qui etiam ſilente corporis voce ſemper auditur. Vnde ſuprà Pſalm. 17. Clamor meus in conſpectu eius: (hoc eſt, in corde vbi Deus aſpicit) introiuit in aures eius. Pſal. 17.

VERSVS SECVNDVS.

Clamaui ad te ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.

CRebra hæc repetitio clamoris magnæ affectionis eſt nota aſsidueque perſeuerantis in clamore ſignum: taliter enim & tamdiu clamandum eſt, donec exaudiamur, etiam ſi repulſam aliquando videamur pati, exemplo Chananeæ mulieris & Annæ vxoris Helchanæ. Iſa. 40. Clama nec eſſes & Ionæ. 2. Clamaui ad Dominum de tribulatione mea, & exaudiuit me, ſaluum me fac, ne infirmus tentationi ſuccumbam: ſaluum me fac in præſenti ſalute gratiæ & in futuro ſalute gloriæ. Hierem. 7. Sana me Domine & ſanabor, ſaluum me fac & ſaluus ero, & ſuprà Pſal. 87. Domine Deus ſalutis meæ in die clamabo & nocte coram te: interim tamen inter iſtas duas ſalutes ſeruari debent Dei præcepta per hoc enim & gratia conſeruatur; & venitur ad gloriam Prouerbiorum. 13. Præcepta mea cor tuum cuſtodiat, longitudinem enim dierum & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Ambr. ſic ait; In hoc quod dicit, clamaui, notatur promptitudo affectus, in hoc autem quod ſequitur, cuſtodiam mandata tua, ſalutis obſequium. Ad hoc enim eſt omnis homo, vt dicitur Eccleſ. vltimo. Time Deum & mãdata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo, hoc eſt, cætera omnia vana ſunt, quamtunuis feliciter homini contingat, hoc tamen ſolum eſt totum hominis bonum, & ab his duobus nullus hominum excludi credat. Matth. 15. 1. Reg. 1. Iſai. 40. Ionæ. 2. Hierem. 7. Pſal. 87. Prou. 13. Ambro. Eccle. vltl.

VERSVS TERTIVS.

Præueni immaturitate & clamaui: quia in verba tua ſuperſperaui.

MAgna difficultas eſt in hoc verſu penes tranſlationem, quæ diuerſiſsima eſt in pluribus Auguſtinus legit, præueni intempeſta nocte & clamaui, & dicit, plures codices Auguſt.

non

non habere intempeſta nocte,ſed immaturitate,vix autem vnus inuentus eſt,ait,qui haberet geminatam præpoſitionem, ideſt,in immaturitate,ex quo colligitur,quod non agnouit noſtrã tranſlationem,in qua legimus immaturitate, nec in Græco inuenitur, & ex interpretatione Aug. Ambro. Hilarij, Aymonis & aliorum, qui hunc verſum commentantur hæc lectio colligitur quam nos habemus; de quo conſulendus eſt Franciſcus Luca Brugenſis, in egregio volumine, quod nuper congeſsit de varijs locis, in quibus noſtra vulgata vna ab alia diſcrepat. Nam Ianſenius ſuper hũc verſum, corruptam putat eſſe literam, ac corrigendam, at ego vt verũ fatear, licet diuerſas tranſlationes videre appeto, nec id alienum à ſacrarum literarum interprete arbitror, imò bonum ac plurimum conducens: tamen ſemper lectioni quæ in pluribus circunfertur, familiariorque eſt Eccleſiæ vſui, adhærendum ſecurius, ac vtilius putaui, & ferè tota Eccleſia latina quotidie canit, vt nos habemus, nempè; Præueni immaturitate & clamaui. Imò Lyranus, & Richelius, & inter veteres Arnobius, & Hieronymus noſtræ auſpicantur lectioni, vt ex eorum commentarijs videre licebit, ait quippè Arnobius. Præueni immaturitate & exclamaui, fui puer, poſteà adoleſcens: itemque iuuenis, nunc ecce iam ſẽnui, & vitæ meæ finẽ attendens, in hac maturitate poſitus clamo, & præueniunt oculi mei, & Hieronymus ait, Vetera vitia pudicitia iuuenili præuenit, qui per maturitatem viuacis animi ſpem ſuam nunquam à verbis Dei remouit. Beda etiam vtrumque exponit; Præueni immaturitate & præueni in immaturitate. Etenim ſenum maturitas non abhorret à Dei obſequijs. Nam licet natura debilis, ſpiritus tamen promptior ac robuſtior debet eſſe, etenim longo exercitio quaſi in naturam verſa eſt eis virtutis iam diuturna conſuetudo, quoniã in antiquis fertur eſſe ſapientia, & in multo tempore intelligentia & Pſalmiſta petit vt vſque in ſenectam & ſenium non derelinquatur à Deo. Imago illa quam vidit Nabuchodonoſor ferreos pedes habebat. Quoniam in vltima ætate indurata praua, vel bona conſuetudo quaſi ferrea effecta eſt. Ora ſacerdotalis veſtimenti pulchrior ac cultior quam tota veſtis erat, quoniam finis vitæ, quę eſt ſenectus, ſplendidior in ſtudioſis actionibus, alijs ætatibus debet eſſe. Quare ſicut virtus in ſenibus maximè ædificat: ita & è contra vitia peſsimè ſcandalizant, ſicut Dani. 13. de illis duobus ſenibus dicitur, qui contra Suſannam inſurrexerunt: Quia egreſſa eſt iniquitas

Auguſt. Ambroſ. Hilar. Aymon. Franciſcus Luca. Ianſenius. Lyranus. Richelius. Arnobius. Hierony. Beda. Pſal. 70. Dani. 2. Exod. 28. Dan. 13.

quitas de Babylone à ſenioribus iudicibus: qui videbantur regere populũ. Ad ſimilitudinem quippe naturalis motus velocior debet eſſe curſus virtutis in fine quàm in principio. Imò etiã ſi alias ætates in peccatis inſumpſit,non erit inutile in ſenectute clamare ad Deum.Quoniam & operarij illi, qui tota die ocio vacauerant, & in vltima hora ierunt ad vineam pari præmio atque primi donati ſunt,& in quacumque hora ingemuerit homo peccatum, clamor eius aſcendet ad Deum, & ſic intelligi poteſt illud Iſaiæ. 46. Vſque ad ſenectutem ego ipſe & vſque ad canos portabo,ego feci & ego feram,ego portabo & ſaluabo.Et hoc conuenit cum lectione D. Auguſt.qui legit;Pręueni intempeſta nocte & clamaui hoc eſt tempore importuno, potius ad quietem corporis quã ad clamorem à natura decreto,intempeſtiuo tempore: ſic ſenectus ob corporis debilitatem aliasque maiores naturæ neceſsitates intempeſtiuum tempus ac importunum videtur ad clamãdum ad Deũ. Sed quoniam virtus in ſpiritu ſita eſt etiam tunc clamant iuſti exẽplo Chriſti redemptoris noſtri qui clamando ad Patrem emiſsit ſpiritũ cum lachrymis & clamore valido, vt ait Paul. Vſq; in vltimam horam perdurauit clamor:aliàs ſi in ſenectute defecerit,vel vitijs adoleſcẽtiæ adhuc indulſerit,ei obijcietur illud Iob.20.Oſſa eius plena ſunt vitijs adoleſcentiæ ſuæ & cum eo in puluere dormient,& illud Threnorum.c.1.Sordes eius in pedibus eius (ideſt, in extremis vitæ ſuæ ſicut pedes extrema ſunt corporis:)& nõ eſt recordatus finis ſui. Lyranus,& Dionyſius Cartuſianus ſic exponunt hoc carmen;Pręueni immaturitate & clamaui,ideſt iſte clamor feſtinus,non procedit ex impetu paſsionis, ſed ex deliberatione rationis.Vel ſic ſtatim vt ad maturitatem perueni, & primũ illuxit mihi rationis vſus: ante omnia alia prævenire vt ad te clamarem.Sentẽtia quippe Theologorum eſt,hominem cum primum ad vſum rationis peruenerit,in primo actu illius teneri cõuerti ad Deum,itaque primus actus vſus rationis debet eſſe conuerſio ad ſuum finem,& hoc eſt prævenire omnes alios actus protinus cũ ad vſum rationis peruenerit; nam hæ ſunt primitiæ noſtræ quas debemus offerre Deo, ſecundum illud Hierem. 2.Sanctus Iſrael Domino primitię frugum eius.Sic docet Dominus Matth. cap.6. Primum quærite regnum Dei,ideſt,ante omnes alias hæc te primum occupet cura;veluti Iepte primum quod ex domo illius occurriſſet,vouit Domino,& occurrit vnica filia ſua.Tunc homo dicitur

Matth. 20.
Ezech. 18.
Iſai. 46.
Auguſt.
Hebr. 5.
Iob. 20.
Thren.1.
Lyranus.
Dionyſius Cartuſianus.
Hierem. 2.
Matth.6.
Iud. 11.

citur eſſe Dominus domus, cũ per liberi arbitrij ac rationis vſum incipit eſſe Dominus ſuarum actionum: nam antea, vt brutũ operabatur; Primum ergo quod occurrerit illi, ex domo ſua offerat Domino, ideſt, primam actionem liberi arbitrij quæ eſt veluti vnica ac primogenita filia ſua (primogeniti autem Domino offerebãtur) homo hanc offerre debet Deo, & ſe, ac ſua omnia in eum referre, vt poſsit dicere, præueni immaturitate & clamaui: ac ſi diceret protinus quod ad maturitatem & vſum rationis acceſsi, ad te clamaui in corde meo præueniens hac actione omnes alias ſubſequentes: & hoc eſt quod alij interpretes dicere volũt, nempe quod ad doleſcentia, ideſt, iuuẽtute quæ adhuc videtur immatura ætas homo debet clamare ad Deum, & nos tamen dicimus quod etſi reſpectu virilitatis, immatura ſit ætas adoleſcentiæ ac iuuentutis, tamen reſpectu pueritiæ, cum adhuc non ſplendet rationis vſus
Eccleſ. vlt. matura ætas dicetur, in qua primo Deus quærendus eſt ſecundum illud quod nos admonet egregius ille concionator Eccleſ. vltimo dicẽs; Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniant dies afflictionis tuæ & appropinquent anni de quibus dicas non mihi placent. In diebus iuuentutis tuæ dicit: nam vt ait Auguſtin. Quòd homines in ſenectute iam iam moribundi agũt erga diuina parum habent voluntarij: nam ſi eſſent iuuenes & frui poſſent mundo iſto adhuc immemores eſſent Dei, ſed deſerti à mundanis voluptatibus recurrunt ad Deum. Vnde qui ſenio confectus recurrit ad Deum, feces tantum vult offerre
Malach. 1. Deo cui congruit illud Malach. 1. Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, ideſt, floridam ætatem, & immolat debilem Domino, ideſt, differt vſque ad ſenectutem diuina obſequia; Memento ergo creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, hoc eſt ſenectus, quæ plena doloribus eſt, & appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placent: nullus enim ſibi placet de defectibus ac moleſtijs quas ſecum affert ſenectus. Has pulcherrima hypotepoſi hic depinxit ſapiens, quas libet hic exponere, quoniam gratum arbitror fore legentibus; Subdit ergo, Antequam tenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ, hæc eſt prima moleſtia, vel primus defectus ſenectutis. In homine tanquam minori mundo, ſol eſt intellectus à quo prouenit lux ſpiritualis cognitionis, lumen eſt cognitio veritatis, luna voluntas quæ regitur & illuſtratur à ratione, & per

ſeipſam

ſeipſam mutabilis eſt: ſtellæ ſunt interiores potentiæ ſenſitiuæ, quæ intellectuali operationi deſeruiunt. Hæc omnia ſenibus ob tenebreſcunt nam quanuis aliquę illarum ſint immateriales potentiæ quia tamen intellectus vtitur organo corporali, corruptione corporis, quaſi tenebris obumbrantur, ſecundum illud Sapientiæ. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: vnde ſenes deficere ſenſu contingit. ¶ Secundus defectus eſt. Reuertantur nubes poſt pluuiam quod poteſt intelligi, & de perpetuo fluxu lachrymarum, & pituitæ, (tienen perpetuo catarro.) In iuuenibus quidem accidit aliquando hæc pluuia, tamen reſtituta ſanitate reddit ſerenitas valetudinis: ſunt enim in illis interualla quædam & induciæ, at ſenes licet ad tempus euaſiſſe videantur, protinus reddit eadem vel alia infirmitas, & quaſi reuertantur nubes poſt pluuiam, quia nunquam deeſt illis tuſsis, & gemendi & lachrymandi occaſio. ¶ Tertiò, Commouebũtur cuſtodes domus, hic eſt tertius defectus per domum intelligimus corpus humanum in quo tanquàm in domicilio requieſcit, ſiue detinetur anima, huius cuſtodes ſunt vires corporales, quæ collatæ fuerunt ad tuendam vitam, & ad propulſandam iniuriam. Potiſsimum vero apparet in lacertis & manibus, quas proinde vocauit Philoſophus, organum organorum: nam manus, vt inſtrumentum rationis eſt homini pro armis quæ reliquis animalibus natura conceſsit. Hi cuſtodes tempore ſenectutis commouentur: deficiunt enim vires conſumpto per ætatem calore. ¶ Quartus defectus eſt, Nutabũt viri fortiſsimi, per quos intelliguntur nerui & oſſa, quibus tanquam firmiſsimis columnis ſuſtinetur molles humani corporis, præſertim autem in cruribus: nam in tibijs fortitudo magna eſt ad ſuſtinenda onera, hæc in ſenibus præ debilitate contremiſcunt: vnde curbi ac lenti procedunt. ¶ Et otioſæ erunt molentes in minuto numero, quintus eſt defectus commeſtionis; nam ſtomacho parum digerente, paruo etiam alimento eſt opus, ideo dicuntur otioſæ molentes, ideſt, molæ. Ob quod Vercellai Galaadites octogenarius, negauit ſe acceſſurum ad menſam regis, quia non tantum ciborum capiebat. 2. Regum. 19. Inſuper propter defluentis humoris copiam, dentes cõmouentur, & decidũt ideo ait, in minuto numero. Nam pro ſingulari priuilegio dictũ eſt de Moyſi Deut. vlti. quod dẽtes eius nõ ſunt moti. ¶ Et tenebreſcẽt vidẽtes per foramina, per quod ſignificatur

Sapien. 9.

2. Reg. 19.

Deut. vlti.

catur hebetudo ſenſuum exteriorum quæ eſt ſextus defectus: nã per exteriores ſenſus veluti per foramina & feneſtras percipit ani
Geneſ. 29. ma exteriora ſenſibilia, præſertim autẽ oculi quorum defectus in ſenectute maximè apparet. Vnde Gen. 29. Senuit Iſaac & caligauerunt oculi eius. ¶Et claudent hoſtia in platea. Plateæ amplitudine & perſpicuitate cæteras vrbis partes ſuperant, hoc eſt ſeptimus defectus, ſignificatur enim per illam pectus humanum: nam ideò
Plato. Plato ſic appellatus eſt quia habebat ampliſsimum pectus, cuius hoſtia ſunt viæ, vel arteriæ per quas, vel ſpiritus diffunditur, vel vox. Hæc in ſenibus præ frigore conſtringuntur. Quare in eis vox eſt gracilis & ſubmiſſa, prouenit autem hoc ab humilitate voeis molentis, per quod ſignificatur debilitas pulmonis, qui tanquàm motus circularis ſpiritus ſpirat & reſpirat, ideſt dicere, (que no da baſtante ayre el molino) vel poteſt intelligi infirmitas ſtomachi vbi tanquã in mola alimenta omnibus membris conceduntur, & quia deficit calor in ſtomacho, non tranſmittuntur ſufficiẽter ſpiritus vitales. ¶Octauus defectus eſt ſomni debilitas, cum dicitur & conſurgent ad vocem volucris, nam ſomnus prouenit ex abundantia vaporum aſcendentium à ſtomacho in cerebrum, & obtinentium organa ſenſuum, in ſenibus autem propter debilitatem caloris, exigui vapores aſcendunt & ita facile interrumpitur ſomnus: quod ſignificatur per hoc, quod ad vocẽ volucris excitatur, ideſt, leuiſsimo ſonitu, & etiam propter defectum virtutis retinẽdi ſuperfluum humorem, puta vrinam; & ad gallicantum vt plurimũ excitantur ſenes. ¶Et obſurdeſcent filiæ carminis, hic eſt nonus defectus, nempè ſurditas quæ prouenit in ſenibus, vel propter humoris abundantiam obſtruentis organa, vel propter deficcationẽ nerui auditus. Prouenit etiam quod apud eos organa muſicæ ſileant, quia non amplius delectantur carminibus amatorijs qui dolori potius expoſiti ſunt quàm amori. Vnde cantatrices, quæ etiã vocantur hic filiæ carminis, & quę quondam gratiſsimæ erãt quãdo vigebat ætas, nunc humiliantur in conſpectu eius, vt legit Hebræus, quia iam eas contemnit. ¶Excelſa quoque timebũt, hic eſt decimus defectus, cernimus quippè aperte pauidam eſſe decrepitam ætatem, tum propter malorum experientiam, tum quia viribus & ſanguine ſunt deſtituti, qui ſolent confirmare iuuenum pectora, audacesque atque magnarum rerum cupidos facere. Quare ſenes ardua ſcandere timent, imò & loca excelſa aſcendere, atque

omnia

omnia periculoſa cauent. Vnde prouenit quod formidant in via, vel etiam quia ſenes lento gradu quaſi pauidi incedunt, præ timore quia facile offendunt & cadunt, quod ſi ſpiritualiter intelligere cupis, ſenes formidant exitum de hoc mundo, quia vident proximum eſſe, & memores delictorum neſciunt quam viam ſint aggreſſuri.

Sunt alij defectus etiam circa ſpeciem corporis, primus defectus eſt cum dicitur, Florebit amigdalus; hoc eſt habebunt caput ſenile, ideſt, præcanicie album, propter humiditatis & frigoris abundantiam: nam amigdalus præ cæteris arboribus candidiores flores emittit, ſed his tamen floribus, ſignificatur proxima æſtas, vt Lucæ. 22. Scitis quia prope eſt æſtas, ita canicies Lucæ. 22. prænuntia eſt mortis. ¶ Impinguabitur locuſta. Secundus corporis defectus: nam cætera membra erunt exilia, at dorſum & venter impinguabuntur: nam dorſum impinguabitur, venter indigeſtis humoribus onerabitur, & pedes podagra intumeſcent, & tibiæ (quas ſignificat locuſta,) etiam humore tumeſcēt. ¶ Diſſipabitur caparis, cuius fructus & edendi appetitum, & libidinem excitare dicuntur, quo ſignificatur, omnem appetitum delectabilium, ſecundum tactum in ſenibus extinctum eſſe quod ſcriptura ſignificat in Dauid. 3. Regum. 1. qui pulcherrimam 3. Reg. 1. adoleſcentulam ſibi copulauit coniugio nunquā tamen eo quod ſenex eſſet cognouit eam. ¶ Et circuibunt in platea plangentes Ecce quem tandem exitum ſortitur huius vitæ tragedia, per loca illa vbi quondam exultare ſolebat, triumphos ac choros ducere, tandem vitā functus, cum lachrymis efferendus eſt. Huc vſque de moleſtia ſenectutis. Nuuc de diſſolutione mortis incipit agere cum dicit; Antequam rumpatur funiculus argenteus. Vbi nota quod ad vitam corporalem, miro modo duæ colligationes concurrunt, altera ex parte corporis, in quo plures humores contrarijs qualitatibus prædiți, ad certam temperiem reducti virtutem animæ continent, quæ ſi ex parte alicuius turbetur ſuccedit ægritudo, quæ prouenit ab humore prædominante, ſi autem penitus diſſoluatur harmonia continuo ſequitur mors. Quoniam autem conſonantia hæc pluribus reſultat humoribus vocatur cathena, vel funiculus; qui dicitur argenteus, quoniam licet ſit pretioſa colligatio, ſed tamen non ſumma quia eſt alia melior, quæ vocatur vita aurea, per quam

intelligitur ſecunda colligatio, quæ eſt vnio rationalis animæ ad corpus, quæ inter omnes coniunctiones formæ ad materiam primatum tenet, ſicut aurum inter metalla. Eſt enim hoc ſingulare quod rationali animæ primo conuenit eſſe, & viuere atque adeo ſubſiſtere, & ab illa tanquàm à fonte deribatur in corpus, quare diſſoluto corpore, non perditur vita animæ aut eius ſubſiſtentia, ſed quodammodo reducitur ad ipſam animam ſolam; Propterea dicitur, Antequam recurrat vita aurea, quia ſicut vita inuoluitur, ſic & ſubſiſtere colligitur ad animam in morte. Vnde ad idem refertur quod aliqui legunt ex Hebræo, Antequam rumpatur fons aureus. Nam in morte præſcinditur vena, per quam vita defluebat ad corpus, ſed manet fons integer in ipſa anima. Quoniam autem vita in motu & opere conſiſtit, hi duo motus deſignantur præcipuè vitales, qui ceſſant in morte: nam ſecundum Philoſophum cor eſt membrum, quod primo viuificatur in corpore, & quod vltimo deficit, & propterea dicit, & conteratur hydria ſuper fontem, quia primo haurit aquam vitalem ab ipſa anima, quam intelligit per fontem, in morte autem dicitur confringi quia ceſſat motus cordis.

Et confringatur rota ſuper ciſternam. Secundus motus vitalis eſt in cerebro, quod aſsimilatur rotæ ſuper ciſternam, non ſolum propter orbicularem figuram, verum propter officium, hauriendi & diſtribuendi. Nam cerebrum attrahit ſanguinem à iecore, & ſpiritus vitales à corpore, diffundit autem per omnia membra ſpiritus animales ad ſentiendum. Aſcendit rota cum ad ſe aſcendere facit cerebrum, ſanguinem & vitales ſpiritus: deſcendit cum diffundit per membra. (Sube y vaja la polea.) in morte autem ceſſat hoc officium. Vnde ſtrangulatus homo moritur quia rota non poteſt haurire, nec diffundere per ciſternam, Aut intelligitur pectus vbi venæ ſunt ſpirituum & ſanguinis. Vel intellige per rotam rerum temporalium volubilitatem, quæ omnino conteretur & deficiet, & reuertetur puluis in terram ſuam, vnde erat, & ſpiritus reddeat ad Deum, qui fecit illum. Tandem vnumquodq; in ſuam reddet originem, ac principium. Cum ergo tot incommodis obſeſſa ſit ſenectus rectè nos admonet ſapiens, vt in diebus iuuentutis, nos in Dei cultum dedicemus, antequam importuni dies ſenectutis euenerint,

rint, in quibus non ita commode id poterimus efficere, ac ideo dicit Propheta, ſe ſtatim vt maturam attigit ætatem, clamaſſe ad Deum (Quia in verba tua, inquit, ſuperſperaui,) Hoc eſt, pluſquã in verbis aliorum quorumcumque quia verba tua falſitatem non poſſunt continere. Vnde & ſubdit.

VERSVS QVARTVS.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

ACſi diceret non ſolum intempeſta nocte clamaui ad te ſed & diluculo, ad meditandum eloquia tua ſurgebam, vel in principio ætatis iuuenilis quando ſtatim cœperat rationis vſus illuceſcere, illud enim inſtans erat, quaſi diluculum diei quo ratio luceſcere cœperat, ita quod interiores oculi mei, ad te diluculo vigilabant: imò & ſuſcitabant corporis oculos ad idem munus, diluculo, ideſt, ſummo mane. Nam tempus matutinum aptiſsimum eſt ad exorandum Deum quia tunc ſolet animus hominum eſſe curis prophanis vacuus, ac proinde promptior ad perceptionem rerum ſpiritualium: nam vt dicit Auguſtinus in quæſtion. ſuper Exod. quæſt. 68. Nimis intentus humanis actionibus animus, Deo quodammodo vacuatur, quo fit tanto plenior, quanto in ſupernaturalia liberius extenditur. Vnde Pſalm. 5. Quoniam ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam, mane aſtabo tibi & videbo Prouerbiorum. 8. Qui mane vigilauerint ad me inuenient me. Nam vt ait Ambro. hic pudor eſt, ſi radius ſolis in ſtratu otioſum te inueniat, & lux clara feriat oculos ſomnolentos, adhuc torpore depreſſos, arguit nos tanti temporis ſpatium, ſine vllius deuotionis munere, ac ſacrificij ſpiritualis oblatione feriata nocte trãſmiſſum. An neſcis ô homo, quod primitias tui cordis ac vocis quotidie Deo debeas? quotidiana tibi meſsis, quotidianus eſt fructus. Occurre ergo à ſolis ortu, vt te oriẽs inueniat iam paratũ, ne lumina tua madido ſopore adhuc mergẽtia, primus diei fulgor exagitet, & infra dicit; Prẽueni orãdo & meditãdo hunc ſolem quem vides, vt illuceſcat tibi Chriſtus, ſi hunc ſolẽ prẽueneris antequam iſte ſurgat, accipies Chriſtũ illuminantẽ, diuide ſaltẽ Deo & ſeculo tempora tua, vel quãdo non

Auguſt. Pſal. 5. Prou. 8. Ambro.

poteſt agere in publico quæ ſunt iſtius mundi,& tenebræ prohibent noctis, Deo vaca, indulge orationibus, & ne obdormiſcas pſallito, ſomnum tuum bona fraude fraudato, mane feſtina ad Eccleſiam, defer primitias pij voti,& poſtea ſi vacat ſecularis neceſsitas non excluderis dicere, præuenerunt oculi mei mane meditare verba tua, & ſic ſecurus procedis ad tuos actus. Vnde & religioſis hoc munus iniunctum eſt, ſaltim illis qui à ſanctis patribus hos mores antiquos receperunt, quos refert Diuus Auguſtinus libro primo de moribus Eccleſiæ. Et Diuus Vincentius, in tractatu de vita ſpirituali, religioſos monet, vt audito horologio, vel primo ſigno ad matutinas, ſtatim à lecto ſurgant omni tepeditate reiecta, quod tum ait facilius exſequeris ſi ſuper durum ſtratum iacueris, non mollem ac delicatum, memor Chriſti Domini qui duriſsimam crucem pro lecto habuit. Vnde Diuus Bernardus, ait. Suauiſsimum mihi bone Ieſu ceruical tuum, ſpinea corona capitis tui, dulcis mihi lectus lignum crucis tuæ. Philo de vita contemplatiua, narrat de moribus. Eſſeorum eos bis quotidie conueniſſe orationi vacare mane, ſcilicet, & veſpere. Oriente enim ſole diem poſtulabant felicem, vtque mentes eorum cœleſti munere replerentur, occidente autem ſole vt anima ſenſibus exonerata corporis, veritatem poſſet inueſtigare. Quare Iob diluculo ſurgebat offerre ſacrificium pro filijs ſuis, ſingulis diebus. Imò & ipſe Deus optimus maximus dicitur exurgere de nocte & diluculo ad nos monendum atque ad noſtra peragenda negotia: vt ſæpe legitur in ſcriptura. Vide caput vltimum ſecundi libri Paralipomenon, & ea quæ ſupradiximus ſuper verſum ſextum, octonarij octaui in octauo tractatu. Interim tamen pro pleniori intelligentia ſciendum, quod nox ſecundum conſuetudinem bellantium atque paſtorum, diuidebatur in quatuor vigilias, vt colligitur ex Matthæo vigeſimoquarto capite, & Marco capite. 6. & Luca capite duodecimo. Quælibet autem vigilia habet tres horas, prima dicebatur conticinium, à conticendo: quoniam cum nox incipit, ceſſant negotia, quæ communiter diurno tēpore fieri ſolent. Secūda pars vocatur intempeſta nox, ſiue media, quoniā tūc erat tēpus intempeſtiuum ad aliquid agendū, & deſtinatū ad quietem. Tertia pars vocatur gallicantus. Quarta diluculum ſeu antelucanum, vt Mar. 13. dicitur; Vigilate ergo, neſcitis enim quādo Dñs domus veniat ſero,

Auguſt. Vincētius Ferrer.

Bernar.

Philo.

Iob, 1.

2. Paralip. vltimo.

Matth. 24. Marc. 6. Lucæ. 12.

Marc. 11.

ſero,an media nocte,an gallicātu,an mane ecce has quatuor vigilias. Et quod hæc vigilia vſurpata fuerit inter millites,patet ex hiſtorijs & experimento. 1.Regum.26.Dauid repræhendit Abner, quod non vigilauerit ad cuſtodiam regis qui erat in caſtris, de vigilijs autem paſtorum ſuper gregem ſuum fit mentio Lucæ. 2. A principio ergo noctis,intempeſta nocte,in galli cantu cum Petro, & diluculo vigilare debemus ad Deum:quia neſcimus qua hora Dominus noſter venturus ſit. 1.Reg.26. Lucæ.2.

Vel dic quod in hoc verſu monemur, quod qui orat orando periculum debet præuenire.Facilius enim prȩcauetur morbus antequam veniat,quàm expellatur poſtquam venit:ſic & hoſti facilius reſiſtitur,ne ciuitatem accipiat,quam poſtquam ipſam occupauerit expellatur,& in prouerbio eſt. Simile.

Turpiùs eijcitur,quàm non recipitur hoſpes:

Sic & pericula tam temporalia quàm ſpiritualia præuenire debemus,ne poſtquam increuerint,animum à ſanctis meditationibus impediant. Per oculos intellige prælatos qui vigilare debent atque cuſtodias agere ſuper gregē ſuum,vt dicitur Lucæ.2.Quare alij legunt inter quos Caietanus;Præuenerunt oculi mei cuſtodias. Caietan.

VERSVS QVINTVS.

Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam Domine: & ſecundum iudicium tuum viuifica me.

AC ſi diceret,& ſi ita ſtudioſe vigilo ac clamo ad te non tamen in hoc confido ſed magis in miſericordia tua,ideo vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuam,ideſt,oſtē de te audijſſe,faciendo quod peto,ſecundum miſericordiam tuam quæ ſemper parata eſt iuuare petentes:vnde ſupra dicebam,Motus eſt peus meus miſericordia tua Domine adiuuat me,hoc eſt,ſi aliquo bono affectu ferebar,miſericordia tua Domine præibat Daniel.9.Non in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam,ſed in miſerationibus tuis multis exaudi Domine,placare Domine,attende & fac.Hæc enim eſt virtus orationis, vt non ex merito orantis ſed ex miſericordia illius qui oratur vires ſumat.Ideò quippe Theologi dicunt etiam orationes peccatorū Pſal.93. Daniel. 9.

eſſe impetratorias licet non meritorias, quoniam impetratio miſericordiæ Dei, meritum autem gratiæ & charitati, qua caret peccator, innititur (Et ſecundum iudicium tuum viuifica me) ideſt, ſecundum quod tu vis & iudicas, omnia enim iudicio & voluntati
Caſsiodor. diuinæ relinquenda ſunt velut Caſsiodor. dicit (Secundum iudicium tuum viuifica me) Non quo in futuro iudicabis. Sed quo ſupplicibus parcis, & ſe condemnantibus. Viuifica me mortuum
Sapien. 2. lege peccati, de qua dicitur Sapien. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.

VERSVS SEXTVS.

Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem tua longe facti ſunt.

SI forte quæras quare ita clamem, reſpondebo quoniam appropinquauerunt perſequentes me iniquitati à lege autem
Simile. tua longe facti ſunt. Talis enim eſt natura cõtrariorum quod quanto quis magis vni extremo appropinquat, tanto amplius recedit ab alio, ſicut patet de loco ſurſum & deorſum, quanto quis plus centro appropinquat, tanto magis diſtat à cœlo. Quare in illo loco damnati ſunt detruſi, vbi etiam ſecundum locum plus diſtendantur à cœlo; ſicut & in affectibus lõge facti ſunt à Deo: & cum lex Dei ſit dilectio proximi, qui proximum odio habent ac perſequuntur plus à lege Dei elongantur, atque iniquitati magis appropinquant. Vnde odium proximi eſt maximum peccatorum, quæ in proximum committuntur: quoniam per illud maximè deordinatur voluntas erga proximum, & eſt principium & radix cuiuſcunque nocumenti quod proximo infertur,
D. Thom. vt docet D. Thom. 2. 2. quæſtione. 34. articulo. 4. & 5. Imò & videtur vitium contra naturam eſſe, vt Seneca docet Epiſtola. 7. dicens, Natura nobis indidit amorem mutuum & ſotiales fecit, & ex illius conſtitutione miſerabilius eſt nocere quam lædi, & ideo qui proximo nocet contra inſtitutionem humanæ naturæ facit. Quare qui ad hoc ſtudent, à conſortio hominum ſunt præſcindendi: nam docet Magnus Albertus. 7. libro de Vegetabilibus, quod in omni arbore agri cõſiti, oportet amputare quæcunque in ramis & virgis aruerunt, quia vicina ſibi arboris membra

bra corrumpunt;ſic in propoſito, ager eſt mundus iſte, arbor in eo conſita eſt natura humana, vt dixit cæcus ille Marci. 8. Video homines ſicut arbores ambulantes,& Plato vocat hominem arborem inuerſum,eo quod habeat radices ſupra, nempè intellectum, ac voluntatem.In ſingulis vero arboribus eſt inuenire ramos aridos, hoc eſt humore gratiæ & vitæ ſpiritualis carentes qui membra vicina ſibi,hoc eſt,alios proximos ſtudent corrumpere,atque in temporalibus,& ſpiritualibus alijs nocere ſatagunt. Præſcindendi ergo ſunt ab hominum conſortio,& longe à Deo & hominibus eliminandi,vt Dominus docet Ioan. 15. Mittetur foras ſicut palmes & areſcet. Vnde Hierony. vt habetur. 24. quæſtione. 3. Reſecādæ ſunt,ait, putridæ carnes,& ſcauioſa ouis à caulis repellenda,ne tota domus,maſſa,corpus, & pecora ardeat,corrumpatur, putreſcat. Intereant ergo tales,maximè elongantur à Deo & ab eius lege, è contra vero innocentes,ideſt, qui nulli nocent Deo maximè appropinquant,ſecundum illud Pſal. 24. Innocentes & recti adhæſerunt mihi. Rectè ergo dicit Propheta,appropinquauerunt &c. Pſal. 24.

Obſerua. Impij nocere cupientes iuſtis, ſibimetipſis nocent, nam illis potius proficui ſunt; Ait quippè Auguſtinus in Enchiridione capit. 11. & 96. Tam bonus eſt Deus vt nullum permitteret malum, niſi tam ſapiens,ac tam potens eſſet,vt ex malis bona eliceret bonis: imò & ideo Deus ſuſtinet malos in hac vita vt miniſtrent bonis præbendo illis materiam meritorum, ſicut dicitur Prouerbiorum. 11. Qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti: omnia enim propter electos. Gabaonitæ qui ex aliena ſtirpè erant à filijs Iſrael, miniſtrabant tamen in templo, ligna atque aquam portantes in officium ſacrificiorum. Sic impij qui ex aliena ſtirpe ſunt, nempè diaboli (Vos ex patre diabolo eſtis Ioannis capite. 8.) ligna ac cruces ſubminiſtrant bonis, vt holocauſta patientiæ ac pietatis ſuæ offerant Deo. Sunt impij corruptio terræ ſecundum illud Pſalmi. 13. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt, computreſcunt enim in vitijs ſuis, ſicut iumenta in ſtercore ſuo, vt dicitur Ioel. 1. Natura autem ex primeua intentione generationem intendit, corruptionem tamen per accidens, inquantum confert ad generationem, quoniam corruptio vnius eſt generatio alterius,cum ergo reprobi ſint corruptio mundi,vt diximus,non ab authore naturæ & gratiæ tanquam Auguſt. Prou. 11. Ioſue. 9. Pſal. 13. Ioelis. 1.

per ſe neceſſariò ſunt intenti, imò redundant in mundo. Nõ enim ſunt ei neceſſarij homines impij, ſed per accidens in ordine ad generationem electorum, corruptio quippè illorum virtutes generat, vel auget in electis, augmentum enim etiam eſt veluti quædam generatio, vt docet Ariſtoteles in libro de generatione; & ſęuitia tyrannorum patientiam generauit martyrum, fidemque ac charitatem auxit, alterius impij ſuperbia humilitatem in bono efficit: vt lapidantes Beatum Stephanum, heroycum illum actum charitatis excitauerunt in eo, vt pro ſe lapidantibus deprecaretur, exemplo Chriſti Domini, qui pro perſequutoribus
Matth. 10. exorauit. Propter electos ergo ſuſtinentur mali, vt zizaniam ſuſtulit paterfamilias inter triticum vſque ad tempus meſsis propter bonum tritici, ne ſimul eradicaretur, cum tamen ſerui vellent ea radicitùs euellere. Hæ ſunt quippè profundiſsimę rationes iudiciorum Dei, quę ipſos etiam ſummos Angelos latent. Nos enim videntes reprobos inter electos confeſtim vt euellerentur volumus, exiſtimantes illos potius obeſſe quam prodeſſe, & vt vel terra aperiret os ſuum & deglutiret eos, vel fulminibus è cœlo miſsis exurerentur, vel vt viſibiliter à dæmonibus raperentur: Deus autem, qui omnia ad electos ordinat, occultiſsimo iudicio ſuo eos ſuſtinet vſque in diem iudicij, cum in faſciculos congregatos exurendos infernalibus flammis tradet. Adeò enim diligit Deus ordinem vniuerſi vt etiam reprobos ac dæmones ab ipſo non excludat, ſed vellint nollint, ei inſeruiunt licet peruerſa intentione: vt in tentatione ſancti Iob perſpicuum fuit, & in hoc
Matth. 21. ſenſu poteſt intelligi illud Matthæi. 21. Quia Dominus his opus habet, intelligendo per iumẽta illa malos ac peccatores: quoniam illis indiget Deus, inquantum ordinat malitiam eorum ad electorum profectum. Vbi aduertendum, aliud eſſe quod Deus permittit aliud quod ordinat, & iterum aliud eſſe quod vult; malitiam iſtius permittit, ſed quod ex eo bonum alteri conſequatur ſapientia ſua ordinat, bonum autem quod ex tali ordine conſequutum eſt abſolutè vult Deus: vt tyrannorum malitiam permiſsit, quam ordinauit in patientiam martyrum quam abſolute voluit. Sunt ergo mali veluti miniſtri & operarij qui coronam iu-
Iſai. 54. ſtorum fabrefaciunt, ſecundum illud Iſai. 54. Ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in ſuum opus,
Rom. 9. hæc autem vaſa electi ſunt qui dicuntur à D. Paulo vaſa in honorem

norem fabrefacta, vt miniſtri illi qui fornacem Babylonicam incendebant, & qui ad prunas Beatum Laurentium in craticula aſſabant, hanc pueris illis & Laurentio conflabant coronam. Vnde Diuus Gregorius. 20. Moralium. ca. 22. dicit, Omni potens Deus electorum ſuorum aduerſarios temporaliter permittit excreſcere, vt per malorum ſæuitiam purgetur vita bonorum: nunquã enim Dominus aduerſus bonos eos ſæuire permitteret, niſi etiam quantum prodeſſent videret. Nam dum iniuſti ſæuiunt, iuſti purgãtur, & vtilitati innocentum militat vita prauorum, dum hanc & præmendo humiliat, & humiliando ſemper ad melius format. Vnde rectè per Salomonem dicitur, Qui ſtultus eſt ſeruiet ſapienti. Vide plura ibi. Dan. 3. Gregor.

VERSVS SEPTIMVS.

Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.

HOC eſt, Appropinquauerunt quidem inimici mei, ſed minimè nocuerũt, quia tu prope ad remedium intus ades, nec te latet quod agimus, ſic gloſſa. Vel dic, Prope es tu Domine, ac ſi diceret, Verè dixi reprobos longe factos eſſe à te, & à lege ac doctrina tua: quoniam ipſi ſe elongauerunt, tu enim prope ſemper omnibus ades; & ita eſt quoniam Deus ſemper idem eſt omnibus, nec in eo mutatio accidit, ſed ex noſtra parte mutabilitas prouenit. Ex eo enim quod peccator elongatur à Deo, dicitur Deus ab eo longe eſſe ſicut tu, qui modo es ad dexteram columnæ quæ non mutatur, ſi poſtea in aliam partem muteris, erit tibi ſiniſtra columna quæ antea erat dextera, non quia columna mutata eſt, ſed tu. Omnibus adeſt Deus illuminaturus eos ſicut Sol, ait Ambro. ſed ſi tu claudis oculos, vel feneſtram domus tuæ, non illuminaberis à Sole: ſic reſpectu Dei claudis oculos ac feneſtras animæ tuæ, quomodo poteris à tanto lumine illuſtrari? Oculos ſuos clauſerunt ne viderent lumen cœli, ait quidam Propheta. Prope ergo es tu omnibus, ſed qui elongant ſe à te peribunt. Vel dicitur Deus propinquus, quia vicinus eſt viſibilibus, pro quanto inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, vt dicitur Romanorum. 1. Vel dicitur propinquus, quia noſtram aſſumpſit naturam. Vel propinquus peccatoribus, quia expatribus peccatoribus Simile. Ambro. Rom. 1.

catoribus etiam originem duxit, vt tanquam ad propinquum ad
Luc. 15. eum accederent peccatores, & diceret Euangeliſta Luc. 15. Erant
appropinquantes ad Ieſum Publicani & peccatores, & auderet di-
Ruth. 3. cere peccator ad Deum, illud Ruth. cap. 3. Extende pallium tuum
(nempe miſericordiæ) ſuper me, quia propinquus es, nec poterit
excuſari cum Booz eſſe alium propinquiorem: quoniã ipſe adeò
intimus ac propinquus eſt: vt intimior nobis ſit quàm nos ipſi
Act. 17. ſumus: in ipſo enim viuimus mouemur & ſumus. Quoniam virtus
primæ cauſæ omnibus effectibus propinquiſsimè adeſt.

Obſerua quibus ſit Dominus prope, primo Dominus prope
Pſal. 144. eſt omnibus verè orantibus ad audiendum Pſal. Prope eſt Domi-
Iſaiæ. 55. nus omnibus inuocantibus eum in veritate, Iſaiæ. 55. Inuocate eũ
dum prope eſt. Item prope eſt patientibus, ſeu tribulatis ad auxi-
Pſal. 4. liandum, Pſal. 4. Cum ipſo ſum in tribulatione, & Pſalm. 33. Iuxta
Pſal 33. eſt Dominus his qui tribulato ſunt corde, Iſaiæ. 64. Cum tranſie-
Iſaiæ. 64. ris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Bernardus,
Bernard. Quantumcunq; ſæuiet tribulatio non putes te derelictum: ſi me-
mineris ſcriptum eſſe, cum ipſo ſum in tribulatione. Itē prope eſt
Philip. 3. laborantibus, ad remunerandum Philip. 3. Modeſtia veſtra nota
Iſaiæ. 51. ſit omnibus hominibus, Dominus prope eſt, Iſai. 51. Prope eſt iu-
Eccl. 11. ſtus meus: egreſſus eſt ſaluator meus, Eccl. 11. Benedictio Domini
Ioel. 3. in mercedem iuſti feſtinat, Ioel. 3. Cito velociter viciſsitudinem
Iacobi. 5. reddet in caput eorum, Iacob. 5. Ecce iudex ante ianuam aſsiſtit.
Lucæ. 22. Item eſt prope de ſe loquentibus, Luc. 22. Factum eſt dum fabu-
larentur, & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cũ
Luc. 10. illis. Prope eſt etiam infirmantibus, Luc. 10. Samaritanus quidam
iter faciens, venit ſecus vulneratum, & videns eum miſericordia
motus eſt, & appropinquans alligauit vulnera eius. Eſt etiam pro-
pe pœnitentibus ad ſe reuertentibus, patet de filio prodigo, Lucæ
Luc 16. 16. & de latrone in cruce cui dictum eſt, Hodie mecum eris in pa-
Luc. 23. radiſo, Lucæ. 23. Eſt etiam prope ipſis malis, qui ab eo elongati
Act. 17. ſunt, ad recipiendum quandocunque redire volunt, Act. 17. Non
Apocal. longe eſt ab vnoquoque noſtrum, Apocal. 3. Ecce ego ſto ad ho-
ſtium & pulſo. Væ tibi piger, atque infeſte & inurbane peccator,
qui per annum integrum expectare facis Dominum tuum ad ho-
Cant. 5. ſtium pulſantem & clamantem, Aperi mihi ſoror mea.

(Et omnes viæ tuæ veritas.) Quare reprobi, qui à lege tua longe
factiſunt, etiam à veritate longo interuallo diſtrahuntur, iuxta

illud

illud Romanorum. 1. Ita vt ſint inexcuſabiles, Quia cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerunt, exercendo, ſcilicet, opera veritatis. Vel omnes viæ tuæ veritas, hoc eſt, vera & iuſta ſunt omnia opera tua Domine, verba, & iuſſa. Quanuis enim vniuerſæ viæ Domini ſint miſericordia & veritas, nihilominus etiã omnes viæ eius ſunt veritas, & iterum, omnes viæ eius ſunt miſericordia ſecundum aliquem modum. Dum enim peccatores gratis iuſtificat, iuſtum eſt ex parte bonitatis ſuæ quæ tanta eſt, vt iuſtum ſit etiam indignis miſereri. Eſt quoque iuſtificatio illa miſericors, eo quod Deus ſine meritis miſereatur iniquo, hæc Diuus Auguſtinus hic. De quo nos ſupra verſu primo Octonarij, & tractatu. 18. Sorores dilectiſsimæ ſunt iuſtitia & miſericordia quæ ſimul comitantur, & cum iuſtitia in actum exit (la miſericordia ſale con ella apadrinandola.) Nam vt ait Chryſoſtomus ſuper Matthæum. Miſericordia ſine iuſtitia quædam fatuitas eſt, non miſericordia: & iuſtitia ſine miſericordia non eſt iuſtitia, ſed crudelitas.

Rom. 1.

Auguſt.

VERSVS OCTAVVS.

Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in æternum fundaſti ea.

DIxi autem omnes vias Domini eſſe veritatem, quoniam ab initio id cognoui de teſtimonijs tuis, cum in æternum ea fundaueri. s Ab initio, hoc eſt, cõfeſtim quod vſum rationis attigi: quoniam teſtimonia ac mandata tua ipſa ſunt ratio ac natura hominis: vt ſupra dixerat, Preueni in maturitate & clamaui; Hoc eſt protinus vt accepi vſum rationis. Hieronymus aliquanto clarius vertit ex Hebræo ſic; A principio noui de teſtimonijs tuis, q̃ in æternum fundaueris ea, ac ſi dicat, primum omnium, ante omnia, vel in primis hoc cognoui, quaſi maximè obuium, vel cognitu facillimum. Vel initio, hoc eſt, à principio conditionis meæ, quoniam homo cum gratia & fide infuſa creatus eſt, qua cognouit teſtimonia Dei, & legem æternã eſſe. Vel à principio, quando in primo homine cœpit Eccleſia, in qua hæc fides ſemper perſeuerat. Vel à principio, in primis parẽtibus & priſcis patrib⁹, cognouite, & bonis premia, & malis ſupplicia decernere. (Quia in æternum fundaſti ea) Quia ſcriptum eſt. Lucæ. 21. Cœlum & terra tranſi-

Hieronym.

Lucæ, 21.

tranſibunt, verba autem mea non præteribunt. Et Iſaiæ. 40. iuſſus eſt clamare & dicere; Omnis caro fœnum & omnis gloria eius, quaſi flos agri: exiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, verbum autem Domini manet in æternum. Vbi Hieronymus ſic dicit, Re vera ſi quis fragilitatem carnis aſpiciat, & quod horarum momentis creſcimus atque decreſcimus, nec in eodem ſtatu manemus, ipſumque quod loquimur, dictamus, & ſcribimus, de vitæ noſtræ parte præteruolat; non dubitabit carnem fœnum dicere, & gloriam eius quaſi florem fœni, vel prata camporum: qui dudum infans ſubito puer, qui puer repente iuuenis, & vſque ad ſenectutem per ſpatia mutatur incerta, & ante ſe ſenem intelligit, quam iuuenem non eſſe miretur. Pulchra mulier, quæ poſt ſe adoleſcentulorum trahebat greges, arata fronte contrahitur, & quæ prius amori, poſtea faſtidio eſt, quod & egregius apud græcos ſcribit orator; Speciem corporis, aut tempore deficere, aut languore conſumi. Hactenus Hieronymus. Cum ergo omnia per temporum interualla deficiant, verbum tamen Domini in æternum ſtat.

Vel dicuntur in æternum fundata, quoniam præmia & ſupplicia quæ promittunt in æternum duratura ſunt, vt ait hic magnus
Auguſt. Auguſtinus, vel quia Eccleſia in qua ſunt hæc veritatis teſtimonia, in æternum duratura eſt, quia ſolidum habet fundamentum,
1. Cor. 3. nempe Chriſtum, vt ait Paulus. Diuus Baſilius per teſtimonia cœ-
Baſilius. lum & terram intelligit, quæ ab initio temporis condita ſunt, per quæ intelligere poſſumus ipſam veritatem æternam & inuiſibi-
Rom. 1. lem, vt docet Paulus Roman. 1. Et hoc eſt quod in contemplatione & oratione cognouit perfectiſsimè iuſtus ac intellexit.

VIGESIMVS OCTONARIVS.

Res. Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

Res. Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe

Longe à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. 3. Res.

Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundum iudicium tuum viuifica me. 4. Res.

Multi qui perſequuntur me tribulant me: à teſtimonijs tuis non declinaui. 5. Res.

Vidi præuaricantes & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt. 6. Res.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me. 7. Res.

Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ. 8. Res.

INCIPIT TRACTATVS VIGESIMVS.

VERSVS PRIMVS.

Vide humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non ſum oblitus.

Perſonã hominis certantis contra fallaces induit.

PERSONA quæ in hoc vigeſimo octonario introducitur, eſt hominis certantis aduerſus fallaces in materia diuinæ legis, hoc eſt contra eos qui nullam curam habent doctrinæ, ac legis diuinæ, vel ediſcendæ, vel obſeruandæ; Quæ perſona explicatur in verſu ſexto, vbi ſecundum Caietanum ſic dicit, Vidi fallaces & certaui: quia dictum tuum non cuſtodierunt, quod in idem recidit cum noſtra litera. Fallaces quippe ſunt in opere qui præuaricatores ſunt diuinæ legis: & quia

quia perſona hæc poſtulat eripi, redimi, & viuificari colligitur, recognoſcere ſe indigere auxilio diuino, nec ſuis confidere conatibus aut viribus, & ideo proponit ſuam afflictionem, ac ſubiectionem dicens; Vide humilitatem meam & eripe me. Litera autem quæ in eo præmittitur eſt, Res, vigeſima inter Hebræas literas quæ ſignificat caput, vel primatum, aut pauperem. Quoniam ſeruus Dei humilis, ac pauper præcipue circa ea quæ ad caput attinent zelo Dei accenditur. Caput autem totius Chriſti corporis myſtici veritas legis eius eſt, ob quam defenſandam, ſe afflictionibus aduerſariorumque certaminibus exponit, ſicut coluber cum vrgetur periculo, vt ait hic Ambroſius, caput ſemper abſcondit, & in orbem ſe colligens obiecta reliqui corporis parte, caput ſolum tueri conatur, eo quod ſaluo capitis vigore, læſa cætera membra fertur reparare; ſic enim & tu, ſeruato capite, Chriſti ſeruata authoritate ac veritate legis eius, quæ inter omnes capitis primatum tenet, perire non poteris, imo hac ſalua veritate, cætera reſarcies mala: qua perdita viuere impoſsibile erit. Nam ſicut in corpore hominis caput omnia membra fouet, & dirigit atque ſenſibus implet, inde ductus venarum meatuſque ſpiritus, ſanguinis vires in totius corporis partes deriuantur, luſtrat omnia, ſublato capite corpus ſine nomine eſt, non agnoſcitur, nec vllus ſupereſt vſus viuendi; propterea qui in aliquo damnatur crimine, ideo capite punitur eo quod caput ornamentum eſt totius corporis, quia qui turpi vel ſceleſto reatu, beſtialis immanitatis horrorem commiſiſſe detecti ſunt, formam humanæ conditionis videntur exuere. Reciſſo enim capite reliqui corporis truncus beſtiarum corpori comparatur: ſic à Chriſto capite, & ab eius veritate omnia nobis vitæ gratiæ bona promanant, quod qui abijciunt trunci, & abſque nomine ſemper erunt. De quibus dicit Paulus ad Coloſſenſes ſecundo. Quod non tenent caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones, ſubminiſtratum & conſtructum creſcit in augmentum Dei. Dicat ergo iuſtus, qui aduerſus huiuſmodi certat fallaces præuaricatores. Vide humilitatem meam & eripe me: ac ſi diceret, cum tu ſis prope Domine vide afflictionem meam, & ex huiuſmodi me eripe calamitatibus, quia licet propter legem tuam affligerer, eius tamen oblitus non ſum: nec ſuſtinui iniquum aliquid agere, aut odiſſe inſidiatores meos.

Ambro.
Simile.
Simile.
Coloſſ. 2.

Sic Eu-

Sic Euthymius; Vbi humilitas pro afflictione capitur, ſicut crebro in ſacris literis fit, & ſic transfert Diuus Hieronymus, ſic enim orabant olim ſancti afflictionem ſuam ante oculos diuinos proponentes, vt ſic eum ad miſericordiam flecterent, ſic Ieremias Threnorum. 1. Vide Domine afflictionem meam, & vide Domine quoniam tribulor. Et Daniel capite nono. Aperi oculos tuos, & vide deſolationem noſtram. Sic enim ſtrenuus miles membra ſua vulnerata oſtendit regi, vt ipſum eripiat è labore certaminis. Vnde hic Ambroſius dicit; Athleta bonus membra ſua monſtrat, vt conuerſationis ſuæ approbet diſciplinam, monſtrat etiam tunc membra ſua, quando poſt aliquot certamina grauiora, iterum certare compellitur, vt iudex videns feſſum corpus, nequaquam eum certare compellat, & tu Chriſto oſtende labores tuos dicens; Vide humilitatem meam & eripe me. Euthymius. Thren. 1. Ambro. Simile.

Sed Diuus Ambroſius & alij hunc verſum intelligunt de humilitate, quatenus virtus eſt: & tunc hic erit ſenſus. Nam cum in præcedenti octonario actum ſit de clamore concluſi petentis liberari & exaudiri: & quia nemo liberatur nec exauditur, niſi per humilitatem quæ ſemper Deo placuit, ſecundum illud Iudith. 9. Humilium & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio, ideo humilitatem ſuam oculis omnipotentis obijcit, vt clamor eius ante maieſtatem Dei aſcendat. Scriptum quippe eſt Eccleſiaſt. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrauit, & donec propinquet non conſolabitur, & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat: cernimus quippe aues, quæ vt in alta ſe iactent, prius ſe in terra inclinant pectore, atque alis puluerem attingentes: exindeque vſque ad nubes pertingunt. Imo & flamma prius flatu contrahitur, vt poſtea eleuetur: ſic eſt oratio eius qui ſe humiliat, & tamen cum humilis ſit proterba videtur eius oratio: cum non conſoletur niſi appropinquet, nec diſcedat donec aſpiciat altiſſimus. Eſt enim humilis oratio veluti blanda quædam ac molis contentio cum Deo, quæ eum ad amorem & miſerationem flectit; Nã ſermo molis (qualis eſt humilis oratio) frangit iram Dei Prouerbiorum. 15. Cui etiam congruit litera, Res, quæ ſignificat caput, quoniam humilitas eſt caput quæ totum noſtrorum actuum fouet corpus, inflatus autem hoc caput non tenet: quia non amplectitur Chriſti humilitatem, quæ eſt caput omnium virtutum. Ambro. Iudith. 9. Eccl. 35. Simile. Prou. 15.

tutum. Dicitur etiam primatus quoniam primatus ille qui per Christi humilitatem habetur, non datur filio maiori, id est, maiora de se sentienti: sed minori fratri Iacob placido, quieto, ac minora de se intelligenti.

Gen. 27.

Humilitas quidem virtus est quæ acquiri potest humanis viribus, sicut aliæ virtutes acquisitæ, ac naturales, sicut docet Diuus Thomas. 2. 2. quæst. 161. articulo 1. licet non fuerit à Philosophis cognita, quia euanuerunt in cogitationibus suis, & obcęcatum est insipiens cor eorum: nam vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei. Quare nihil de humilitate dixerunt, licet contineatur sub iustitia legali, qua subditus principi obedit. Sed tamen ipsa ratio humilitatis potior est in humilitate, quatenus virtus infusa est: non ea generalitate solum qua virtutes infusæ sunt potiores acquisitis: sed volumus dicere quod ipsa ratio humilitatis, potior est in infusa, nam proprium principium humilitatis est se cognoscere, & Deo se subijcere: sed per solum gratiæ munus cognoscere possumus defectus nostros, & gratiam ac celsitudinem diuinam, secundum illud. 1. Corinthiorum. 2. Nos autem non spiritū huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quare humilitas propria virtus est viri Christiani, quam à Christo magistro suo apprime verbo, & exemplo edoctus est. Hanc virtutem sancti tanquam caput ac fundamentum omnium virtutum summis laudibus efferunt, quod tamen non sic intelligendum est, quasi omnibus sit præferenda virtutibus, cum & Theologicæ potiores sint, & inter morales iustitia legalis atque religio præmineant: sed dicitur caput ac fundamentum, quoniam aufert impedimenta spiritualis ædificij. Sicut quando in ædificio fundamenta aperiuntur, extrahuntur ea quæ impedire possunt: sic quia humilitas aufert superbiam, quæ maxime impedit spiritualem structuram, quoniam Deus superbis dicitur resistere Iacob. 4. ideo dicitur fundamentum, hoc est dicere in nostro vulgari (la çanja del edificio Christiano.) Quod quoniam in cœlum vsque pertingere debet, profunda debet habere fundamenta. Vnde Ambrosius hic, vide humilitatem meam ait, quoniam humilitate superbia vincitur, quare omni Christiano necessaria est, & etiam dicitur caput ac fundamentum, quoniam nulla virtus est, quæ reddat hominem habiliorem

D. Thom.

Rom. 1.

Sap. 13.

1. Cor. 2.

Simile.

Iacob. 4.

Ambro.

ad hoc

ad hoc, quod à Deo recipiat bona, quod ſic patebit. In omnibus enim actionibus paſsiuum proportionatur actiuo, & ſecũdum diſpoſitionem paſsi ſplendet in eo virtus agentis, & quanto eſt maior virtus agens, tanto eſt minor potentia ex parte paſsi neceſſaria, quæcunque autem natura creata ad bonum diuinum ſupernaturale comparata eſt veluti nihil, & ideo qui ſe extimat nihil eſſe, hoc eſt, proprium paſsiuum reſpectu illius. Sic Iſaiæ. 57. Hæc dicit excelſus, & ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius in excelſo, & in ſancto habitans, & cum contrito & humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritum humilium: vt viuificet cor contritorum. Ecce quomodo quoniam excelſus eſt Dominus, & humilia reſpicit in eis operatur talibuſque bona ſua impartitur. Ortum autem habet humilitas ex conſideratione vilitatis propriæ, & celſitudinis Dei. Conſiderans humilem naturæ conditionem dicebat Abraham; Loquar ad Dominum meum cum ſim puluis & cinis. Geneſis. 18. & Iob. 18. Putredini dixi; pater meus es tu, mater mea, & ſoror mea vermibus, id nobis inſinuare vult Spiritus ſanctus cum Michææ. 6. dicit; Humiliatio tua in medio tui, hoc eſt, in ventre quem voluit autor naturæ ante nos eſſe, vt præ oculis haberemus infirmam ac fœdam noſtræ naturæ conditionem, qua vana ſuperbia concuteretur. At ſecunda cauſa humilitatis eſt intuitus diuinæ maieſtatis: cuius eſſe expers eſt omnis defectus. Quare in conſpectu eius, infirmitas noſtra clarius cernitur, ſecundum illud Iob. 15. Stellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? Bernardus ad fratres de monte Dei. Nunquã ſe, ait, melius deprehendit modus humanæ imperfectionis quã in lumine vultus Dei in ſpeculo diuinæ viſionis, mens humilis in ſuo imo manet. Quare Diuus Auguſtinus humilitatem ex his duobus cõditionibus deſcribit, dicens; Humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis, & ſui conditoris voluntaria mentis inclinatio in ſuo imo ordinabili ad ſuum conditorem. Humilitas eſt velut quædam mentis inclinatio & genuflexio coram Deo eum ſemper venerans. Seneca in Epiſtolis ſic dicit; Quod homines libentiſsime de alijs faciunt de te mala exiſtima, illud tamen maximè tracta, quod in te eſſe infirmum ſenties; ſic palea locum ſupremum tenet non ſui nobilitate, ſed vento, & ſui vanitate, granum vero quod pretioſum eſt tenet locum imum: ſic ſuperbia vilis elationis opinione, vel

Bſa. 57.

Pſal. 112.

Gene. 18. Iob. 18.

Mich. 6.

Iob. 15.

Bernar.

Auguſt.

Seneca.

ne, vel ambitionis præſumptione ſuper alios ſe extollit: humili-
Bernar. tas verò in imo remanet. Bernardus in. l. de duodecim gradibus humilitatis ſic eam deſcribit; Humilitas eſt veritas, qua homo veriſsima ſui cognitione ſibi ipſi vileſcit.

Valet autem ad humilitatis commendationem primo quia in
Eccleſi. 3. Scriptura maximè commendatur Eccleſiaſt. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gratiam. Quanto
Gregor. maior es, ait, Gregorius in Moralibus. Mirum eſt, ait, cum in cordibus ſublimium, regnat humilitas morum, vnde penſandum eſt quia potentes, quippè cum humiliter ſapiunt, culmen extraneæ,
Bernar. & quaſi poſitæ à longè virtutis acquirunt. Bernardus; Non eſt magnum in afflictione eſſe humilem. Magna prorſus & rara vir-
Eccl. 7. tus eſt humilitas honoratâ. Eccleſiaſt. 7. Humilia valde ſpiritum
Lucæ. 14. tuum. Lucæ. 14. Recumbe in nouiſsimo loco. Secundo, quia Chriſtus verbo & exemplo maximè nobis eam commẽdat. Au-
Auguſt. guſtinus, Ambula per Chriſti humilitatem, vt venias ad æternitatem, & alibi, Medicina tumoris hominis, eſt humilitas Chriſti
Simile. erubeſcat homo eſſe ſuperbus, quia humilis factus eſt Deus. Erubeſceret miles ſedere in ſcanno ſi videret regem ſedere ad terram.
Iſaiæ. 64. Iſaiæ. 64. Vtinam dirumperes cœlos, & deſcenderes: à facie tua
Bernar. montes defluerent, id eſt, ſuperbi humiliarentur. Bernardus. Intollerabilis impudentiæ eſt, vt vbi ſe exinaniuit maieſtas: infletur vermiculus & tumeſcat. Magiſterium humilitatis ſpecialiter ſibi
Matth. 11. Chriſtus aſcribit. Matthæi. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum &
Auguſt. humilis corde. Super quo Auguſtinus libro de Virginitate; Non dicit, diſcite à me mundum fabricare aut mortuos ſuſcitare, ſed quia mittis ſum, & humilis corde. O doctrinam ſalutarem! O magiſtrum Dominumque mortalium, quibus mors poculo ſuperbiæ propinata atque trãsfuſa eſt! Noluit dicere quòd ipſe non noſſet, noluit iubere quod ipſe non faceret: ita ne magnum eſt eſſe paruum, vt niſi à te qui tam magnus es fieret, diſci omnino non poſſet? Ita plane non enim inuenitur aliter quies animæ niſi inquieto tumore digeſto, & quia ex humili matre, humili loco naſci & cætera omnia, quæ humilitatis ſunt aſſumere voluit. Hoc erit vobis ſignum, ait Angelus ad paſtores, inuenietis puerum pannis inuolutum & poſitum in præſæpio. Vbi
Bernardus Bernardus. In ſignum poſiti ſunt panni tui ô bone Ieſu, ſed inſignum cui hodie à multis contradicitur; ſic plane ſic decet: vt vin-

cat etiam

cat etiam humilitate, qui ſublimitate vincebat. Tertio, quoniam miro modo humilitas placet Deo Canticorum. 1. Cum eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum, id eſt, humilitas, nardus enim humilis arbor eſt, odor autem bonus complacentiam in Scriptura ſignificat, ſecundum illud, Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, id eſt, accepta & placita ſit ante Deum: ſicut ſpecies aromaticæ cum in puluerem redigun tur vehementius redolent, ſic bona hominis cum per humilitatem quaſi comminuta fuerint. Cant. 5. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? & Pſalmiſta. Reſpexit in oratione humilium, vnde Gregorius; Magnus creatori noſtro ad recipien dum fletus humilium miſericordiæ ſinus. Quare alibi Pſalmus in humilitate noſtra memor fuit noſtri. Quarto, quoniam humilitas gratiam haurit, vt vas inclinatū. Eccle. 13. Humiliare Deo & expecta manus eius, quare vaſa vacua impleta ſunt oleo, hoc eſt, diuina miſericordia. 4. Reg. Humiles glorificat Deus. Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. & Pſal. Tu populum humilem ſaluum facies; & humiles ſpiritu ſaluabis. Nec mirum hæc enim virtus ſpecialiter ſubdit hominem maieſtati Dei, eſt & fidelisſima Deo, quia non ſibi vſurpat quæ ſunt Dei: nam ipſa dicit illud. 1. Corinth. 4. Quid habes quod non accepiſti? charitatem reparat. Bernar. Sola virtus humilitatis læſſæ eſt reparatio charitatis. Nam videmus per cōtritionē humilem reparari in peccatore. Laqueum euadit. Vnde cum D. Antonius mundum plenum laqueis videret exclamauit & dixit, & quis effugiet laqueos hos omnes? & audiuit vocem dicentis, ſola humilitas Antoni. Item humilitas pacatiſsima eſt: nam & cum ſuo contrario pacem habet: nempè cum ſuperbia, quis nam vidit vnquam ignem, cum aqua pacem habere? nullus hominum certe, & tamen humilitatis virtus cum ſuperbia pacata eſt. Superbus alium ſuperbum non capit imo expellit ac pungit, tumor enim vnius alterius ferit tumorem. Apud geometras demonſtratur quod ſpherica corpora quæ quaſi tumida ſunt: non poſſunt ſe contingere niſi in ſolo punto. Vnde pungere ſe inuicē poſſunt nō tamen ſibi coaptari: ſic ſuperbi qui turgidi ac tumentes ſunt. Vnde Prou. 13. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia, at vero corpus concauum, in concauitate illa, quæ vacua eſt ſphæricum corpus atque rotundum in ſe capit. Sic humilis ſuperbum

Cant. 1. Pſal. 140. Cant. 5. Pſal. 101. Gregor. Pſal. 135. Eccle. 13. 4. Reg. 4. Iob. 22. Pſal. 17. 1. Cor. 4. Bernar. D. Antonius. Simile. Prouer. 13.

Iſaiæ. 11. pacificè recipit atque pertractat. Vnde Iſa. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur, hoc eſt, ſuperbi cum humilibus, & puer paruulus, id eſt, humilis minabit eos.

Scire etiam debes, quomodo acquiratur humilitas, quæ tot commoda affert. Et dico quod licet virtutes potiſsimè ſedem habeant in potentijs interioribus, tamen præcipuum negotium eſt adhibendum circa exteriora: nam conſentaneum eſt hominem per ſenſibilia ad interiora deduci. Propterea volenti parare habitum abſtinentiæ exteriora neceſſaria ſunt, nempe ieiunia, ſobrietates &c. & hoc potiſsime in humilitate neceſſarium eſt: non tantum quia à facilioribus eſt inchoandum: ſed quia per exercitium humilitatis paulatim abſcinditur verecundia ſeruandi ea, quæ coram hominibus deſpectibilia apparent; & ideo qui vult acquirere humilitatem ab exterioribus debet incipere. Vnde inſtituta ſunt huiuſmodi exercitia in religionibus dum modo non ſint inutilia irriſione digna, quæ plus vanitatis ac ſuperbiæ, quam virtutis & veræ humilitatis præſeferant. (Que ſea mas el

D. Tho. ruydo que las nuezes.) Vide Diuum Thomam, 2. 2. quæſt. 161. artic. 6. ad ſecũdum. Dicat ergo verus Dei cultor & ſanctus. Vide

Hilarius. humilitatem meam; vbi Hilarius ſic ait; Non regni opes, non ſpiritum prophetiæ, non aliquid humanæ iactantiæ nominat conſpici in ſe, ſed humilitatẽ præcatur. (& eripe me.) Nam ſuperbus malis innectitur, vt humilietur, humilis eripitur vt exaltetur, vt ait hîc gloſſa. (Quia legem tuam nõ ſum oblitus.) In qua veluti peculiare ius habetur; Qui ſe humiliat exaltabitur & qui ſe exaltat hu-

Luc. 18. Auguſt. miliabitur, vt ait hic magnus Auguſtinus.

VERSVS SECVNDVS.

Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Auguſt. AVguſtinus vult, quod hic verſus ſit veluti repetitio ſuperioris, quod enim ait, vide humilitatem meam, hoc eſt, iudica iudicium meum, & quod ait, eripe me, hoc eſt, & redime me, quod vero ſupra dictum eſt, quia legem tuam non ſum oblitus, huic congruit, quod hic dicitur, propter eloquium tuum viuifica me. Ipſum enim eloquium eſt lex Dei, quam non eſt

oblitus,

oblitus, vt ſe exaltandus humiliaret, ad ipſam vero exaltationem pertinet, quod ait, Viuifica me, quia ſanctorũ exaltatio vita æterna eſt.

Vel dic quod petit eripi, hoc modo, vt à Deo iudicetur cauſa ſua: nam quem ſcit æquiſsimum eſſe etiam nouit & pijſsimum, potiuſque ab eo iudicare, quam ab homine iniuſto & impio deſiderat, ſecundum illud Iob. 6. Qui cœpit ipſe me conterat: ſoluat manum ſuam & ſuccidat me; ac ſi diceret. Ipſe me vel condemnet vel abſoluat, viuificet vel occidat: dum modo ad impiorum hominum iudicium non me remittat. Scio enim ipſum pollicitum eſſe vitam his, qui ſuæ pijſsimæ maieſtati ex corde ſe tradunt. Id etiam ſignificare voluit Rex Dauid 2. Regum. 24. cum dixit; Melius eſt mihi, incidere in manus Dei, (multæ enim miſericordiæ ſunt eius) quam in manus hominum. Vel tertio vt poſtulet Deum ſibi tanquam iudicem & patronũ cauſæ ſuæ. Vnde Caietanus legit; Litiga litem meam, & eripe me, hoc eſt, ad ſimilitudinem aduocati atque patroni aſſume cauſam meam, & à tot fallacijs eripe me, vt viuam propter promiſſa tua.

Iob. 6. 2. Reg. 24. Caiet.

Obſerua quod in nobis duplex eſt iudicium, quo pro peccatis noſtris iudicamur. Vnum eſt iudicium noſtrum, aliud eſt iudicium Dei, iudicium noſtrũ dicitur; quo nos voluntarie nos ipſos iudicamus, nos ipſos pro peccatis noſtris mortificantes, & carnem caſtigantes, & hoc vel in ſatisfactionem præteritorum peccatorum, vel in cautelam futurorũ. Sic enim ſe ipſum iudicabat Apoſtolus cum 1. Corinthiorum. 9. dicebat; Caſtigo corpus meũ &c. Aliud eſt iudicium Dei, quod nos quidem nõ aſſumimus immiſſum tamẽ tolleramus, ſicut ſunt flegella quæ ab extrinſeco à Deo nobis immittuntur pro noſtris delictis, de quibus Pſal. 9. dicitur; Cognoſcetur Dominus iudicia faciens. Primum autem iudicium quo homo ſeipſum iudicat plus Deo placet, quam aliud ab extrinſeco illatum, nam ſic contritio eſt iudicium noſtrum, quam Deus ſummopere optat: de quo iudicio loquitur hic Pſalmiſta, dicens; Iudica iudicium meum, & redime me: quaſi diceret, quia Deus videt quod me ipſum iudico, ideo me redimit à peccato. Et huius iudicij ſolum in præſenti eſt tempus, quia hic quiſque ſeipſum iudicare poteſt, quod in futuro non habebit locum. De quo iudicio dicitur Iob. 34. Nequaquam vltra in hominis eſt poteſtate, vt veniat ad iudicium. Vbi Gregorius. 25. Moral. cap. 6. ſic ait,

1. Cor. 9. Pſal. 9. Iob. 34. Gregor.

Hìc nimirum, non illud iudicium deſignatur, quod per æternam retributionem punit, ſed quod mente conceptum per conuerſionem diluit, & quod eſt illud iudicium niſi de quo Apoſto-
1.Cor.11. lus dicit. 1. ad Corinthios. 11. Si noſmetipſos iudicaremus non
Pſalm. 98. vtique iudicaremur? & Pſalmo. 98. Honor regis iudicium diligit. Vt videlicet, qui iam Dominum honorat ex fide ſolicite conſideret, quid ei debeat in operatione. & alibi dicitur; Iudicare coram Domino & expecta eum. Coram Domino iudicatur, qui corde Dominum conſpicit, & actus ſuos ſub eius pœnitentia ſolicita inquiſitione diſcernit. Quem tanto ſecurius quiſque expectat, quanto quotidie vitam ſuam ſolicitus examinat. Qui enim ad extremum eius iudicium venit, nec iam coram illo, ſed ab illo iudicatur. Debet ergo vniuſcuiuſque mens, & cauſas ſuas apud Dominum, & cauſas ſuas coram ſe ſolicita inquiſitione diſcutere: debet caute penſare vel quæ bona ab eo percepit vel quæ mala bonis illis peruerſè viuendo reſpondet, quod electi facere quotidie non ceſſant, pœnitendo feriunt, quod ſuperbè commiſerunt, ibi tot patiuntur ſupplicia, quot pati timent. Nec deeſt in hoc iudicio mente concepto omne miniſterium, quod punire reos plenius debeat: nam conſcientia accuſat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat, quod iudicium eo certius punit quo interius ſæuit. Vnuſquiſque enim cum cauſam huius examinis contra ſe aggredi cœperit, ipſe eſt actor qui exhibet, ipſe eſt reus, qui exhibetur: odit qualem ſe fuiſſe inuenerit, & ipſe eſt qui ſemetipſum in ſequitur illum qui fuit; atque ab ipſo homine aduerſus ſemetipſum fit quædam rixa in animo parturiens pacem cum Domino, & ſubdit; Quia ergo nunc in poteſtate noſtra eſt internum mentis noſtræ contra nos ſubire iudicium, recognoſcendo accuſemus noſmetipſos, & quales fuimus pœnitendo torqueamus: non ceſſemus dum licet iudicare, quod fecimus. Vn-
Prou. 11. Prouerbiorum. 11. dicitur; Cogitationes iuſtorum iudicia. Hactenus D. Gregorius. Et certè hoc iudicium noſtrum exigit à nobis Deus, vt excuſemus ſuum: quod portare nequaquam poteri-
2.Petri.2. mus. Si enim Angeli, vt ait Petrus. 2. Epiſt. c. 2. qui ſpiritualis naturæ ſunt, non poſſunt portare iudicium eius, quid nos miſelli, ac
Ierem.1. imbecilles portare valebimus? Vnde & per Prophetam Iere. ca. 2. dicit Dominus; Quid vis vt iudicio cõtendam tecum? acſi diceret, tu te ipſum diſcutiendo iudica, ne me vt te iudicẽ compellas: non

enim

enim euadere poteris iudicium meum. Hinc illa vox ad primum parentem, Adam vbi es? non quaſi ignorans vbi nam lateret id Gen.3.
interrogat Deus, cum nulla creatura ſit inuiſibilis in conſpectu Hebr.4.
eius: ſed occaſionem præbere voluit, vt ipſe fateretur peccatum ſuum ac ſe iudicaret, ne in Dei iudicium incideret. Horrendum Hebr.10.
quippè eſt incidere in manus Dei viuentis. Idem voluit cum fratricidam Cain interrogauit, vbi eſſet Abel frater ſuus. Imò Domi- Gen.4.
nus id cum Samaritana agebat cum ei dixit, vt vocaret virũ ſuum, Ioan.4.
quaſi eam ponens in via vt fateretur peccatum ſuum, ſed quia celare voluit ipſe ei improperauit dicens, quod eſſet cum alieno viro. Confitere ô homo peccatum tuum ad auriculam ſacerdotis, ſub ſigillo illo quod aperiri non poteſt: niſi vellis quod Deus coram Angelis & hominibus manifeſtet in die iudicij. Ideo quippè Pſal.31.
dicuntur tecta peccata pœnitentiũ, quia ſi in occulto modo confitentur non exibunt in publico, vt confundantur. Vnde Iſa.43. Eſai.43.
ſecundum Septuaginta dicitur; Dic tu prior iniquitatem tuam, vt iuſtificeris. & Pſal. Dixi & confitebor aduerſum me iniuſtitiam Pſal.31.
meam Domino, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei, hoc enim ſingulare eſt apud Dei tribunal, quod cũ in alijs ſi reus confitetur peccatum damnatur ad mortem, in hoc reus ſi faſſus fuerit delictum ſuum abſoluitur; Ego te abſoluo, ſubinfert iudex, poſt rei ac peccatoris confeſsionem, & ſic intellige illud Iob.9. Verebar om- Iob.9.
nia opera mea ſciens quod non parceris delinquenti: quoniam niſi te ipſum iudicaueris in hac vita ac punieris erit in alia punitio tua. Nullum ergo crimen erit impunitum, quoniam niſi in præſenti vita, per proprium iudicium voluntariè caſtigauerit impius, ſubmittendo ſe Eccleſiæ iudicio, in futura æternaliter ſoluet.

Vltimo intellige carmen hoc de iudicio, quo per aduerſa iudicamur à Domino, vt vult hic Diuus Ambroſ. ac ſi diceret; Iu- Ambroſ.
dica iudicium meum &c. id eſt, hic fac iudicium meum, hic puni peccata mea, hic vre, hic ſeca, hic percute, hic flagella: quia hic iudicatus liberabor à culpa, & ſaluabor in gloria. Et hoc eſt quod ſubdit, & redime me, id eſt, per talia iudicia redimes me à culpa: illos quippè ſolos præſentia iudicia ſaluant, quos emendant, ait Gregorius. (Secũdum eloquium tuum viuifica me.) Quia Gregor.
per talia iudicia caſtigatus æternaliter viuam, ſic enim dicit Dominus Deuter.32. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, Deut.32.
& ego ſanabo.

VERSVS TERTIVS.

Longe à peccatoribus ſalus: quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt.

HIC oſtendit pœnam, ac culpam peccatorum qui ſtatuta Dei contemnunt: vel ea fallaciter interpretantur, dicens; Longe &c. quia iuſtificationes tuas non exqueſierũt. Hæc eſt culpa propter quam longè eſt ſalus ab eis, ſecundum illud
Prou. 15. Prouerbiorum. 15. Longè eſt Dominus ab impijs Metaphoricus ſermo eſt; verè enim Deus longe à peccatoribus nõ eſt diſtantia locali, ſed diſſimilitudinis. Sunt enim valde diſſimiles diuinæ voluntati, quæ odit peccata, in quibus tamen ipſi delectantur. Vnde eodem capite dicit Sapiens; Cor ſtultorum diſſimile erit.

Simile. Obſerua ideo à peccatoribus longè eſt ſalus: quia ipſi ſaluti appropinquare nolunt, ſicut enim anima nunquam deſerit corpus: niſi ex defectu corporis, vt puta propter infirmitatem, ſenium vel illationem paſſionis ab extra: ſic & Deus animam non deſerit, niſi propter defectum ipſius animæ, vnde non Deus qui eſt ſalus elongat ſe ab eis, ſed ipſi à Deo, non quidem loco, ſed moribus id ergo eſt longè eſſe à Deo, Deum deſerere, id eſt Deum deſerere, mandata eius non cuſtodire. Vnde ideo longè à peccatoribus ſalus, quia iuſtificationes, hoc eſt mandata Dei, non
Luc. 15. cuſtodierunt, quod in parabola de filio Prodigo adumbratum eſt cum dicit abijſſe in regionem longinquam à patre ſuo, quoniam infinitè diſtat peccator à Deo: nam peccatum in quantum aduerſatur Deo, qui infinitus eſt, infinitatem quandam dicit; Quare dum eſt in peccato mortali (de hoc quippè loquimur) appropinquare Deo non poteſt: Deus autem non ſe elongat à no-
Lucæ. 22. bis niſi quantum iactus eſt lapidis, vt patet Lucæ. 22. Vt ſi peccator inuocet citiſsime audiat: nam in quacunque hora ingemuerit peccatum ſuum præſtò adeſt Deus illi, ipſi ergo ſe à Deo longiſsime diſtrahunt, & ideo ab eo dereliquuntur. Quoniam Deus ad animam venit non vocatus: non tamen vadit niſi reiectus.

Longe à peccatoribus ſalus, quia longe à cordibus ac deſiderijs eorum: quoniam iuſtificationes Dei non exquirunt, vt ea opere
Iſaiæ. 58. compleant, licet fortè aliqui eas exquirunt, vt ſciant Iſaiæ. 58. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt. Quaſi gens quæ iuſtitiã fecerit, & quæ iudicium Dei ſui nõ dereliquerit;

Rogant

Rogant me iudicia iuſtitiæ & appropinquare Deo volunt, tamen non appropinquant, niſi ore tenus: ſecũdum illud Ierem. 12. Prope es tu ori eorum & longe à renibus eorum. Ierem. 12.

(Lõgè à peccatoribus ſalus). Multiplex eſt ſalus vna carnis, qua etiam peccatores fruuntur: alia eſt ſanitas ſpiritus hæc eſt ſanitas gratiæ quæ tantum eſt bonorum: alia cæleſtis, id eſt, gloriæ quæ ad præcedentem conſequitur, prima tollit morbos corporis, ſecũda ſpiritus, tertia vtroſque quando nec in carne infirmitas: nec in anima peccatum erit. Quoniam abſterget Deus omnem lachrymam: vt dicitur Apoc. 21. Eſt & quarta ſalus, quæ eſt fons aliarũ, Apoc. 21. hæc eſt Chriſtus Ieſus de qua Ioan. 4. Salus ex Iudæis eſt. Ab hac Ioan. 4. etiam elongabuntur peccatores in perpetuũ, cum à corpore exierint: audient quippe, tremendam illam, ac omnium terribiliũ ſententiam, ab ore ipſius iudicis promulgatam cum dicet eis. Ite (vd os de mi) à quo fugas eos Domine à te qui es fons vitæ, ſalus, Matth. 25. quies, ac beatitudo omnium? Quo ibo ab ſpiritu tuo, tantillum te Pſal. 138. cognouerat Petrus & dicebat; Quo ibimus à te Domine verba enim vitæ æternæ habes? Scintillam quandam immenſæ lucis tuæ Ioan. 6. in transfiguratione viderat: & diuelli ab illo loco nolebat: ſed dicebat; Bonum eſt nos hic eſſe. Quomodo ergo, id ferre poterũt mali à te qui bonum omnium es: in ſempiternũ diuelli? Expulſiſti à Matth. 17. te fratricidam illum primum & omnibus membris tremens per longiſsimam vitam tremebũdus permanſit. Quid faciet miſer homunculus, quem à te in ſempiternum expuleris? Quot anguſtiæ, Geneſ. 4. dolores, tremores, dentium ſtridores apprehendent eum? Diſcedi te à me, à me inquam, qui ſummum omnium rerum bonum ſum, ergo ſi à bono ſummo eos expellis, in ſummum rerum omnium malum eos detrudere vis: vt adimpleas illud Sophoniæ. 1. Diſpergam eos qui auertuntur de poſt tergum Domini, & qui non exquæſierunt Dominum: nec inueſtigauerunt eum, longè ergo à peccatoribus ſalus, cum à te qui æterna ſalus es in æternum elongabuntur. Sopho. 1.

Obſerua. Quando peccatores elongantur à Deo errant circa diuina & cæleſtia propter nimiam diſtantiam. Nam vt docet Baſilius, nimia diſtantia circa tria facit errare, nempe circa quantitatem qualitatem, ac circa figuram. De primo ponit Baſilius exemplum in Sole qui propter longum interuallum quo à nobis diſtat vix pedalis quantitatis apparet nobis in diametro, cum abſq; Baſilius. Baſilius.

menſura maior ſit: circa qualitatem eſt exemplum de velis nauium quæ cum ſint alba apparent multum diſtantibus eſſe nigra, circa figuram etiam erratur, vt patet in turribus quæ cum ſint quadratæ apparent longè rotundæ, vt dicit autor de viſu propoſitione decima, quia in magna diſtantia anguli quadrati nō immutāt ſenſum: hoc modo peccatores elongati à Deo tripliciter errāt circa futuram gloriam circa eius quantitatem non conſiderantes quàm magna eſt multitudo dulcedinis Dei, & illud, ô Iſrael quàm magna eſt domus Domini, & ingens locus habitationis eius! circa qualitatem non conſiderant, quia nec auris audiuit nec in cor hominis aſcendit gloria quam præparauit Deus diligentibus ſe, imò & circa figuram decipiuntur, nec enim animaduertunt quam ſtabilis ſit & æterna eſt enim in quadro poſita ſicut dicitur Apocalypſis. 21. Ipſi autem credunt eam eſſe rotundam, id eſt, volubilem & caducam, vnde longè à peccatoribus ſalus &c.

Obſeruādum deniq;. Peccator dupliciter accipitur vel quòd habilis eſt ad peccandum: & ſic omnis homo peccator dicitur in vita præſenti, quemadmodum & pictor dicitur, non ab actu pingendi: quia etiam dormiens pictor eſt: ſed ab habilitate. Secundò dicitur peccator ab actu peccandi, vel ab ipſo peccato in quo iacet, & ſic accipitur peccator hic. Vnde Gualfredus exponēs hūc verſum dicit; Longè à peccatoribus ſalus verum eſt ſi permanent in peccatis, dum diſsimulant, dum excuſant, dum vel peccant in ſpe vel deſperantes in malorum profundum decidunt contemnentes, talia quippe peccata ſeparant nos & Deum, & murum interponunt.

Gualfredus.

VERSVS QVARTVS.

Miſericordiæ tuæ multæ Domine: ſecundum iudicium tuum viuifica me.

HOC eſt dicere, licet à peccatoribus longè ſit ſalus, hoc eſt Chriſtus, tamen miſericordiæ multæ ſunt Domini. Quibus præſto es peccatoribus quærentibus te: nam effectus diuinæ pietatis, multi & varij ſunt, multipliciterque miſertus es nobis, imò mille & mirabilibus modis noſti ſuccurrere miſeris: ſicut ſcriptum eſt Threnorum. 3. Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius: nec enim

Thren. 3.

poterit

poterit continere in ira ſua miſericordias ſuas. Deus puniebat quidem Iudæos per Chaldæorum captiuitatem, nec tamen interim miſericordiæ obliuiſcebatur, quoniam non vſque ad internetionē ſæuiebat gladius eius, vnde & ſubdit ibidem; Quia ſi abiecit & miſerebitur, ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum, & Iob decimo. Licet hæc celes in corde tuo, tamē ſcio quod vniuerſorum memineris, hoc eſt etiam ſi aliquando ob ſcelera noſtra miſericordiam celes in corde tuo, non tamen obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ cum aliquando dixeris per Iſaiam; Nūquid obliuiſci poterit mulier infantis vteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen ne obliuiſcar tui. Vel ipſa vna, ac ſimplex miſericordia Dei vocata eſt pluraliter miſericordiæ, propter multiplicem actum ſuum, miſericordiæ ergo Domini multæ quia & ſi longè ſit à peccatoribus ſalus: tamen nec peccator deſperes, quia multæ ſunt miſericordiæ Domini. Vnde Ambroſius hic; Multæ miſericordiæ Domini, quia qui ſuo peccato pereunt miſericordia Domini liberantur.

2. reg. 2.
Iob. 10.
Pſalm. 43.
Iſaiæ. 49.
Ambroſ.

Obſerua; Miſericordiæ Domini multę dicuntur, quia ſunt vniuerſales Pſalm. 32. Miſericordia Domini plena eſt terra. & Pſalmo. 47. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui: vbi Bernardus ſermone de Purificatione ait; In medio templi noſtræ animæ miſericordia Dei eſt, non in angulo aut diuerſorio, quia non eſt apud Deum acceptio perſonarum, in communi poſita eſt, omnibus offertur, & nemo illius expers eſt, niſi qui renuit; Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui: longè eſt hæc gratiarum actio à voce illa gementis, Domine in cælo miſericordia tua, quid enim, videtur ne tibi in medio fuiſſe miſericordia cum apud ſolos cæligenas haberetur? at vbi Chriſtus minoratus paulò minus ab angelis factus eſt Dei & hominis medius, ex hoc ſuſcepimus Deus miſericordiā tuam, in medio templi tui, eramus enim nos natura filij iræ: ſed conſequuti ſumus miſericordiam, & non ſolum ſunt vniuerſales verum etiam ſunt magnæ. Pſalm. quinquageſimo. Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, vbi Bernardus docet, quod ſicut ſunt peccata minima, mediocria, & maxima. Ita & miſericordia, parua enim miſericordia eſt dare temporalia, mediocris expectare peccatorem ad pœnitentiam, magna indignum coronare & ad gloriam Dei reſtituere. Magno igitur

Pſalm. 32.
Pſalm. 47.
Bernard.
pſalm. 50.
Bernard.

igitur peccatori magna eſt opus miſericordia, & vbi abundauit
Roma. 5. delictum ſuperabundabit & gratia Roma. 5. & ideo, vbi abundauit delictum vel iniquitas datus eſt Chriſtus qui magna eleemoſyna fuit, priſcis autem parua, vtpote Abrahã Moyſes &c. & dicitur parua miſericordia vel mediocris non in ſe, ſed in comparatione cæterarum alioquin magna miſericordia eſt expectare peccatorem cum angelum non expectauerit, ſed confeſtim damnauerit eum, & certe quantum ad effectum plus miſere magis miſeretur Deus, licet ſecundum ſe æqualis ſit omnibus miſericordia Dei: vtpote qui ipſe Deus eſt qui non recipit magis aut minus, eſt ergo miſericordia Dei & vniuerſalis & magna, eſt etiam multiplex
Pſalm. 50. vnde ſubiungit Pſalm. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Vbi miſerationes pro ipſis effectibus, & operibus miſericordiæ ſumuntur, qui multi ſunt, quoniam vt à principio diximus mille modis nobis miſericordiam tribuit: illum aduerſis ſanat, hunc proſperis, alium in nuptijs, iſtum in cælibatu, illum præmij amore allectum, alterum timore pœnarum concuſſum, hunc blanditijs, illum minis, hunc velociter rapiendo, alterium miſericorditer expectando, iſtum in abſcondito, illum in propatulo: igitur in præcedenti verſiculo miſericordiam Dei magnificauit, ſecundũ quantitatem continuam dicens, magnam, hic autem ſecundum quantitatem diſcretam, dicens; Secundum multitudinem. Bene autem dicitur miſericordia Dei multiplex & magna, nempe intenſiuè, extenſiuè, & duratiuè; intenſiuè eſt multa & eſt fortis, quia delet peccatum, quod eſt tantæ malitiæ, vt pro eo nullus mortalium ſatisfacere poſſit: vt oſtendit Diuus Anſelmus. 1. libr. cur Deus homo. capit. ſexto. Vbi oſtendit, quod oporteret dare hominem in ſatisfactionem peccati commiſsi aliquid maius omni eo, quod non eſt Deus, quod nullus mortalium facere poſſet, & ideo ex miſericordia Deus incarnatus eſt, vt pro homine ſatisfaceret factus homo: ſed quod teneretur homo dare pro peccato aliquid maius omni eo, quod non eſt Deus, probat
Anſelm. Anſelmus cap. 21. quia homo non ſatisfacit pro peccatis ſuis niſi reddat aliquid maius, quam ſit illud pro quo peccare non deberet. Vt qui in prætorem iniurius eſt, vt defendat regem nihil debet: quia aliquid maius dat, quam ſit illud pro quo peccare non deberet; ſed ſi propter aliquid inferius à præ-

tore

tore eum offenderet, reus eſſet, ac debitor, nec ſatisfaceret, niſi per aliquod opus excellens detrimento quod accepit prætor: vt Ionathas qui prætermiſit adiurationē patris ſui regis Saul, ob quod erat debitor pœnæ quam intulerat rex, ſed quia maius beneficiū contulit Reipublicæ Iudæorum ob lucratam ex Philiſtæis illuſtrem victoriam: abſolutus eſt à pœna quia maius opus fecit quā fuerit prætermiſsio præcepti patris. 1. Reg. 14. Debet ergo peccator reddere aliquod maius quam ſit illud pro quo peccare non debet, ſed pro omni eo quod non eſt Deus non debuit homo peccare: ergo oportet pro peccato reddere aliquid maius omni eo quod non eſt Deus, & iſtud eſt vita Chriſti, & ideo dicitur ad Titum. 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit. Iſta ergo miſericordia fuit fortis intenſiue, nam vt Philoſophus docet, primo de cœlo, virtus & fortitudo potentiæ actiuæ terminatur per maximum, in quod poteſt. Quare ſi eſſet aliqua potentia quæ poſſet in duplum, triplum, quadruplum, & ſic in infinitum illa diceretur infinita intenſiuè, ſed talis eſt Dei miſericordia quia non eſt dare peccatum ita graue, vel magnum quia miſericordia Dei maior ſit ad remittendum: ideo quippe dicitur Deus præſtabilis ſuper malitia (porque no ay pecados que puedan agotar ſu miſericordia). Et Sapien. 8. dicitur quod ſapientia vincit malitiam.

1. reg. 14. Titum. 3. Ariſtotel. Ioelis. 2. Sapien. 8.

Eſt etiam miſericordia Dei infinita extenſiuè, quod patet primo ex parte ſubiecti nempe Chriſti Dei nam ſi quis vicinis omnibus cōcederet riuulos de fonte ſua ita vt quis pro libito aquæ ductus faceret, ſignum eſſet fontem illum perennem aquarumque multarum eſſe: hoc modo Deus pater filium ſuum, qui fons ſapiētię eſt, verbum Dei in excelſis miſit in mundum, & voluit eum ſcaturire de terra vteri virginalis, & vt omnibus eſſet copioſus permiſit cuilibet riuulum ſibi facere, quando Iudæorum & Gentiliū voluntati reddidit illum vt ipſum crucifigerent: & alius lancea, alius clauis, alius ſpinis, alius flagellis aquæ ductus ſibi facerent, vt omnibus prodeſſet ad vitam, cuius virtus ad omnes ſufficientiſsima eſt. Vnde Ierem. 42. dicitur in plurali, Dabo vobis miſericordias, ex parte etiam hominis recipientis hanc miſericordiam patet eius ſufficientiſsima, imò & redundans copia, nam Deus homini multipliciter miſeretur, primo præſeruando vt caueat: ſecundo expectando vt reddeat, tertiò condonando vt pœniteat. Vnde

Simile. Eccle. 1. Ierem. 42.

Auguſt.

Auguſt. Auguſt. 2. Confeſ. Gratiæ ac miſericordiæ tuæ deputo quæcũq; mala non feci, quia te duce nõ feci. Eſt & infinita duratione: nam quantumcunque tarde peccator veniat, ſi pœniteat, indulgẽtiam conſequitur, ſemperq; peccatoribus ianua eius patuit, vt patet in
Bernard. latrone, vnde Bernard. ſuper Cantica, Omnino propter miſericordiam tuam poſt te currimus, videntes quod non ſpernis pauperẽ, peccatorem non horres: non horruiſti latronem confitẽtem non lachrymantem meretricem, non chananeam deprecantẽ non deprehenſam in adulterio, non ſedentem in theloneo, non ſupplicãtem publicanum, non perſecutorem Paulum, non ipſos tuos crucifixores rectè ergo miſericordiæ Dei multæ & magnæ dicuntur, cum tot & tam magnos effectus creent. Econtra autem miſericordia hominum eſt debilis, & modica multipliciter, primo intenſiuè, quia vix quis mouetur ad compaſsionem alterius iuxta
1. Tim. 2. illud ſecundæ Timotheum. 2. Erunt homines amantes ſeipſos ſine miſericordia: ſibi ipſis ſolum bene facientes erunt. Secundò extenſiuè quia ſi fortè ad alium extenditur eius pietas, vel eſt ſolum ad conſanguineum vel propinquum, non tamen ad extra-
Eccle. 18. neum, & ideo dicitur Eccleſiaſt. 18. Miſeratio hominis circa proximum ſuum: miſericordia autẽ Domini ſuper omnem carnem. Tertiò eſt breuis duratione, quia non durat niſi quandiu
Oſeæ. 6. ob oculos cernitur homo, vt dicitur Oſeæ ſexto. Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina & quaſi ros mane pertranſiens, non
Tob. 4. ſic docuit Tobias filium ſuum ſed ait, capit. quarto. Quantum potueris eſto miſericos. Et Paulus Coloſſenſes tertio. Induite vos
Coloſſ. 3. ſicut electi Dei, viſcera miſericordiæ, non dicit verba, ſed viſcera: quia multi verbis compatiuntur, ſed operibus pauci. Vnde
Rabbanus Rabbanus in quoddam ſermone, in reſurrectione coram omnibus angelis in conuentu omnium reſurgentiũ, non dicetur quod Abel fuit paſſus, quod Noe mundum ſeruauit, quod Abraham fidelis fuit, quod Moyſes legem dedit, quod Helias in cælum aſcendit, quod Petrus reſupinus crucem aſcenderit, quod Paulus decapitatus fuit, quod Laurentius combuſtus, omnia enim hæc Chriſtus tacet, & ſolum de operibus miſericordiæ loquitur, dicens, Eſuriui & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mi bibere, &c. vt oſtendat quod qui miſericors eſt, & ipſe à Deo miſericordiam meretur. Miſericordiæ ergo tuæ Domine multæ & magnæ, adhuc enim & multiplex eſt miſericordia Dei,

nempe

nempe prævenies quoad boni propoſiti inſpirationem Pſalm, quinquageſimo octauo. Miſericordia Domini prevenier me, ſubſequens quantum ad meritorum cooperationem, Pſalm. vigeſimo ſecundo. Miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ: perficiens quo ad præmij æterni retributionem, Iſaiæ. 49. Non eſurient nec ſitient amplius: nec percutiet eos eſtus & Sol: quia miſerator eorum teget eos. Dicat ergo propheta; Miſericordiæ tuæ multæ Domine; ideo miſerere mei ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum. Pſalm. 58. Pſalm. 22. Iſaiæ. 49.

(Secundum iudicium tuum viuifica me). Vbi Ambroſius ait, Quomodo cum dixerit multas eſſe Dei miſerationes ſecundum iudicium eius viuificari poſcit: maximè cum alibi dixerit; Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine? Pſalm. 142. Reſpondet; Sed aliud eſt iudicium illud beneficiorum Chriſti, cui reſpondere non poſſumus. Quis enim referre poteſt debitum naturæ, debitum ſalutis & gratiæ? aliud eſt iudicium quo fragilitates noſtræ naturæ cenſemur, in hoc tamen iudicio miſericordia cum iuſtitia copulata eſt, vt veritas iudicij miſericordia Dei temperetur: hactenus Ambroſius. Maximè cum Chriſtus Dominus qui noſter eſt futurus iudex, multarum perſonarum officia ſumpſerit. Eſt enim paſtor, aduocatus, reus cum pœnas noſtras exoluerit & iudex: nec enim mancipium tibi tot operas impendit quot Chriſtus (qui formam ſerui accepit) exhibuit: cum & tuos lauauerit pedes, atque ſemetipſum ad omnium voluntatem tradidit, ſi fortem eum volueris leo eſt, ſi manſuetum agnus, ſi ſeruum formam ſerui accepit, ſi cuſtodem paſtor eſt: ſi patronum aduocatus noſter eſt apud patrem, denique quidquid volueris in eo inuenies, ita vt poſsis dicere, quod vxor Tobiæ de ſuo dicebat gnato; Omnia in te ſolo habemus. Igitur non trepidat Propheta eius iudicium in hac vita cum tot admixtum ſit miſericordijs: nam ſi iudex, & Patronus atque aduocatus etiam eſt, ſi leo etiam agnus ſi Dominus etiam ſeruus, ſi rex etiam pater, cum ergo tot ſint miſericordiæ tuæ Domine etiam iudiciũ tuum in hac vita poſtulo: nam cum illud, tot conſtipatum, ac circundatũ miſericordijs video, non ita acſi nudum aſpicerem perhorreſco, vt qui judicem, ſuis patronis ſociatum videt, minus timet; quam ſi ſolũ videret; Viuifica me ergo ſecundum Ambroſ. Pſal. 142. Philip. 2. 1. Ioan. 2. Tobiæ. 10. Simile.

cundum iudicium tuum; Quoniam non ſolum miſericordia tua verùm etiam iuſtitia vitam tribuit: nam in Chriſto omnia vita ſunt, eſt enim arbor vitæ cuius & fructus & folia viuificabant. Et
Ambroſ. Ioan. 1. ſic intelligit Diuus Ambr. illud Ioan. 1. Quod factũ eſt in ipſo vita erat, ideſt tam diuinitas quæ nõ eſt facta, quam humanitas quæ facta fuit, omnia in Chriſto vita ſunt, miſeretur vt Deus: iudex
Ioan. 5. eſt inquantum homo ſecundum illud Ioan. 5. Poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt: ſecundum vtraque ergo vita viuificans eſt, & ideo dicit propheta etiam ſecundum iudi
Gloſſ. cium tuum viuifica me. Vel ſecundum gloſſam poteſt intelligi de iudicio miſerationis quo in præſenti parcet peccantibus.

VERSVS QVINTVS.

Multi qui perſequuntur me tribulant me: à teſtimonijs tuis non declinaui.

QVia poſſet aliquis quærere quare tam anxiè hanc viuificationem poſceret? reſpondet dicens; Quoniam multi qui
Pſalm. 33. perſequuntur me & tribulant me Supra Pſal. 33. dici-
Ierem. 20. tur, Multæ tribulationes iuſtorũ, & Ierem. 20. in perſona iuſti dicitur, Audiui contumelias multorum & terrorem in circuitu, perſequimini & perſequamur eum, ab omnibus viris, qui erant pacifici mei. Multi ſunt perſecutores iuſtorum. Primus eſt caro, quæ
Galat. 5. blanditijs in peccatum allicit, de quo Paul. Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, quæ perſequutio præfigurata eſt in Da-
Iudi. 6. lila & Sanſone quæ illum crinibus expoliauit recumbentem in
Figura. gremio ſuo, atq; Philiſtæis tradidit, qui erutis oculis ipſum in mola, molere fecerunt Iud. 6. Ita & caro ſpiritum ſibi conſentientem virtutibus ac ſanctis meditationibus expoliat, & in Philiſtæorum manus hoc eſt demonum eum tradit, qui & rationis vſum & cæleſtium contemplationem in eo excecant & ad piſtrinum, & molam molere faciũt, hoc eſt temporalium ſolicitudine eum diſtendunt. Vnde Mich. 7. dicitur, Ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſto-
Mich. 7. di clauſtra oris tui. Et Eccleſ. 9. Non des mulieri (ideſt carni) poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua & confundaris.
Eccle. 9. Secundus aduerſarius eſt mundus, qui Gen. 37. præfiguratus fuit
Gene. 37. in Labam qui perſequutus eſt Iacob fugientẽ tribus diebus; Labam quippe interpretatur candidatio, mundus autem inſuperficie candidus apparet, ſed interius immenſis ſordibus ſcatet Iacob vero lu-

vero luctator,vel ſupplantator dicitur qui luctando & mundum & carnem ſupplantat; Labam ergo,hoc eſt mundus ſeu mũdana gloria, Iacobum,ideſt, virum iuſtũ qui in mundo peregrinatur perſequitur fugientem cum vxoribus ac liberis, hoc eſt à mundo recedentem cum bonis operibus ſuis,quæ in actiua,ac contempla tiua vita,quaſi liberos genuit, inſequiturque tribus diebus, hoc eſt per peccatum cordis, oris & operis: nam ſi quarta die perſequutus eſſet eum,hoc eſt peccato conſuetudinis,mirum ſi potuiſſet euadere; liberatur autem iuſtus per acerbum teſtimonij: hoc eſt per ſacram ſcripturam. Tertius perſequutor eſt diabolus, de quo. 1. Petri. 5. dicitur; Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Adumbrata fuit tribulatio hæc quando Saul perſequutus eſt Dauid, ſiquidem ſola inuidia Saul perſequutus eſt Dauid, ſic diabolus virum iuſtum, ſecundum illud Sapientiæ. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius Iſaiæ. 2. In Ægyptum deſcendit populus meus à principio,vt colonus eſſet ibi: & Aſur abſq; vlla cauſa calumniatus eſt eum. Alij perſequutores ſunt parentes,propinqui,ac familiares, ſecundum illud Malachiæ ſeptimo. Inimici hominis domeſtici eius. & Ieremiæ nono. Vnuſquiſque à proximo ſuo ſe cuſtodiat: & in omni fratre ſuo non habeat fiduciam: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Perſequuntur etiam tyranni, qui martyres occiderunt, hæretici etiam ſchiſmatici,ac peccatores, de quibus eccleſia conquæritur Canti cũm. 1. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Hæretici enim in eccleſia geniti ſunt, & peccatores in eius gremio nutriuntur, & hi omnes perſequuntur iuſtum. Patet quia Paulus dicit primæ Corinthiorum. 6. Fugite fornicationem: fugimus autem eum qui nos perſequitur. Præfigurabãtur etiam in tribus perſequutoribus quos habuit Dauid. Primus Goliat, id eſt, diabolus, quem facie ad faciem reſiſtendo iugulauit, ſecũdum illud; Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis. Secundus Saul, id eſt, mundus & homines, quem pacientia ſuperauit, Si ſitit inimicus tuus potum da illi. Tertius Abſalon, id eſt, caro à quo fugiendo euaſit. Fugite fornicationem, ait Paulus; Tot ergo perſequutoribus obſitus iuſtus tamen mandata Dei non deſeruit, exemplo ſancti viri Tobiæ, qui in captiuitatem poſitus viam veritatis non deſeruit Tobiæ. 1.

1. Petri. 5.
Sapien. 2.
Iſaiæ. 2.
Macha 7.
Ierem. 9.
Cant. 1.
1. cor. 6.
Figura.
Iacob. 4.
Prouer. 25 & Rom. 12.
1. Cor. 6.
Tobiæ 2.

Rectè ergo tunc dicere poterit iuſtus, multi qui perſequuntur & tribulant me: à teſtimonijs tuis non declinaui, imò & ſubdit.

VERSVS SEXTVS.

Vidi prævaricantes & tabeſcebam: quia eloquia tua non cuſtodierunt.

HIC verſus eundem prorſus habet ſenſum cum illo; Tabeſcere me fecit zelus tuus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei, qui tamen ſupra expoſitus eſt. Vult modo dicere propheta, quod non ſolum inter tot perſequutores non deſeruit mandata Dei, imò & zelo Dei fuit accenſus contra inimicos, qui ea deſerunt. Diuus Auguſtinus legit ſic; Vidi non obſeruantes pactum & tabeſcebam, quod idem eſt, præuaricare in legem Dei & non obſeruare pactum, nempe illud, quod pepigerunt filij Iſrael cum Moyſe dicentes Exodi. 24. Omnia quæ præcepit nobis Dominus noſter faciemus, & quod Chriſtiani in baptiſmo etiam pepigimus, cum mandata Dei obſeruare promittimus: de quo quoniam non ſeruamus; iuſtus zelo Dei ſuccenſus tabeſcit præ triſtitia, ſecundum illud Pauli ſecundæ Corinth. 12. Quis ſcandalizatur & ego non vror?

Auguſt.

Exod. 24.

2. Cor. 12.

(Quia eloquia tua non cuſtodierunt.) Præcepta Domini quandoque dicuntur eloquia, quia apertè ſignificant & loquūtur: quādoque verba quia ſunt notæ & ſignificationes voluntatis Dei ad homines, quandoque teſtamēta: quia promiſsiones & legata Dei ad amicos ſuos continent, quandoque iuſtificationes, quia facientes iuſtificāt, aliquando mirabilia, quia inſolita & noua præcipiūt, nonnunquam æquitas, quia æquitatem habent. Dicuntur etiam veritas: quia dicunt res ſicut ſe habent, aliquando iuſtitia, quia nihil iniuſtum vel inordinatum continent, quandoque præcepta quia vt fiant dantur.

VERSVS SEPTIMVS.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in miſericordia tua viuifica me.

VIdetur quod hic Propheta virtutes ſuas palam faciat cum dicat; Vide quoniam mādata tua dilexi Domine, & tamē hoc eſt exponere eas periculo, quia qui diuitias ſuas publicat in itinere: latrones prouocat, vt furētur. Quod docet Grego. 8. moral.

Gregor.

moral. cap. 30. Qui virtutes ſuas patefaciunt oſtendunt malignis ſpiritibus, quaſi inſidiantibus hoſtibus, quæ deprædentur, quod probat ex rege Ezechia. 4. Regum. 20. qui diuitias ac theſauros ſuos legatis regis Babyloniæ oſtendit. Quapropter & poſtea ab eis ablata ſunt omnia in Chaldeam. Pſal. 77. Tradidit in captiuitatem virtutes eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Virtutes quippe, ait Gregorius, & pulchritudo in manus inimici tradũtur, quia omne bonũ quod per concupiſcentiã laudis oſtẽditur occulti aduerſarij iuri mancipat, hoſtes autẽ ad rapinã prouocat, qui ſuas eorum notitiæ diuitias denudat: quouſq; enim ab æternæ patrię ſecuritate diſiungimur, in latronũ inſidiantium iter ambulamus. Qui ergo in itinere deprædari formidat abſcõdat ne ceſſe eſt, ipſa quæ portat. Quomodo ergo eas nũc propheta pandit dicẽs. Vide quoniam mãdata tua dilexi Dñe? Ad quod ipſe reſpondet, quod nõ licet quidẽ publicare bona ad oſtentationẽ, bene tamen ad ædificationem, vt & de Deo dicitur Pſal. 110. Virtutem operum ſuorum annuntiauit populo ſuo, vt det illi hæreditatem gentium, acſi apertè dicatur, idcirco fortitudinẽ ſuę operationis inſinuat, vt hos qui audierint donis diteſcat. Vnde quod hic dicit pſalmiſta. Vide quoniam mãdata tua dilexi Domine, idem eſt acſi diceret, fac videre Domine quod ego obſeruo mandata tua atque diligo, vt meo exemplo ad eorum dilectionem alios prouocem; More ſcripturæ quæ dicit, Nunc cognoui quod timeas Deũ ideſt nunc feci cognoſcere. Gen. 22. Sic nunc, vide, ideſt fac videre, quod etiam docet Paulus diſcipulum ſuum Timotheum; Profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. 1. Timoth. 4.

4. reg. 20.
Pſalm. 77.
Gregor.
Pſal. 110.
Gene. 22.
1. Tim. 4.

Et aduertendum, quod non dixit, vide quoniam mandata tua non negaui, nec quoniam mandata tua feci: ſed quoniam dilexi, quod eſt perfectionis. Vnde hic ait Auguſtinus; Non ait vide quoniam mandata tua non negaui: quòd martyres facere quandoque cogebantur, & non facientes nimis horribilia patiebantur, ſed dicit quoniam dilexi, vbi fructus eſt omnium paſſionum: quoniam ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeat, charitatem autem non habeam nihil mihi prodeſt, primæ Corinthiorum decimotertio. Et etiam inſinuat, non ob timorem ſeruilem, ſed ob amorem filialem Dei mãdata ſeruare, & dicẽdo, vide, oſtendit ſe plenam confidentiam habere in Domino: nam vt ait hic Ambroſius, Nemo alteri dicit vide niſi qui, iudicat ſe ſi videat

Auguſt.
1. Cor. 13.
Ambroſ.

eſſe placiturum, ſed quia non in meritis ſuis, ſed in Dei gratia confidit, ad iungit dicens; In miſericordia tua viuifica me: nam, vt ait Ambroſius, non eſt arrogans debitæ mercedis exactor: ſed eſt verecundus diuinæ miſericordiæ præcator. Viuificari ergo petit per miſericordiam, qui iam viuus erat per gratiam: ſed vitam gloriæ ſibi dari per miſericordiam petit: vt in terra viuentium bona Domini poſsit videre.

Ambroſ.

VERSVS OCTAVVS.

Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

ACSI diceret perſona hæc quæ aduerſus fallaces in materia diuinæ legis certat. Quid magnum ſi hoc aſſumo certamen aduerſus tuæ legis fallaces interpretes, aut præuaricatores, cum vniuerſa lex tua veritas ſit à principio vſque ad finem, imò & ſit totius veritatis ſumma, à prima veritate, quæ nec fallere, nec falli poteſt principium ac ortum habens. Inſuper & ob hoc poſco viuificari aduerſus hoſtes tuos, quoniam in lege tua id pollicitus es pro te decertantibus, omnes autem legis tuæ pollicitationes veræ imo & ipſa veritas ſunt. Principium & caput apud Hebræos ferè idem ſunt, cum litera, res, vtrunque ſignificet, caput autem ſignificat & principium & ſummam ſiue recapitulationem: & ſic poteſt intelligi illud Eccleſiaſt. 32. Adoleſcens ſi interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum: hoc eſt principium tibi congruum & ordinatum ſermonis tui conſtitue, vt non præcipites ſermonem, quaſi temulentus vel temerarius, neſciens vnde ſumas exordium: ſed quidquid in buccam venerit abſque præuia meditatione proferens. Vel poteſt etiam ibi ſumi caput pro ſumma vel recapitulatione: hoc eſt reſponde breuiter & ſummariè, vt non multis verbis pereffluas, ſed paucis ſermonibus multa comprehendas. Et ſecũdum has duas ſignificationes, duos etiam habebit ſenſus hic verſus. Primus iſte erit, Principium omnium verborum tuorum veritas, hoc eſt omnium verborum Dei veritas prima eſt principium, origo, & fons à quo cuncti ſermones eius originem ducunt, & ideo in æternum omnia iudicia eius, quæ in ſuis verbis continentur in æternum erunt quoniam originem trahunt à prima veritate quæ nec fallere nec falli poteſt. Quare nec fidei veritatib⁹ ſubeſſe poteſt falſum, vt pote cuius

Eccleſ. 32.

te cuius obiectum eſt veritas prima, cui falſitas omnino repugnat: ſed de ſecundo ſignificato hic erit ſenſus, ea quæ in ſacra pagina ſunt verba Dei ſumma omnis veritatis ſunt, hoc eſt, vbi quaſi in ſummario quodam ſunt omnes veritates Dei, omnes inquam, quas Deus voluit reuelare nobis. Alij vero ſic interpretantur; A capite & initio rerum vſque in ſeculum omnia dicta, facta, & viſa ſua ſunt veritas. Alij ſic; Caput ſtatim & initium omnium verborum tuorum dictorum atque factorum, veritas atque iuſtitia eſt. Non deſunt qui de Chriſto Domino hoc carmen intelligivolunt, nam cum omnia per ipſum verbum facta ſint, & ſit ipſe principium omnium verborum Dei, per quod ſibi & nobis loquitur, & ipſe filius de ſe dicat, quod eſt veritas, non incongruè dicitur, principium verborum tuorum veritas, id eſt Chriſtus Ieſus, qui eſt veritas tua. Vnde prima verba Sacræ ſcripturæ: ſic dicunt; In principio creauit Deus cælum & terram. Et concilium Vienenſe per principium intelligit filium, in principio, id eſt, in filio, & ſic intelligunt aliqui illud Pſalm. 39. In capite libri ſcriptum eſt de me, id eſt in principio librorum ſacrorum, quando dicitur; In principio creauit Deus cælum & terrã, cui alludit ſanctus Euangeliſta Ioannes, cum ſic incipit; In principio erat verbum, hoc eſt in illo principio, quãdo Deus creauit cælum & terram, iam erat verbum iſtud ab alio altiori principio procedẽs. Quod ſi principium & caput intelligimus ſummã, vel recapitulationẽ, aut compendium, in Chriſto Ieſu repoſitæ ſunt omnes veritates Dei, ſecundum illud Pauli; In ipſo ſunt omnes theſauri, ſapiẽtiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, & ipſe dicitur finis legis in quo ſumma totius legis cõtinetur, ſicut in fine orationis, nempe in peroratione continetur ſumma omnium, quæ in ipſo orationis diſcurſu, dicta ſunt, & ſic poteſt intelligi id quod modo citauimus ex Pſalmo. 39. In capite libri ſcriptum eſt de me, nimirum quod ſicut in capite libri, vel capituli continetur ſumma eorum quæ dicuntur in illo libro vel capitulo ſic in Chriſto Domino tanquam in compendio quodam, ſunt omnia quæ in ſacris literis continentur. Ipſe enim eſt theſaurus qui in agro illo ſacrarum literarum abſcõditus continetur, quẽ quia Chriani inuenimus gaudemus atque à Iudæis ignorantibus illũ emimus vẽdentes omnia, nã vitam & omnia deſiderabilia nra pro Chro expoſuimus atq; damus. Vnde ipſemet Dñs Iudæis, ait Ioã. 5. Scrutamini ſcripturas, qa ipſæ teſtimoniũ perhibẽt de me.

Gene. 1.

Pſalm. 39.

Coloſſ. 2.

Roma. 10.

Pſalm. 39.

Matth. 13.

Ioan. 5.

VIGESIMVS PRIMVS OCTONARIVS.

1. Sin. Principes perſecuti ſunt, me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

2. Sin. Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

3. Sin. Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.

4. Sin. Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

5. Sin. Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum.

6. Sin. Expectabam ſalutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.

7. Sin. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.

8. Sin. Seruaui mandata tua & teſtimonie tua: quia omnes viæ meæ in cõſpectu tuo.

INCIPIT TRACTATVS VIGESIMVS PRIMVS.

VERSVS PRIMVS.

Principes perſecuti ſunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

Induit perſonam viri perfecti.

IN hoc vigeſimo primo octonario induit Propheta perſonam viri perfecti, in omnibus operibus ſuis, quã explicat in vltimo verſiculo, dicens; Seruaui mandata tua, & teſtimonia tua, quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo,

ctu tuo, hoc est, non solum præcepta ad quæ teneor custodiui, sed & testimonia tua quæcũq; testimoniũ perhibẽt de te: qualia sunt perfectionis opera, eo quod quæcũq; facio, cogito, loquor, considero præsentẽ iudicẽ meũ: nam qui corã principe graditur non solũ recta satagit, vt sint opera eius, sed & vt grata appareãt & digna tanti principis cõspectu. Vnde de viro sapiente dicitur Eccles. 14. Beati qui in sensu cogitabit circunspectionẽ Dei, hoc est Deũ omnia ambientẽ ac oculis suis cuncta circunspicientẽ. Perfectio autẽ hæc dupliciter ostenditur in præsenti octonario, primo in patiendo, secũdo in agẽdo. De primo, cum versu primo dicit, Principes persecuti sunt me gratis &c. hoc est factis me persequebãtur. Ego autem præposui verba tua factis eorum imò & lætatus sum in eis. Ecce perfectissimas actiones viri perfecti. Litera autẽ est vigesima prima quæ dicitur, Sin. & significat super vulnus: nam tribulationes ac persecutiones huius vitæ quasi malagma vel emplastrũ sunt super vulnera mentis quæ ceu medicamenta, timorem reprimunt, dolorem mitigant, saniem expellunt, fracturam cõsolidãt. Vnde suprà psal. 59. Da nobis Domine auxilium de tribulatione. & Iob. 5. Increpationes Domini ne reprobes: quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt. Vnde & ipse Iob manum suam super se desiderabat dicens ca. 6. Qui cœpit ipse me conterat: soluat manum suam & succidat me. Nam vt D. Augustin. docet. 1. lib. de ciuit. Dei. cap. 8. Præsentes tribulationes licet malis in malum cedant, bonis autem atq; electis in bonũ vertuntur: manet enim, ait, dissimilitudo passionum & licet sub eodem tormẽto non est idem virtus & vitium, nam sicut sub vno igne, aurũ rutilat, pallea fumat, & sub eadẽ tribula stipulę cõminuuntur, frumenta purgantur, nec ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodẽ præli põdere exprimitur. Ita vna eadẽq; vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos damnat vastat, exterminat. Vnde in eadẽ afflictione mali Deum detestantur, atque blasphemant, boni autẽ præcantur & laudãt. Tantum interest non qualia, sed qualisquisque patiatur: nam pari motu exagitatum & exallat horribiliter cœnum, & suauiter fragrat vnguentum.

Vel secundum Ambrosium, verbũ Dei est medicamentũ hoc super vulnus. Vide vulnera principes persequuti sunt me gratis. Vide super vulnera siue medicamẽtum vulnerum sanatiuum;

Psalm. 59.
Iob. 5.
Iob. 6.
Eccle. 14.
Auguſt.
Simile.
Ambroſ.

lætabor ego ſuper eloquia tua, nam verbum Dei, omnium infirmitatum tam corporalium, quàm ſpiritualium eſt ſanatiuum, ſecundum illud Sapient. 16. Nec herba nec malagma ſanabit eos: ſed tuus Domine ſermo qui ſanat omnia. Ideo quippe dicitur verbum eſſe ſemen Dei Luc. 8. Nam ſicuti granum producit frumentum iuxta genus ſuum, vtpote granum tritici triticum, granum nucis nuces: & ſemen hominis hominem: quoniam eſt virtus illius à quo deciſum eſt in cuius virtute ſibi ſimile generat, ſic verbum, quia eſt ſemen Dei, ſecundum virtutem illius cuius eſt ſemen, operatur, & quoniam eſt virtus Dei qui omnipotens eſt, ita & verbum Dei omnia poteſt. Vnde ſapiens verbum Dei omnipotens vocat, cum dicit; Omnipotens ſermo tuus Domine. Verbo Domini cæli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, id eſt, ornatus in quo & angeli includũtur, verbum Dei deos facit, ſi illos dixit Deos, ad quos ſermo Dei factus eſt. Vnde ergo tanta virtus? quoniam ſemen eſt verbum Dei, & in principio erat verbum, ab illo originem trahit verbum Dei, qui omnium rerum principium eſt, in quo tanquam in primo principio & cauſa eminenter continentur omnia, & quia verbum caro factum eſt, hinc verbum Dei homines generat filios Dei. Rurſus quoniam verbum Dei beatos homines facit ſecundum illud Lucæ. 77. Beati qui audiunt verbum Dei; beatitudo autem eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus, hinc eſt quod verbum Dei omnia in ſe continet bona tam corporis quàm animæ quoniam omnia hæc in beatitudine poſſidentur. Si ergo fructices producunt fructum vnumquodque iuxta genus ſuum, nimirum malum mala, nux nuces, vnde ortum habet, ſi verbum Dei ex cælo originem trahit ſecundum illud Eccleſiaſt. primo. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis; Hinc erit, quod fructus quos germinat, ſunt vitæ æternæ ac regni cælorum iuxta illud Pſalm. 106. Seminauerunt plantas & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis, natiuitas verbi Dei de cælo eſt tales ergo fructus profert. Quare in anima in qua hoc ſemen radicatur, & fructificat omnes hos fructus reperies, imò erit omnia hæc humilis, honeſta charitate ac miſericordia prædicta, prudens, fortis, patiens, cælum, Sol, ſtellæ, angelus, denique Deus quoniam omnia hæc cõtinet in virtute ſeminis, quod in ſe habet quod eſt verbum Dei. Omnia ergo vulnera ſanat, quoniam vniuerſalis

Sapien. 16.
Lucæ. 8.
Sapien. 18.
Pſalm. 32.
Ioan. 10.
Lucæ. 77.
Eccleſ. 1.
Pſal. 106.

uerſalis contra omnes infirmitates medicina eſt, in cuius ſignum Lucæ.9. dicitur quod Ieſus conuocatis duodecim diſcipulis, miſ- Lucæ. 9.
ſit eos prædicare verbum Dei, & ſanare infirmos. Quaſi hoc vltimum eſſet veluti effectus conſequens ad prædicationem verbi Dei. & Pſal. 102. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, Pſal. 102.
qui ſanat omnes infirmitates tuas. Habet autem anima, quam plures infirmitates, quæ ad ſeptem capitales tanquam ad radices reducuntur, & per alias ſeptem ægritudines corporales, quaſi adumbrantur atque intelliguntur. Superbia fræneſi comparatur, nam ſicut fræneticus patitur mentis alienationem atque læſionem phantaſiæ, nec de ſe nec de alijs bene iudicat, imò & cum ſit impotens atque ægrotus iudicat ſe validum, ac robuſtum eodem modo ſuperbus, & alios deijcit & ſeipſum ſupra ſe atque vires ſuas eleuat atque iactat. Hanc ægritudinem patiebatur Nabuchodonoſor Danielis. 4. qui dixit deambulans in aula Dan.4.
ſua; Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & gloria decoris mei? Cumque ſtatim mente alienatus à regno deijceretur, alienatuſque à mente ſibi videretur chimericum quoddam animal eſſe ſupernè bos, infernè leo, vt Hebræi tradunt, poſt finem dierum, ad Danielis orationem reuerſus in ſe dixit; Omnes viæ Dei iudicia, & gradientes in ſuperbia humiliare poteſt. Curatur autem frænesis à principio per euacuationem ſanguinis aliorumque humorum ad cerebrum aſcendentium, & perturbantium rationis vſum: eodem modo verbum Dei nos curat, cum vacuos nos ab omni bono docet eſſe, nihilque ex nobis ſufficientes eſſe quaſi ex nobis; ſed quod ſufficientia om- 2.Cor. 3.
nis noſtra ex Deo eſt, omniaque noſtra bona accepta eſſe à Deo illique tanquam primo autori referenda, alias Eccleſiaſt. 3. Eccl. 3.
dicitur; Synagogæ ſuperborum non eſt ſanitas. Quare oportet ſuperbiæ ſanguinem minuere, & rerum temporalium ſuperflua omnia effundere, & cum vera humilitate ac fide ad Deũ currere, de quo Luc. 6. dicitur; quod omnis turba quærebat eum Lucæ. 6.
tangere, quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.

Secunda ægritudo ſpiritualis eſt ira, quæ comparatur febri acutæ, quam habens calorem continuum patitur, & ſitim magnam ſecundum medicos: ad hunc modum vir iracundus paſſim cholera ſuccenditur, atque eam vultu, geſtibus, ac verbis

manifeſtat. Habet etiam ſitim magnam, hoc eſt, appetitum vindictæ omneſque familiares ac propinquos pro nihilo quotidie turbat, ac incendit: quam ægritudinem paſſus eſt Herodes, quando illuſus à Magis iratus valde innocentes occidit, præceſsit nimius calor & conſequuta eſt ſitis crudeliſsimæ vltionis. Quam infirmitatem curat ſermo diuinus, cum de dulcedine ac pietate Dei nos admonet, Deoque reſeruandam eſſe vindictam tanquam vero iudici, ne tanquam vſurpatores diuini iudicij arguamur. In cuius ſignum legitur Marci. 6. quod diſcipuli vngebant multos oleo, & ſanabantur, oleum autem linitiua & blanda vnctio eſt.

Mar. 6.

Tertia infirmitas eſt inuidia, quæ comparatur febricitanti, nam talis modo frigeſcit, modo caleſcit: ſic inuidus modo gaudet de aduerſitate bonorum, modo dolet de eorum proſperitate. Quam infirmitatem ſuſtinebat Saul. 1. Regum. 18. cum audiuit mulierum choros cantantes; Percuſsit Saul mille, & Dauid decem millia, in millibus ſuis: quia illi tantum dederunt mille, & filio Iſai decem millia. Hæc autem ægritudo interiora hominis corrumpit, atque in putredinem vertit, cui pro medicamento applicatur ſermo diuinus gratitudinem ac amorem ſuadens: nam ſicut inuidia eſt putredo animæ ſic amicitia eſt ſanitas eius, ſecundum illud Prouerbiorum. 14. Vita carnium ſanitas cordis, putredo oſsium inuidia, hoc eſt, animus ſanus à peccatorum ægritudine non ſolum eſt vita animi, ſed etiam carnium: cum viuidum corpus efficiat atque virorem ſuum in eo ſeruet. Nam animus ſanus lætificat corpus, ac per conſequens viuificat illud, quò contra inuidiæ vitium, quæ triſtitia eſt alieni boni, non ſolum animã inficit, ſed & corpus putrefacit, & oſſa: cũ triſtitia inimiciſsima ſit vitæ humanæ vtpote retrahens cordis motus ex quo proficiſcitur vita; Quare putredo dicitur oſsium, putreſcunt enim oſſa non viuificata motibus cordis. Vnde de inuido dicit Poeta quidam.

1. Reg. 18.

Prou. 14.

Inuidus alterius marceſcit rebus opimis,

Et Poeta Hiſpanus de ea dicit;

Ioannes à Mena.

O triſte Vicio mezquino, que penas con bien ageno.

Imò ſanitas mentis infirmioribus, & tenerioribus corporis partibus vigorem cõfert, inuidia vero robuſtiſsimas inficit atque corrumpit: & ideo prius fit mentio de carnibus, ſecundo de oſsibus.

Vide

Vide Diuum Gregorium. 5. Moral. ca. vltimo. & 3. parte Paſtor. curæ admonitione. 11. Gregor.

Quarta ægritudo animæ eſt accidia, quæ cõparatur paralypſi, quæ eſt membrorum diſſolutio, atque debilitatio impediens perfectum membrorum motum atque vſum. Quam in figura patiebatur ille, qui per triginta & octo annos iacuit ante piſcinam expectans motum aquæ, vt dicitur Ioan. 5. nec vnquam potuit in eam deſcendere, vt ſanaretur. Atque ſignificat inueteratos dierum malorum, qui iuxta ſacramentum confeſsionis continuo iacent, & tamen nunquam intrare ſatagunt donec veniat hora mortis. Hæc autem ægritudo per nimis calida medicamenta curari ſolet, nempe ſi tartareas flammas ad memoriam reduxeris, caleſcas etiam Chriſti amore qui nos grauiſsimis verbis ad opera virtutum excitat. Vnde Ierem. 3. dicitur; Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo infirmitates veſtras. Ioan. 5. Ierem. 3.

Quinta ſpiritualis infirmitas eſt auaritia, quæ comparatur hydropiſi ſecundum Bedam, cuius proprietas eſt, quod quanto magis bibit tãto plus ſitit hydropicus, eodem modo auarus nunquam dicit, ſufficit; Beda.

Sed creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.

Hanc ſuſtinebat diues ille, qui Lucæ. 12. dicebat; Deſtruam horrea mea & faciam maiora, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi. Hãc aduerſam valetudinem ſanat ſermo diuinus dum ſuadet eleemoſynam, ac pietatis & miſericordiæ opera. Iſaiæ. 58. Frange eſurienti panem tuum & egenos, vagoſque induc in domum tuam, & ſequitur; Tũc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſanitas tua citius orietur. Luc. 12. Eſa. 58.

Sexta ægritudo animæ eſt gula, & ebrietas ſubuertens rationis iudicium & comparatur epylepſiæ vel morbo caduco, quæ facit hominem cadere corporaliter, ſed ſpiritualiter facit cadere in omnia genera peccatorum, quia ingreſſus eſt & ianua omnium vitiorum. Alia quidem vitia maiora ſunt quam gula, tamen ipſa aperit ianuam alijs, vt animæ diuitiæ depredentur. Eſt enim veluti latrunculus paruulus, qui licet non multum furetur tamen ingreditur per ſtrictum foramen per quem maiores ingredi non valent, atque eis aperit ianuam, vt intrent & diripiant, ac rapiant diuitias domus. Hunc morbum Simile.

patie-

Lucæ. 16. patiebatur diues illi epulo Lucæ. 16. qui induebatur purpura, & biſo & epulabatur quotidie ſplendide. Loth etiam inebriatus
Gen. 19. vtramque filiam cognouit Geneſis. 19. Nam morbus hic nunquam ſolus occupat animam, ſed germanas habet infirmitates, quas ſecum trahit. Huic morbo diuinus ſermo medetur, docens
Eccl. 31. rationabilem abſtinentiam, ſecundum illud Eccleſiaſt. 31. Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito ſomnus ſanitatis in homine parco. Et infra; Sanitas eſt mentis & corporis ſobrius potus.

Septimus morbus ſpiritualis eſt luxuria, & confertur lepræ, eo quod generatur ex calore corrupto, & deordinato, quem morbum patiebatur Salomon, qui tot vxores & concubinas habuit, & cum iam ſenex eſſet deprauatum eſt cor eius per mu-
3. Reg. 9. lieres. 3. Regum. 9. Hæc ægritudo contagioſa nimiſque deteſtabilis eſt: nam ex his vnus centum inficere valebit, cui peſtilenti morbo ſermo Dei medetur ſuadens homini ſocietates honeſtas, pœnitentiæ ſeueritatem, ac feruentis orationis inſtantiam. Hæc enim omnia ad hunc morbum curandum neceſſaria ſunt, cum
1. Cor. 6. Paulus doceat, vt fugiamus fornicationem, hoc eſt, occaſiones
1. Cor. 15. mulierum, impudicos ac turpes ſermones, quia corrumpunt bo-
Lucæ. 11. nos mores colloquia praua, & Chriſtus Dominus dicat; Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur, niſi in ieiunio & oratione. In cuius typo Maria lepra percuſſa per ſeptem dies fuit excluſa à caſtris, & non niſi ad orationem Moyſi ſanata Numerorum. 12.
Num. 12. dicente Moyſe ad Dominum; Deus obſecro ſana eam: ſic ergo ſermo Domini omnia ſanat, ſuperque omnia vulnera medicamentum proficuum eſt. Vnde & hæc litera, Sin, ſignificat etiam fœcunditatem, quam ſermo Dei habet tot mirabiles effectus producendo.

Dicat ergo vir vndequaque perfectus, qui in præcedentibus octonarijs obnixe Dei auxilia obſecratus ſit: nam non ſolum communes homines ac ex media plebe illum inſequebantur, ſed & principes, ac magnates gratis ſæuiebant in eum. Et dicat inquam; Principes perſequuti ſunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum, hoc eſt dicere. Potentes principes perſequuti ſunt me, quos non tantopere metui quam timui ex animo ne à verbis tuis diſcederem. ¶ Verſum hunc primum aliqui inter quos
Baſilius. Baſilius de ipſomet Dauide interpretantur, qui & Saulem Regē, & Abſalonē filium ſuū magnos viros, acros hoſtes, ac perſequu-

tores

tores habuit tamen timens verba Dei, quæ propriam vindictam
interdicit ſumere, ſemel & iterum pepercit Sauli cum poſſet ex eo 1.Reg.24.
vindictam accipere, in filiumque rebellem tam indulgens fuit, vt & 26.
Ioab præciperet, dicens; Seruate mihi puerum Abſalon. Poteſt & 2.Reg.18.
carmen hoc de Chriſto Domino intelligi, quem gratis & abſque
cauſa principes ſacerdotum perſequuti ſunt, vt ipſe dixit diſcipu-
lis ſuis Ioſ. 15. ex Pſalmo. 34. Sed vt impleatur ſermo, qui in lege Ioſ.15.
eorũ ſcriptus eſt, quia odio habuerũt me gratis. Nihil enim quod Pſal. 34.
animos hominum offendere poſſet, ſed potius quod fortiter alli-
ceret in eo erat, qua ergo ratione eum tanto odio perſequebãtur?
gratis vtiq; ac ſine cauſa. Adamauit Samſon Dalilam, at ipſa eum Iud. 16.
tanto odio proſequuta eſt, vt raſis capilis capitis ſui, in quo maxi-
ma eius fortitudo ſita erat, ipſum tradidit Philiſthæis, vt oculis
euulſis ad piſtrinum ipſum molere facerent. Quid cauſæ fuit vt
tantum in eum mulier hæc admitteret ſcelus? ipſe iuuenis, ſuper
omnes homines fortis, ſapiẽs, qui ænigmata proponebat, pulcher,
vtpote à Deo per Angeli nũtium datus, ſanctus, quia Nazaræus,
hoc eſt Domino conſecratus: gratis ergo ac ſine cauſa talem virũ
leuis ac ingrata mulier odio habuit. Quæ nam cauſa fuit, quare
Synagoga Chriſtum Dominum Samſone fortiorem tali, ac tanto
odio proſequeretur? Ipſe pulcher, ac ſpecioſus forma præ filijs ho- pſal.44.
minum, candidus & rubicundus, electus ex millibus, caput eius Cant.5.
aurum optimũ, iuuenis vtpote triginta trium annorum, Samſo-
ne ſapientior, nam ſapientia patris erat, qui ænigmata & para-
bolas proponebat, quas indocta Synagoga capere non valebat, vt Matth.13.
videntes non viderent, & intelligentes non intelligerent, fortior
ipſo Samſone, qui apprehendens duas crucis columnas, terram, ac
ſaxa tremere fecit, pluresque hoſtes interfecit moriens, quam
viuens occiderat. Et tamen hunc ſine vlla cauſa impia Synagoga
auulſis capitis ſui ac barbæ capillis, (nam dederat faciẽ ſuam per- Eſa. 50.
cutientibus, & genas ſuas vellentibus,) in manus gentium tradi-
derunt, oculoſque eius velauerunt, vt colaphis cederent, ſputiſque Matth.26.
fœdarent, & in piſtrino crucis eum in orbem molere fecerunt, lu-
dibrijs, ac illuſionibus eum repleuerunt, pro cuius amore ipſe ad
terram deſcenderat, arcanaque cordis ac myſteria reuelauerat
ipſis. Quid inuenerunt in me patres veſtri iniquitatis, ait Domi-
nus per Ieremiam capite. 2. quia elongauerunt à me? Totum de- Ierem.2.
ſiderabilem eum appellabat Sponſa, hoc eſt totum amabilem Cant.5.

(todo

(todo era de comer no auia en el que hechar à mal.) Cur ergo eum ſic abominati ſunt? nulla certe cauſa fuit, ſed gratis eum odio habuerunt. Quare recte in eius perſona dicit Propheta; Principes perſequuti ſunt me gratis. Sed ipſe à verbis Dei formidauit, timore filiali obediens patris ſententiæ, ac definitioni, qua ipſum pro ſalute hominum in crucem damnauerat atque tradiderat.

Auguſt. Diuus Auguſtinus, de perſecutionibus quas à regibus terræ corpus Chriſti, hoc eſt, ſancta Eccleſia pertulit hunc interpretatur verſiculum, dicens; Quid enim Chriſtiani læſerant regna terrena, quanuis eis regna cœlorum promiſſerit rex eorum? quid inquam læſerant regna terrena? nunquid eorum rex milites ſuos prohibuit impendere, & exhibere quæ debentur regibus terræ? nonne de hoc ſibi calumniam molientibus Iudæis dixit;

Matth. 22. Reddite Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & Deo, quæ Dei ſunt? Nonne

Matth. 17. tributum in ore piſcis inuentũ etiam ipſe perſoluit? Nonne præcurſor eius militibus regni huius, quid facere deberent pro æterna

Luc. 3. ſalute quærentibus, non ait, cingulum ſoluite, arma proijcite, regem veſtrum deſerite; vt poſitis Domino militare, ſed ait. Neminem concuſeritis, nulli calumniam feceritis, ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum? nonne vnus militum eius & dilectiſſimus comes eius commilitonibus ſuis, & quodammodo Chri-

Rom. 3. ſti prouincialibus, dixit; Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit? Et paulo poſt ait. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum: & cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: nemini quicquam debea-

1. Tim. 2. tis, niſi vt inuicem diligatis? nonne præcepit, vt pro ipſis etiam regibus oraret Eccleſia? quid ergo eos Chriſtiani offenderunt? quod debitum non reddiderunt? in quo Chriſtiani non ſunt terrenis regibus obſequuti? ergo terreni reges Chriſtianos gratis perſequuti ſunt. Sed quod ſubiecit, attende. (Et à verbis tuis formidauit cor meum). Habuerunt quidem & illi verba minacia, expello, proſcribo, occido, vngulis torqueo, ignibus torreo, beſtijs ſubigo, membra dilanio, ſed tua me potius verba terruerunt. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, & poſtea non habent quid faciant, ſed eum timete qui habet poteſtatem corpus, & animam perdere in gehennam. Ab his verbis tuis formidauit cor meum, & contempſi hominem perſequutorem

Ambroſ. meum, & vici diabolum ſeductorem meum. Diuus Ambroſius,

de per-

de perſequutione dæmonum aduerſus homines intelligit hoc carmen. Hi enim ſunt principes tenebrarum harum, & gratis homines perſequuntur ob ſolam inuidiam, cum nihil exinde ipſi ſibi lucrentur. Sed quomodo, qui gratis impugnatur, dicitur; timere cum potius conſtans, & ſine timore deberet eſſe? & reſpondet, quod timor maioris mali fortificat ad minus ſubeundum. Erant enim Martyres inter duo mala poſiti, aut perpetuo à Deo abdicari in æternoſque ignes detrudi, aut mortem momentaneam perpeti. Hoc malum elegerunt, vt illud euaderent, imo timor illius maioris mali fortiores fecit ad ſubeunda minora.

VERSVS SECVNDVS.

Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa.

PER ea verba vicit à quibus formidauit. Victis enim ſpolia detrahuntur ſic per patientiam Martyrum non ſolum victus, ſed & ſpoliatus eſt diabolus qui erat fortis armatus cuſtodiens in ſua tyrannide mundum, vt dicitur Lucæ. 11. Luc. 11. Tunc autem ſpolia eius detracta ſunt, cum per patientiam Martyrum multi ex gentilibus, quos ſub ſua poteſtate tenebat, ad fidem Chriſti conuerſi ſunt. Fatetur ergo iuſtus plus voluptatis capere ex verbis Dei, quam ſi inueniſſet theſaurum maximum, nam verbum Dei contra ſuperbiam humiliat timorem Dei inſpirando, vt verſu præcedenti viſum eſt. Lætificat etiam cor, & fugat triſtitiam, nam ſi homo hominem in aduerſis poſitum ſermonibus bonis conſolatur, quanto magis verbum Dei triſtes conſolatione replebit? propter quod dicitur Iſaiæ ſexageſimoprimo. Spiritus Domini ad annunciandum manſuetis miſsit me, vt conſolarer omnes lugentes. Et hoc eſt, quod iuſtum gratis perſequutum conſolatur, maximè cum dicit. (Lætabor ego ſuper eloquia tua.) Nam ſic etiam dicit Propheta Zacharias primo. Angelus loquebatur in me verba conſolatoria. Vide mirabilem rerum ordinem nam prius Pſalmiſta dixerat à verbis tuis formidauit cor meum, Iſa. 61. Zachar. 1.

mcum, nunc autem dicit ſe in verbis Domini maxima affectum lætitia: cum timor magis triſtitiæ occaſio, quam lætitiæ ſit, ſed quia (vt dictum eſt in præcedenti verſu) timor maiorismali, vt ab eo ſe eruat homo, facit vt lætanter minus ſubeatur: hinc eſt, quod iuſtus eloquijs Dei informatus nouit malo pœnæ temporalis ignes æternos compenſare. Ideo hic perſequutus lætatur diuinis
Matth. 5. promiſsis roboratus, cum audiat Chriſtum dicentem; Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam. Gaudete, & exultate, ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlis. Nam vt Ambro-
Ambroſ. ſius, hic ait, Qui formidat à verbis Domini, poſtea in verbis eius exultat, & qui habet in corde ſuo verba Dei, excludit ſermones principum à corde ſuo. Excludit timor timorem. Si enim quis ingreſſus balnea ſolis eſtum deponit, & ſic calor calorem exclu-
Simile. dit, quanto magis diuini iudicij terror hunc terrorem excludit humanum, humanum feruorem, gratiæ feruor æternæ? (Sicut qui inuenit ſpolia multa.) Chriſtus ſua victoria, quam à perſequentibus principibus per mortem ſuam tulit, ſpolia multa inuenit, quæ Eccleſiæ ſuæ reliquit, prætereaque in cœlum intulit nempe animas priſcorum Patrum, quas ab inferno ab-
1. reg. 17. ſtulit. Spoliauit quidem Dauid Goliam illum allophilum proFigura. ceræ ſtaturæ virum, ac fortiſsimum Philiſthinorum, gladioque eius decorauit templum. Sic noſter verus Dauid, id eſt, manu fortis potentiſsimum dæmonem cum deuiciſſet, eum vaſis bellicis ſpoliauit, atque crucem, quam ſibi parauerat, (illa enim fuit gladius, quo percutere voluit Chriſtum) ab eius tulit poteſtate, talique gladio Eccleſiam decorauit ſuam, quam ſumè colimus per eamque templa, atque altaria decoramus, cum ipſa ſit arbor decora, & fulgida, ornata regis purpura, electa digno ſtipite tam ſancta membra tangere. Arma etiam diabo-
Ambroſ. li (ait hic Ambroſius) Gentes erant, fide autem gentium vulneratus, caput quod habebat amiſsit, detracta ſunt ſpolia, vaſa eius direpta, quia alligatus eſt fortis; Caro hominis peccatoris erat diaboli, ſed poſtquam in Chriſtum credidimus, caro noſtra cœpit eſſe vas electionis, ſpolia diaboli quæ in Adam inuaſerat, Chriſtus vindicauit, qui captiuam duxit captiuitatem. Ideo caput eius abſtulit, vt ipſe eſſet caput corporis interempti. Merito ergo gentes nunc toto orbe caput regale circumferunt, quia membra ſunt Chriſti. Cognoſce etiã de Iudæis, quibus

Dominus

Dominus Ieſus abſtulit ſpolia, hoc eſt, regnum cœlorum, & dedit genti facienti fructus eius, ab illis abſtulit, nobis dedit. Merito ergo exulto, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Sine labore meo inueni ſpolia quæ non habebam. Inueni Pentatheucum, inueni libros Regnum, inueni Prophetarum ſcripta, Pſalmos, Prouerbia, inueni Euangelium. A Iudæis hæc ſpolia detracta ſunt, & mihi data. Lex quidem ſpiritualis eſt, illam habet qui illam intelligit. Illam non habet Iudæus, qui illam in ſpiritu non intelligit. Habent Iudæi libros, ſed ſenſum librorum non habent, habent Prophetas, ſed non habent quod illi prophetarunt, quomodo enim habent quem non receperunt? ideo cum Moyſe & Helia mihi apparuit, quia ab illis receſsit. Multa habet ſpolia, qui habet Dei verbum, habet reſurrectionem, habet iuſtitiam, habet ſapientiam, habet virtutem, habet omnia: quia omnia in ipſo conſtant. Hebræi ſpoliauerunt Ægyptios, & vaſa ipſorum abſtulerunt; Nos aurum mentis accepimus, nos acquiſiuimus cœleſtis ſermonis argentum. Dicat ergo populus Chriſtianus, cum ipſo capite, lætetur & dicat; Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Hactenus luculenter ac eleganter Ambroſius. Ad iſtum ſenſum etiam Diuus Gregorius affert hunc verſum. 18. moralium capite. 11. dicens; Eloquium Domini ſpolia nominatur quod Pſalmiſta teſtatur dicens; Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Quæ eloquia idcirco ſpolia vocata ſunt, quia ad fidem Domini Gentilitate tranſeunte, Iudæi ſacris eloquijs quibus induti fuerant ſpoliantur. Propter quod dicitur Sapientiæ. 10. quòd iuſti tulerunt ſpolia impiorum. Iuſti etiam hoc concinunt carmen, cum non ſolum victoriam de hoſtibus, ac perſequutoribus lucrati ſunt, verum etiam ſpolia multa tulerunt, nempe gratiæ ac charitatis augmentum, patientiæ coronam, gaudium etiam ſpiritus, ac internam cordis lætitiam, qua electi in ſuis laboribus reficiuntur, ſecundum illud Apocalypſis. 2. Vincenti dabo manna abſconditum, quod nemo nouit, niſi qui accipit. Solus enim iuſtus cui datur, ſaporem intelligere valet. Æſtimat Timothæus ille muſicæ artis peritiſsimus, ſatis muſicis pro præmio eſſe dulcedinem illam, quam ipſi in muſicæ decore, ac concinitate capeſſebant. Multo maiorem iuſti in virtutis viſu, Deique familiari conuictu capeſſunt. Præmium etiam æternum merentur, quod inter opima ſpolia

Figura.

Gregor.

Sapien. 10.

Apocal.

Apoc. 3. principatum tenere quis ambigat? vnde Apocalyp. 3. dicitur; Qui
Iſaiæ. 9. vicerit dabo illi ſedere mecum in throno meo. Et Iſaiæ. 9. Lætabuntur in te ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia. Nam ſicut meſſores cum vberem fructum percipiunt, ex labore reficiuntur fructibus compenſantes ſudorem: & ſicut victores gaudent poſt partam victoriam, quando captiuorum ſpolia diuidunt, etiam ſi vulneribus multis ac vitæ periculo ipſam lucrati ſint, ſic iuſti his optimis ſpolijs refecti de laboribus, quibus ea comparauerunt lætantur, ac dicunt; Lætabor ego ſuper eloquia tua. Intellige etiam de formidine quam concipit peccator iudiciorum Dei, ex qua mouetur ad pœnitendum de eis, & cum pœnituerit, gaudet quaſi qui inuenit ſpolia multa. Inuenit enim bona opera meritoria quæ in gratia fecerat, quibus & ſpoliatus fuerat, reddita ſibi fuiſſe per pœnitentiam. Nam vt Theologi docent in. 4. ſententiarum, di-
D. Thom. ſtinctione. 16. & Diuus Thomas. 3. part. quæſtione. 89. per veram pœnitentiam redeunt opera quæ antea fecerat homo cum eſſet in gratia, quæ tamen per peccatum mortale mortificata fuerant, in hoc ſenſu, quod ſibi non imputarentur ad meritum, ſe-
Ezech. 18. cundum illam Domini ſententiam per Ezechiel. capite. 18. promulgatam, quod ſi ſe auerterit iuſtus à iuſtitia ſua, iuſtitiæ eius in obliuione erunt, hoc eſt, quod ſibi non imputabuntur ad meritum dum in mortali fuerit, quia tamen fuerunt grata Deo, quia in gratia facta ſunt, manent ſemper in acceptione diuina, non tamen imputantur peccatori, quia extra gratiam & amicitiam Dei eſt. Cum tamen poſtea per veram pœnitentiam ad eam redit, titulus reſtituitur ei quo accepta ſint opera eius, nempe gratia & amicitia Dei. Et licet omnia opera meritoria quæ fecit, dum eſſet in gratia redeant, non tamen in eo valore quem tunc habuerunt, ſed ſecundum proportionem gratiæ ad quam reſurgit, nam ſi ad medietatem gratiæ reddit, ſingula etiam erunt accepta ad ſubduplo minorem gloriam, de quo conſulendi ſunt ſcholaſtici doc-
Ioel. 2. tores vbi ſupra. Hæc autem ſententia innititur teſtimonio Ioelis capite. 2. vbi Deus dicit pro peccatoribus pœnitentibus, & ieiunantibus pro peccatis ſuis. Reddam vobis annos quos comedit locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca. Sterilia tempora illa ſunt, in quibus in peccato verſatur homo, quæ copiam bonorum fructuum exedunt. Sunt enim vaccæ ille macilentæ ac ſqualidæ,

quas

quas in ſomnio vidit Pharao Geneſ. 41. quæ deuorauerunt alias ſeptem obeſſas, & pulchras, quæ in paſtu paludis vireta carpebant: & ſunt ſeptem ſpicæ illæ tenues & percuſſæ vredine, quæ aliarum ſeptem quæ vberes ferant, ac plenæ pulchritudinem deuorauerunt. Nam tempus quo in peccato extitit homo, omnem copiam ac pulchritudinem bonorum operum quæ tempore gratiæ fecit, deuorat ac conſumit, ſicut ſeptem ſteriles anni Ægypti conſumpſerunt abundantiam aliorum ſeptem qui præceſſerunt. Quoniam peccatum locuſta, bruchus, ac erugo eſt, quæ illa bona opera exedunt. Attamen cum ad gratiam reuertuntur, redeunt opera illa quæ mortificata per peccatum fuerunt modo prædicto. Cum ergo peccator Dei formidine correptus ad gratiam reddit, audiens promiſsionem hanc per Prophetam à Domino promulgatam, videns ſpolia bonorum operum, quibus nudatus fuerat redire, lætatur ſuper hæc eloquia Dei, ſicut qui inuenit ſpolia multa. Figura. Geneſ. 4.

VERSVS TERTIVS.

Iniquitatem odio habui & abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.

QVIA hic eſt aliùs effectus verbi Dei, nam timor verborum Dei quem habuit cum dixit; A verbis tuis formidauit cor meum, non odium ſed charitatem fouet, & amorem Dei ac legis, vt hic docet Auguſtinus. Quemadmodum obſequens filius & amat, & timet offendere patrem; & pudica coniux virum timet, ne ab illo deſeratur, & amat vt fruatur, ſi ergo pater homo, & coniux homo, & amari & timeri debet, multo magis pater noſter qui eſt in cœlis: & ille ſpecioſus forma præ filijs hominum. Vnde Malach. 1. Dominus dicit; Filius honorat patrem ſuum, & ſeruus timet dominum ſuum, ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? Hic autem eſt timor filialis qui ortum habet ab amore, nã qui amat Deum, timet offenſam Dei, omniaque abominatur, quæ exiſtimat Deum odio habere, cum amicorum proprium ſit eadem velle & nolle. Et Seneca dicebat, Quanus ſcirem Deos mihi ignoſcituros, non peccarem propter ipſam vilitatem Auguſt. Simile. Malach. 4. Seneca.

Caſsiod. peccati. Hæc ille, hæc enim Deo diſplicet. Et Caſsiodorus dicit, quod amor bonorum odio probatur malorum. Vnde hic pro cauſa odij peccati reddit amorem legis Dei, cum ſubdit; Legem autem tuam dilexi. Nam vt Philoſophi docent, Amor eſt principium & caput, imo & cauſa cæterarum paſsionum. Nam cum omne agens agat propter finem, finis autem eſt bonum amatum, hinc fit quod omnia opera noſtra ortum trahant ex amore. Quemadmodum figura circularis inter omnes capacior eſt, & vniuerſas alias in ſe continet & includit, ſic amor vniuerſos alios affectus in ſe compræhendit, vt omnium fons & origo. Vnde hic Propheta timorem, delectationem, odium, abominationem, omnia denique in amorem refert. Quare ſanato & in ordinem redacto amoris affectu, vniuerſi alij pectoris noſtri affectus roborantur. Vnde Diuus Auguſtinus in libro de ordine non aliter diffinit virtutem ac vitium niſi per amorem dicens; Virtutem ordinatum amorem, vitium vero inordinatum eſſe. Quod Cantic. 2. videtur inſinuare Spiritus ſanctus, cum dicit; Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Hoc eſt, ad arcana amoris ſui me intromiſit, & quo me compſit ornatu; amor ordinatus fuit, in me ordinauit charitatem. Docuit me quid amare, quid odio proſequi deberem, quid in primis, quid ſecundario diligam, quid plus, quid minus, aut quid charius extimare deberem, quid cum modo, quid ſine modo diligendum ſit. Quoniam ſi hæc in me affectio ordinata fuerit, cæteras etiam tranquillas, ac recte morigeratas habebo. Quare oportet inordinatum amorem à principio diruere. Nam principijs obuiandum eſt. Et Seneca in Tragedia.

Simile.

Auguſt.

Cant. 2.

Seneca tragicus.

Quiſquis primo obſtitit pepulitque amorem,
Tutus ac victor fuit.

Deinde ab illo cogitationes auerſas debemus habere, vt alijs maioribus negotijs impliciti, turpem obliuiſcamur amorem, vt ille curator amoris docet hoc carmine.

Ouidio.

Otia ſi tollas, periêre cupidinis arcus.

Imo & animum alijs à moribus ab illo reuocare, nam & antiqui per epulas, per vinum vſque ad ebrietatem hos affectus curabant. Vnde & dicebant; Sacra liberi pertinere ad animi purgationem.

Imo

Imo & flecbotomiam pati,qua vetus efluat ſanguis,nouuſq; cum nouis creatur ſpiritibus, & rem amatam nec videre, nec de ea loqui:ſed maximè Deum deuotè ac frequenter deprecari. Ait ergo noſter amator.Iniquitatē odio habui, & legē tuam dilexi.Legem in quam non illam carnis quæ occidit,ſed hanc ſpiritus quę viuificat,vt hic docet Diuus Ambroſius.

VERSVS QVARTVS.

Septies in die laudem dixi tibi:ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

SED quoniam dilectio Dei, ac legis ipſius non noſtrum, ſed maximum Dei beneficium eſt, ideo ſe in eius laudibus occupat iuſtus dicens, (Septies in die laudem dixi tibi.) Hoc eſt, multoties, ſæpe propter omnia opera tua quæ recta ſunt atque abęquiſſima iuſtitia tua prodeuntia. Diuus Gregorius. 35. Moraliū Gregor. capite. 6. & 7. docet, quod in ſacra Scriptura ſeptenario numero, aliquando requies æternitatis deſignatur, aliquando vniuerſitas præſentis temporis, aliquando ſanctæ Eccleſiæ vniuerſitas deſignatur. De primo patet,nam dies ſeptimus in requiem Domini ſanctificatus eſt. Requieuit Dominus die ſeptimo ab omni opere quod patrarat, & in lege dies ſeptimus eſt dies otij, & numerando ſeptem hebdomadas annorum, vna addita quinquageſimus annus Iubilæi deſignatur, vt perpetuam beatitudinem ſignās Iubilæi ſacratiſsima requies obſeruetur. Sed quod per hunc numerum etiam præſentis vitæ vniuerſitas deſignatur hinc patet, quia poſt cum octonarius numerus ſubinfertur.Ideo enim ſeptenarium numerum, adhuc alius ſequitur, vt ex ipſo eius augmento intelligatur, quod finienda temporalitas æternitate concludatur, quod & Salomon admonet dicens Eccleſiaſt. 11.Da partes ſeptem, nec non & octo: nam per ſeptenarium numerum, hoc quod ſeptem diebus agitur præſens tempus expreſsit: per octonarium vero vitam æternam deſignauit, quam ſua nobis Dominus reſurrectione patefecit, cum die Dominico reſurrexit. Qui dum diem ſeptimum ſequitur à conditione octauus inuenitur. Bene ergo dicit; Da partes ſeptem, nec non & octo: quia ignoras quid mali futurum ſit ſuper terram: ac ſi diceret,ſic diſpenſa temporalia, vt appetere non obliuiſcaris æterna. Oportet nanque Leuit.25. Gen. 2. Eccl. 11.

vt in poſterum bene agendo prouideas, qui de venturo iudicio quanta tribulatio ſequatur ignoras. Et etiam quia per ſeptem dies hoc totum vitæ præſentis tempus euoluitur, & quia ſancta Eccleſia toto hoc tempore quòd diebus ſeptem euoluitur duratura eſt, vniuerſitas eius in ſeptenario numero ſignatur. In cuius ſignum ſeptem vicibus arca circuiuit Ierico, & ad ſeptimum clamorem tubarum corruit Ierico. Quoniam per prædicationem creuit Eccleſia toto hoc tempore, quo permanebit mundus. Sed ipſemet Gregorius. 1. libro moralium. capite. 11. dicit. Quid in ſeptenario numero niſi ſumma perfectionis oſtenditur? vt enim humanæ rationis cauſas de ſeptenario numero taceamus, quæ aſſerunt quòd idcirco perfectus ſit, quia ex primo pari conſtat, & primo impari, nam conſtat ex binis dualitatibus, & dualitas eſt primus numerus par, & vno ternario qui numerus eſt primus impar, nam vnitas non eſt numerus ſed principium numeri. Idem Auguſtinus lib. 11. de ciuitate Dei capite. 31. vbi explicat ſepties in die cadit iuſtus & reſurget, ideſt, quotieſcunque ceciderit, non peribit quod non de iniquiatibus, ſed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi voluit. Sed tamen certiſsimè ſcimus quod ſeptenarium numerum Scriptura ſacra pro perfectione ponere conſueuit. Nam quia Dominus die ſeptimo requieuit, etiam ſeptimus dies datus eſt in requiem hominibus, hoc eſt ſabbathum. His ſuppoſitis multiplex erit ſenſus huius carminis. Primo ſepties, hoc eſt ſæpenumero, vt Baſilius vult, quoniam ſeptenarius numerus vniuerſitatem deſignat, hoc eſt ſemper, & omni tempore quo congruum erat ab alijs vacare, & tuas decantare laudes. Sic enim intelligitur illud; Oportet ſemper orare, hoc eſt congruis ac ſtatutis horis ad id munus exequendum aptis, ac inſtitutis. Nam ipſemet Pſalmiſta qui dicit, Septies in die laudem dixi tibi, dixerat Pſal. 33. Semper laus eius in ore meo, hoc eſt, ſemper quod opus & tempus fuit. Et hic eſt literaliſsimus ſenſus, quem Diuus Auguſtinus hic proſequitur dicens, Septies in die, quod ait, ſignificat ſemper, ſolet eſſe quippe iſte numerus vniuerſitatis indicium, propter quod ſex diebus diuinæ operationis ſeptimus adiectus eſt quietis, & per ſeptem dies currentes, & decurrentes tempora vniuerſa voluuntur. Nec ob aliud dictum eſt Prouerbiorum. 24. Septies cadet iuſtus & reſurget, ideſt, non perit

Iudic. 6.
Gregor.
Auguſt.
Prou. 24.
Baſilius.
Lucæ. 18.
Pſal. 33.
Auguſt.
Prou. 24.

iuſtus

iuſtus modis omnibus humiliatus, ſed non præuaricatus, alioquin non erit iuſtus. Nam pro omni genere tribulationis, quà in conſpectu hominum deijcitur poſitum eſt, ſepties cadit, & pro eo quod ex ipſis omnibus tribulationibus proficit poſitum eſt reſurget. Satis illuſtrat in eo libro conſequens ſententia præcedentem, ibi enim ſequitur; Impij autem infirmabuntur in malis, hoc eſt, itaque iuſto ſepties cadere, & reſurgere, in omnibus malis non infirmari. Merito igitur ſepties in die laudabit Eccleſia Deum ſuper iudicia iuſtitiæ ipſius, quia cum tempus eſſet, vt iudicium inciperet à domo Domini, in omnibus tribulationibus ſuis non infirmata, ſed coronis martyrum glorificata eſt. Et idem Diuus Auguſtinus libro. 3. de doctrina Chriſtiana capi. 35. Idem eſt (ait) Septies in die laudem dixi tibi, ac dicere, ſemper laus eius in ore meo, &. 11. de ciuitate Dei capit. 31. Vel aliter ſepties, ideſt perfectè, ſicut & Pſalm. 11. eloquia Domini dicuntur argentum purgatum ſeptuplum, hoc eſt plenè & perfectè purgatum, quantum purgari poteſt, & Pſalmo. 78. Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum, perfectam & condignam illis da retributionem, ſic modo ſepties dicere laudem, ſignificat perfectam, integram & continuam, ſiue perpetuam laudem dicere, vel laudem multiplicem & copioſam. Quem ſenſum videtur hic ſequi Diuus Ambroſius. Si autem ſeptenario numero ſignificatur requies æternua, vt vult Diuus Gregorius erit hic ſenſus, ſepties in die laudem dixi tibi, ideſt, in die æternitatis & gloriæ laudabo te, vel per laudem quam in præſenti temporali vita tibi decanto, ad æternam illam feſtino. Quod hic inſinuare videtur Diuus Hieronymus cum dicit. Septies Deum per diem laudat, quia mens eius in pleno ſplendore perdurans ad illum ſeptimum diem, ideſt, ſabbatorum ſabbatum, qui eſt requies æterna feſtinata. Vel ſic; Septies in die laudem dixi tibi, hoc eſt, ſeptem vicibus per ſeptem horas canonicas, vt mos eſt religioſis. v. g. laudes matutinas ſummo diluculo, quia tunc reſurrexit Dominus, poſtea primam quia tunc traditus fuit Pilato, deinde tertiam quia tunc clamauerunt Iudæi, crucifigatur, vlterius ſextam, quia tunc crucifixus fuit, deinde nonam quia tunc ſpirauit, poſtea veſperas, quando depoſitus fuit de cruce, vltimo completorium, quia tunc ſepultus fuit. Matutinas vero nocturnales cantat Eccleſia ad deſignandum vigilias Domini, & diligentias Iudæorum in eius cuſtodia. Vel idcirco

Auguſt.

Ambro. gregor.

Hieronym.

ſepties in die laudat Eccleſia Deum, vt ſeptem virtutes illi tribuat, quibus ſeptem vitia expellat, & ſeptem beatitudines acquirat, Ioſue. 6. Cum ſeptimo circuitu ſacerdotes clangerent tubis, poſtquam in aures multitudinis ſimul increpuit, muri Ierico corruerunt. Sic per harum ſeptem horarum vocem inimicos noſtros fugamus. Hæc enim fuit cithara illa ſeptem cordarum, qua cum pſalleret Dauid, ſpiritus nequam à Saule fugabatur. Vel quia ſepties cadit in die iuſtus, vt dicitur Prouerb. 24. ſeptem vicibus opus eſt ad Deum clamare, vt reſurgat. De antiquitate autem ſeptem horas canonicas cantandi in Eccleſia, & quomodo ab Apoſtolorum ſeculo, hic mos dimanauerit videndus eſt Aloyſius Lyppomanus in prima parte in vita ſancti Marci. folio. 400. & in ſecunda parte in vita ſancti Wbilbrot folio. 402. Vbi ex Euſebio, & Beda, & Philone vetuſtatem eius probat.

Ioſue. 6. Figura. Figura. Prou. 24. Lyppomanus. Euſebi⁹, Beda, & Philo.

(Super iudicia iuſtitiæ tuæ) Per quod intelligit, vel præcepta ipſa quæ in iuſtitia diſpoſuit, vel diſpoſitiones diuinæ voluntatis, ſecundum quas iuſtè operatur omnia cum à iuſtitia omnia prodeant. Iudicia æquiſsima ſunt, ac ſumma laude digna. Quare Ioannes Campenſis ſic explicat. Septies per diem laudauite propter normas viuendi æquiſsimas perſcriptas à te. Vel per iudicia iuſtitiæ intellige flagella, & verbera quibus corrigit, & iuſtificat filios ſuos, de quibus ſupra, Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Vel dicuntur iudicia iuſtitiæ, hęc flagella quæ iuſtè infliguntur, Daniel. 3. Vniuerſa quæ feciſti nobis Domine, in vero iudicio feciſti.

Campéſis. Dan. 3.

VERSVS QVINTVS.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum.

VErbum Dei obſeruatoribus ſuis pacem confert corporis & animæ, nam qui Dei mandata obſeruat iuſtitiam facit, quia iuſtitia eſt hominem Deo ſubditum eſſe. Iuſtitia autem pacem generat, ſecundum illud Iſaiæ. 32. Opus iuſtitiæ pax. Quare capite quadrageſimo octauo eiuſdem Prophetæ ait Dominus; Vtinam attendiſſes mandata mea, & facta fuiſſet ſicut flumen pax tua. Hoc eſt abundantiſsima. Et

Iſai. 32. & 48.

hoc

hoc eſt quod hìc Propheta dicit. Pax multa diligentibus legem tuam,& non eſt illis ſcandalum. Scandalum ſecundum Theologos eſt dictum, vel factum minus rectum præbens occaſionem ruinæ:eſt enim nomen vſurpatum à corporalibus,à quibus vtpote nobis magis notis ſpiritualia denominamus.Scandalum autem corporale dicitur quando ponitur alicui obex in via, per quam tranſit,in qua offendens,vel ruit, vel diſponitur ad ruinam,ita in via ſpirituali per dictum,vel factum alterius ſolet aliquis trahi,vel induci ad peccandum. Vnde Hieron. Matth. 18. ſuper illud. Quicunque ſcandalizauerit vnum &c. dicit; Scandalizat alium, qui alteri dicto,vel exemplo occaſionem ruinæ præbet,quod peccatū maximè contradicit vitæ prædicatorum:qui ſunt ordinati ad leuandum iacentes ſecundum illud Iſai.35. Genua diſſoluta, vel debilia roborate,ideſt,(alos que facilmente caen) Vnde Greg. lib.1. Paſtor. Nemo amplius(inquit)in Eccleſia nocet,quā qui peruerſe agens nomen,vel ordinem ſanctitatis habet, delinquentem nāque eum redarguere nullus præſumit,& in exemplum culpa vehementer extenditur,quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.Eſt autem duplex ſcandalum, alterum actiuum, de quo intelliguntur dicta,nempe quando quis ſua actione alteri præbet occaſionem ruinæ: alterum paſsiuum quando impingit tractus verbo,vel facto alterius,rurſus ſcandalum paſsiuum alterum puſillorum,alterum Phariſæorum,puſillorum eſt quando ob ignorantiam ſcandalizantur puſilli de aliquo facto, non intelligentes cauſam eius:quale in primitiua Eccleſia erat,illorum qui ſcandalizabantur videntes Chriſtianos ea quę vetita erant in lege mandu care.Et tunc talia opera etiam ſi bona ſint intermittenda ſunt,vſq; dum puſillis ratio eorum reddatur,& ſic intelligitur illud Paul. 1.Cor.8.Si eſca ſcandalizat fratrem meū,carnē non manducabo in æternum. Tamen ſi poſt redditam rationem non ceſſat ſcandalum eorum,non ideo à bono opere ceſſandum eſt: quoniam iam non ex ignorantia,ſed ex malitia eſt ſcandalū eorum,& iam tranſit in ſcādalum Phariſæorum. Vt.v.g.ſcandalizantur puſilli vidētes Epiſcopum munera & enxenia mittere mulieri pulchræ,cum tamen Epiſcopus ex charitate Dei & non ex libidinoſo affectu id faciat,debet tunc Epiſcopus ab illo opere ceſſare quouſq; reddita ratione ſedetur ſuſpicio.Si autem ſufficienti data ſatisfactione adhuc permanent in ſuo ſcandalo,relinquendi ſunt,nec intermitten-

Hierony. Matth. 18.

Iſa.35.

Gregor.

1.Cor. 8.

da eleemoſyna,quia iam eorum ſcandalum eſt Phariſæorũ,quod eſt quando non ex ignorantia,ſed ex malitia ſua quis in alterius factum,vel dictum ſcandalum ſumit:qualia erant ſcandala Phariſæorum aduerſus Chriſtum. Quare cum diſcipuli ſcandalizatos Phariſæos in ſuis ſermonibus retuliſſent, dixit eis;Sinite illos cæci ſunt & duces cæcorum. Ad propoſitũ ergo nullum horum ſcandalum nec actiuum nec paſsiuum nec puſillorum nec Phariſæorum locum habet in viris perfectis; nec enim dicto vel facto occaſionem ruinæ alijs præbent, nec tantam ignorantiam agendorum habent,vt lateat illos quem nam finem bonum habere poſsit opus,quod ignorantibus poſsit aliter apparere. Nec ob aliorum facta,vel dicta ſcandalizantur,aut ruunt:quoniam tales ſunt
Simile. in charitate radicati,& fundati,vt ait Paul. Quare ſicut ventus validus etiam ſi moueat arborem fixè radicatam non tamen euellit,ſic mala aliorum non eradicant iuſtos etiam ſi tantiſper moueant,habent enim domum ſuprà firmam petram ædificatã:contra quam etiam ſi venti ac flumina inſurgant,non tamen obruere
Roman. 8. poſſunt illam;quare Paul. audacter dicebat. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti,tribulatio,an anguſtia?&c. Et vt oſtenderet ſe nõ
2.Cor.11. impingere ob aliorum facta ait alibi. Quis ſcandalizatur & ego non vror?non dicit & ego non ſcandalizor. Hoc enim longe eſt à viris perfectis quos charitas fixos ac immobiles in bono tenet.
Prouer.15. Vnde Prouerbiorum.15. Viæ iuſtorum abſque offendiculo,quare Pſalmiſta in hoc verſu diligentibus dicit non eſſe ſcandalum,
Ambroſ. nec turbari pacem eorum. Vnde Ambro. ait;Charitas pellit omnes tribulationes,non vt non eueniant,ſed vt non noceant quia licet exterius tribulationes inſurgant,tamen vir iuſtus interius non
Prouer.12. turbatur ſecundum illud Prouerb. 12. Non contriſtabit iuſtum quidquid ei acciderit. Quod ſi aliquando iuſti dicantur ſcandalizari,id eſt,vel quia vehementer dolẽt de peccatis aliorum,vel quia in admirationem rapiuntur tot mala videntes ſuſtineri:vel ſecun-
Auguſt. dum D. Auguſtinũ non eſt illis ſcandalum aliquod à lege ipſa Dei,quoniam qui diligit legem Dei, ſi quid eſt in ea quod non intelligat illud tamen veneratur,& honorat,& ſi quid in ea ſonare videtur abſurde,iudicat magnum & difficile,& ſe neſcire: & ideo non ſcandalizatur. In cuius ſignum in eſſu agni Paſchalis
Exod.12. præcipiebatur Exod. 12. vt non remaneret ex eo quicquam vſ-
Figura. que mane ſed ſi quid reſiduum erat igne comburebatur quo-

niam

nlam nihil in lege Dei prætermittere debes quod non credas & opere compleas; quod ſi aliquid non intellexeris, igne charitatis combure, tuæ ignorantiæ tribuens quia tu non penetras myſteria omnia quæ in lege Dei ſunt: quæ licet tibi non ita appareant; bona tamen ac iuſta exiſtimare ac credere debes, hæc enim omnia facit charitas & amor legis Dei.

(Pax multa diligentibus legem tuam &c.) Obſerua. Pax ſecundum D. Thomam. 2. 2. quæſtione. 29. idem eſt quod concordia, licet aliquid amplius addat ſuper illam: eſt enim cõcordia diuerſarum voluntatum concors aſſenſus. Pax autem hunc voluntatum cõſenſum includit & addit præterea ipſius etiam ad ſeipſum concordem aſſenſum, vt non ſolum alienæ voluntati concordet ſed in ſeipſo etiam cum ſemetipſo pacem habeat, vt affectus in eo quod bonum ac offitioſum eſt conueniant, & appetitus rationi, ratio vero Deo ſubijciatur. Quare concordia eſt inter plures, pax eiuſdem ad ſeipſum: conuenientia affectuum eſt. Licet hæc pax in hac vita perfectè haberi minimè poſsit, cum etiam inter perfectiſsimos viros hoc ciuile bellum ingruere videamus. Nam Paulus vas electionis his inteſtiuis prælijs anguſtiabatur, cum aliam legem inueniebat in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ, captiuantem eum in lege peccati. Vnde & clamabat. Infelix ego homo quis me liberauit de corpore mortis huius? hoc eſt de hoc corpore mortali quod animam ad mortalia aggrauat. In patria fruentur iuſti omnimodò pace cum adimplebitur id quod per Iſaiam (ſecundum Septuaginta) pollicetur eis Deus dicens capite 57. Dabo eis pacem ſuper pacem, hoc eſt, & corporis & mentis pacem. In hac vita mentis pace perfruuntur iuſti, vtpote quam omnibus quibus poſſunt modis ſubditam habent Deo; corporis tamen pace non gaudent, quoniam inordinatus appetitus ac fomes peccati adhuc viget in eis, vſque dum terram promiſsionis ingrediantur. Illic enim terra quieſcet à prælijs, & ſuper pacem mentis quæ etiam tranquillior ac amplior erit, corporis etiam ac affectum pacem adipiſcentur. At vero pacem illam quam concordiam dicimus, omnes res appetunt, conſequitur enim ad appetitum naturalem quem omnes res gerũt ſuęmet quietis ac boni: quare & quod illam turbat odio proſequor, & quod cõſeruat diligo ac ideo omnes mecum habere pacem volo, vt nullus meæ aduerſetur voluntati ac bono; In tantum autem

D. Thom.

Rom. 7.

Iſai. 57. ſecundũ. 70.

hic

hic increſcit appetitus, vt & bella ipſa (ait Philoſophus) homines excitent vt hac perfruantur pace. Nam quia turca videt Chriſtianum aduerſarii illi, nec ſuæ obſequi voluntati ac libidini, qua omnia ſibi ſubdita eſſe concupiſcit, ideo aduerſum illum bellum gerit, vt eum ſibi ſubiciat, nec amplius eius libidini contraire contẽdat. Quare ſagax ipſa natura voluit vt nullus mortalium ſibi ſoli ſufficeret, ſed ſemper alterius indigeret iuuamine, vt vel ſic neceſsitate compulſus vnuſquiſque alterius amicitiam quæreret. Videmus enim regiones aliquas quibuſdam rebus abundare, quibus aliæ indigent, & alias habere ea, quibus primæ carebant. Vnde & Hiſpanus Flandriam, ille Hiſpaniam quærunt, ac ſic inter ſe amicitias ac ſocietates cõflant. Sic quia auro carebat Hiſpanus in remotiſsimas transfretauit regiones, quibus veram Chriſti Domini fidem, qua ipſi carebãt, auro & argento pretioſiorem communicauit: & viciſsim ab illis corruptibilibus auro & argento refertus eſt. Diues pauperis operibus eget, rurſus pauper diuitis pecunias neceſſarias habet. In doctus ſapientem vt eum doceat quærit, iterum doctus ſtultum vt ſibi miniſtret. Eger medico vt illum curet indiget, medicus infirmo vt illum diuitem faciat opus habet, & ſic homines inter ſe amicitias ac coniugia copulant; vide quàm concupita ab ipſamet natura imò & ab ipſo authore naturę pax ſit. Adde. Res omnes ſui eſſe conſeruationem ardẽtiſsimè appetunt, eſſe autem vniuſcuiuſque rei in vnitate conſiſtit, nam diuiſio corruptionis initium eſt, atque via ad illam. Vnde diuiſionem res omnes abhorrent tanquam ſuæ conſeruationis aduerſam, quæ in integritate ac vnitate cõſiſtit. Quocirca & cum inſenſibile lignum ſcindis ſtridet, ſtringiturque ac vehementer reſiſtit, & quaſi gemens quęritur quod ipſum diuidas, quia diuiſio conſeruationi ſuæ contraria eſt; imò vel minimum acciculæ ictum vehementer gemimus, quia carnem licet tenuiter diuidens ad corruptionem noſtri eſſe viam aperit. Homines autem vnum quid efficimus omnes, vnum corpus, vnã Rempublicã, conuentũ, ac ordinẽ conſtituimus, cuius conſeruatio in vnitate ac integritate conſiſtit: quæ ſi per diuiſionẽ defecerit, corpus ac membra ſimili defectione interibunt. Quare Eccleſia quæ corpus hoc myſticum Chriſtianæ Reipublicæ continet ab Spiritu ſancto in Cãticis vocatur, Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Quoniam in acie ſi milites ſuũ ordinem ſeruẽt, terribiles hoſtibus erunt, vnus enim omnes adiuuat, & omnes vni auxilium

Cant. 6. Simile.

xilium præbent,vnus in omnes,& omnes in vnum operas conferunt: atſi turbatis ordinibus dimicare velint, certiſsimus erit totius agminis interitus.Si enim milles à duce diuidatur, aliumq; locum ſibi quærat quam in quo poſitus eſt,vel alius ab alio diuiſus ſit,iam non vnus pro omnibus non omnes pro vno valebunt, ſed vnus pro ſe tantum dimicabit. Vnii autem non difficile erit reſiſtere imo & aduerſus eum præualere. Sic ſic tibi dico ô Chriſtiane milles qui in agmine ſanctæ matris Eccleſiæ militas ſub crucis vexillo; ſi intuo te continueris loco ac officio, nec alium à ſuo propellere velis,ſi in vinculo pacis & vnitate ſpiritus ac charitatis cum alijs vixeris,cæteriq́ue tecum conuenerint,quaſi teſtitudine facta, quadratoq́ue ac clauſo agmine terribilis & intolerabilis hoſtibus, omnibus eris.Atſi te ab alijs diuiſeris,tibi ſoli bona voluetis, locũ tuum dimiſſeris,vt alios antecellas,cæteriq́ue ſimiliter à te deſciuerint aperto latere ac turbatis ſignis & ordinibus te adorietur hoſtis,atque ſuperior euadens,vel interimet, vel in miſeram captiuitatem tradet,iam enim minus vales.Qui enim charitatis vinculo vniti ſunt vnus pro omnibus & omnes pro vno pugnant, quoniã orationes ac ſatisfactoria opera aliorum quiſque communicat,ſecundum illud quod ſupra expoſuimus;Particeps ego ſum omniũ timentium te &c.Vnde D. Cyprianus lib.1.Epiſt. 1.Concordia ſimul iuncta, ait, vinci nõ poteſt,Sciat quippe orthodoxorũ quiſque hoſtem noſtrum diabolum etſi ſuperbiſsimum ac fortẽ, meticuloſum tamẽ ac inertem & pauidum eſſe,nec multos ſimul aggredi audebit ſed vnum,vel alterum, cum ab alijs diſcretum,ac ſeparatum viderit.Sicut & ille Goliath.1.Reg.17.à quo omnis exercitus Iſrael fugiebat quoniam proceræ erat ſtaturæ lorica ferrea indutus & ocreas ferreas habebat, & haſtile lanceæ ſicut liciatorium texentium,tamen licet fortis ac ſuperbus ad ſingulare certamen populum Iſrael exagitabat(vno à vno)qui omnem exercitũ ſimul videbatur poſſe ad congrediendum ſecũ inuitare adeo iners ac meticuloſus erat.Sic dæmon qui tot indutus eſt armis, artibus dolis,cui non eſt poteſtas in terra comparabilis vt dicit Iob: nihilominus timet multos ſimul vinculo charitatis vnitos adoriri, ſed ad ſingulare certamen deſcendit.Quare cum Chriſtianos vel religioſos diſciſſos inter ſe cognouerit iam illos audacter ac cõfidentur aggreditur peccatiſque ac internetionibus omnia complet. Quod(proh dolor)iam oculis cernimus eueniſſe ob Chriſtianorũ

Cyprian.

1.Reg.17.

Figura.

Iob.4.

principum

principum diuiſionem, hoſtem in Eccleſia graſſari, ſchiſmatibuſq;
Cyprian. ac hæreſibus omnia implere. Vnde Cyprianus vbi ſupra. Cui nō
eſt aduerſus omnes ſatis virium, circunuenire nititur ſolitudinem
ſingulorum, Deo enim & naturæ odibilis eſt valde diuiſio. Vn-
Hieron. & de (vt adnotauerunt Hieronymus & Origenes) cum Moyſes crea-
Origenes. tionis ſeriem referret dixit quod Deus vidit primum diem, & di-
Gen. 1. xit eum bonum, ſimiliter tertium, quartum, & reliquos, de ſecun-
do autem die non aſſeruit bonitatem vt ſtatim ab exordio condi-
tionis mundi inſinuaret quantum ſibi diuiſio diſpliceret. Nā dua-
lis numerus primus ab vnitate diſcedit & in eo primum incipit
diuiſio. Quare regnum cœlorum domus vocatur cum Dominus
Ioan. 14. dicit Ioan. 14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Ampliſ-
ſimum illud regnum vbi tot millia Angelorum atque hominum
ſunt, vbi ipſe Deus infinitæ magnitudinis reſidet, tot populi, lin-
guę, tribus & nationes morātur, domus dicitur, cum potius regio
vel ſeculum dici debuerit. Non vacare id myſterio arbitror, Vt
oſtenderet vnanimem conſenſum animorumque concordiā qua
ibi fruuntur beati, nam cum tot ſint & tam diuerſi, vna eſt omniū
voluntas ac ſi in vna domuncula morarentur, nam idem velle &
Tullius. idem nolle (quæ ſecundum Tullium vera amicitia eſt) omnes ha-
bent, quoniam cuncti vnanimiter vno animo atque promptiſsi-
mo ſpiritu in Deum ipſum feruntur: vnaque volūtas hæc eſt quo-
Pſal. 121. niam participatio omnium in idipſum eſt. Hoc eſt in Deum vnū
Iſai. 32. qui tunc erit omnia in omnibus. Quod per Iſaiam Prophetam il-
lis promittit Deus dicens. Et ſedebit populus meus in pulchritudi-
ne pacis in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. Illa enim di-
uerſorum vna voluntas Dei ſubiecta voluntati, hāc pacis pulchri-
tudinem ſtruit. Nā pax (vt vult Auguſtinus) eſt tranquillitas or-
dinis, & ideo fiducialiter, & ſecuri inter ſe quieſcunt, nec hoſtium
inſidias aut ſubdoli fraudes reformidant. Quare requies illa opulē
ta eſt, cum omnium diuitias quilibet ſuo modo cōmunicet. Væ
nobis miſeris homunculis, quos nec vna domūcula capit, vbi duo
ſoli morantur non domus ſed Babylonica confuſio ſtridet, quòd
ſi in pace viueretis quaſi vnus multi videremini. Scitè orator quidā
apud Athenienſes cum in publico ſuggeſtu perſuaſurus pacem
aſcendiſſet, eſſetque obeſſo corpore vt vix eum cathedra caperet
& riſum concitaret in populo, hinc exorſus eſt orationem ſuam
dicens. Videtis me tumidum ac obeſſum ciues, ſcitote ergo quod

cum

cum habeo pacem cum vxore mea ſtrictus lectulus nos capit ambos, ſi autem diſſenſio inter nos concitatur nec in tota poſſumus cõmorari domo. Ecce quid pax atque vnitas faciat. Quare in domo Dei non eſt murmur aut querella vlla, in inferno autem nullus ordo ſed ſempiternus horror inhabitat. Hæc pax diligentibus Deum promittitur iquapropter nec eſt illis ſcandalum nec offendiculum vllum. Iob. 19.

VERSVS SEXTVS.

Expectabam ſalutare tuum Domine: & mandata tua dilexi.

IDeo iniquitatem odio habui & mandata tua dilexi quia expectabam ſalutare tuum Domine, hoc eſt, ſalutem à te conſequi, vel expectabam Chriſtum qui eſt ſalus mea, vt ſalutiferum nomen eius præſefert. Antiqui præſtolabantur eum in forma mortali & paſsibili nos autem in forma glorioſa & immortali ſecũdum illud Paul. Philip. 3. Saluatorem expectamus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui reformauit corpus humilitatis noſtrę configuratum corpori claritatis ſuæ: vt cum Chriſtus apparuerit vita noſtra tũc & nos appareamus cũ ipſo in gloria vt dicitur Coloſ. 3. Bonum quippe es præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei Thren. 3. De quo vide verſum primum octona. & tract. 6. (Et mandata tua dilexi.) Spes quidem ſperat à Deo ſalutem faciendo tamen homo quod in ſe eſt, aliàs preſumptio vana erit ſpes ac caſſa. Vnde Chriſtus Lucæ. 12. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & tũc cum ſanctis deſiderijs ac operibus fueritis præparati, eritis ſimiles hominibus expectãtibus Dominũ ſuum, Qui enim dormiens eſt in lecto, aut ludẽs, aut bibens & inebrians ſe, non videtur expectare Dominum, ſed nec eius quidem memoriam habere. Quare rectè Pſal. noſter dicit quod diligendo diuina mandata expectabat ſalutare Dei. Et certè hoc efficit etiam verbũ Dei nimirum mẽtem per ſpem fortificare. Obſeſſus expectãs adiutorem ſperoboratur, infirmus ſpe medici, captiuus ſpe redemtoris. Sic & flagellis huius mundi oppreſſus dum per hæc ſaluari expectat, per patientiam perſeuerat. Vnde dicit verbum Dei omni aduerſa patienti Pſal. 30. Viriliter agite & confortetur cor veſtrum omnes qui ſperatis in Domino & Pſal. 38. Expecta Dominum & cuſtodi viam eius & exaltabit te. Philip. 3. Coloſſ. 3. Thren. 3. Luc. 12. Pſal. 30. pſal. 38.

VERSVS

VERSVS SEPTIMVS.

Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

HOc est quia dilexit, ideò custodiuit anima mea testimonia tua, atque mãdata. Nam probatio dilectionis exhibitio est
Gregor. operis vt ait Gregorius, de quo nos statim sermonem habebimus. Et quoniam dicit animam suam custodisse testimonia
Augusti. Dei imò & dilexisse (nam Augustinus dicit in quibusdam codicibus haberi, & dilexit, in tertia persona) ideò de interno amore ac desiderio custodiendi ex animo & in veritate mãdata Dei est hic
Caietan. sermo. Per testimonia autem Caieta. intelligit etiam interna testi-
Rom. 8. monia, quæ Spiritus sanctus reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei de quibus suprà. Sunt enim interna illa dona spiritus sancti, in quibus clamamus Abba pater, quæ testimonia super omnia desiderabilia iustus ac perfectus diligit & æstimare non desinit.
Lyranus. Lyranus vero per testimonia cęremonias intelligit, quę ad cultũ
Campẽsis. Dei pertinent, & ita Ioannes Cãmpensis Paraphrastes Psalmorũ dicit; Custodiuit anima mea cæremias tuas: amat enim eas valde. Et quidem cæremoniarum obseruatio apprime vtilis imò & necessaria nobis est, nam homines per sensibilia ad intelligibiles res manuducimur, & eleuamur; Nã inuisibilia per visibilia cognoscimus, vt testatur Paul. Et ideo Deus homo visibilis factus est, vt dũ
Rom. 1. visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur. Quare cęremoniæ istæ sensibiles affectum molliũt, atq; ad inuisibilia contemplanda animum rapiũt. Quocirca Dominus Iesus his visibilibus vsus est ad inuisibilia ostendenda, non solum in sacramentis quorum materiæ ac formæ sensibiles sunt, vt potè res & verba; verum etiam aliàs, vt cum Spiritum sanctum discipu-
Ioan. 20. lis suis dedit cum potestate remittendi peccata: prius insufflauit in eos, & postea dixit. Accipite Spiritum sanctum, vt per visibilem illum flatum, ac spiritum, inuisibile Spiritus sancti spiramen ostenderet. Quocirca credimus, quod Christus Dominus fuit Magister cæremoniarum Ecclesiæ, easque Apostolos suos docuit, à quibus & nos per antiquam patrum traditionem accepimus. Quare credimus ab Apostolorum seculo has sanctas cæremonias quæ in sacris peragendis sunt in vsu Ecclesiæ dimanasse: secũdum regulam
Augusti. illam D. Augusti. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Consuetudines illas

illas quorum initium ignoramus ab Apoſtolis acceptas eſſe, cuiuſmodi ſunt hæ ſacræ ceremoniæ. In cuius ſignum cum Dominus Ieſus verſus Hieruſalem iter ageret, Apoſtoli aſinam ſuper quam ſedens intraret ſuis veſtimentis ſtrauerunt. Ceremoniæ quippè ceu ornamenta ſunt ſponſæ, ad decorem eius maximè cõducentia, quas Apoſtoli inſtituerunt & eis ſponſam Chriſti, hoc eſt Eccleſiã in qua ipſe Dominus inſidet, ornauerunt, atque mirificè decorauerunt. Nullus ergo audeat aliquam earum irridere, aut peſſundare, ne veſtem aliquam Apoſtolorum conculcet. Obſtruat os ſuum impius Lutherus quoniam à Chriſto Domino & ab Apoſtolis eius, imò & à Spiritu ſancto has ſacras ceremonias veluti ſponſæ ornamenta accepimus nec hominis adinuentiones ſunt, ſed ſanctorum Apoſtolorum ac patrum traditiones, quibus in hac vita maximè indigemus. Ciuitates ille quæ in medio regni ſunt procul ab hoſtibus edificatæ nullis indigent munitionibus, nec muris, nec antemuralibus, at quæ in proſpectu ſunt hoſtium, omni indigent apparatu, mænibusque ac propugnaculis oportet eſſet munitas. In patria quidem vbi timor hoſtis erit nullus, non his indigemus cæremonijs. Quare D. Ioan. templum in illa ciuitate non vidit Apocaly. 21. quoniam tunc conſummatum erit & ſacrificium & ceremoniæ; at nos dum in hoc exilio peregrinamur, in proſpectu hoſtium ſumus: quare munitionibus ac propugnaculis indigemus, & muris & antemuralibus munire ciuitates noſtras oportet. Muri ſunt virtutes quæ animas protegunt & circundant, antemurale (la barbacana) ſunt ceremoniæ & ſacræ obſeruantiæ à patribus inſtitutæ. Quod ſi hoc oppugnatum fuerit facile & murus ruet. Quod Hierem. Threnor. 2. deplorabat dicens. Luxitque & antemurale & murus pariter diſſipatus eſt. Vnde Chriſtus Dominus Iſa. 26. dicitur murus & antemurale: quoniam & ceremonias ſimul & virtutes nos docuit. Ad rei militaris artem non ſolum gladius ſed & vagina quæ gladium conſeruet neceſſaria eſt. Qui virtutis paleſtram ingreditur & virtutes, & obſeruantias quæ eas à rubigine protegant ac conſeruent, addiſcere debet. Nam etſi folia arborum cibus noſter non ſint, protegunt tamen ac defendunt à ſole & ab imbribus fructus quibus paſcimur. Sic ſacræ ceremoniæ ac obſeruantiæ. Cortex arboris licet aſpera ſit, cor tamen eius conſeruat ne excidatur nam ſi decorticaueris truncum, tota arbor peribit & arefcet: ſic ieiunia,

Matth 21.

Simile.

Apoc. 21.

Thren. 2.

Iſa. 26.

Simile.

Simile.

Simile.

vigiliæ,humilitatis inſignia, & alia quæ à priſcis Patribus accepimus, virtutis medullã continẽt,ne areſcat. Ioel. 1. dicitur aduerſus Ioel. 1. Lutherũ,aliosq; perfidos ac vecordes hæreticos, qui has ceremonias,ſacrasq; obſeruationes irrident. Gens aſcẽdit ſuper terrã meã fortis & innumerabilis,dentes eius vt dẽtes leonis, & molares eius vt catuli leonis.Poſuit vineã meã in deſertũ, & ficũ meam decorticauit.Nudans ſpoliauit eã, & proiecit,albi facti ſunt rami eius.Facilis eſt ad propoſitũ applicatio.Iuſtus ergo qui iam iã perfectionis apicem attingit, non ſolũ mandata,ſed & ceremonias, & obſeruantias ſumma amplectitur dilectione,ſciens quoniã qui minima negligit,paulatim defluit.Aduerte tamẽ quod ter in hoc octonario vir iſte perfectus qui in eo loquitur dicit,ſe dilexiſſe mãdata Dñi,& quòd ex hac dilectione habuit ortum eorũ obſeruatio,ſecundũ illam Dñi ſententiam Ioan. 14. Si quis diligit me,ſermones Ioan. 14. meos ſeruabit.Nullũ aliud teſtimoniũ efficatius habere poſſumus in hac vita quod diligamus Deũ,quàm obſeruatio mãdatorũ eius; Si quis dixerit quia diligo Deũ, & mandata eius nõ cuſtodit mendax eſt:quoniam vt ſuprà retulimus ex Grego.probatio dilectionis exhibitio eſt operis,quod & beatus Apoſtolus altiſsimè nobis explicat cum.1.ad Corin. 13.dicit; Si linguis hominũ loquar, 1.Cor.13. & Angelorum:charitatem autem nõ habeam,factus ſum velut es ſonans,aut cymbalum tinniẽs.Videtur quod hic velit D.Paul.charitatem diffinire eo modo quo Philoſophi grandes res diffinire ſolent,nempè per negationes:Quærẽti enim quid ſit homo primo reſpondemus,quod homo non eſt qui habet hos quinque ſenſus, cum cætera animalia eos habent, imò aliqua perfectiorem olfactum acutiorem viſum &c.Nec etiam eſt homo animal quod loquitur cũ videamus Pſytacos, turdosq; noſtra verba conari. Erit igitur homo animal illud quod ratione viget,ac pollet. Hoc enim ita proprium ac ſingulare eſt homini quod nulli alio ab homine conuenit. Sic Paulus diuinus doctor docere nos vult in quo eſſe ſpirituale hominis conſiſtat;diffinitq; que quod in charitate. Volẽs autem oſtendere nobis quid ſit charitas primum per negationes nobis illam explicat dicens.Si linguis hominum loquar & Angelorum &c.Vide ſapientiam Paul.non illam rebus naturalibus cõfert,nõ Ciceronis,aut Demoſthenis eloquẽtię,nõ animoſitati Cæſaris:quoniã ab his lõgo interuallo diſtat charitas.Sed cũ ſupernaturalibus cõparatio fit,nimirũ cũ gratia ac dono linguarũ,quod ſupernatu-

pernatutaliter infuſum eſt Apoſtolis in die Pētheccoſtes; Si omnē
ſciuero linguā omniū hominū, nec ſolū humano ſermone loquar Iob. 6.
ſed & Angelico: ſi mihi datū eſſet quod ſpiritualiſsime per intellectū ac cōceptus loquerer, ſi charitatē nō habuero, factus ſum velut
ęs ſonās aut cymbalū tinniens, vtpote quæ ſine ſpiritu ſonant; Nō
ergo hoc eſt charitas, quid ergo erit? Prophetia, aut grādis fides?
minimè gentiū; et ſi habuero Prophetiā, & nouerim myſteria om
nia, etſi habuero fidē, ita vt mōtes transferā, charitatē autē non ha-
buero: nihil ſum. Etiā ſi miracula facias, & ſecreta cordiū noueris,
non ideò ſanctus eris ſine charitate, quoniā & Balaā Prophetiæ do
nū accepit, & Iudas miracula fecit, hæc enim ſunt gratiæ gratis da-
tæ, quæ etiā peccatoribus obueniūt: quoniā nō ob ſuā vtilitatē ſed
aliorū dantur, nēpè in ædificationē corporis Chriſti ſicuti & ego Epheſ. 4.
inimico meo poſſum elargiri pecuniam, nō vt ſibi ſit ſed vt charo
aut propinquo meo tribuat. Similiter hæ gratiæ dātur peccatori-
bus ad Eccleſiæ vtilitatē, ac ædificationē. Nō ergo hoc eſt charitas.
Imò etſi omnia hæc habeas, ſine charitate nihil eris. Vide D. Pauli
diuinā eloquētiā; antea dixit; Factus ſum velut æs ſonās &c. nunc
multo min⁹; Nihil ſum, ait, qm̄ ſola charitas facit aliquid, & ea ſola
id quod eſt ab eo, quod nō eſt diſtinguit, nec em̄ mūdus eſſet niſi
propter charitatē quę eſt in electis. Vltra, Et ſi diſtribuero in cibos
pauperū oēs facultates meas, etſi tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā;
charitatē autē nō habuero nihil mihi prodeſt. Ideſt, quod nec ma-
gna ac heroyca opera, qualia ſunt ingentes eleemoſynæ, martyrij
fortitudo ſine charitate, oīa hæc caſſa ſunt ac inutilia. Quid ergo
erit charitas ſi nihil horū eſt? Audite quid inferat. Charitas patiēs
eſt, benigna eſt, nō ęmulatur, nō agit perperā, nō eſt ambitioſa &c.
Omnia ſuffert, oīa credit, oīa ſperat, omnia ſuſtinet. Hoc eſt diccre
id eſt proprijſsimū charitati omniū virtutū opera exequi, oīa vitia
declinare, oīa prēcepta ſeruare, nō ſolū quoad ſubſtātiā (vt Theolo
gi dicūt) verū etiā quoad modū ob ſupnaturalē finē amatū. Ecce
ergo ſubſtātiā diuini amoris mādata Dei ſeruare. Quare Propheta
noſter obſeruationē mādatorū Dei dilectioni Dei ſemp attribuit.
Adhuc autē & circa hoc idē obſeruādū, qđ à cuſtodia mandatorū
& teſtimoniorū Dei multa nos impediūt, ſi dilectio illorū nō ſit ſo
licita. Nam vt experientia docet tria ſunt quæ maximè iter per-
agendū impediūt, videlicet onus præmens, æſtus ardens, & fames
vrgēs. Nam qui onere nimio premitur ab incepto itinere deficere

cogitur: ſic in via mandatorum Dei. Nullum autem grauius onus in hoc itinere quàm peccatum, quod talento plumbi comparatur Zacha. 5. & Pſal. 37. dicit Propheta; Quoniam iniquitates meæ ſuper greſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue grauatę ſunt ſuper me. Si ergo vis hanc mandatorum Dei viam perficere, hoc onus neceſſe eſt vt deponas. Auicena primo Canon. loquens de regimine itinerantium docet quod non debet aliquis iter agere plenus ſanguine, ſed oportet prius euacuare corpus ac mundare & ſic iter arripiat. Spiritualiter ille dicitur repletus ſanguine cuius conſcientia peccatis abundat, nam & peccatores viri ſanguinum dicuntur Pſalmo. 5. & Pſal. 50. Libera me de ſanguinibus, ideſt, de peccatoribus, oportet ergo euacuare peccata, vt iter hoc perficere poſsit. Vnde ſupra; Ab omni via mala prohibui pedes meos vt cuſtodiam mandata tua. Secundo impedit iter æſtus ardens, hoc eſt, concupiſcentiæ ardor cor exæſtuans. Auicena vbi ſuprà docet quod iter agentes debent tegere caput à ſolis ardoribus, ſic tu mentem tuam quæ caput eſt virtutum tegumentis operire ſatage: ne eam cõcupiſcientiarum ardores exurant. Nam licet in noſtra non ſit ſitum poteſtate concupiſcentias ſentire, poſſumus tamen non conſentire, ne talis calor aſcendat ſuper caput noſtrę mentis, vt de nobis verificetur illud Pſal. 120. Per diem ſol non vret te. Tertium impedimentum eſt famis debilitas. Auicena vbi ſuprà dicit quod iter agens de nutrimento præcipuè debet eſſe ſolicitus, nutrimentum autem paucum, ſed bonę ſubſtantiæ oportet quod ſit: & abſtinere debet præcipuè ab alimentis quæ humorem generant crudum. Quare cœleſtis medicus de tali nutrimento in hoc itinere nobis mirabiliter prouidet; Sicut enim cum filij Iſrael iter agerent per deſertum, Deus pluit illis manna ad manducandum, quod quidem minimę erat quantitatis, magnæ tamen virtutis ac ſubſtantiæ, placidoſque generabat humores: ſic Chriſtus Dominus ſub ſpecie panis & vini corpus ſuum, & ſanguinem in cibum & potum fidelibus ſuis dereliquit, quatenus tali cibo deſertum hoc tranſmeare, in cœlumque properare poſſemus. Vnde & viaticum appellatur, cum ad iter peragendum neceſſarium ſit. Eſt autem optimę ſubſtantiæ vtpote humanam continens ſubſtantiam atque diuinam. Et licet Chriſtus qui in hoc cibo nobis datur ſit gigas ille geminæ ſubſtantiæ, tamen ſub ſpecie modicę ſubſtantiæ miniſtratur nobis.

Zachar. 5. Pſa. 37. Auicena. Pſalm. 5. & 50. Auicena. pſal. 120. Auicena. Exod. 16.

Eſt tamen

Eſt tamen multi nutrimenti quia non ſolum corpus ſed etiam ani
mam nutrit ſecundum illud Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc Iob. 6.
pane, viuet in æternum. Cæteri cibi corporales maximè ſi inordi-
natè ſumantur, generant crudos humores, ideſt, motus deuios, ac
illicitos.: quare potius detardant quam promoueant. Qui ergo,
hæc tria, quæ prædicta ſunt, obſeruauerit; poterit Dei cuſtodire
mandata & dicere illud quod ſupradixerat Propheta. Viam man-
datorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum. Et conſequen-
ter; Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea vehemẽter.

VERSVS OCTAVVS.

Seruaui mandata tua & teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

HOc eſt ideo quia dilexi mandata tua, cuſtodiuit ea anima
mea. Inſuper quia omnes viæ meæ ſunt in conſpectu tuo,
nec vlla te latet cogitatio, opera, deſideria, ac cogitationes
meæ ante oculos tuos verſantur ſemper. Hebræ. 4. Non eſt aliqua Hebr. 4.
creatura inuiſibilis in conſpectu eius quoniam omnia nuda &
aperta ſunt in oculis eius. Vnde & cogitationes noſtras ob oculos
habet Pſal. 18. Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper. Si- Pſal. 18.
ue ſit de temporalibus ſiue de æternis nam vt dicitur à ſeculo & Eccl. 39.
vſque in ſeculum reſpicit, ideſt, ea quæ in hoc ſeculo & in alio ge-
runtur omnia nouit, & nihil eſt mirabile hoc eſt nouum in oculis
eius. Nam ab æterno omnia ſciuit & Iob. 38. Subter omnes cœlos Iob. 38.
ipſe conſiderat, & lumen illius ſuper terminos terræ, ideſt, omnia
quæ in veſceribus & in ſuperficie terræ fiunt, cognoſcit, orationes
noſtræ etiam ſunt in conſpectu eius Pſal. 87. Intret in conſpectu Pſal. 87.
tuo oratio mea. Opera itidem Iob. 13. In conſpectu eius arguam Iob. 13.
vias meas & ipſe erit ſaluator meus & capite. 31. None Deus viam Iob. 31.
meam & omnes greſſus meos dinumerat? cap. 14. Signaſti in ſa- Iob. 14.
culo delicta mea. Ca. 13. Obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſti- Iob. 13.
gia pedum meorum conſideraſti. Vnde Boetius. 5. de conſolatio- Boetius.
ne, ait. Magna eſt nobis indicta neceſsitas probitatis, ſi diſsimulare
non vultis, quoniam omnia agitis ante oculos iudicis cuncta cer-
nentis. Seneca docens amicum quendam ſuum ſtudioſe viuere, Seneca.
ſuadet vt ſemper ob oculos gerat præſentiam alicuius magni, ac

fama celebris viri qui ſtudioſe vitam egit, Catonis videlicet, vt ipſe dicit, aut alterius ſancti ac ſtudioſi viri, & pudeat facere, aut dicere eo abſente, quod præſente non auderet perpetrari, vel quod ille ſanctus vir nec faceret, nec diceret, nec approbaret. Tu tamen Chriſti cultor ac ſeruus ipſum Chriſtum Dominum ac iudicem tuum ante oculos tuos ſemper gerere debes, ac ſi præſentem videres, cum verè præſens ſit, vt non audeas perpetrare quod oculis tante maieſtatis diſplicere cognoſcis: cogitatus verba, opera, deſideria tua, coram eo ſunt. Sint ergo tanti iudicis conſpectu
pſal. 15. digna. Sic Pſalmiſta; Prouidebam Dominum in conſpectu meo
4. Reg. 3. ſemper. Et Helias dicere ſolitus erat. Viuit Dominus in cuius conſpectu ſto hodie. Eſt enim Hebræa phraſis quæ ſignificat placere Deo vt eſt illud Gene. 6. Noe vir iuſtus in generationibus ſuis ambulauit cū Deo, ideſt, placuit Deo; Quod Paul. explicat Hebr. 11.
Gen. 6. Hebr. 11. verba faciens de Enoch dicens. Fide Enoch tranſlatus eſt teſtimonium enim habuit placuiſſe Deo. Et ſi quæras vbi eſt eiuſmodi teſtimoniū quod Enoch placuit Deo reperies illud Gene. 5. Enoch. ambulauit cum Deo & non apparuit, quia tranſtulit illum Deus hoc eſt, fecit opera digna conſpectu, ideſt, conſortio Dei. Igitur ſi talia iugiter penſemus, timore Domini vehementer accendemur
Iob. 13. & dicemus cum beato Iob. c. 13. Cōſiderans Deum, timore ſolicitor. Hic autē timor optimus, & ceſſare à peccatis, & Dei mandatis
prou. 15. obſequi faciet, ſecundum illud Prou. 15. Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. ¶ Vel dic. Ideo omnes viæ meæ in conſpectu tuo vt illuſtrentur ac dirigantur à te, qui verum lumen
prou. 4. ac recta via es: ideo quippè dicitur via impiorum tenebroſa quia te non habent ductorem, qui vera lux es, in quo qui crediderit, nō
Ioan. 8. ambulabit in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. ¶ Vel ſecundum
Auguſt. Auguſti. dic tertio. Omnes viæ meæ in conſpectu tuo quoniam rectæ ſunt & à te approbatæ; viæ enim quæ à dextris ſunt nouit
prou. 4. Dominus. Peruerſe verò ſunt quę à ſiniſtris, Prouer. 4. vtpote quæ
Matth. 25. malorum ſunt, quibus Deus dicit. Neſcio vos. Porrò vt oſtenderet quod vias quæ à dextris ſunt, ideſt, iuſtorum, & fructum huius cōſiderationis nouerit Dñs, continuo ſubiecit; Ipſe enim rectos faciet curſus tuos, & itinera tua in pace producet. Ecce quare ait etiā iſte. Cuſtodiui mandata tua, & teſtimonia tua. Et vt quæreremus hoc vnde potuerit prouenire (inquit) quia omnes viæ meę in conſpectu tuo. Nam ipſe rectos facit greſſus noſtros, & viæ eorum

qui

qui cuſtodiunt mandata Dei dignæ ſunt diuinis conſpectibus. Et ita dicit Ambro. Ille ſolus poteſt dicere omnes viæ meæ in conſpectu tuo: qui affectu omnia vult videri à Deo. Ille autem ſolum cupit vias ſuas à Deo videri qui bene agit, nam qui male agit, odit lucem, & non vult venire ad lucem vt non arguantur opera eius vt dicitur Ioan. 3. Et ſubdit. Beatus qui poteſt dicere, omnes viæ meæ in conſpectu tuo, qui nolit abſcondere omnes cogitationes ſuas, & omnes actus ſuos. Abſcõdebat Adam viam ſuam, abſcondebat etiam Eua poſt culpam, abſcondebat Cain necem fratris. In affectu poſſumus vias noſtras abſcondere à Deo non in effectu, plena abſcondentis perfidia etſi apud Deum nulla ſit latebra. Ideo Eccleſia in Canticis ſuis demonſtrabat ei ſua ſecreta dicens. c. 8. Apprehendam te & ducam in domo matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, hoc eſt, omnia arcana atque occulta animæ quæ genitrix eſt cogitationũ mearũ ac operũ; Nã etſi Deus omnia videat cordis occulta, bonũ tamen eſt, vt vnus quiſq; ei animã ſuam aperiat, & expãdat, & tãquã lumini, vel calori eius occurat. Itaq; Dño Ieſu Chriſto qui eſt via, & veritas, bene hoc dicitur ab illis qui ad illã veram viam fide, moribus, actuq; deſiderant peruenire. Omnes viæ meæ corã te Domine; Nulla enim via poteſt bona eſſe niſi quam tu illuminandam tui viſitatione luminis fueris dignatus.

Ambro.

Ioan. 3.

Cant. 8.

VIGESIMVS SECVNDVS OCTONARIVS.

Appropinquet deprecatio mea in cõſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuũ da mihi intellectum. 1. Thau.

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundum eloquium tuum eripe me. 2. Thau.

Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas. 3. Thau.

Pronunciauit lingua mea eloquium tuũ: quia omnia mandata tua æquitas. 4. Thau.

5. Thau. Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniã mandata tua elegi.

6. Thau. Concupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.

7. Thau. Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.

8. Thau. Erraui ſicut ouis quæ perijt: quære ſeruũ tuum Domine quia mandata tua non ſum oblitus.

INCIPIT TRACTATVS VIGESIMVS SECVNDVS.

VERSVS PRIMVS.

Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.

Induit perſonam recognoſcẽtis proprias vires.

IN hoc vltimo octonario induit Propheta perſonã recognoſcẽtis proprias vires, ſic quod ex hoc recurrit ad Deũ ex gratia præueniente. Recognoſcit quidem ſe parum poſſe ex proprijs viribus, & ex gratia præueniente habet non obliuiſci mandata Dei: habet etiam recurrere ad Deum & petit id quod eſt gratiæ ſubſequẽtis qua indiget. Quare hęc perſona explicatur in vltimo verſu vbi dicitur, Erraui ſicut ouis quæ perijt, quære ſeruum tuum Domine quia mandata tua non ſum oblitus. Errabunda ouis quæ ſe à caulis ſeparat præter pericula luporũ ac inediæ quæ ſubit, non poteſt ad ouile reddire, niſi paſtor eã inquirat, ſuper humerosque reportet. Homo ſecũdum naturales vires intellectus & animi ſicut ouis perdita errat, quoniam vagatur in operibus ſuis ſine paſtu diuinæ doctrinæ extra gregem ouium Chriſti, impotensque perueniendi ad caulas niſi reducatur à Chriſto per gratiam ſubſequentem. Vnde

dicit.

dicit; Quære ſeruum tuum. Vbi explicatur recurſus ad Deum qui eſt effectus gratiæ præuenientis, profitendo impotentiã propriã, dum petit requiri. Ac ſi apertè dicat, niſi me inquiras, neceſſe eſt me in æternum perditum iri. Congruit autem vltima litera Alphabeti Hebræi quæ dicitur (Thau) & ſignificat, errauit. Significat etiam conſummauit, & ſignificat ſignum. Quoniam iuſtus qui ſe ſicut ouis erraſſe cognoſcit, appropinquare vult Deo in quo perfecta conſummatio eſt. Cum perfectio conſummata creaturæ in approximatione ad creatorẽ ſita ſit, & talis approximatio ſignũ eſt perfectæ ſalutis. Et ideo dicit erraui, de præterito. Nam ſi poſt errorem ad Deũ appropinquet, iam non error, ſed conſummatio eſt. Conſummatio autẽ (ait hic Ambro.) perfectio diſciplinæ eſt. Sed quoniã in hac litera plura myſteria recondita ſunt, aliquantulum in ea immorandũ eſt. Primo ſciendũ quod ſecundũ D. Hiero. ſuper illud Ezech. 9. Signa Thau ſuper frõtes virorũ gemẽtiũ atq; dolẽtiũ. Hęc litera Thau olim apud Hebræ. habuit figurã crucis. Nam vt ipſe Hieron. refert Eſdras deleuit characteres antiquos & nouos inſtituit, ne cum Samaritanis, vel in figuris literarum conuenirent. Erat autem olim (Thau) huius figurę, T, imo ſi Caſſaneo hiſtoriographo credendum eſt, fuit olim ſignum atq; ſtemma totius populi Iſrael, ſicuti & aquila Romanorum. Lyranus Num. 2. dicit, quod vexillum cuiuſlibet tribus erat ſimile in colore lapidi poſito in rationali, in quo erat ſculptum nomen ſui Patriarchæ. Conſtat autem ex cap. 28. Exod. quod lapis in quo erat ſculptum nomen Iudæ (ex qua tribu oriundus erat Meſsias) carbunculus dicebatur, cuius color flammas ignis immitatur, ſecundum illud Poetæ, Flammas imitante pyropo, ideſt, carbunculus. Quoniam in vexillo crucis, quod dicitur ſignum filij hominis, adeò flammeſcit amoris ignis, vt non ſolũ peccata cõbuſerit: ſed & corda hominũ in ſui amorẽ ardàtiſsimè conflagrare fecerit. Quare ſecũdũ D. Auguſt. Crux Chriſti appellabatur fornax, vbi ignis maximè ardet. Nã in meridiano exurit terram, & in nouiſsimo calores illius, quis poterit ſuſtinere? vt dicitur Eccle. 43. Sed Chriſtus Dominus ſecus meridiẽ crucifixus eſt, & tunc oſtendit nouiſsima ardentiſsimi amoris ſui. Quare non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Burgẽſis in eodẽ loco dicit quod inſigne filiorũ Iuda erat catulus leonis, cui comparatus eſt à Iacob patre ſuo; Catulus leonis Iudas: ad prædam fili mi aſcendiſti. In crucẽ aſcendit, ibique ad prędã ſalijt,

Thau. Ambro. Hierony. Ezech. 9. Caſſaneus. Lyranus. Exod. 28. Ouidius. Auguſt. Eccl. 43. Pſal. 18. Burgenſis. Gen. 49.

vt prædonem mundi diabolum deprędaretur (abalienoſe a Ia pre ſa) In vexillo Ephrain erat figura tauri, in vexillo Ruben figura hominis, inſigne autem Dan erat aquila. Et hæc quatuor vexilla atq; ſtemmata ad quatuor plagas terræ arcam teſtamenti circundabant, atque muniebant, vt in iſtis vexillis figurarētur illa quatuor
Ezech. 1. animalia quæ vidit Ezechiel, quæ Chriſtum Dominum adumbrabant, vel quatuor Euangeliſtæ, qui in medium mundi ipſum pertulerunt. At vero ſignum crucis inter alia ſigna ſemper emicuit, grandeſq; res per illud ſignificabantur. Apud Ægyptios qui hyerogliphicis literis, ideſt, figuris conceptus ſuos ſignificabant, per crucem vitam venturam intelligebant æternam, nempe illam quę
Ioan. 10. per crucem hominibus data eſt, ſecundum illud, Ego veni vt vitā habeant, & abundantius habeant. Eſt enim crux Chriſti arbor vitæ in qua etiam folia erant vita, & quicquid ibi erat, totum erat vita. Sic in cruce Chriſti ipſa mors vita fuit, quoniam ibi mors in vitam tranſit. Imo quoniam vita ibi pependit, ab ipſa vita impregnata mors nobis peperit vitam. Fortis impegit in fortem, &
Ierem. 46. ambo corruerunt ait Ierem. Mors & vita duello conflixere mirando in cruce, ſed dux vitæ mortuus regnat viuus. Vnde Eccleſia nimio affecta ſtupore canit, & dicit; O magnum pietatis myſteriū, mors mortua tunc eſt, quando mortua in ligno vita fuit! Quoniam ibi verus Iacob mutuo complexu cum morte, & autore eius diabolo luctauit, & vtrunque præcipitem dedit. Erat in ligno crucis (ait Origenes) coluber ille tortuoſus inuolutus, ſicut olim in ligno vitæ, & tamen ſecundus Adam in illo ligno etiam circumplexus
Figura. ſerpentem tortuoſum in ligno, vbi vincere conſueuerat, deiicit: vt
1. Reg. 17. qui per lignum vincebat, per lignum quoque vinceretur, & ſuo il-
Eſther. 7. lum gladio iugulauit, ſicut Dauid Goliam, atq; velut alter Aman in ligno quod parauerat Mardocheo, ideſt, Chriſto, ipſe ſuſpēſus
Figura. eſt. In fabulis eſt Herculem luctaſſe cum Antheo qui erat filius terræ, à qua nouas vires trahebat quoties ab Hercule in eam proſterneretur: quod cernens ipſum à terra eleuans fortiter com-
Ioan. 12. plexum ſtrangulauit. Diabolus cernens Chriſtum Dominum multa ſigna in terra facere, indieſque vires acquirere (ſua quippe vox illa fuit. Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eum ſic, omnes credent in eum) animaduertens ergo poteſtatem ac nomen quod in terra acquirebat, complexus illum in cruce à terra eum ſeparare contendit, & licet ibi ipſum ani-

mam

mam efflare fecerit, tamen ex illo complexu Chriſtus vitam ſibi & nobis, diabolo vero mortem & interitum lucratus eſt. Brachijs enim illis quibus crucem amplexabatur, ipſum dæmonem ſuffocauit. Vnde licet videretur teneri à brachijs crucis, potius ipſam ipſe tenebat, ſecundum illud Habacuc, Cornua in manibus ius, ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius, hoc eſt, mors & diabolus conculcati ab eo, atque ſuperati cum ſummo dedecore viſi ſunt, ipſa autem crucis figura atque partium ſitus mira apparent. Omnia quippe complectitur altitudinem, profunditatem, latitudinem, & longitudinem, & rotunditatem. Et ſicut circularis figura quæ capaciſsima eſt; omnes alias figuras ſub ſe continet, ſic crux Chriſti omnia comprehendit, cœleſtia, terreſtria, ſubterranea, & quæ ab Oriente, & quæ ab Occidente, & quæ à Septentrione, & Meridie, pacificans per ſanguinem crucis eius, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris ſunt: omneſq; gentes quæ per quatuor plagas terræ continentur ad vexillum vocauit crucis. Et quæ à dextris, & quæ à ſiniſtris ſunt ambiens, nempe bonos per crucem ſaluans, malos autem per crucem condemnans. Vnde & latronem vnum à dextris ſaluauit, illum autem qui erat à ſiniſtris peremit. Eſt enim crux & tribunal, & regale ſceptrum, quo omnium iudex ius omnibus dicit ac imperat. Quare ſignum crucis quod dicitur ſignum filij hominis in die vniuerſalis iudicij apparere debet, licet D. Thom. opuſc. 60. artic. 25. doceat quod lignum crucis, tunc non ſumitur pro ipſo ligno in quo ipſe fuit affixus, cum nullum mixtum tunc permanſurum ſit: ſed pro aliqua repræſentatione ipſius, vt appareat ſignum aliquod ſimile cruci, niſi dicas ipſummet lignum miraculoſe conſeruandum vſque ad illam horam. Significat etiam hæc longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundium, ampliſsimum, altiſsimum, profundiſsimum, longiſsimum, ac inexplicabile myſterium ipſius crucis quod Paulus orationibus ſuis petebat pro ſuis clientibus, vt ſcirent quæ ſit longitudo, & latitudo, ſublimitas, & profundum: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti quæ omnia in cruce oſtenſa ſunt. Extenſio quoque crucis ſignificat promptitudinem, quam in Dei obſequio gerere debemus. Hylarem enim datorem diligit Deus, ſuperior pars ſpem erigit noſtram, docens quod qui ibi inclinato capite emiſsit ſpiritum, in membra, diuina gratiarum fluenta veluti

Habac. 3.

Simile.

Coloſſ. 1.

Matth. 24.

D. Thom.

Epheſ. 3.

2. Cor. 9.

Ioan. 19.

verum

Hebr. 12. verum caput influit, vnde Paul. Hebr. 12. Aſpicientes in autorem fidei, & conſummatorem Ieſum. Longitudo crucis perſeuerantiã
Iſai. 35. in bonis operibus dicit. Vnde tales dicuntur longanimes; Solutas
2. Cor. 6. manus confortate. Et Paul. in longanimitate. Profunditas eſt, quę grauitatem tanti myſterij nos intelligere facit, quam nemo princi
1. Cor. 2. pum huius ſeculi cognouit. Et Paul. eam vocat ſapientiam in myſterio abſconditam. Item benedictiones quas legimus factas in mundo, per ſignum crucis datæ ſunt. Benedixit Iacob filios Io-
Epheſ. 1. ſeph in modum crucis poſitis manibus. Omnes etiam noſtrę benedictiones à cruce nobis dimanarunt, quoniam in Chriſto crucifi-
Hebr. 2. xo ſumus electi ante mundi conſtitutionem, & in Chriſto Ieſu benedixit nos pater omni benedictione, & per crucem multos filios
Figura. adduxit in gloriam. Nam in baculo illo tranſiuit Iordanem, & cũ duabus turmis reuerſus eſt. In cruce explicatũ fuit enigma illud
Figura. quod conuiuis Samſon propoſuit, cum poſt occiſum leonẽ cum fauum mellis in illo reperiſſet, propoſuit tale problema; De come
Iud. 14. dente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, Iud. 14. Hoc eſt, de leone qui cætera deuorare ſolebat, ſuauiſsimus ac dulcis cibus egreſſus eſt. Mors, crux, flagella, ſpinæ, veluti diri leones homines deterrere ſolebant, ac deuorare: poſtquam autem verus ille Samſon crucem & mortem ſubijt, non ſolum leonem hunc interemit, verùm dulciſsimum cibum pro electis fecit. Crux enim ac mors quæ alios deuorare ac interficere ſolebant, iam veluti ſi quis fauũ mellis comedat, ſummo cum gaudio à multis hauriuntur, quod in
B. Andręas martyribus ac puellis vidimus. Beatus Andræas cum ad crucem duceretur, videns crucem dulciſsima cum illa verba habebat, atq; dicebat; O bona crux diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo præparata! ſecurus & gaudens venio ad te: vt & tu gaudens ſuſcipias me diſcipulum eius, qui pependit in te magiſter meus Chriſtus. Salue crux quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex membris eius tanquam margaritis ornata. Multæ autem ſacratæ puellæ cum ſententiam mortis à tyranno latam audiſſent, dicebat vna quæ libet; Infelix has epulas ego ſemper optaui, & votis omnibus exquiſiui. Ac multi martyres tanquam ad conuiuium lætiproperabant ad ſupplicium. Igitur iam ſcimus quid nam eſt (que coſa y coſa es) De comedẽte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Quoniam crucem ac mortem quæ alios comedebant, cibus dulciſsimus multorum eſt. Poſtquam enim eam momordit Chriſtus,

& adim-

& adimpleuit vaticinium illud, Ero mors tua ô mors, morſus tuus ero inferno. Neſcio quid dulcedinis illis impreſsit, vt auidiſsimè morſus in eis facere, quàm plurimi ſatagant, vnde Paul. agens de hac victoria quam Chriſtus de morte in cruce tullit, quaſi ſubſanans ac irridens mortem dicebat; Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors aculeus tuus? abſorta eſt mors in victoria. Hoc eſt (quitaron le la victoria de las manos.) quãdo videbatur vincere deuicta eſt. Quoniam ſicut apis ſpinas ac tribulos in dulciſsima mella conuertit, ſic Chriſtus Dominus ſpinas in flores, mortem in vitam, crucẽ in gloriã tranſire fecit. Item crux eſt pons per quẽ Chriſtus tranſiuit, eſt lectum in quo Chriſtus dormiuit, ſcala per quam aſcendit, libra in qua redemptio noſtra pependit; Nã ſicut qui contemnit pontem, ſubmergitur in fluuio, ſic qui cruci non innititur peribit, ſecundum illud. 1. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus ſtultitia eſt: his autem qui ſalui fiunt, ideſt, nobis virtus Dei eſt. Quare & de cruce exponi poteſt illud Sap. 10. Cum aqua deleret terram ſaluauit iterũ ſapientia, per contemptibile lignum iuſtum gubernans. Huic enim exiguo ligno credunt homines animas ſuas. Vnde B. Maximus in ſermone de martyribus, Crux inquit, non ſolũ intelligatur lignũ patibuli, ſed pię vitæ virtutiſq; propoſitũ. Vnde omnis Chriſtiana vita ei qui ſecundũ Euangeliũ vixerit crux eſt, atq; martyriũ. Eſt enim lignum illud quod dulces facit aquas amaras, Exod. 25. Vnde Iſidorus de ſummo bono ſic ait, Si paſsio Redemptoris ad memoriam reducatur, nil tam durũ quod nõ æquo animo tolleretur. Parua enim tolleramus, ſi recordamur quid bibe rit ad patibulũ, qui nos iuuat ad cœlũ. Ille enim opprobria, contumelias, irriſiones, alapas, ſputa, flagella, ſpineã coronã, crucemq; ſuſtinuit, & nos miſeri ad noſtrã confuſionẽ vno ſermone fatigati, vno verbo deijcimur. Eſt etiã lignum crucis lectulus in quo Chriſtus dormiuit. Lectulus noſter floridus, nã & Nazareus ibi requieuit, qui floridus dicitur & ipſe flos cãpi de radice Ieſſe nũcupatur, & ſpinæ ille quę ſacrũ caput pupugerunt, nobis non ſpinæ ſed flores aureę fuerunt. Vnde merito de eo dicitur. 2. Paral. 24. Occiderunt eũ in lectulo ſuo & mortuus eſt. In lectulo crucis fuerunt diuinitas & humanitas duo in lectulo, vna aſſumebatur ad pœnam, alia libera relinquebatur, quia pati non poterat. Nã diuinitas quæ erat in moriente non erat in morte, vt dicit Leo Papa. Eſt autẽ lectulus, quia ſtrictum fuit & breue lignũ crucis, in quo recumbens

Dominus

Oſeæ. 13.
1. Cor. 15.
Simile.
1. Cor. 1.
Sap. 10.
Maximus.
Figura.
Exod. 25.
Iſidorus.
2. Para. 24
Matth. 24.
Leo Papa.

Dominus non habuit vbi caput ſuum reclinaret, nec vbi genua poneret, quare de illo dicitur illud quod de Patriarcha Iacob legitur, Geneſ. 50. Finitis mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos & mortuus eſt, licet noſter luctator non potuit colligere, cum eos haberet clauis affixos. Eſt & ſcala lignum crucis, per quam Chriſtus aſcendit, aſcendit enim ſicut Ionathas reptans manibus & pedibus. 1. Regum. 14. Hæc eſt ſcala quam Iacob in ſomnis vidit, cuius cacumen attingebat cœlum, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes, & Dominum innixum ſcalæ, Gen. 28. Nec nobis alia via patet aſcenſus, niſi per hanc ſcalam. Vnde Paul. Galat. 6. Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. Eſt & lignum crucis libra & pondus, in qua redemptio noſtra pependit. Diuites qui in magna quantitate pecuniam ſoluunt, non numerant ſed ponderelibrant, qui enim centũ millia ducatorum ſoluit non numerat, ne tempus multum inſumat, & ſit error in tam magno numero, ſed æquo pondere librat; Pauperes minuta & pauca numerant, in Chriſto Domino copioſa facta fuit redemptio noſtra, quare non ſolum numerari voluit, ſecundum illud Pſal. 21. Dinumerauerunt omnia oſſa mea, imo voluit ponderari, quia pretium exuberans fuit, vt ſupra tract. 10. verſus. 2. pro captu noſtro explicuimus. Vnde Eccle. 6. dicitur; Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Poſitus ergo Chriſtus Dominus in vno ponderis appendiculo, ſufficientiſsimè inuentus eſt grauis, & ponderoſus, ac ideo deſcendit ad centrum terræ, cum anima ipſius inferos attigit, qui in centro terræ ſunt. Sed quanto hæc libra deſcendit, tanto alia in qua erat peccator ad cœlum aſcendit, vt ſic verificaretur illud Ezech. 12. Humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile.

Fuit & ara crux Chriſti quæ dicebatur Ariel, hoc eſt leo, quia ibi leo de tribu Iuda immolatus ac dilaniatus fuit, vt crux Chriſti non templi eſſet ara ſed mundi, vt ait Leo Papa ſermone de paſſione Domini. At vero quoniam in ara crucis immolatum ac occiſum fuit, id quod maxime homines appetũt, nempe delicias, diuitias, vitam, honorẽ, cætera omnia pro quibus homines digladiantur, ideo exoſa huius ſeculi hominibus eſt. Dixit Moyſes ad Pharaonem. Non poſſumus in Ægypto Deo noſtro ſacrificare, ne videntes Ægyptij quod immolemus ea quæ ipſi pro Dijs colũt, interficiant

Gen. 50.
1. Reg. 4.
Gen. 28.
Galat. 6.
Pſal. 21.
Eccl. 6.
Ezech. 12.
Leo Papa.

terficiant nos. Interimere volebent homines prædicatores crucis Chriſti, in qua videbāt occidi, ea quę ipſi pro numine colūt. Quare Paul. Quos ſæpe dicebā vobis, nūc autē & flens dico inimicos crucis Chriſti, quorū finis interitus, quorum Deus vēter eſt. Ideo crucē Chriſti exoſam habent, quoniā in ea honores ac voluptates quæ ſunt eorū numina dānantur. Quorū finis interitus, mors eſt finis malorū, quoniā in illa die peribūt omnes cogitationes eorū. Et tamē mors nō eſt finis bonorū, quoniam nō pereunt tūc bona ſua, imo ibi initiū capiūt. Iter autē impiorū peribit, quoniā in fine omnia bona ſua intereūt, & cū vētrē ac voluptates pro Dijs colāt, ideo cū Chriſti cruce inimicitias gerunt. Deniq; crux Chriſti ſignū victoriæ eſt. Quādo Moyſes eleuabat manus cū virga in modū crucis, vincebat populus Iſrael, quādo deprimebat vincebatur. Ideo Chriſtus Dñs affixas in cruce manus habuit & eleuatas, ſecū dū illud Pſal. Eleuatio manū mearū ſacrificiū veſpertinū, vt ſemper haberemus certū ſignū victoriæ noſtræ. Et Conſtantino Imperatori oſtenſum eſt ſignū crucis in cœlo, cū ad bellū procederet, & dictū eſt ei, Conſtātine in hoc ſigno vinces. Quare deinceps inſigne Imperatorū eſt. Imo & noſtri Reges Hiſpaniæ plures adepti ſunt victorias ab infidelibus cum ſigno crucis, vt Alfonſus Octauus & alij, in cuius memoria feſtum triumphi crucis celebratur in tota Toletana dicœceſi. Vnde & Iſai. 18. dicitur; Cū eleuatū fuerit ſignū in montibus videbitis, & clangorē tubæ audietis. Signū prælij eſt tuba quod gerimus Chriſtiani ſub vexillo crucis, quod eſt ſignū victoriæ noſtræ, vt illud ab infidelibus defendamus. Vnde & inuiſibiliū hoſtiū phalanges facto ſigno crucis profligātur, imo & experientia cōſtat priſtrigratices mulieres nō poſſe nocere paruulis, qui ſigno crucis ſignantur in nocte, vt ipſęmet inquiſitoribus faſſę ſunt aliquando, nec in hæreditates quæ habent crucem ligneā, poſſunt immittere grandinem, aut locuſtam. Miles Chriſti qui coram ſe vexillum crucis fideliſsimè portat, nec formidet aduerſarios, nec manus cum eis conſerere metuat. Cum Machabæi aduerſus Antiochi exercitum ad prælium pergerent, eſſetque aduerſariorum exercitus magnus valde, ipſique pauci numero, apparuit coram eis æques eos præcedens in veſte candida, armis aureis, haſtam vibrans. Tunc omnes benedixerunt Dominum, & conualerunt animis: non ſolum homines, ſed & beſtias ferociſsimas, & muros ferreos parati penetrare. 2. Machab. 11. Chriſtus

Phil. 3.

Pſal. 140.

Iſaiæ. 18.

2. Mach. 11.

Dominus

Dominus eſt qui ſemper præcedit nos cum armis aureis, hoc eſt, plagis ac inſignibus paſſionis ſuæ, quæ licet illi ſanguinea, ac rubicunda fuerint, nobis tamen aurea & præfulgentia, vt pote qui redēptionis noſtræ pretiū per ea ſoluimus, Haſtam vibrans, hoc eſt, crucem tanquam vexillū agitans, vt nobis vires ac animus addantur, vt aduerſus vitia, dæmones & occurrētia omnia, cōſtātiſſime dimicemus. Quare cū tot bona in Chriſti cruce habeamus, nō eā erubeſcere debemus, ſed pro ſummo honore eam ducere, nā ideo in frontibus ſigno crucis inſignimur Chriſtiani, cum in militiam Chriſti aſcribimur. Nam ibi vbi erubeſcentiæ maiora ſigna apparere ſolent, hoc ſignum portare debemus, tanquam qui non erubeſcimus Euangelium Chriſti (in quo crux Chriſti prędicatur) ſcientes quod ſit virtus Dei in ſalutē omni credenti. Vnde D. Auguſt. ſuper Pſal. 36. Crux Chriſti, ait, honorata eſt & finita, finita eſt in pœna, manet in gloria, à locis ſuppliciorum tranſit ad frontes imperatorum; Qui tantum honorem tribuit pœnis ſuis, quid dabit fidelibus ſuis? Quare modo gerimus Chriſtiani in frōte ſignum crucis, loco lamine aureę, quā olim in fronte ferebat ſacerdos in honorem ſacerdotij, nam ibi erat ſcriptū ineffabile nomen Dei. Salue ergō crux benedicta, vbi redemptionis pependit pretium, mortis mors, initium vitæ, ſignum ſalutis, ſalus in periculis, cuius ſpinæ flores ſunt, cuius claui cœlorum claues, cuius liuor ſanitas, cuius vituperium honor, cuius labor quies, omnia in te in melius cōmutata ſunt, in te iuſtitia, meritū, pretium, ac redēptio mea eſt, in qua ſalus mundi pependit, in qua Chriſtus triūphauit, & mors mortem ſuperauit. Suſcipē me in te, vt per te me ſuſcipiat in ſe, qui per te me redemit. Vnde hoc capta baculo, atq; ſub hac litera quę crucē Chriſti refert audet errabunda ouis quærulis vocibus ad paſtorē accedere, ac dicere; Appropinquet deprecatio mea in cōſpectu tuo Dñe. Mos erat olim apud Hebræos, vt eo die quo quis tōdebat gregē ſuū, pauperes ab eo poſcerēt aliquid ex fœtura, vel ex reliquijs cōuiuij, quod tūc ille qui tōdebat amicis ac propinquis parabat. Sic Dauid cū fugiēs à facie Saul in deſerto moraretur, & audiſſet quod Nabal Carmelꝰ homo diues tōderet gregē ſuū, miſsis aliquibus ex ſocijs ſuis, petiſt ab eo aliquid ex fœtura (era como pedir algo del eſquilmo) quia tūc opportunior dies ad elargiendū erat. Chriſtus Dñs eſt agnus ille qui tollit peccata mundi, & ille qui tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & non aperuit os ſuum;

Rom. 1.

Auguſt.

Figura.

Exod. 28.

1. Reg. 25.

Iſaiæ. 53.

cuius

cuius vellus aureum eſt quo nos noſtræ redemptionis pretiũ ſoluimus. In crucis menſa vellus eius tonſum eſt, pro forcipibus lancea, claui, flagella fuerũt. Tunc ergo opportunum tempus eſt, vt ex tali fœtura poſtulemus partẽ nobis (quepa nos algo deſte tan rico eſquilmo Señor). Nam quælibet ſangninis guttula pretio caret, quodlibet lanæ cirrum aureum pondus eſt, vnde & latro tunc miſericordiam petijt & impetrauit. Igitur hac ſpe adductus Propheta ſub crucis ſigno clamat, & dicit; Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum. In præcedenti octonario dixit vir iuſtus tribulationes & perſecutiones ſibi fore gratas, quas propter Deum ſuſtinuit fortiter, & libenter, quod reductus ab errore ſuo appropinquauit Deo, de qua appropinquatione hic agitur, ac ſi diceret. Iniquitatem odio habui & legem tuam dilexi, ſepties in die laudem dixi tibi, cuſtodiui mandata tua & teſtimonia tua: idcirco appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo, veniat vſque ad thronum miſericordiæ tuæ qui crux tua eſt, vt Iob. 23. dicitur; Quis mihi det vt cognoſcam, & inueniam illum & veniam vſque ad ſolium eius? (Appropinquet deprecatio mea.) Peccator à Deo auertitur, tergaque vertit ei, cum autem conuertitur ad Deum, appropinquat ac faciem conuertit. Sicut filius Prodigus à patre auerſus eſt in regionem longinquam, at cum ad ſe reuerſus eſt dixit. Ibo ad patrem meum, ad eum venit, appropinquabit ei, & coram facie ſua pronus dixit; Pater peccaui in cælum & coram te. Longè à Deo auerſus eſt peccator, reuertatur ad ipſum & appropinquet ei, quod inſinuare videtur, cum Lucæ capit. 15. dicit, Erant appropinquantes ad Ieſum Publicani, & peccatores. Hanc ſimilitudinem tenet motus localis cum conuerſione peccatoris. Nec enim ſufficit vt diſcedas à termino à quo niſi appropinquaueris ad terminum ad quem, vt cum ab illo pariete ad iſtum motus fueris, non ſufficit reliquiſſe illum niſi ad iſtum acceſſeris ambulando. Sic nec peccatori ſatis eſt peccatum relinquere, niſi ad Deum appropinquauerit. Nec etiam ſufficit reſipiſcere aut euigilare, niſi e lecto ſurrexeris, & ad iter peragendum te expedieris, vt Dominus Matthæi. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Peccatores ad ſe reuocat miſericors Dominus, quoniam hoc eſt verè conuerti, appropinquare Deo. Conuertimini ad me &c. Accedite ad me dixit Ioſeph fratribus ſuis cũ

Iob. 23.

Lucæ. 15.

Lucæ. 15.

Matth. 11.

Ioelis. 2.

Genc. 45.

eos poſt offenſam contra eum ad miſſam ſibi recõciliare volebat. (Appropinquet deprecatio mea in cõſpectu tuo Dñe). Hoc eſt dicere qm̃ oẽs viæ meæ in cõſpectu tuo ideo poſco, vt & deprecatio mea appropinquet in cõſpectu tuo. Scio em̃ te ſtatim repẽdere vices, vt quia te Petrus filiũ Dei viui faſſus eſt, protinus quaſi rependens vicẽ dixiſti ei, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiã meã, ſic ſi viæ meæ in cõſpectu tuo ſunt, in hoc mihi vices rependes, ſi appropinquauerit deprecatio mea in cõſpectu tuo. (Iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ). Iuxta eloquiũ, ideſt, iuxta ꝓmiſsũ tuũ, quo peccatori pollicitus es dicẽs. Intellectũ tibi dabo & inſtruã te in via hac qua gradieris: nã vt oratio nr̃a appropinquet ad Deũ oportet primo intelligere, quid petat, qua vita, qua deuotione, & ob hoc poſtulat intellectũ nõ qualem cũq; ſed iuxta eloquiũ tuũ. Vñ Ambr. hîc. Aduerte (inquit) quid poſtules nõ intellectũ generaliter dixit, ſed da mihi intellectũ ſecũdũ eloquiũ tuũ, ideſt, da mihi intellectũ nõ ſecundũ philoſophos, qui cũ ſeipſos neſciãt, ſcrutãtur cæli plagas, mũdi ſpatia rimantur, quæ nihil ſibi prodeſſe poſſunt. Da ergo mihi intellectũ, nõ ſecũdũ cauſidicos, nõ ſecundũ mercatores huius ſeculi, nõ ſecundũ architectos domorũ, qui circa honores, circa quæſtus & pecunias intendunt, ſed da mihi intellectum iuxta eloquium tuum; quod eloquium tuum eſt veræ ſapientiæ bonorũq; operum fundamentũ. Sic ergo iuxta eloquium Dei petit intellectum, vt ſapiat, ne per humanam prudentiam inaneſcat, vt ait Caſsiodorus.

Matth. 16.

Pſalm. 37.

Ambroſ.

Caſsiod.

VERSVS SECVNDVS.

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundum eloquium tuum eripe me.

Auguſt.

SEcundũ Aug. hic nõ ponit̃ noua ſentẽtia, ſed eſt veluti repetitio prẽcedẽtis ſub alijs verbis. Nã quod prius dixerat; Appropinquet deprẽcatio mea in cõſpectu tuo, nũc ſimile eſt, quod hic ait; Intret poſtulatio mea in cõſpectu tuo, & quod prius dixit; Secundũ eloquiũ tuũ da mihi intellectũ huic cõgruit quod poſterius dicit; Secũdũ eloquiũ tuũ eripe me. Quia qui ꝑ ſeipſum nõ intelligẽdo decipit, accipiendo intellectũ eripitur. Moris eſt quippe Sacræ ſcripturæ in his quæ affectũ cõcernũt, eũdẽ ſenſum ſub alijs verbis frequẽter repetere, vt accendat̃ atq; in ſeipſa eſtuãter ferueſcat volũtas in diuino amore, & ſctõ affectu. Sed tñ ſecũdũ Caſsiodorum

Caſsiod.

dorũ magna eſt differẽtia inter hos duos verſus, nã in primo petit orationẽ ſuã Deo appropinquare, nunc autẽ petit intrare, plus eſt autẽ intrare q̃ appropinquare, vnde iſte orãs gradatim aſcẽdẽs dicit. Intret quod plus eſt, qa illa oratio Deo appropinquare incipit quæ mixto timore pœnę porrigit̃ illa autẽ intrat quæ ſolo amore iuſtitię dirigit̃ Deo, & vt Ambr. ait, prius domũ regis intras, atque corã eo appares, & ei appropinquare ſatagis, quia tuam petitionẽ exaudiat. Igitur in præcedẽti verſu petijt ꝓpheta, vt oratio eius digna diuino fieret cõſpectu, nũc autẽ poſcit vt ad ingreſsũ admitta tur, quẽadmodum prius puellę ſpecioſæ dignæ q̃; regis conſpectu Aſſuero regi preſentabant̃, deinde ille virgã aureã extẽdebat ad il lã q̃ ad ſe ingredi volebat. Digna ergo ſit oratio mea cõſpectu tuo Dñe, vt deinde illam ad te ingredi patiaris, ſecundũ illud Eccl. 35. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & donec appropinquet, non conſolabitur, & non diſcedet donec altiſsimus aſpiciat. Adhuc poſt appropinquationem expectet, vt eam aſpiciendo ad ſe introducat Deus, ſicut Aſſuerus fecit cum Eſter. Vnde Auguſtinus ait, Magna eſt virtus puræ orationis, quæ quaſi perſona quædam ad Deum intrat, & ibi mandatum peragit, quo caro peruenire nequit. Eſt & alia differentia inter præcedẽtem, & hunc verſiculum, quod ibi dicitur deprecatio, hic autem poſtulatio, & licet ſæpius pro eodem ſignificato vterque terminus ſumatur, tamen vt Ambr. & Caſiod. volũt, deprecatio hic ſumit̃ pro adipiſcẽdis bonis: poſtulatio vero, ꝓ amouendis malis. Vñ ſupra petit intellectũ ſecundũ eloquiũ Dei, vt ſuperna videat, hic per idẽ vt à cõcupiſcẽtiæ labe purget̃. Et meritò hęc duo cõiunguntur, & ordinãtur, qm̃ intelligẽtia ſuperorũ de facili cauet terrenorũ pericula laqueorũ, vñ Prou. 1. dicit̃; Fruſtra iacitur rete ante oculos pẽnatorũ, vbi gl. Facilè (inquit) euitat laqueos in terris, qui ſemper habet oculos in cælis; Loquitur de oculis mẽtis, qui ſunt cogitatio & deſideriũ: nã loca ſuperiora ſpacioſa ſunt, nec ponuntur ibi laquei, quare aues quæ in aere volant, non formidant laqueos, qui ſemper circa terram obſconduntur, ſecundum illud Iob. 18. Abſcondita eſt in terra pedica eius & muſcipula eius ſuper ſemitam. Qui ergo alas aſſumit, vt aquilę, & colloquium, ac conuerſatio eius ſemper in cælis eſt, non illaqueabitur his quæ in terra poſiti ſunt laqueis, nempe diuitijs, voluptatibus, &c. Et in Canticis nos admonet Spiritus ſanctus dicens; Fuge dilecte mi, & aſsimilare capreæ, hymnuloq̃;

Ambroſ. Eſter. 2. Eccleſ. 35. Auguſt. Ambroſ. Caſsiod. Prouer. 1. Gloſſ. Iob. 18. Canti. 8.

ceruorum ſuper montes aromatũ. Illi enim hos terrenos laqueos fugiunt, qui per contemplationis & deſideriorum pœnas ſaliunt à terra in odoremque cæleſtium aromatum currunt. Diuus Ambroſius dicit. Ne in aliquib⁹ codicibus legiſſes; Intret dignitas mea in conſpectu tuo, nam ſicut principi ſolemus ob oculos ponere dignitatem noſtram, vt illius conſideratione, vel foueat, vel miſereatur, ſic Chriſtianus dignitatem ſuam ante diuinos oculos ponat, vt ſe aſpiciat hominem ſuo ſanguine redemptum, ſuis initiatum ſacramentis, ſua edoctũ doctrina: nec patiatur miſerum eſſe cui tam elargitus eſt dignitatem. Sicut olim populus Iſrael cum ad Deum fundebat præces ſuam illi dignitatem proponebat, ne populum ſelectum, ab alijſq; diſcretum nationibus, quem tot miraculis eduxiſſet de Ægypto, tot eum beneficijs decoraſſet, alienis populis irridendum traderet.

Ambroſ.

Simile.

VERSVS TERTIVS.

Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iuſtificationes tuas.

HOC eſt, cum in conſpectu tuo mea poſtulatio peruenerit, tunc effundent ac effluent labia mea laudem: maximè ſi docueris me iuſtificatiões tuas; Ita quod ſecũda pars huius verſus ſumatur cauſaliter, vt ſit ſenſus, ideo labia mea laudem tuam effundent, quia tu docuiſti me mandata tua, quod Hieronymi verſio clarius inſinuat ſic. Fundent labia mea hymnum docebis enim me præcepta tua &c. Obſeruandum tamen eſt hic, quod verbum eructare ſignificat illam actionẽ, quàm ſtomachus repletus exercere ſolet, abundantia quippe ciborũ redundat foras per eructum, atque odorem ſiue fœtorem ſuum extra emittunt: in ſpiritualibus igitur ea eructare dicimus, quibus repletus animus eſt, vtpote ea quæ ex diuturna magnaque conſideratione prodeunt, quod fit cum ex tẽplo aliqua verba proferimus eo vocis ſono ac geſtu, ea grauitate ac emphaſi, vt ſi iam antea plura alia præfati eſſemus: ſecum enim prius colloquẽs animus, quaſi eadem verba alij intellexiſſent ſententiam profert os, quæ ex his quæ ſecũ colloquutus eſt dependet quale eſt illud verbũ ſponſæ in primis Cantici Canticorũ verbis; Oſculetur me oſculo oris ſui, nec illum nominat, nec cũ quo colloquaꝫ profert, ſed quoniã ſecũ id cogitauerat ſepius, atq; intus in corde cũ ſponſo dulciſsime colloquuta fuiſſet, quaſi

Hierony.

Canti. 1.

quaſi id alij intellexiſſent,quaſi ab extaſi expergefacta in hãc imperfectã ſententiã erũpit,dicẽs;Oſculetur me oſculo oris ſui.Quis nam eſt hic,ô pulcherrima ſponſa,cuius oſcula tãta auiditate cõcupiſcis?Quis?Ille de quo antea colloquebar.Nunqd nõ oẽs agnoſcitis dilectũ meũ?Cuius ego oſcula poſcere poſſum niſi illius?Cuius nam illius?de quo antea mecum ruminabã, omnes vos putabam me intellexiſſe.Hoc ideo fit,qa verus amator,quia ſecũ ſemper cũ amato cõuerſatur oẽs æſtimat id agnoſcere, vnde Magdalena cũ Ioan. 20.
Dñs ab ea poſtulaſſet,dicens;Mulier quid ploras? dixit;Dñe ſi tu ſuſtuliſti eũ dicito mihi,& ego eũ tollã,quis nã eſt iſte, quẽ quæreris ſublatũ eſſe? quis ille eſt quẽ ego diligo,nunquid nõ oẽs agnoſcitis illum? nũquid nõ omnibus manifeſtus eſt dilectus meus?Et Cant.5.
ſpõſa; Nũ quẽ diligit anima mea vidiſtis?Perſuaſum ſibi habebat ſpõſa omnibus dilectũ ſuũ notum eſſe,& ideo nullo alio ſigno nominat,quare opus fuit,vt ſodales ab ea diſcere vellent quis nã eſſet dilectus ſuus ſubiũgẽtes;Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierũ?qualis eſt dilectus tuus ex dilecto & quęremus eum tecũ? Ecce ergo quid ſit ſpũaliter eructare ex abũdãtia cordis ore loqui & ea quæ diu meditata ſunt proferre.Cũ ergo iuſtus totiens meditatus fuerit Dei mãdata, ac iuſtificationes atq; ob hæc ſummas laudes Deo decãtare velletex hoc tãdiu præcõcepto ſermone eructare dicit labia ſua hymnũ. Ceu qui ſecũ prius ſummiſ- Simile.
ſe ſibi ipſi cãtauit,vt ſoni proportionẽ ac modũ aſſumeret,repente tota voce in cãtica corã oĩbus prorũpit;ſic iuſtus qui aſsiduis meditationibus ſecũ Deo laudes canebat, quaſi ſoni modulos ac vocis tenorẽ aſſumẽs:tandẽ ſumma voce Dei laudes eructat & corã omnibus ꝓfert, atq; id pollicẽt in hoc verſu cũ dicit,Eructabũt labia mea hymnũ cum docueris me iuſtificationes tuas,acſi diceret;Per tuas iuſtitias intus edoctus, atq; de mandatis tuis ſufficiẽter inſtructus,quaſi iã mecũ in tuis iuſtificationibus eruditus, ac exercitus in laudes publicas prorũpere audebo, credẽs me diſſonas nõ emittere voces,qm̃ ex intima cõcinuitate procedunt.Et hæ ſunt laudes quas Deus acceptat,eas,ſcilicet,quæ ex ſummo corde prodeũt,nõ quę ore tenus proferunt.Hirũdo in domo tua cõcinit, non tñ tibi Simle.
amica eſt, ſed à te fugit,ſic qui ſolis labijs laudes Deo ꝓfert corde autẽ ab eo fugit & elõgatur, iuxta propheticã ſententiã: Populus Iſaiæ.29.
hic labijs me honorat,cor autẽ eorũ longè eſt à me. ¶ Vel ſecũdò eructare hymnũ Deo eſt,ipſum bonis operibus laudare,vñ Aug. Auguſt.

hic, Nouimus (inquit) quemadmodum doceat Deus eos qui sunt dociles Deo, vt non solum memoria retinẽdo, verum etiam facien do custodiant iustificationes Dei. Sic enim qui gloriatur nõ in se metipso, sed in domino gloriatur, hymnusq; eructatur. Vel tertio ille qui in operibus suis sibi gloriã quærit non Deo ille hymnum, ideſt, laudẽ eructat exterius, sed interius sibi ipsi retinet. Igitur vel in gloriam Dei, vel in proximorũ ædificationem eructare verba
Matth. 5. debes, secundũ illam Domini sententiam Matth. 5. Sic luceat lux
vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorifi-
Baruc. 3. cent patrem vestrũ qui in cęlis est. Vnde & Baruc. 3. dicitur; Stellæ autem dederũt lumen in custodijs suis, & lætatę sunt, vocatæ sunt, & dixerunt, adsumus & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Lætantur stellæ cum quasi custodias noctis in cælo agunt eo modo loquendi, quo dicimus pratũ ridere, quia stellæ cum lucem in nocte emittunt, videntur hylarem nobis ostendere vultum, vel dicuntur lætari, quoniã naturali impetu, quasi cũ lætitia Dei obse quuntur mãdatis. Vnde subditur; Vocatæ sunt & dixerunt adsu mus, quoniã ad verbum, fiat, Dei statim apparuerunt creatæ, & lu xerunt ei cum iucũditate qui fecit illas, quoniã lucem quam emit-tunt ad gloriam eius, qui eas creauit vellent ordinari si voluntatẽ haberent. Promptitudo enim illa, atq; iucũditas qualimperia Dei exequuntur, id manifestat: ita Christiani si operibus lucent ei qui fecit illos lucere debent, vt glorificetur Deus, & pater noster qui in cælis est. Quare dominus sub mortis interminatione prohi-
Exod. 30. buit ne thimiama illud quod in honorem Dei in tabernaculo & in templo cremabatur in alios prophanos vsus conuerterent, nec alibi talis confectio odorifera fieret præterquã in domo Dei: quo niam odor bonorum operum, atq; doctrinæ in cultum & honorẽ Dei debet referri, reusq; mortis erit ille qui in vsus conuerterit alie nos atq; prophanos, vtpote qui intuitu mercedis temporalis aut
2. Cor. 2. vane opinionis id exequitur. Quare Paul. 2. Cor. 2. ait, Christi bo nus odor sumus acsi diceret si odorem bonorum operum effundi mus, in gloriam Christi id volumus, vt redundet. (Cum docueris me iustificationes tuas.) Hoc ideo dicit, quia verbum, vel hymnũ alijs eructare nullus potest nisi primo fuerit doctus à Deo, quoniã
Matth. 23. vnus est magister noster Deus, & ideo vbiq; sibi fieri doctorẽ po-stulat, vt ab ipso discat iustificationes eius; aliàs quomodo poterit
Psal. 136. cantare canticum Domini in terra aliena, in lege peccati captiuus nisi id

niſi id Deus dederit. Certè inter præſentis vitæ erumnas ac lapſus cantica cantare cæleſtia interque lachrymas ac fletus, hæc gaudia ſentire, niſi magiſter ille cæleſtis docuerit, Deuſque ille totius conſolationis dederit, impoſsibile nobis eſſe non dubito.

VERSVS QVARTVS.

Pronuntiauit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

QVanuis ſolus Deus hominē doceat interiùs & ſe ſolo poſſit mentem docere, tamen nos vult ſuos in hoc myſterio eſſet adiutores: ſicut etſi ſolus Deus ſeminibus dat incrementū, vult tamē nos ſeminare vineas amputare, & huiuſmodi. Quare nō ſolū ait hymnū eructabūt labia mea, ſed & alijs eloquia tua pronuntiabūt, vt ſalui fiant. Et hoc Diuus Auguſt. hic. Vel ſecundo per hoc vult Propheta oſtendere, quod volens à peccatis corrigi verba Sacræ ſcripturæ meditari debet, illa loqui, illa audire, non verba mundi quæ vana ſunt, quæ caduca, de quibus rationem Deo reddere nos oportet, nā de omni verbo otioſo reddituri ſumus rationem, & Paul. 1. Corinth. 15. Nos admonet quod colloquia praua corrumpunt bonos mores. Hæc Ambr. hic. Circa quæ obſeruanda duo. Primum quanti deberent Chriſtiani facere ac æſtimare verbi Dei prædicatores, quoniā fiſtulæ & aquæductus ſunt, quibus eloquia Dei argento & auro meliora à Deo perueniunt. Etſi fiſtulam luteam bitumine induis æramentoque circundas, ne confringatur, quoniam per eam domui tuæ aqua peruenit; cur non illos ornabis conſeruabiſq; per quorum ora cæleſtis aquæ fluenta ad te peruenium? Sunt etiam nubes quibus ſupernis imbribus irrigantur animæ: nam de verbi Dei prædicatoribus dixerat, Iſaias capit. 60. Qui ſunt hi qui vt nubes volant, & quanuis nubes cæli lumen, ac ſplendores impediant, quia tamen humectant terram, vt fructus producat æquo animo fers ſolarium ſplendorum vmbram, cur non & defectus aliquos in verbi Dei miniſtris diſsimulabis quibus obumbrare videtur veritatis lucem, eo cōmodo compenſans, quod tibi ex eorum prædicatione contingit? vnde Pſal. 146. Qui operit cælum nubibus & parat terræ pluuiam; quaſi operimentū cæli nubes ſunt, & tamen quia terram irrigāt tolleramus. Quod ſi & fiſtulæ ſunt quibus dō

Auguſt. Matth. 12. 1. Cor. 15. Iſaiæ, 60. Pſal. 146.

mus tua refrigerãte repletur aqua, quid tibi quod lutei, ærei, aurei ve ſint? dum tamen limpida animæ tuæ miniſtretur aqua. Sunt & nuntij, qui de cæleſti patria tibi bona quæ ibi habes referunt ideo quippe, Malach. 2. Angeli hoc eſt nuntij vocãtur, quod ſi nuntiũ qui de patria tua tibi bona refert cũ abſens es ab illa, leto animo ſuſcipis, ad cõuiuiũ vocas, illi blãdiris, imò & pecunias tribuis; plus illis, qui æterna tibi prædicãt tantorumq; bonorũ, qui in illa cæleſti patria te expectãt, nũtij ſunt, debitor eris. Vnde puella quædã Phitoniſa Act. 16. de Barnaba & Paulo qui verbũ Dei annuntiabant dicebat; Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui annũtiãt vobis viã ſalutis. Et Prou. 25. Aqua frigida animæ ſitiẽti & nũtius bonus de terra longinqua. Sunt, & lucernę ſuper candelabra Eccleſię erectę quæ noctis huius illuminãt tenebras; Nõne lucernã emungis? oleo reficis? & ne extinguat multipliciter curas? cur nõ idẽ cum his diuinis lãpadibus facies? Antiquitus præcipiebat, vt cũ lucernas tẽpli emungerẽt fungum illũ intra arenam abſcõderent foraſq; in loco abdito emitterẽt, ne fœtore illo templũ Dei inficeretur; Lucendo fungus ſiue fauilla remanet, ex eo quod prædicatores te illuminant, ô peccator, tecũq; ob id muneris cõuerſantur: aliquis in eis humanus defectus cõtingit ſi emũgeris fauillam illã abſconde, ne prodas, ne exeras, ne in propatulo hæc crimina pandas, ne fœtore illo Eccleſiã Dei inficere vellis. Patres ſunt ne verẽda diſcooperias eorũ ac irriſioni vulgi eos opponere audeas, ne vt peſsimus Cham maledicaris à Deo. Conſtãtinus Imperator dicebat ſi clericum in aliquo crimine cõprehendiſſẽt palliũ ſuũ ſuper eum proiecturum vt benedicti filij Noe fecerunt ne ab alijs, videret. Vnde Prou. 15. Quæ viderũt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne fortè emẽdare nõ poſsis cũ de honeſtaueris amicum tuum. O calamitoſa tẽpora (proh dolor) quid dicam? ante cuius aures proclamare audebo inſignem huius tempeſtatis impudentiã? quaſi obſequiũ ſe præſtare maximũ principibus æſtimãt qui monachorũ, vel eccleſiaſticorũ crimina pandunt, atq; vtinã ea quæ vera ſunt dũtaxat in publicũ darent, ſuſtinerem vtiq; ac gemens tacerem, nunc autẽ, vel omnino falſa proferunt, vel quę tantilla ſunt ſuis verbis maxima faciũt, de Culice, vt dicũt, Elephantẽ fabricant. Quare vobis dico (o Chri veri Dei cultores) vehemẽter timeo ac tremo, ne in pueri Chanaã maledictionẽ iam incideritis cui auus dixit cũ cognouit quæ fecerat illi irridendo nuditatẽ eius, ac cæteris fratribus publicãdo; Maledictus

Simile.
Malach. 2.
Actuũ. 16.
Prou. 25.
Simile.
Gene. 9.
Conſtantinus.
Prouer. 15.
Gene. 9.

ledictus puer Chanaã ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis.Cauete,ne vel in ſeruitutẽ peccati, vel alienorũ tradamini,vt ſitis ſerui eorũ, qui mãcipia veſtra deberẽt eſſe,quod ni fallor (atq; vtinã fallerer) quotidiana experientia nos admonet. Similes iſti ſunt Balach regi Madiam, qui infirmiora ſuburbia exercitus Iſrael oſtendebat Balaam Ariolo,vt malediceret populo,pulchriora occultãs ne videret & benediceret: ſic iſti ſuburbia Eccleſiæ duntaxat conſiderant atque infirma ea,quæ hominibus accidere ſolent; bonos occultant,nec virtutes agnoſcere volunt vt maledictionibus repleãt Deo conſecratos viros,exploratores quippè ſunt qui infirmiora terræ conſiderare veniunt,vt dixit Ioſeph fratribus ſuis. Vnde D. Auguſt.ſuper illud Pſal.20. Vt ſagittent in occultis rectos corde ipſe legit; Vt ſagittent in obſcura luna rectos corde.Nam luna ex ea parte qua Solem reſpicit clara ſemper eſt,ſed ex ea qua terram aſpicit obſcura.In Eccleſia Dei ſunt boni, qui Deum reſpicientes illuminantur,& mali qui terrenis dediti obſcuri apparẽt, iſti ergo reſpiciunt hanc Lunam,non ex ea parte qua cœlum reſpicit,ſed ex ea qua terram intuetur, vt oſtendentes malos, qui in Eccleſia, vel religione ſunt ſcandala, & offendicula rectis ponant, eoſque crudelibus ſagittis ſuis feriant,vt modo hæretici faciunt. Verus autem Chriſti ſeruus in bona potius oculos figãt à maliſque auertat, vt ſic cum Balaam dicat; Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael! Sicut valles nemoroſæ ſicut horti iuxta fluuios irrigui, ſicut tabernacula quæ fixit Dominus. Ecce primũ quod hic ſummo ſtudio meditari debemus iuxta primam huius verſus interpretationem quam ex D.Auguſt. docuimus.

Num.23. Auguſt. Pſal.10. Gen.42. Num.23.

D.Ambr.docet quod in hoc verſu admonemur ne audiamus, nec loquamur niſi ſermones Dei, & hoc eſt ſecundum quod hic debemus aduertere,ſecundum illud ſapientis conſilium, Eccl.28. Sæpi aures tuas ſpinis & linguã nequã noli audire, & ori tuo facito oſtia & ſeras auribus tuis,hoc eſt,muni aures tuas, & obtura ne pateant detractoribus & vaniloquis,quemadmodum ſpinis ager circumſæpitur contra beſtiarum incurſum. Aureſq; tuas timore Dei veluti ſpinis quibuſdã ſæpias. Et quoniã per metaphoram loquutus eſt ſtatim ſe explicat dicẽs; & linguã nequam noli audire, & hæc quoad alienam linguã, quoad propriã vero dicit; Ori tuo facito oſtia, hoc eſt, os tuum veluti quibuſdam oſtijs conclude taciturnitate,& ſilentio:vt ex eo non ſinas linguã tuã profundere,

Ambr. Eccle.28.

quidquid volet,& quidquid in ipſa hæret,ſed tantum quod expedit,& nocere non poteſt, vnde & ſubdit; Aurum tuum,& argentum tuum confla,& verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos,grauia ſint verba tua ponderoſaque,ſecundum illud quod
Eccle.21. ſupra dixerat.c.21. Verba ſapientis ſtatera ponderoſa,hæc autem
1.Petri.4. ſunt eloquia Dei. Vnde 1. Pet. 4. Si quis loquitur quaſi ſermones Dei. Vult etiã dicere,omnia quæ poſsidemus pretioſa impendere debemus,vt inde vel fabricetur,vel cõparetur, & ematur ori pretioſa ſtatera:qua omnia oris verba bene & prudenter ponderẽtur id fit cum quocunque diſpendio rerum quibuſcũque ſumptibus, & laboribus comparatur ſapientia,& prudentia quæ docet, quomodo verba ſint diſponenda atque aptanda,quando loquẽdum, quando tacendũ,quæ ſilenda,quæ proferenda ſint. Vnde & dicit, ori faciendos rectos frænos, hoc eſt iuſtam ei moderationẽ & cohibitionem adhibendo,nam ſunt qui refrænant linguam ſuã, ſed non rectè,tacentes,ſcilicet,quãdo loquendũ eſſet. Explicãs autem has allegorias,& quorſum hæc dicat,ſubiungit; & attẽde ne forte labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi,& ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. Nam linguæ abuſus,& corporalem ſæpè affert mortem,& ſemper æternã niſi pœnitẽtiæ remedio ſanetur. Dicit etiam pronũtiaſſe eloquia Dei nõ ſua, vel
Ierem.23. Philoſophorum contra quod Ierem. 23. dicitur; Non mittebam prophetas,& ipſi currebant,non loquebar ad eos,& ipſi prophetabant:ſi ſtetiſſent in conſilio meo,& nota feciſſent verba mea populo meo,auertiſſem vtique eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſsimis. Hoc enim commodum afferunt eloquia Dei quod non poſſunt hominum verba. Dicit autem pronuntiaſſe ſe eloquia Dei vt oſtenderet decorem ac reuerẽtiam, qua verba Dei debent dici; nam ea quæ pronuntiata dicimus, quaſi cum attentione,grauitate,& decore loquimur,& ſic pronuncianda ſunt diuina eloquia, tam in diuinis Laudibus, quam in officio Miſſæ, quàm in concionibus,imo & in familiaribus ſacris colloquijs etiã.
Pſal.146. Nam ſcriptum eſt Pſalmo. 146. Deo noſtro ſit iucunda,decoraque laudatio. (Quia omnia mãdata tua æquitas.) Sunt enim præ-
Rom.13. cepta Dei æqua & iuſta, nam & ſunt præcepta iuſtitiæ & habent ortum à charitate, ſecundum doctrinam D. Paul. Rom. 13. Qui diligit proximum legem implebit, nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces,

cupiſces, & ſi quod eſt aliud mandatum, hoc verbo inſtauratur, diliges proximum tuum ſicut teipſum, hoc eſt, hoc verbo completur, vel recapitulatur aut in ſummam redigitur. Nam ſicuti in paſsionibus animæ amor eſt origo ac radix cæterarum paſsionũ, vt ſupra ex D. Tho. & Ariſt. docuimus, ita & in operibus iuſtitiæ charitas principium tenet, ex hoc enim, quod diligo proximum nullum ei nocumẽtum inferre velim. Vnde Orig. legit; Hoc verbo reſtauratur; Sola enim proximi dilectione tota lex reſtauratur, nam in hac tota continetur atque adimpletur. D. Tho. Ariſtot. Orig.

VERSVS QVINTVS.

Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

PErſona hæc, quam in hoc octonario introduximus ex gratia præueniente ſuam imbecillitatem agnoſcens, ſubſequentem gratiam, tam quoad illuminandum intellectum, quàm quoad inclinandum affectum poſcit. Nam in primo verſu intellectum popoſcit, & in ſecundo à prauis affectionibus eripi poſtulat. At intelligens nec gratiam ſubſequentem ſufficere ad ſalutem, niſi ſemper adſit præſens diuinum auxilium gratuitum, ob cuius ſubtractionem & Petrus negauit Chriſtum, & Dauid commiſsit adulterium, Moyſes hæſitauit & quicunque lapſi ex charitate peccauerunt ideo in hoc verſu hoc gratuitum auxilium poſcit nempe gratiam perſeuerantiæ, quæ in Dei continua manutenentia conſiſtit. Nam multis datur gratia ſubſequẽs, quibus tamen non conceditur perſeuerantia in illa, quæ à præſentiſſimo, ac gratuito diuino auxilio cauſatur. Hæc enim gratia eſt illa, de qua dicunt Theologi quod non poteſt mereri, ſed impetrari precibus poteſt, quam Eccleſia in ſuis collectis ſolet poſtulare, dicens; Da nobis quæſumus Domine perſeuerantem in tua voluntate famulatum, & ſecundum D. Auguſt. hoc perpetuum auxilium poſcimus cum in oratione Dominica dicimus; Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Hoc enim quotidianum, ac aſsidum auxilium Dei eſt, quo ſuſtinetur vita animæ ſicut alio quotidiano pane ſuſtentatur vita corporis. Poſcit ergo hic, hæc iuſti perſona, vt nunquam ab eo Dei manus ſubtrahatur: ne ſi tantilum ſe abſentet in peccatum ipſe labatur. Hæc eſt interpretatio Caiet. in hoc verſu, imo & in toto hoc octonario. Auguſt. Caiet.

Sed

Sed quoniam præcedens carmen de prædicatoribus expoſuimus hæc erit huius ad illud conſequentia. Intelligens enim vir iuſtus, quod multa pericula prædicanti occurunt, nec per ſe poſſe,
2 Eſdræ. 2. & verbo Dei operã dare & obuiare aduerſantibus (quod eſt vna manu gladium tenere, & altera facere opus,) ideo in hoc verſu diuinum efflagitat auxilium, dicens; Fiat manus tua, vt ſaluet me.
Hierony. Quod clarius Hieronymus vertit dicens; Sit mihi manus tua auxiliatrix, vt ſaluet me, nempe à periculis, & malis ingruentibus, vt ſermo Dei currat, & ad aures omnium perueniat, & hoc hac fiducia poſtulo, quoniam mandata tua præ omnibus alijs elegi ad faciendum, ad meditandum, ad prædicandum. Vbi & D. Hilarius
Hilarius. ait, Alijs gloriam ſeculi eligentibus, alijs venerationem elementorum, & dæmonum capeſſentibus, alijs terrenas opes expetentibus, ſanctus iſte mandata Dei elegit, elegit autem non naturali neceſsitate, ſed voluntate pietatis, quia vnicuique ad id quod volet via eſt propoſita viuendi, & appetendi atque agendi permiſſa libertas, & ob id vniuſcuiuſque aut pœna aut præmijs afficietur electio. Vel per manum intellige potentiam Dei ſicut ſolemus dicere; Magna eſt manus illius Regis, id eſt potentia, quoniam magnum poteſt cogere exercitũ. Quare hic poſtulat iuſtus vt Deus potentiam ſuam oſtendat ſibi adiuuando maximè, & quia Deus exercituum nominatur, Angelos ſuos quaſi copias auxiliares ad nos mittat, qui nos protegant atq; ab hoſtium in curſibus defendant, ipſi enim ſunt adminiſtratorij ſpiritus miſsi in miniſterium propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis. Hæc interpretatio
Ambroſ. eſt Ambroſij.

Ambroſ. & Auguſt. At vero idem D. Ambr. & B. Auguſt. de Chriſto Domino hũc verſiculum intelligunt, qui dicitur manus Dei, quoniam ſicut per manum operamur, ita & per verbum omnia facta ſunt, de quo
Iſaiæ. 53. Iſa. 53. dicitur; Brachium Domini cui reuelatũ eſt? Hæc eſt enim
Exo. 4. manus Moyſi, quæ de ſinu extracta apparuit leproſa, & poſtea in
Figura. ſinum reducta erat ſana, ſic filius Dei de ſinu patris in mundum
Iſaiæ. 53. veniens reputatus eſt à Iudæis, vt leproſus, ſecũdum illud Iſa. 53. Nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, ſed poſtea reſurgẽs à mortuis & aſcẽdẽs in cœlũ omnino apparuit ſa-
Exo. 4. nus. Sicut etiã, quãdo virga Moyſi fuit in terrã proiecta apparuit
Figura. ſerpẽs à qua fugiebat Moyſes, eleuata tamẽ per caudã iterũ virga
Pſal. 110. apparuit. Filius Dei virga illa eſt, de qua Pſal. 110. dicitur; Virgã virtutis

virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, & de qua Iſaiæ. 53. Et aſ- Eſa. 53.
cendet ſicut virgultum coram. Eo eſt enim virga de radice Ieſſe. Eſa. 11.
Hæc cum factus homo in ſtabulo iacuit apparuit ſerpens, hoc eſt
peccator, à primo parente à ſerpente percuſſo originem trahens,
licet non ſecundum ſeminalem rationem: nam licet non fuit pec-
cator apparuit tamen, ſecundum illud Paul. Rom. 8. Miſsit Deus Rom. 8.
filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati, ita vt fugerent ab eo
Iudæi ac in eo ſcandalizarentur, ſecũdum illud; Nos prædicamus
Chriſtũ crucifixum Iudæis quidẽ ſcandalum. At cũ in fine eleua- 1. Cor. 1.
tus eſt à terra in Cruce iam apparuit, quod antea erat, & dixit Cen
turio; Verè hic homo filius Dei erat. Eſt ergo Chriſtus manus
Dei imo articulus ille manus quã vidit Rex Babylonis ſcribentẽ Figura.
in pariete, Mane, Thecel, Phares, hoc eſt numerauit, ponderauit
atque diuiſit, Dan. 5. Ipſe enim numeratos habet capillos capitis Dan. 5.
noſtri, hoc eſt, cogitationes & opera, & ponderat merita, & demeri-
ta noſtra, vt vnicuique reddat iuxta opera ſua, ac demum diui-
det bonos à malis, hædos ab ouibus in die quo iudicaturus eſt
viuos & mortuos. De hac manu dixit Iſaiæ. c. 35. Innoua ſigna Eſa. 35.
immuta mirabilia: glorifica manum & brachium dextrũ. Quam
manum poſtulabit infra cum dicet Pſal. 143. Emitte manum Pſal. 143.
tuam de alto eripe me, & libera me. Fiat ergo manus tua vt ſaluet
me, id eſt, fiat homo vt ſaluet me ſalute gratiæ, & poſtea ſalute
gloriæ, & ita creator fiat ſaluator, & per quem omnia fiebant: fiat
ipſe ex ſemine Dauid ſecundum carnem, vt qui antea verbum
erat apud Deum genitum non factum, fiat modo ipſum ver-
bum caro, vt ſaluet me. Et hoc ideo peto, quoniam mandata
tua elegi, hoc eſt, ſuper omnia alia eligibilia voluntarie man-
data tua elegi, in quibus verbi Dei promiſſa eſt incarnatio. Qua-
re dicunt Theologi quod licet de condigno ſancti patres Chri-
ſti incarnationem non ſint meriti, meruerunt tamen de con-
gruo. Congruum quippè ac conueniens fuit vt voces illo-
rum, quibus Meſsiam poſtulabant, exaudirentur, qui fide-
liſsimis votis cum expectabant mandatis Dei in omni-
bus obediendo. Vide ſi libet ſuper hunc verſum
Hugonem Cardinalem, vbi quinq; digi- Hugo.
tos huius manus cum ſuis arti-
culis ponit.

*

VERSVS

VERSVS SEXTVS.

Concupiui ſalutare tuũ Domine: & lex tua meditatio mea eſt.

DE Chriſto itidẽ ſicut præcedens intellige carmẽ hoc. Nam Chriſtus dicitur Ieſus, id eſt, ſaluator, & ſalutare Dei, id eſt, à Deo nobis pro noſtra ſalute datus, ſic Simeon eum nomi-
Lucæ. 2. nat Lucæ. 2. Viderunt oculi mei ſalutare tuum; & hic Ieſus voca-
Gene. 49. tur etiam deſiderium collium æternorũ, ſecundũ illud Aggæi. 2.
Aggæi. 2. Veniet deſideratus cunctis gentibus. Et hunc Ieſum in lege tua
Auguſt. meditatus ſum, quoniã in illa nobis promittitur. Vnde Aug. hîc ait, Hoc ſalutare cõcupiuit Synagoga vẽturũ de viſceribus matris, ipſum cõcupiſcit Eccleſia venturũ ad dexterã patris. De hoc autẽ plura prefati ſumus ſuper verſum. 1. octonario, & tract. 6. ibi ſi placet poteris reuiſſere. Secũdo quia ſupra dixerat ſe ſicut verus Dei prædicator pronũciaturũ eloquia Dei in quibus eſt ſalus animæ, quia prædicator omnia ſua verba in lege Dei fundare debet nõ in fabulis Poëtarũ; ideo dicit quòd lex Dei eſt eius aſsidua medita-
Eccle. 14. tio. Eccl. 14. Beatus vir, qui in ſapiẽtia morabitur, & qui in iuſtitia meditabit &c. Vnde Greg. 18. Mor. cap. 14. inquit; Qui ad veræ prædicationis verba ſe præparat neceſſe eſt, vt cauſarũ origines à ſanctis Scripturis ſumat: vt omne quod loquitur ad diuinæ autoritatis fundamẽtũ reuocet, atq; in eo ædificiũ ſuæ loquutionis firmet. Hactenus Greg. Certũ eſt autẽ id nõ poſſe facere niſi medita-
Gregor. tionẽ legis Dei habeat, & ideo id in hoc verſu affirmat. Nã Ioã. 5.
Ioan. 5. dixit Dñs Phariſæis; Scrutamini ſcripturas: Ipſæ enim teſtimoniũ perhibẽt de me. Secundò per hoc etiã deſignatur differentia inter mundanos & iuſtos, mũdani quippè ſolũ quærũt ſalutare corporis, quod procurant nonnunquã medici cum diſpendio animæ, & ideo illis non eſt obediendum, ſed iuſti ſalutare animæ procurãt, & à medicis mundi ſalutẽ non quærunt: nam qui cupit ſalutẽ Dei meditatur in lege eius, nec inde auertitur aliqua cura huius ſeculi.

(Cõcupiui ſalutare tuũ Domine.) Hæc eſt ſanctorũ auiditas flagrãſq; iuſtorũ deſideriũ, vt depoſita carnis ſarcina, quæ infirmitatibus ac doloribus obnoxia eſt, in illã rapiantur beatitudinẽ à qua fugit dolor & gemitus: perpetuaq; ſalute atq; integritate, & anima & corpus fruũtur. Quare iuſti mortẽ appetunt à qua maximè deterrentur impij, illi enim præparati ſemper ſunt ad iter, cuius iſti
Simile. omnẽ curã depoſuerũt. Cum nauis iam onuſta eſt mercibus victu

atque

atq; cõmeatu omnibuſq; neceſſarijs plena expãſis velis, nihil aliud deſiderat quã vẽtũ, quo poſsit à portu exire ſuãq; peragrare viam, at quę nec dũ opportuna parata habet, nihil min⁹ quã ventũ appetit: iuſtus cũ omnia ſibi ſuppetũt ad mare huius mũdi trãſmeandũ virtutũ cõmeatũ, meritorũ merces habeat: iam à portu ſurgere cupit, & dicere cũ Paul. Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. Sic iuſtus Phil. 1.
Simeõ cũ nullo alio indigeret ad pelagus, hoc trãsfretandum, niſi Lucæ. 2.
nauclero, cum ipſum in vlnas ſuas videret dixit; Nũc dimittis Dñe ſeruũ tuũ in pace, acſi diceret; Nihil deeſt ad iter, omnia iam ſuppetũt, pergamus. At impius cui omnia hæc deſunt detineri in portu, vult, in cõtinẽti manere nõ ſolutis anchoris proficiſci cupit, ſed vt detineãtur exorat nec vela expãdit, ſed colligit, quare nõ dicit; Cõcupiui ſalutare tuum Dñe, ſed potius huius mũdi proſpera cupit. Iuſtus autẽ qui in lege Dñi iugiter meditatur, (& hic eſt omnis ad profiſciendũ apparatus) dicit; Concupiui ſalutare tuũ Dñe, & quia lex tua meditatio mea eſt: ad peragendũ iter properare nõ deſinã.

VERSVS SEPTIMVS.

Viuet anima mea & laudabit te: & iudicia tua adiuuabũt me.

VIuet vita gratiæ, & laudabit te in hac vita, quoniã nõ mortui laudabunt te Domine, ſed viuentes benedicent tibi, & viuam vita gloriæ in alia vita, & tunc perfectè laudabo te, nam munere gratiæ viuit ſpiritus meus, vt placitas tibi laudes decantet, & tunc iudicia tua, hoc eſt, præcepta me perducent ad vitã cum obſeruauero ea, quoniã qui fecerit ea viuet in eis, ſuntq; verba tua ſpiritus & vita. Itaq; de vtraq; vita poteſt carmẽ hoc intelligi, de præſenti in qua laudes oris, & cordis canũt iuſti Deo. In prẽcedẽtibus verſibus dixerat ſe labijs ſuis laudes ac verba Dei pronuntiaturum: nunc autẽ interiori animo ſe laudes decantaturum promittit cum dicit; Viuet anima mea, & laudabit te. Vtrobiq́ue enim laudes Deo decantantur, & in Eccleſia militãte, & in triumphante; verum in præſenti vita inconcinnas laudes aliquando dicimus, cum non ſemper caro menti, nec mens Deo conueniant: in futura autem, hoc eſt, in cœlo vbi omnia conſonant perfectiſſima præconia concinnuntur Deo, ſecundũ illud Tob. 13. Porte Tob. 13.
Ieruſalem ex ſaphiro, & ſmaragdo ædificabũtur, & per vicos eius Alleluia cãtabitur; Benedictus Dñs qui exaltauit eam, & ſit regnũ eius in ſecula ſeculorũ ſuper eam amen. & Ioã. in Apoc. c. 5. dicit; Apoc. 5.

quòd

quòd ſancti cantant canticum nouum Deo, quoniam laudes ille ſemper ſunt nouæ, cum ſemper noua appareat ratio laudandi, nec vnquam faſtidiant beati tantam maieſtatem intueri, intuendoque laudare. Hymnus autem, qui ſemper concinitur ille eſt quem
Iſaiæ. 6. ſine fine Angeli atque Seraphin canunt dicentes. Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus ſabbaoth. Viuet ergo anima mea in
Ambr. illa vita glorię, & laudabit te. Nam præſens quomodo vita dici poteſt, de qua ſcriptum eſt. In puluerem mortis deduxiſti me? quomodo ergo viuit hic anima operta mortis inuolucro (que trae la mortaja arraſtrando, que es ſu carne?) Aut quæ eſt vita, quæ in vmbra eſt? In regione vmbræ mortis ſumus, hic abſcõdita eſt vita noſtra non libera, erit autem libera in regione viuorum. Ibi ergo viuet anima noſtra, vbi nihil mortale, nihil infirmum, nihil debitum pœnæ. Ibi verè laudabit Dominum cum depoſito infirmitatis cõpore cõformis eſſe cœperit gloriæ corporis Chriſti. Nam
Eccle. 15. dum in peccato ſumus laudare plene non poſſumus, nec enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. In vmbra ſumus, & in terra aliena
Pſal. 136. quomodo cantabimus canticum Domino in terra aliena? ſed pla-
Pſal. 114. cebo Domino in regione viuorum. Hæc Ambroſ. hic.

(Et iudicia adiuuabũt me.) Supra de præceptis Dei interpretati
Ambroſ. ſumus, Ambroſ. tamen per hæc iudicia intelligit ea quibus vnicuique retribuet iuxta opera ſua, nempe bonis præmium, malis
Iob. 24. autem ſupplicium, de qua Iob. 24. dicitur; Videbit faciem eius in iubilo & reddet homini iuſtitiam ſuam. Hæc iudicia iuſtos adiubant, dum ſe vident gratia Dei de peccato ereptos pro Chriſti nomine perſequutos, operibus mandatorum Dei fuiſſe intẽtos. Conſideratio enim iſtorum iudiciorum Dei iuſtos iuuat & erigit, vt Dei gratia æterna præmia ſperent. Beatus ergo qui dicit; Iudicia tua adiuuabunt me. Ego autem infirmus, ego peccator timeo iudicia Dei, propter conſcientiam delictorum, quæ mihi terrorem afferunt, me agitant, ſanctos adiuuant. Poſſunt, & per iudicia intelligi flagella, quibus in præſenti Deus iudicat diſcernendo filios à
Hebr. 12. non filijs, nam filios flagellat, non filijs parcit, Hebræ. 12. Fili noli negligere diſciplinam Domini, nec fatigeris cum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In diſciplina perſeuerate filij, quaſi filijs offert ſe Dominus nobis quis eſt filius quem non corrigit pater? quod ſi extra diſciplinam eſtis cuius omnes participes facti ſunt ergo

omnes

omnes adulteri & non filij eſtis, hæc ergo iudicia, vel flagella adiuuant iuſtum multipliciter. Primò quia carnem humiliant, ne prævaleat ſpiritui. 2. Corint. 12. Cum infirmor tunc potens ſum, & capite. 4. Licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur tamen is qui intus eſt renouatur de die in diem. Secundò quia ſpiritus à ſuperbia præſeruatur. 2. Corinth. 12. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ, qui me collaphicet. Tertiò quia totũ hominem cuſtodit. Exodi. 14. Erat eis aqua quaſi murus à dextera eorum & leua; per aquam autem in ſcriptura tribulatio intelligitur: Intrauerũt aquæ vſque ad animam meam Pſal. 68. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Cant. 8. hoc eſt tribulationes. Et etiam quia diabolus per horum patientiam flagellatur, Sapientiæ. 12. Cum nobis diſciplinam das: inimicos noſtros multipliciter flagellas. Item erudiunt Ierem. 6. Per omne flagellum erudiêris Ieruſalem, Iſaiæ. 28. Sola vexatio tantum modo intellectum dabit auditui. Accelerant ad patriam. Pſal. 15. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum poſtea accelerauerunt. A pœna liberant Gregor. Sancti pœnam præſentem lucrum putãt, quia per hanc æternam euadere non ignorant. Cor dilatant Pſal. 4. In tribulatione dilatasti mihi. Amorem Dei oſtendunt Apocaly. 3. Ego quos amo, arguo & caſtigo.

1. Cor. 12.
2. Cor. 4.
2. Cor. 12.
Exo. 14.
Pſal. 68.
Cant. 8.
Sap. 12.
Iere. 6.
Iſa. 28.
Pſal. 15.
Gregor.
Pſal. 4.
Apoc. 3.

VERSVS OCTAVVS.

Erraui ſicut ouis quæ perijt: quære ſeruum tuum Domine quia mandata tua non ſum oblitus.

REctè fini huius Pſalmi congruit perſona hæc vltima recognoſcens, quid ex proprijs viribus habeat, quid ex gratia præueniente, quantumque ſibi & gratia ſubſequens, & aſſiduum Dei præſidiũ neceſſarium ſit. Quoniã par fuit vt propheta in calce tam altæ, tamque ſubtilis contemplationis ad ſeipſum rediret imbecillitatemque ſuam fateretur ac recognoſceret: ne magnitudo reuelationum extolleret eum, vt ſic poſſimus illi adaptare illud Eccl. 7. Melior eſt finis orationis quàm principium. Nam ſicut rethores in fine efficacioribus vtuntur rationibus: ſic fideles in fine operis exardeſcunt. Quare Leuit. 3. cauda animalis præcipiebatur offerri in odorem ſuauiſsimum Domino; & ſacerdotalis veſtis in fimbria cultior, ac pulchrior erat.

Eccl. 7.
Simile.
Leuit. 3.
Exo. 28.

Sed notandum pleroſque intelligere hoc carmen de errore à lege Dei per peccatum, quod tamen non videtur ita propoſito conuenire, cum Propheta in hoc Pſalmo toties glorietur de ſeruata lege, nec conuenit cum eo quod ſubiungit; Quia mandata
Prou. 24. tua non ſum oblitus. Sed tamen cum ſepties in die cadat iuſtus, quia tamen confeſtim reſurgit, & ad obſeruantiam mandatorum iterum ſe accingit, recte id poterit dicere iuſtus, ſaltim, vt moraliter erudiat nos neminem à Deo errantem reuerti poſſe ad eum niſi Deo ipſum requirente. Nam quia adhuc dicere poteſt quære ſeruum tuum, nondum mãdatorum Dei planè oblitus eſt, à quibus aberraſſe ſe cognoſcit. Quare hîc loquitur de caſu electorum, qui oues dicuntur, & ſicut oues aberrant ab ouili, nam reprobi ferarum more taliter à domo fugiunt, vt nequaquam reddeant, imo & contra reuocantes ſæuiũt. Si leo à domo tua fugit reuocare nequibis, quoniam contra te conuertetur & te dirũpet, at vero ouis ſi aberrauerit & quæſieris eam, non contranitetur, ſed ſe tolli patietur imò & ligari atque baculo ferin & ad caulas reportari. Electus ergo errat vt ouis, vt patuit in Diuo Petro, qui ad primũ aſpe-
Lucæ. 22. ctum paſtoris reuerſus eſt; Reſpexit Dominus Petrũ ait Luc. 22. & fleuit amarè, at vero Iudas tanquam leo ab ouili fugatus eſt nec redijt, imò nec bona magiſtri verba eum ab incepto ſcelere re-
Gene. 8. uocare potuerunt, ille veluti columba ad arcam reuerſus eſt, iſte ceu coruus egrediebatur & non reuertebatur. De his enim dicitur
Pſalm. 77. Pſalm. 77. Spiritus vadens & non rediens. Primum electi ouibus
Matth. 24. comparantur à Chriſto Matth. 24. Ponet oues ad dexteram, &
Ioan. 10. Ioã. 10. Oues meæ vocem meam audiunt. Ouis quippe inter cætera animalia vtiliſsima eſt, ſine alijs vitam poſſumus tranſigere ſine oue minimè; hæc enim & ſua carne nos paſcit, & ſuo vellere veſtit, atq; corio ſuo nos caleiat; ſic iuſtus nudum veſtit, famelicum
Iob. 31. paſcit, & nudos operit pedes, Iob. 31. Si deſpexi prætereuntem eo quod non haberet veſtimentum & abſq; indumento pauperem, ſi non benedixerunt mihi latera eius & de velleribus ouium mearum calefactus eſt, & alibi; Si comedi buccellam meã ſolus, & non
Iob. 19. guſtauit alienus ex ea. Et ca. 29. Oculus fui cæco pes, claudo. Sine elephante & equo viuere poſſumus non tamen ſine oue: abſque Alexandro, Cæſare, Pompeio vita tranſigi poteſt, nec tamen ſine iuſtis qui eam conſeruãt, propter iuſtos quippe viuimus, atq; eorum gratia mundus adhuc durat, quoad vſque numerus electo-

ſum compleatur, hoc enim conſummato, & mundus accipiet conſummationem. Manſuetiſsimum etiam inter omnia, animal eſt ouis, hoc electorum omnium inſigne maximum eſt, mãſuetudo, Iſaiæ. 53.
ſcilicet, in qua mãſuetiſsimi illius agni, qui coram tondente ſe obmutuit ſe filios eſſe oſtẽdunt. E contra reprobi crudeliſsimi ſunt,
Prou. 12. Viſcera impiorum crudelia. Ægyptij, hoc eſt mundani Prou. 12.
abominantur oues, & tamen filij Iſrael paſtores ouiũ erant, quo- Gen. 49.
niam mali odio proſequuntur mãſuetudinem, cum ipſi ad vindictam procliues ſint, electi verò hanc in ſeipſis virtutem enutriunt.
Eſau qui typum geſsit reproborum, piloſus, hiſpidus, agreſtis, ac Gen. 25.
inurbanus erat, venationibus gaudens, Iacob qui electos deſignabat, è contra placidus, quietus, lenis, manſuetus, domi obſequens
parentibus manens. Vnde id docemur in Euangelio à Chriſto Matth. 11.
Domino dicente; Diſcite à me quia mittis ſum. & Pſal. 24. Diri- Pſal. 24.
get manſuetos in ſalutem, docebit mittes vias ſuas. Quare Dauid orans vt Meſsiæ ſibi promiſsi adimpleretur verbum id pro ſe ante
Deum afferebat, dicens; Memento Domine Dauid, & omnis Pſal. 131.
manſuetudinis eius, rex erat, & tamen de manſuetudine gloriabatur. Et Moyſes quem Deus innumerabili populo ſuo præfe- Num. 12.
cit, manſuetiſsimus erat ſuper omnes homines, qui erant in terra. & Iſa. Emitte agnum Domine dominatorem terræ, hoc eſt, Iſa. 16.
illum qui terræ dominari debet manſuetudinem agni præ ſe debet ferre. Interrogatus quidam quid nam rex faceret, ne ſatellitibus qui corpus ſuum ſeruarent indigeret, reſpondit, ſi ſic
imperet ſubditis, veluti pater imperat filijs; inſinuans amore, ac beneuolentia ſecurius ſuſtineri ſubditos, quam metu. Idem
Cicero. 2. de Officijs his verbis docet. Malus eſt cuſtos diuturnitatis metus, contraque beneuolentia fidelis eſt, vel ad per- Cicero.
petuitatem, nec vero vlla vis imperij tanta eſt, quæ premente metu poſsit eſſe diuturna, hac ergo ratione electi oues dicuntur. Hæ ſi aliquando à bono aberrent, more ouium id faciunt,
ouis quippè ſi à caulis deuiauerit, clamat, balitibus queritur, vt per vocem querulam à longe cognoſcatur à paſtore, ſic iuſti pec
cata gemunt, querulas voces emittunt, veniã ac miſericordiã poſcũt. Sicut ouis errauerat Dauid qui poſt lapſum dicebat; Tibi ſoli Pſal. 50.
peccaui, & malum corã te feci, miſerere mei Deus &c. In libro de naturis rerũ ſcribitur quod eſt quædam auis, quæ dicitur auis pa- Simile.
radiſi quod nomẽ ex eius pulchritudine ortũ habet, ſpecioſiſsima

quippè auis eſt, cuius pennæ omnem ferè colorem exprimunt, vox ita dulcis ac pia, vt deuotionem atque alacritatem ſit potens in homine excitare; hæc ſi deprehenditur ac illaqueatur, irremediabiliter gemit ac quæritur, nec plangere deſinit donec ſit reddita libertati. Anima Chriſtiana, hæc auis eſt, quæ paradiſi incola debet eſſe à cœloque originem trahit, pulcherrima per gratiam donaque ſuperna, quæ omnium creaturarum pulchritudinem viuidumque colorem longiſsimè ſuperant: in qua Dei imago impreſſa relucet, concinnaſque voces, habitibus ſtudioſis imbuta, Dei auribus placidas emittit. Hæc ſi in laqueo peccatorum capiatur clamet, plangat, & vlulatus emittat, ploret, nec taceat pupilla oculi ſui, donec à laqueis diaboli liberetur; Sic planxit Dauid, Petrus, Magdalena, Latro, Chananæa, donec in pace remitterentur à Chriſto, cur non eiulabit? cur non planget? cur à lachrymis temperabit, cum Deum omnium rerum patrem offenſum habeat infeſtumque ſe illi cognoſcat? Harpia auis eſt, quæ faciem ho-
Simile. minis imitatur, at ita crudelis, ac ferox, vt aliquando inſtigantem fame hominem occidat, ac deuoret, tamen cum ad fontem vt bibat pergit ſuamque ibi effigiem intuetur, cum perſpicit ſe ſimilem ſibi interemiſſe, tanto dolore concutitur, vt multotiens mori contingat; quid faciet homo rationis compos, conſiderans ſe in Deum cuius imaginem gerit crudelem, ac impium extitiſſe? cur non ſingultibus aërem quatiet, lachrymis irrigabit terram? flagellis carnem ſuam ſcindet ac vſque ad mortem non quieſcet? Deplorat etiam ac gemit electus, quoniam velut ouis errauit, imo & horrore nimio concutitur cum mente voluit pœnas, quas ob
Hebr. 10. peccatum incurrit. Horrendum quippè eſt ait Paul. Hebræo. 10.
Greg. incidere in manus Dei viuentis. & Gregorius. 9. Moral. ait; Horrenda modo ſit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defectus ſine defectu, quia mors ſemper viuit, & finis ſemper incipit, & deficere defectus neſcit: mors perimit & non extinguit, dolor cruciat, ſed pauorem non fugit, flamma comburit, ſed tenebras non excutit. Hactenus Greg. Hic enim timor licet ſit ſeruilis, & initialis tamē ab eo gignitur timor filialis, ſicut cæra præcedit ſigillū & ſeta introducit filum, vt docet Auguſt. Cui etiā timor mortis adiūgitur, quo electi etiā cōcuſſi ab errore reducūtur. Nā hac ratione
Gregor. docet Greg. 12. Mor. Deū ordinaſſe ne nobis dies mortis innoteſceret, vt dū ſemper ignoratur ſemper proximus eſſe credatur,

& ideo

& ideo ſemper parati inueniamur. Nã pœnitentia poſt mortem impoſsibilis eſt: deſinit enim tunc homo eſſe viator, pœnitentia autem prope mortem valde difficilis eſt, nam dolor corporis qui tunc fortiſsime præmit, totas occupat vires mentis, & cum homo vnicum habeat cor, non habet tunc locum pro culpa dolendi, nec tunc intelligere poterit an amore, vel timore ductus doleat. Vnde Auguſt. in quoddam ſermone, quem refert Gratianus de Pœnit. diſtinct. 7. Iam nullus (ait) quem morbus vrget & pœna terret, ad veram vix venit ſatisfactionem, maximè cum filij quos illicite dilexerit ſint præſentes, vxor, mundus, ad ſe vocẽt, multos ſolet ſerotina pœnitentia decipere. Hactenus Auguſtinus. Præcipuè cum tunc ad temporalia hæredes anhælent, nec vllus de ſalute eius animæ curet, clientuli, vxor, & qui eum diligunt ab eo timorem mortis excludant, nec credentes illum mori, nec volentes vt ei innoteſcat, ne tali horrore peius habeat, imo & id ſuadent medicis, vt verbis ſuis languorem alleuiet, ab eoque procul mortis ſuſpicionem deterreant, atque ita miſer abſque pœnitentia decedit inciditque in manus Dei viuentis, ſicut Eccle. 2. dicitur; Si pœnitentiam non egerimus incidemus in manus Dei, & non in manus hominum. Electi ergo, vt oues errant qui talibus adiuti meditationibus gemunt ac ſuſpiria emittunt, quæ audiens verus paſtor eas ad ouile reuocat: at reprobi & ſi aliquando per veram pœnitentiam ad Deum reuertantur, tamen non multum temporis in ea durant & tandem finaliter nec clamant, nec reducuntur, aliquando enim pudor reuelandi alteri fœda facinora, quæ commiſerunt, eos à confeſsione deterret, & hic eſt primus armiger, quem diabolus contra eos mittit ne conuertantur. Vnde quidam ſanctus vidit diabolum inter pœnitentes incedere erubeſcẽtiamque illis ingerere ne confiterentur, quem cum ſanctus interrogaret, quid in illo loco ſibi negotij eſſet? reſpondit, ſe reſtituere velle illis quod abſtulit, quem irridens vir Dei ait ad eum; Tu ne vnquam pœnitentia ductus opus iuſtitiæ feciſti aliquando? quid nam reddis quod abſtuleris? reſpondit diabolus; Verecundiam eis reſtituo ne confiteantur, quam eis abſtuli cum ad peccatum inducerem. Lupus quidem ouem per guttur iugulat ac ſtrangulat; & vulpis gallinam ne voces emittant & defendantur: ſic diabolus peccatorum guttur pudore ſtringit ne voces confeſsionis emittant & liberentur. Vnde Auguſt. ſuper Pſal. Homo (ait) quid

Auguſt. Gratianus. Eccle. 2. Simile. Auguſt.

times confiteri? erubeſcis peccata tua? peccator ſum, ſicut & tu, homo ſum humanũ à me nihil alienũ puto, confitere homo homini, homo peccator homini peccatori. Elige quod vis, ſi confeſſus lateas non confeſſus damnaberis, ad hoc Deus exigit confeſsionem vt liberet humilem, ad hoc damnat non confitentem, vt puniat ſuperbum. Hæc Auguſtinus. Nam ideo dicitur. Iaco. 5.

Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata veſtra, acſi diceret. (A otro tu, a otro hombre, y peccador como tu.) Alium æquitem, vel militem aduerſus tales emittit diabolus, vt impediat confeſsionem, nempe torporem, vt procraſtinando confeſsionem, eam timendo contemnat cras, vel in Quadrageſima, vel in alio Iubilæo, & ſic nunquam fit. Atque cum iam his ternis ſuperiorem ſe cognoſcit diabolus iam ex tunc tyrannidem ſuper eum exercet, minimiſque rebus eos deterret à bono. D. Ambroſ. in Exam. de opere ſexti diei ait, quod elephas tam robuſtum, tantæque fortitudinis animal eſt, vt turrim armatis hominibus plenam ſuſtinere poſsit ſuper ſe; tantæque audaciæ, vt nec tormenta bellica nec militum teſtudinem paueat, at mirabiliter timet murem, taliterque ab eo deterretur, vt horrendos barritus emittens procul fugiat, ſic reprobi fortiſsimi, ac robuſtiſsimi ad lucrum, ad bellum, ad mundi opera, maria transfretantes, nimios ac penè intollerabiles labores ſuſtinentes; at ad minimum opus pœnitentiæ faciendum horrent, trement, pauent, nec vllo modo aggredi audent. De quibus Pſalmo. 13. Illic tripidauerunt, vbi non erat timor. Hi etiam ſunt veluti Pharaonis Magi, qui in tertio ſigno defecerunt, nec potuerunt educere ciniphes, ſanguinem, ranaſque fecerant at in re minima defecerunt, nec ciniphes facere potuerunt, ſic iſti qui magna aggrediuntur in minimo opere deficientes ſunt, cum tamen Lucæ. 3. Dominus dixerit; Facite fructus dignos pœnitentiæ, vt Magdalena fecit. De qua D. Gregor. Homil. 33. ait, Quot habuit in ſe Maria oblectamenta tot de ſe inuenit holocauſta, conuertit ad numerum virtutum, numerum criminum, vt totum ſeruiret Deo in pœnitentia, quidquid ex ſe Deum contempſerat in culpa. Vincentius ſpeculator ſcribit eſſe in mari maximum piſcem, qui centipes dicitur à multitudine pedum. Iſte piſcis cum piſcatoris hamum ſuis viſceribus iam inhæſiſſe ſentit, quadam naturali induſtria viſcera cum hamo euomit atque iterum reaſſumit viſcera atque

Ambroſ. Elephas. Simile. Pſal. 13. Exo. 8. Lucæ. 3. Gregor. Vincẽtius.

hoc

hoc modo mortem imminentem euadit. Hamus diaboli peccatum eſt, intra delectationem inuolutum, ſicut hamus eſca inuolutus latet, quo hamo cum in peccato conſentit capitur homo. Prouerbiorum. 9. Sicut piſces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo. Hamus iſte viſcera torquet, quando peccatum conſcientiam mordet, ergo hamum cum viſceribus, id eſt, peccatum cum circunſtantijs per confeſsionem euome coram Deo, ſecundum illud Pſal. 61. Effundite coram illo corda veſtra, vt poſtea ipſum cor per pœnitentiam ablutum ac renouatum reſumamus, & ſic præſens mortis periculum effugiamus priſtinamque recuperemus ſanitatem. Nam vt dicitur Roman. 10. Ore confeſsio fit ad ſalutem. & 2. Corinth. Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Ecce ergo diſcrimen inter electos ac reprobos: illi ſicut oues errant ac balantes & flentes ſe produnt, & ſic inueniuntur à paſtore, at reprobi obtumeſcunt ac tacent, nec ad caulas finaliter reducuntur. Clamet ergo electus ac dicat; Erraui ſicut ouis, quæ perijt quære ſeruum tuum Domine. Quis enim peccatorem errantem reuocare poterit niſi tu qui paſtor eius es? quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine, nonne tu, qui ſolus es? quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? ego Deus qui deleo iniquitates veſtras, ſolus ille peccata dimittere poteſt, contra quem commiſſa ſunt, ſed peccator contra Deum peccat, quippe qui legem eius tranſgreditur, ac præuaricatur. Vnde Dauid Pſal. 50. Tibi ſoli peccaui, dicebat ad Deum, & tamen Vriam interfecerat, vxoremque eius fœdauerat, & tamen peccatum in ſolum Deum fecerat, qui talia facinora per legem ſuam vetauerat, ſolus ergo Deus peccata dimittit contra quem fiunt, vel ille qui ab eo accepit poteſtatem, quales ſunt Eccleſiæ miniſtri, habẽtes curam animarum ac iuriſdictionẽ ſuper peccatores, qui vice ſummi ſacerdotis Chriſti funguntur, ac in nomine, ac virtute eius abſoluunt peccantes. Solus ergo Deus peccatores iuſtificat, ſecundum illud. Iob. 40. Si habes brachium ſicut Deus, & ſimili voce tonas, circunda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus & ſpecioſis induere veſtibus. Per brachium poteſtas ſignificatur, quæ in ſolo Deo eſt ad iuſtificandas animas, & ſimili voce tonas? Hoc eſt ſi tali præualent virtute verba tua, nam Deus ſolo ſermone

Prouer. 9. Pſal. 61. Rom. 10. 2. Cor. 7. Iob. 14. Matth. 9. Iſaiæ. 43. Pſal. 50. Iob. 40.

reſtaurat vniuerſa. Circunda tibi decorem, hoc eſt, pulchritudinem ac nitorem gratiæ, quem perdidiſti, circunda tibi ſi potes, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus. Hoc eſt, à peccato reſurge in quo miſerabiliter iacueras, & ſpecioſis induere veſtibus, nimirum
Lucæ. 15. reaſſume ſi potes ſtolam primam habituſque virtutum, quibus per peccatum exutus ac ſpoliatus fueras; Hoc ſi Deus es, poteſtatemque eius ac virtutem vocis eius habueris facere poteris alioquin minimè id tibi poſsibile erit, cum ſolius Dei potentiæ hoc opus ſit. Quia ergo errauerat homo per peccatum à veritateque deſciuerat, opus fuit vt ab ipſo Deo quereretur, nec enim ipſe homo ſe poterat in integrum reſtituere, nec ad locum in quo conditus fuerat remeare, ideo quippè dicitur erraſſe ſicut ouis quæ perijt, quoniam ouis perdita per ſe non poteſt ad caulas reuerti niſi à paſtore requiratur, ſic nec homo poſt peccatum ad charitatem Eccleſiæ redire poterit, niſi à vero paſtore Chriſto reuocetur.
Pſal. 77. Vnde Pſal. 77. dicitur; Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius (ecce error) Ipſe autem eſt miſericors, & propitius fiet peccatis eorum, & abundauit, vt auerteret iram ſuam: recordatus eſt, quia caro ſunt ſpiritus vadens, & non rediens. Ecce requiſitio paſtoris. Perdita ouis
Pſal. 43. lupis & vrſis ac leonibus patet: ſic peccator dæmonibus, Pſal. 43.
Pſal. 77. Dediſti nos tanquam oues eſcarum. & Pſal. 77. Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas valatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Errabunda ouis, nec vi nec fuga à lupo ſe eripere valet, ſic nec homo peccator diabolum effugere poteſt
Pſal. 141. ſine Deo. Pſal. Perijt fuga à me, & non eſt qui requirat animam
Amos. 2. meam. Amos. 2. Peribit fuga à veloce & fortis non obtinebit virtutem ſuam & robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & tenens arcum non ſtabit, & velox pedibus non ſaluabitur, & aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam, quibus omnibus in potentia peccatoris exprimitur ad euitanda pericula peccatorum per ſe. Require ergo tu æterne paſtor errantem ouem; Ideo
Figura. Gen. 27. Chriſtus Dominus pellibus Eſau indutus eſt, atque baculum
Rom. 8. Crucis tullit, & in ſimilitudinem carnis peccati apparuit, vt ſal-
Ioan. 10. uum faceret quod perierat, & diceret; Ego ſum paſtor bonus. Hanc enim aſſumpſi ſimilitudinē, hoc mihi officiū elegi, vt errantes oues ad magalia reducerem. Vnde Paul. 1. Tim. 1. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quoniam venit Ieſus peccatores
1. Tim. 1. ſaluos

ſaluos facere, quorū primus ego ſum. Hæc ſtemmata tua bone Ieſu, hæc circunſcriptio quam prætefers rubeo ac ſanguineo colore deſcripta, atque characteres ſunt vulnera tua, papyrus mundiſsima caro tua, pœnæ claui, tabula ſuper quam ſcribitur crux, vt fiducia hac concepta, atque timore ſublato poſſt te currant peccatores, dicatq; Lucas Euangeliſta tuus; Erant appropinquantes ad Ieſum Publicani & peccatores, quo auſu? qua fiducia? qua id facitis facultate? quoniam venit Ieſus peccatores ſaluos facere quorum primus ego ſum dicet quilibet peccator, murmurēt licet Phariſæi crudeles voceſq; aduerſus Chriſtum ac diſcipulos ſuos exaltent. Murmur excitatum eſt aduerſus Moyſem in populo illo propter vxorē eius Æthiopiſſam, hoc eſt quia duxerat nigram ex Æthiopia vxorem, eamque in delitijs habebat. Sic iſti Chriſtum Dominum detrectant eo quod peccatorum maculis tetros (de quibus Ierem. Thren. 4. dixerat; Denigrata eſt ſuper carbones ignis facies eorum) ſecum iungit, & ad ſe trahit, atque manducat & bibit cum illis. Idque idem eſt acſi contra ſolem iraſcaris, quod per rimulas tecti ac parietum, & feneſtræ, in triclinium tuum ingrediatur, atq; luce ſua perfundat. Hæc enim natura eius eſt, lucere, ſubtileſq; ac tenues radios ſuos vbicunq; locū inuenerit immittere: ſic in Chriſtū, qui Sol iuſtitiæ eſt, & lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, murmurabant Phariſæi dicentes; Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? quia viſitat peccatores, quæreris? medicus eſt, viſitare debet infirmos, nunquid malè de medico loqueris, quia domos infirmorum intrat? ego peccator ſum atque eger, fateor, agnoſco Phariſeę cęce, dimitte medicū, vt ad me ingrediatur, medicamina adhibeat, ſecet, vrat, amarè potet, tu ſi ſanus tibivideris, propelle à te, mihi de fine illū qui infirmus agnoſcor. Quare Dominus cap. illo. 15. Lucæ tribus ſimilitudinibus eorum malitiam confundit, oſtendēs, hoc eſſe Dei proprium munus peccatores quærere atque ſaluare. Nam ſi ſociatur eis; vt ſaluet, ſanet, ad melioremque frugem cōuertat facit. Prima parabola eſt illa de paſtore qui centum oues habebat, & aberrauit à caulis vna, relictiſque nonaginta nouem in deſerto, per ſaxa per valles perque faſtigioſa loca, ſibillis ac vocibus eam quæſiuit ac inuenit, inuentam ſuper humeros poſuit, atq; ad caulas reduxit geſtiens ac exultans, perque magalia pergens omnes vicinos paſtores inuitauit ad gaudiū, dicens; Congratulamini

Lucæ. 15.

Figura. Num. 12.

Thren. 4.

Simile.

Malach. 4. Ioan. 1.

Lucæ. 15.

Simile.

mihi, quia inueni ouem quàm perdideram. Secūda ſimilitudo eſt de muliere quæ habens decem dragmas, atque vna deperdita, lucerna accenſa, euertit domum donec inueniat, & poſtquam inuenit vicinas congregat, vt choros ducant, ac congaudeant ſecum quia inuenit dragmam quàm perdiderat. Tertia parabola eſt de filio illo Prodigo, qui totam conſumpſerat ſubſtantiam, atque ad patrem reuerſus, cum amore ac honore ſuſceptus eſt, chorumque adduxit ac ſimphoniam, & occidit illi vitulum ſagginatū. In quibus, tres, peccatorum claſſes deſignari intelligas, in prima ſunt illi qui ex paſsione aliqua aut occaſione repente oblata peccato conſentiunt, & hi per ouem ſignificantur quæ debile, animal eſt, ſic iſti ex fragilitate naturæ peccāt, quale fuit peccatum Dauid cum
2.Reg.11. Berſabeæ, & ideo modo dicit ſe erraſſe ſicut ouis quæ perierat, in ſecunda claſſe illi ponuntur, qui ignauia ac negligentia ſua Deum amittunt ſpiritualiumque gratiarum iacturam faciūt, quibus magna diligentia opus eſt, vt amiſſa reſtaurent, & hi adbumbrantur in muliere illa quæ ſocordia ſua perdiderat dragmā. At tertij ordinis illi erunt, qui ex certa malitia, atque conſilio à Deo recedunt, paternamque hæreditatem in peccatis perdunt, ſicut filius ille conſulto & ex certa malitia paternam ſubſtantiam petijt, atque in regionem longinquam luxurioſe cōſumpſit, quibus magna patris offenſi miſericordia opus eſt. At primus ſolet eſſe caſus iuſtorum,
Roma.5. de quo in præſenti carmine loquimur, licet etiam de toto genere humano intelligi poterit, qui in primo parente errauit, nam omnes
Pſalm.57. in Adam peccauerunt. Et Pſalm. 57. Errauerunt ab vtero, atque propter nos homines & propter noſtram ſalutem, filius Dei deſcendit de cælo pellibus carnis noſtræ indutus, relictis angelis quia ipſi non indigebant hac cura, ſicuti cum ægrotat ſeruus illi gallinam paras, cum filio non niſi groſsiores tribuas cibos, quo-
Simile. niā filius ſanus ac robuſtus eſt, nec illis eget quibus ſeruus qui de-
Hebr.2. bilis ac infirmus extat. Vnde Paul. Hebr. 2. Nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehēdit. Hanc ouem ſibillis prę dicationis per vicos Galileæ per montes, per tribulos per ſpinas, per clauos, tribus requiſiuit annis, & tandem inuenit in cruce, nec inuentā percuſsit baculo, ſed ſuper humeros ſuos eam poſuit cum crucem ſuper humeros portauit, atq; eos reclinauit ad illam, ſecū-
Iſaiæ.53. dū illud Iſaiæ. 53. Omnes nos quaſi oues erraui mus vnuſquiſque in viam ſuam declinauit, & poſuit ſuper eum iniquitates omnium

noſtrum,

noſtrum, vt ſic iam non ſolum lupum non timeat verū inhumeris Dei ſubleuata irrideat ac ſibillet, antea lupum auribus tenebat (Veya las orejas al lobo) nunc ipſum lupum deterret ac fugat. Vn de Iob. Pone me iuxta te & cuiuſvis manus pugnet cōtra me, iam nūc video quod Dauid Pſal. 36. dixerat; Vidi impium ſuper exaltatum & eleuatum ſuper Cedros Libani, cum ſuper humeros Dei illum equitantem videam. Sub pedibus tuis, ô bone Ieſu deberet eſſe peccator, vt tu calcares ac opprimeres, eū cum tibi pater promiſerit inimicos tuos ſub pedibus tuis daturum. Cur ergo inuerſo ordine ſuper humeros tuos peccator euectus eſt? Audite nūquam ne legiſtis in poetarū fabulis, quod gigātes illi ab initio deturbare Iouem à cælo ſatagebant montes ſuperponendo montibus, & tamē radijs igneis eos profligauit Iouis, & vnū ex illis qui Athlas dicebatur in pœnitentiā criminis impoſuit, vt cælū ſuper humeros ſuos ſuſtineret? Sic homo ſub cuius pedibus omnia ſubdiderat Deus ſuperbia elatus voluit eſſe ſicut Deus, ac ideo in pœnā criminis ordinē inuertit Deus ac fecit, vt mūdus qui antea ſub pedibus eius erat iam ſit ſuper humeros ac caput eius, poſuit ſuper eos orbē tot curè, ſtrepitus, miſeriæ diſtendunt ac diuexāt miſeros mortales, vt orbem videatur quiſq; ſuper ſe ferre. Chriſtus Dñs venit in mundū reparare damna per peccatum contracta, & ideo peccatorū curas ſuper ſe ſuſtulit illiſq; ſuppoſuit humeros, cum peccata noſtra ſuper ſe tulit, crucēq; ac pœnas ſuperpoſuit ſibi, vt ſe oneraret peccatoreſq; ſubleuaret & clamaret, dicēs; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, ego portabo iniquitates ac peccata veſtra, ad vbera portabimini & ſuper genua blādietur vobis. Iſaiæ. 66. Vt eiuſdē vaticiniū adimpleatur quo dixerat ca. 40. Sicut paſtor gregē ſuū paſcet, in brachio ſuo cōgregabit agnos & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit, hoc eſt dicere omniū ſuper ſe curas ſuſtulit, puſilli & magni; virorū & mulierū, qm puſillū & magnū ipſe fecit, & æqualis eſt illi cura de omnibus. Cūq; ad caulas reduxiſſet ouem magaliū paſtores ad gaudiū vocat dicēs Cōgregatulamini mihi &c. ſolus queſiuit oues, ſolus portauit crucē, nam Simon Ciryneus coactus adiuuauit eū, ſolus torcular calcauit, nec de gētibus erat vir ſecū, & tū ad gaudiū oēs inuitat. Hæc (ô viri Chriani) ſummi Dei bonitas, ac cōditio eſt, vt ſibi labores nobis autē bona eligat; Veluti Sāſon, qui ſolus luctauit cū leone ac interfecit, at fauū mellis parētibus, & alijs guſtādū dedit:

Iob. 17.
Pſalm. 36.
Pſal. 109.
1. Reg. 2.
Matth. 11.
Iſaiæ, 66.
Iſaiæ. 40.
Matth. 27.
Iſaiæ. 63.
Iudic. 14.
Figura.

Sic Chri-

Sic Chriſtus Dominus ſolus cū morte pugnauit, dulciſsimo autē
D. Dyſius. fructus, qui ex ea conſequuti ſunt, nobis etiam impartiri dignatus eſt. Pronior eſt enim ſemper ad miſerēdum. Dionyſius ad Demophilum ſcribit, quod erat quidam diſcipulus Diui Pauli nomine Carpus qui Cretæ eum hoſpitio receperat, hic tanta ſanctitate pollebat, vt nunquam ſacra faceret, quin priùs aliquam reuelationem acciperet, hic quendam peccatorem ad Deum cōuertit, quē alter auertit poſtea à via bona, tantaq; ira aduerſus ambos accenſus eſt vt quotidie deprecaretur Deum, vt eos perderet atq; damnaret, cumque hac bili ſuccenſus quadam nocte cubitum iret, atque media nocte ad dicendas matutinas ſurgeret, vt in more habebat, atque turbatus præ ira abſque attentione recitaret, Deum deprecans, vt ſubitā raperentur morte atque in tartaro detruderentur homines illi, ſubito vidit cælos apertos, ſummaq; luce circunfuſam terram atque aerem, atque Dominum Ieſum Chriſtum in throno ſedentem angelicis ſpiritibus conſtipatum, cumque oculos inclinaret ſubter, os infernorum apertum vidit, & ſumma profunditate hiatum patentem ad cuius os duos illos viros intuitus eſt ſummo timore correptos, quos ſerpentes cingebant ac nitebantur illos in abyſſum illum iactare, alios etiam homines vidit, qui eos impellebant in foueam, quod ſummo gaudio intuebatur Carpus, imò & ipſe laborabat manibus ſuis eos etiam in barathrū precipitare, in tantumque animum ad hoc impullerat, vt oblitus claritatis quam viderat, oculos ad eam nec conuerteret, at cum ſemel eleuaret oculos vidit Dominum Ieſum, compaſsione motum erga illos atque à throno deſcendere, vt illos à tanto periculo eriperet, adiuuantibuſque angelis ille ſuis manibus ab inferni faucibus liberauit eos, conuerſuſque ad Carpum, qui adhuc extentam manū aduerſum illos viros habebat dixit illi, me percute Carpe, me propelle, in me iraſcere, paratus ſum iterum hæc perferre, ſi ad ſalutem hominum neceſſarium ſit, & hoc mihi gaudium erit dum modo perire homines non patiar. Vide quæ pietatis erga nos viſcera pandat, erat vita noſtra inferno appropinquans, atque dæ-
Lucæ. 2. mones in eum nos propellere laborabant, & tunc aperti, atque diſrupti ſunt cæli, & deſcendit filius Dei, & fecit potentiam in brachio ſuo extento ad ſaluandum nos, ſeque percuti atque occidi paſſus eſt vt hominem perditum recuperaret ad gloriam. Hæc Diuus Dionyſius ſcribit Demophilo, qui in ſacerdotem quēdā peccatorem,

catorem, qui ab eo pœnitẽtiam poſcebat, pilum iactauerat. Dicat ergo ſumma cũ fiducia iuſtus poſt caſum ſuum; Erraui Domine ſicut ouis quæ perijt quære ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus. Non enim ex toto perit, qui ſuum agnoſcit errorem, quere ergo ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus, vbi Ambr. ait; Veni Domine Ieſu quære ſeruum tuum, quære laſſam ouem tuam, veni paſtor quære ſicut ouem Ioſeph. Errauit ouis tua dum tu moraris in montibus, dimitte nonaginta nouem oues tuas, & veni vnam ouem quærere quæ errauit. Veni ſine canibus, veni ſine malis operarijs, veni ſine mercenario, qui per ianuam introire non nouit, veni ſine adiutore ſine nuntio, iam dudum te expecto venturum; Scio enim te venturum, quia mandata tua nõ ſum oblitus, veni non cum virga, ſed cum charitate ſpirituſq; manſuetudine, noli dubitare relinquere in montibus nonaginta nouem oues tuas, quia in montibus conſtitutas lupi rapaces incurſare non poſſunt. In paradiſo ſemel nocuit ſerpens amiſit ibi eſcam poſtquàm Adam inde depulſus eſt, illic iam nocere non poterit, ad me veni quẽ luporum grauis impugnat incurſus, ad me veni quem electum de paradiſo ſerpentis diu vlceris venena pertentant, qui erraui è gregibus tuis illis ſuperioribus, nam & me ibidem collocaueras, ſed ab ouilibus tuis lupus nocturnus me auertit, quære me quia te requiro, ſuſcipe me, porta me, potes inuenire quem tu requiris, dignare ſuſcipere quem inueneris, imponere humeris quem ſuſceperis, non eſt pium onus faſtidio tibi, non tibi oneri eſt vectura iuſtitiæ. Veni ergo Domine, quia & ſi erraui mãdata tua non ſum oblitus, ſpem medicinæ reſeruo, veni Domine, quia erraticam ſolus es reuocare qui poſsis, & quos reliqueris non iuſtificabis, & ipſi enim peccatoris redditu congratulabuntur: veni vt facias ſalutem in terris, in cælo gaudium, veni ergo, & quære ouem tuam, iam non per ſeruulos, non per mercenarios, ſed per te metipſum. Suſcipe in carne quæ in Adam lapſa eſt, ſuſcipe non ex Sara, ſed ex Maria, vt incorrupta ſit mater & virgo, porta me in cruce quæ errantibus ſalutaris eſt, in qua ſola eſt requies fatigatis, in qua ſola viuunt quicunque moriuntur, erraui ſicut ouis quę perierat require ſeruum tuum Domine. ¶ Et ego id etiam in calce operis dicere poſſum, potui enim in dictis erraſſe, tamen vt ouis non vt lupus, ex ignorantia aut inaduertentia quæ homini contingere ſolent, non conſulto aut ex certa malitia, quoniam Dei miſeri-

Ambroſ.


miſericordia ouis ſum in Eccleſiæ ouili, ſub eius orthodoxa fide viuēs, qua propter omnia ſanctiſsimæ eius correctioni ſubmitto, lectorēq; obſecro, vt inſcitiæ meæ parcat, boniq; conſulat hunc laborem me in Sacro ſanctæ matris Eccleſiæ obſequium inſumpſiſſe, vt & minutum vnum cum vidua illa Euangelij in eius theſauros offeram, alij lucidiora, maiora, pretioſioraq; dona offerre poſſunt, ego ex paupertate mea ingenijque paruitate, quæ potui obtuli Chriſtianis Chriſtianus, religioſis religioſus, obſequi atque ſeruire cupiens, eo pectore quo offero ſuſcipiatur. Spero enim me fideli corde Dei miſericordia has lucubratiunculas dictaſſe, atque cum in cultum Chriſti me dicatū fatear, omnia in ipſius gloriam vt cedāt exopto. Nec enim me ipſum in hoc opuſculo prædicare ſtudeo, ſed Chriſtum Dominum, ac redemptorem meum Ieſum, atque, vt verbis Diui Hieronymi extremam addam lineam huic operi errabū dam me ouem fateor, reportari paſtoris humeris deprecor, vt nunc angelis de mea inuentione gaudia tribuantur, Dominus autem non eſt miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael, quem ſupplices deprecamur, vt iudiciorum eius factores, mandatorum cuſtodes, teſtimoniorumque ſcrutatores effecti, reperta perdita oue induſtria benigni paſtoris, reſtituta Eccleſiaſtico ouili, ſacris eius humeris reportata, Sanctorum angelorum mereamur conſortijs gloriari, ipſi gloria cum æterno Patre & Spiritu ſancto in cuncta ſecula ſeculorum.

Amen.

Lucæ. 21.

Hieron.

FINIS.





INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, quæ in hoc opere continentur.

Teſtimonia quæ ex profeſſo explicantur: hac nota ✶ cognoſces.

EX GENESI.

CApite. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. 613.

Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. 390.

Factumque eſt veſpere, & mane dies vnus. 251.✶

2. In quęcunque die comederis ex eo, morte morieris. 342.

4. Sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. 185.

Quicunq; occiderit Cain, ſeptuplum punietur. 239.

6. Noe vir iuſtus in generationibus ſuis, ambulauit cum Deo. 646.

21. Perrexitq; Abraham vadens, & vltra progrediens ad meridiem. 24.

25. Suſpice cœlum, & numera ſtellas ſi potes, &c. 225.✶

27. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni. 195.

31. Teſtimonium erit nobis locus iſte. 14.

32. Vidi Dominum facie ad faciem. 263.

47. Dies peregrinationis vitæ meę centum triginta annorum ſunt, parui & mali. 93.

49. Catulus leonis Iuda ad prædam fili mi aſcendiſti. 649.

Salutare tuũ expectabo Domine. 194.

Ex Exodo.

Cap. 13. Vt lex Domini ſemper ſit in ore veſtro. 7.

33. Poſteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. 287.✶

Ex Numeris.

Cap. 5. Beſtia quę tetigerit mõtem lapidabitur. 29.

15. Anima quæ per ſuperbiã aliquid commiſſerit, peribit de populo ſuo. 231.

Ex Deuteronomio.

Cap. 15. Si venditus fuerit frater tuus Hebræus, ſex annis ſeruiet tibi. 91.

27. Maledictus homo qui nō permāserit in vniuersis sermonibus legis huius. 46.
33. In dextera eius ignea lex. 15.

Ex Iosue.

Cap. 8. Leua clypeū qui in manu tua est cōtra vrbē Hai. 220.

Ex lib. Iudicum.

Cap. 14. De comedenti exiuit cibus & de forti egressa est dulcedo. 652.

Ex Ruth.

Cap. 3. Extende pallium tuum super me quia propinquus es, &c. 586.

Ex 1. Regum.

Cap. 5. Et percussi sunt in secretiori parte natium. 116.
6. Non declinabant ad dexteram neque ad sinistram. 42.
16. Elegit quinque limpidissimos lapides, &c. 74.

Ex 2. Regum.

Cap. 7. Propterea inuenit seruus tuus cor suū, vt oraret te. 75.
14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur. 342.

Ex 3. Regum.

Cap. 4. Dedit quoque Deus sapientiā Salomoni, &c. sicut arena quę est in littore maris. 207.
16. Demettam posteriora vestra. 21.
19. Surge comede, grādis ēm tibi restat via. 5.

Ex 4. Regum.

Cap. 2. Ascende calue, ascende calue. 131.
5. Sic & sic loquuta est puella de terra Israel. 202.*

Ex 2. Paralipomenon.

Cap. 2. Domū quam edificare cupio magna est. 151.
24. Occiderunt eum in lectulo suo. 653.

Ex 3. Esdræ.

Cap. 4. Videbam tamen Apemen concubinam Regis sedentem iuxta regem & auferētem diadema de capite eius. 186.*

Ex 4. Esdræ.

Cap. 4. Vade pondera mihi ignis pondus aut mensura mihi flatum venti. 461.

Ex Tobia.

Cap. 13. Ex lapide candido, & mundo omnes plateę eius sternentur & per vicos eius Alleluia cantabitur. 205.

Ex Iob.

Cap. 1. Nisi in faciē benedixerit tibi. 262. 256.
5. Visitans speciem tuam nō peccabis. 245.
6. Vtinam appēderentur peccata

cata mea quibus irã merui, &c. 334.

Sagittæ Domini in me ſunt quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. 336.

7. Sicut ceruus deſiderat vmbrã, & ſicut mercenarius præſtolatur finem operis ſui. 229.

9. Cuius meſſem famelicus comedet. 80.

Tranſierunt quaſi naues portantes poma. 107.

10. Etſi celes in corde tuo ſcio quod vniuerſorum memineris. 603.

12. Abũdãt tabernacula prædonum. 94.*

13. Animam meam porto in manibus meis. 453.*

15. Operuit craſsitudo vultũ eius. 344.

18. Abſcõdita eſt in terra pedica eius, & decipula eius ſuper ſemitam. 456.

19. Scitote quoniã nõ æquo iudicio mecũ contẽderit Deus. 301.*

20. Gaudium hypocritæ inſtar puncti. 151.

21. Interroga quemlibet de viatoribus. 8.

23. Proponat æquitatẽ contra me, & perueniet ad victoriã iudicium meum. 189.

Quis mihi det vt agnoſcã, & inueniam illum & veniamuſq; ad ſolium eius. 657.

27. Glebæ illius aurum. 5.

28. Non adæquabitur ei topazius de Æthiopia. 506.

34. Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. 71.

Neque vltra in hominis poteſtate eſt vt veniat ad iudiciũ. 597.

35. Qui dat carmina in nocte. 3.252.

40. Nerui teſticulorum eius perplexi. 19.

Abſorbebit fluuium & habebit fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius. 412.

Sub vmbra dormit in ſecreto calami, &c. ibid.*

Si habes brachiũ ſicut Deus, & ſimili voce tonas, circunda tibi decorem, &c. 679.*

42. Suſcepit Dominus faciem Iob. 473.

Ex Pſalmis.

Pſal. 1. In cathedra peſtilentiæ non ſedit. 230.

2. Reges eos in virga ferrea. 15.

4. In tribulatione dilataſti mihi. 152.

Signatum eſt ſuper nos lumẽ vultus tui Domine. 100.

5. Verba mea auribus percipe Domine intellige clamorẽ meum. 134.

7. Conſumetur nequitia peccatorum. 417.

16. Adipẽ ſuũ cõcluſerũt. 310.

Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. 216.

Cuſtodi nos Domine, vt pupilam oculi. 129.

18. Lex Domini immaculata &c. Iuſtitiæ Domini rectæ. 18. 19. 42.

20. Æquitatem vidit vultus eius. 262.

22. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. 337. 419.

29. Ad veſperum demorabitur fletus. 541.

30. Super oēs inimicos meos factus ſum opprobium inimicis meis valde. 71. *

31. Dixi cōfitebor aduerſum me iuſtitiam meam Domino, &c. 599.

34. Ego autem cum mihi molesti eſſent, induebar cilicio. 121.

36. Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam. 132.

38. In imagine pertranſit homo. 154.

In meditatione mea exardeſcet ignis. 213.

Et nūc quæ eſt ſubſtātia mea, nonne Dominus? 224.

Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. 104.

41. In die mādauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius. 252.

In die mādauit Dominus miſericordiam ſuam, &c. 277.

44. Omnis gloria eius abintus in fimbrijs aureis. 47. *

Eructauit cor meum verbum bonum. 80.

48. Mors depaſcet eos. 240.

50. Aſperges me Dñe hyſſopo & mundabor. 23. *

Miſerere mei Deus ſecūdùm magnam miſericordiam tuam. 603.

54. Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. 214.

61. Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere. 531.

62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, &c. 79. 40. *

72. Deieciſti eos dum alleuarentur. 233. 388.

Mihi autem adhærere Deo bonum eſt. 146. *

Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum. 308.

76. Memor fui Dei & delectatus ſum, &c. 32. 85.

77. Percuſſit eos in poſteriora opprobrium ſempiternum dedit illis. 116. *

Tradidit in captiuitatem virtutes eorum, &c. 611.

80. Inimici Domini mentiti ſunt ei. 238.

89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, &c. 374. *

90. Cadent à latere tuo mille, &c. 529.

93. Si dicebam motus eſt pes meus,&c. 581.

110. Virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo. 611.

Qui propitiatur omnibus infirmitatibus tuis. 617.

102. Miſericors Dominus,& iuſtus, & Deus noſter miſeretur. 286.*

108. Induātur ſicut diploide confuſione ſua. 247.

Expugnauerūt me gratis, ego autem orabam. 121.

110. Peccator videbit & irascetur. 238.

120. Initium ſapientiæ timor Domini. 180.

121. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi. &c. Stātes erāt pedes noſtri. 121.

136. Exinanite, exinanite vſque ad fundamentū in ea. 202.

138. Nox ſicut dies illuminabitur &c. 252.

Ex Prouerbijs.

Cap. 1. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. 659.

2. Si quæſieris eam quaſi pecuniam,&c. 504.*

3. Viæ eius viæ pulchræ,& omnes ſemitæ illius pacificæ. 44.

Fili mi ne obliuiſcaris legis meæ,&c. 400.

4. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. 48.

Iuſtorū ſemita quaſi lux ſplēdens,&c. 384. 24.

5. Iniquitates ſuæ capiūt impium & funibus,&c. 275.*

6. Pretiū ſcorti vix eſt vnius panis,&c. 174.*

8. Ludens coram eo ludens in orbem terrarum. 320.

9. Vocauit ancillas ſuas ad arcem. 77.

Aquæ furtiuæ dulciores ſunt. 94.

Sicut piſces capiuntur hamo ſic capiūtur homines &c. 679.

10. Vniuerſa delicta operit charitas. 413.

16. Pondus & ſtatera iudicia Domini ſunt, &c. Lapides ſacculi. 335.

Domini eſt dirigere greſſus. 534.

14. Vita carnium ſanitas cordis, putredo oſsiū inuidia. 618.

21. Sicut diuiſiones aquarum ita cor regis in manu Domini. 166.*

22. Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui. 157.

24. Septies in die cadet iuſtus & reſurget. 630.

27. Si contuderis ſtultum in pila quaſi ptiſanas. &c. 302.

30. Tria ſunt difficillima mihi, & quartum pœnitus ignoro,&c. 64.*

Verba congregantis filij vomentis. 80.

Ex Eccleſiaſte.

Capite. 1. Vanitas vanitatum, &c. 173.

3. Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem. 237.

4. Funiculus triplex difficilè rumpitur. 273.

9. Ciuitas parua, & pauci viri in ea venit contra eam rex magnus. &c. Inuentus eſt in ea vir pauper, &c. 568.

Omni tẽpore veſtimenta tua ſint candida. 369.

10. Muſcæ morientes perdũt ſuauitatem vnguenti. 469.

Pecuniæ obediũt omnia. 84.

Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra illius. 462.

12. Memento creatoris tui in tempore iuuentutis tuæ, &c. 574.*

Ex Canticis.

Capite. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. 660.

Ecce tu pulcher dilecte mi. Ecce tu pulchra es amica mea. 7.

Faſciculus Myrrhæ. 75.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. 464. 518.*

Quia amore langueo. 38.

Nigra ſum ſed formoſa. 33.

Nardus mea dedit odorem ſuũ. 595.

2. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. 56.

Leua eius ſub capite meo, &c. 106. 454.

Sub vmbra illius quem deſideraueram ſedi. 228. 437.

Fulcite me floribꝰ ſtipate me malis. 363.*

Ordinauit in me charitatem. 628.

3. Ex aromatibus Myrrhæ, & thuris. 32.

4. Sicut vitta coccinea labia tua. 249.

Mel, & lac ſub lingua tua. 377.*

5. Manus illius tornatiles, aureæ plenæ hyacintis. 215.*

Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. 353.

6. Ferculum fecit Rex Salomon, &c. 419.

Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. 636.

7. Quis mihi det te fratrem meum ſuggẽtem vbera matris meæ, &c. 118.

Oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebon, quæ ſunt in portæ filiæ multitudinis. 264.*

Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. 265.

Quã pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis filia principis. 535.*

8. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit de deſerto delitijs affluens, &c. 22.

Lampades eius lampades ignis. 51.

Pone

Pone me vt ſignaculũ ſupra cor tuum. 388.

Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ. 647.

Ex libro Sapientiæ.

1. Sentite de Domino in bonitate. 304.

2. Dixerunt impij apud ſe nõ recte cogitantes, &c. 273.

Grauis eſt nobis etiam ad videndum. 330.*

Venite fruamur bonis, quæ ſunt. 231.

4. Ætas ſenectutis vita immaculata. 205.

5. Induet pro thorace iuſtitiã, &c. 241.

7. Venerũt mihi omnia bona pariter cum illa. 84.

9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. 127.

10. Et dedit illi ſcientiam ſanctorum. 78.

Iuſti tullerunt ſpolia impiorum. 625.

12. Virtus tua iuſtitiæ initiũ eſt, &c. 550.*

Ipſum quoque qui nõ debet puniri condemnas. 551.

Ex Eccleſiaſtico.

6. Amico fideli nulla eſt comparatio, &c. 654.

7. Melior eſt finis orationis, quàm principium. 673.

9. Ne des mulieri poteſtatem animæ tuæ, &c. 608.

10. Initium omnis peccati eſt ſuperbia. 231.*

11. Da partes ſeptem nec non & octo, &c. 629.

Breuis in volatilibus eſt apis. 435.

14. Beatus vir qui in ſapientia morabitur, &c. & qui reſpicit per feneſtras illius. 520.

Beatus vir qui in ſapiẽtia morabitur, & in ſenſu cogitabit circunſpectionem Dei. 615.

20. Si ſpiritus poteſtatem habentis ſuper te aſcẽderit locum tuum ne dimiſſeris, &c. 121.

Homo acharis quaſi fabula vana. 375.

19. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. 479.

21. Quaſi à facie colubri fuge peccatum. 234.

28. Sæpi aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire. 665.*

29. Gratiam fidei iuſſoris tui ne obliuiſcaris, &c. 53.

30. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri. 234.

32. Adoleſcens ſi interrogatus fueris habeat caput reſponſum tum. 612.*

36. Vt Prophetæ tui fideles inueniantur. 263.

Ex Iſaia.

1. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam. 519.

Decoquam ad purum ſcoriam tuam,&c.480.

Quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere.87.

Lauamini,mundi ſtote,&c.Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealuabuntur. 543.

5.Nubibus meis mãdabo ne pluant ſuper eos.75.

Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.273.

9. Lætabuntur coram te ſicut qui lætãtur in mæſſe,&c. 626.

16. Emitte agnum Domine dominatorem terræ.675.

10.Væ qui condunt leges iniquas,&c.16.

24.Erit ſicut populus ſic ſacerdos.27.

25. Præcipitauit mortem in ſempiternum.341.

30. Erunt oculi tui videntes Doctorem tuum.192.*

31.Cuius ignis eſt in Sion, & caminus ignis in Ieruſalem.28. 354.

38.Iudicio adulterarum contendam tecum.94.

40. Mutabunt fortitudinem aſſument pennas vt aquilę,&c. 149.*

Loquimini ad cor Ieruſalem. 435.

43.Cum ambulaueris ſuper ignem non cõbureris,&c.137.

46.Ego feci,ego feram.69.

50.Quis eſt iſte liber repudij quem ego dedi matri tuæ.142.

54.Lauda ſterilis, quæ non paris,&c.226.

Ecce ego creaui fabrum inſufflantem in igne prunas, &c. 584.

57.Creaui fructum labiorum pacem.449.

53.Et aſcendet ſicut virgultũ coram eo.561.*

58.Sternam per ordinem lapides tuos.135.

57.Dabo eis pacem ſuper pacem,ſecundum ſeptuaginta interpretes.635.

60.Qui ſunt hi, qui vt nubes volant,&c.150.

64.Aquæ arderẽt igni vt notum fieret nomen tuum, &c. 67.

A facie tua montes defluerẽt. 594.

63.In brachio ſuo congregabit agnos.683.

Ex Ieremia.

Cap.2.Quàm vilis facta eſt nimis iterans vias tuas. 147.

Duo mala fecit populus meus &c.461.

Quid tibi vis in vijs Ægypti, vt bibas aquã turbidam? 518.

Onager aſſuetus in ſolitudine,&c. Attraxit ventum amoris ſui.525.

Quid vis vt iudicio contendã tecum.598.

5. Æqui amatores & emiſſarij facti ſunt in fœminas. 175.

8. Nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? 195.

9. Quis dabit capiti meo aquam? 542.

10. Scio Domine quia non eſt hominis via eius. 534.

11. Oliuam vberem, ſpecioſam & fructiferam &c. 54.

12. Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. 533.

17. Maledictus vir qui confidit in homine &c. 50.

32. Dedi eis argentum & aurum & ipſi fabricati ſunt Baal. 327.

35. Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab. 40.

46. Fortis impegit in fortem, & ambo corruerunt. 650.

Ex Threnis.

1. Expandit Sion manus ſuas, &c. 510.

2. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem. 541.

3. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua &c. 63.*

Oculus meus deprædatus eſt animam meam. 94.*

Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus. 141.*

4. Filij Sion inclyti amicti auro primo. 147.

Candidiores Nazarei eius niue, &c. 352.

Ex Baruc.

Cap. 3. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, &c. 662.*

Ex Ezechiele.

Cap. 1. Animalia quę vidit Ezechiel habentia pennas & manus hominum ſub pennis eorum. 30.

3. Et tu fili hominis ecce data ſunt ſuper te vincula. &c. 75.

9. Signa Tau ſuper frontes virorum gementium &c. 7.

12. Ecce ego eijciam gladium meum de vagina ſua. 242.

18. Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, iuſtitiæ eius in obliuione erunt. 626.

20. Dedi eis præcepta quæ faciens homo viuet in eis. 156.

31. Aſſur pulcher in ramis & nemoroſus frondibus &c. 192.

Ex Daniele.

Cap. 4. Videbam & ecce arborem in medio terræ & altitudo eius nimia. 201.

9. Nõ in iuſtificationibus noſtris proſternimus præces ante faciem tuam &c. 581.

Ex Oſea.

Capit. 2. Et hæc neſcierũt quia ego dedi eis frumẽtum & vinũ & oleum &c. 345.*

4. Quia tu ſcientiam repuliſti repellam te ne ſacerdõtio fungaris mihi. 70.

Peccata populi mei comedẽt ſacerdotes. 77.

Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt. 352.*

10. Ephraim vitula docta diligere triturã. 214.

14. Reddemus vitulos labiorum noſtrorum. 449.

Ex Ioel.

Capit. 2. Reddam vobis annos quos comedit locuſta, &c. 626.*

Gens aſcendit ſuper terram meam fortis & innumerabilis. 642.*

Ex Amos.

Cap. 5. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis & occurrat ei virſus, &c. 432.*

9. Percute cardinem & commouebuntur ſuperliminaria. 202.

Ex Michæa.

Capit. 6. Humiliatio tua in medio tui. 593.

Ab ea quę dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. 608.

Ex Nahum.

Cap. 3. Omnis qui viderit te refiliet à te. 27.

Ex Abacuc.

Capit. 3. Cornua in manibus eius, &c. 651.

Ex Sophonia.

Capit. 1. Quærite Dominum ſi quo modo inuenietis eũ. 405.

Ex Zacharia.

Cap. 1. Extendetur ſuper Hieruſalem perpendiculum. 42.*

9. Ecce rex tuus venit tibi. 151.

Ex Malachia.

Cap. 1. Maledictus doloſus &c. Et qui immolat debilem Domino. 574.

2. Lex veritatis fuit in ore eius. 7.

3. Sedebit conflans & emundans argentum. 519.

4. Non derelinquet eis radicẽ neque germen. 203.

Ex Matthæo.

Cap. 5. Eſto conſentiens aduerſario tuo, &c. 346.*

6. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. 296.

7. Nolite ſanctum dare canibus. 75.

11. Tollite iugum meum ſuper vos. 38.

13. Simile eſt regnum cælorũ theſauro, &c. 73.

19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. 62.

Sunt qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. 172.

21. Oſanna filio Dauid. 194.

22. Diliges dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, &c. 326.

24. Ve prægnãtibus &c. 173

25. Ite maledicti in ignẽ æternum. 88.

27. Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? 55.*

Ex Marco.

Capit. 1. Expulit illum ſpiritus in deſertum. 150.

2. Nemo ponit vinum nouũ in vtres veteres. 371.

9. Credo Domine adiuua incredulitatem meam. 149.

Ex Luca.

Cap. 2. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine. &c. 130.

8. Aliud cecidit ſecus viam & conculcatum eſt, &c. 73.

Qui habet aures audiendi audiat, &c. 463.

10. Ieiuno bis in Sabbato &c. 48.

15. Aut quæ mulier habens dragmas decem. &c. 26. 681.*

20. Zacheus aſcendit ſuper arborem ſicomorum. 129.

21. Reſpicite & leuate capita veſtra, &c. 106.

Ex Ioanne.

Cap. 1. Quod factum eſt in ipſo vita erat. 668.

Vox clamantis in deſerto dirigite viam Domino. 42.

Quem ſcripſit Moyſes & prophetę &c. Itẽ veni & vide. 565.

3. Oportet vos naſci denuo. 216.

4. Vade voca virum tuũ. 269.

Tu forſitã petiſſes ab eo & daret tibi aquam viuam. 405.

6. Colligite quæ ſuperauerũt fragmenta ne pereant. 79.

Præcepit turbæ vt diſcumberet ſuper fœnum. 129.

8. Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum. &c. 226.

Inclinans ſe digito ſcribebat in terra. 543

Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. 121.

15. Ego ſum vitis vera & vos palmites. 71.

16. Mulier cum parit triſtitiã habet, &c. 565.

19. Conſummatũ eſt. 415.*

Ex Actis Apoſtolicis.

Capit. 1. Cœpit Ieſus facere & docere.

docere. 29.
9. Et ceciderunt ab oculis eius tanquam squamę. 102.
4. Fide purificans corda eorum. 51.

Ex Epiſt. ad Romanos.

Cap. 1. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur. 397.
2. Et qui in lege peccauerunt per legem iudicabuntur. 15.
3. Naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. 214.
4. Credidit Abraham Deo & reputatū eſt illi ad iuſtitiā. 77. Signum accepit circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei. 407.
5. Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, &c. 204.
6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. 187.
7. Infelix ergo homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? 635.
8. Hoc ſcientes quoniam vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, &c. 176. Vanitati creatura ſubiecta eſt. &c. 177. 242.
Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. 296.
Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam &c. 332.*
9. Verbum conſumans & abbreuians in æquitatem. 18.*
Optabam ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. 244.
10. Finis legis Chriſtus eſt. 7.
11. Tu autem cum oleaſter eſſes, inſertus es in bonam oliuā. 334.
12. Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentem, &c. 296.
Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. 185. 350.
16. Dominus conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter. 372.

Ex epiſt. ad Corinth. 1.

Cap. 1. Ipſis autem vocatis Iudæis atque Græcis, &c. 183.
Factus eſt pro nobis iuſtitia, ſanctificatio & redēptio. 173.
3. Omnia veſtra ſunt, &c. 84.
4. Super omnia charitatē habete. 38.
6. Eſca ventri & venter eſcis. &c. 172.
9. Sic currite, vt comprehendatis. 149.
10. Maior autem horum eſt charitas. 9.
13. Charitas patiens eſt, benigna eſt. &c. 8.
Charitas nunquam excidit. 205.

Ex epiſt. ad Corinth. 2.

Capit. 1. Fide ſtatis. 50.

4. Non ambulantes in ãſtutia, nec adulterantes verbum Dei. 26.*

Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem ſplẽdeſcere,&c. 539.

5. Eum qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit. 77.

2. Non poterant intendere filij Iſrael in faciem Moyſi. 101.

11. Cum infirmor tunc fortior ſum. 120.

Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua,&c. 125.

12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. 185.

Ex epiſt. ad Galatas.

Cap. 2. Viuo ego iam non ego. &c. 99.

3. Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto. 164.

Cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato. 517.

5. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs,&c. 177.

Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. 608.*

Ex epiſt. ad Epheſios.

Capit. 1. Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti pater gloriæ det vobis Spiritum ſapientiæ. &c. 101.

2. Eratis illo in tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael. 105.

3. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti. 74.

4. Ex quo totum corpus compactũ & connexũ,&c. 282.*

5. Viri diligite vxores veſtras ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiã. &c. 22.

Omnis fornicator aut immũdus aut auarus. &c. 167.*

Ex epiſt. ad Philippenſes.

Cap. 1. Coarctor nimis è duobus deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto. 43.

3. Ea autem quæ retro ſunt obliuiſcens: ad ea quæ priora ſunt extendens me ipſum. &c. 208.*

Ex epiſt. ad Coloſſenſes.

Capit. 1. Siue quæ in cælis ſiue quæ in terris ſunt. 651.

3. Quæ ſurſum ſunt quærite vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens. 177.

Ex epiſt. ad Theſſalonicenſes prima.

Cap. 2. Cum accepiſetis verbũ auditus Dei: accepiſtis illud nõ ſicut verbum hominis. 80.

4. Vt

4. Vt ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſsidere in ſanctificatione. 186.

Ex epiſt. ad Timotheum prima.

Cap. 5. Teſtificor coram Deo qui viuificat omnia, &c. 15.

6. Radix omnium malorum cupiditas. 171.

Ex epiſt. ad Titum.

Capit. 2. Expectantes beatam ſpem. &c. 198.

Ex epiſt. ad Hebræos.

Cap. 3. Donec hodie nominatur inter vos. 373.

5. De quo nobis grandis ſermo, &c. vſque ad audiendum. 6.

6. Quam ſicut anchoram habemus animæ noſtræ &c. 197. & 297.

11. Aſpicientes in authorem fidei & conſummatorem Ieſum. 7.

Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, &c. 104.

Fidei eſt ſperandarum ſubſtãtia rerum. 200.

12. Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis &c. 86.

13. Non habemus hîc manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. 93.

Ex epiſt. Iacobi.

Capit. 1. Peccatum cum conſummatum fuerit generat mortem. 98.

2. Quicunque enim totam legem ſeruauerit offenderit autem in vno, &c. 46.

Eſtote factores verbi & non auditores tantùm &c. 49.

4. Deus ſuperbis reſiſtit, &c. 232.

Ex epiſt. 2. Petri.

Cap. 2. Obſecro vos fratres tanquam aduenas & peregrinos abſtinere à carnalibus deſiderijs. 94.

Regenerauit nos in ſpem viuam, &c. 224.

Ex epiſt. 2. Petri.

Capit. 3. Latet enim eos hoc volentes quòd cæli erant prius & terra de aqua & per aquam cõſiſtens Dei verbo. 395.

Ex epiſt. 1. Ioannis.

Capit. 2. Omne quod eſt in mundo concupiſcentia carnis eſt. &c. 167.

Ex epiſtola Iudæ.

Capit. 1. Nubes ſine aqua quæ à ven-

à vento circunferuntur. 193.

Ex Apocalypſi.

Capit. 3. Tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam. 71.

Vtinam frigidus aut calidus eſſes, ſed quia tepidus es incipiam te euomere. 88. 138.*

6. Vidi ſub altare Dei animas interfectorum. 358.

10. Accipe librum & deuora illum. 437.

FINIS.



INDEX PRAECIPVARVM HVIVS operis Sententiarum.

In quo numerus deſignat Paginam.

A.

ABrahæ facta fuit ſecunda repromiſsio futuri ſeminis. 225

Actiones humanæ intelligũtur in Scriptura ſacra per vias. 41

Actiones humanæ poſt primũ peccatum tortuoſę ſunt imitantur enim ſerpentis ſemitam. 42

Actiones humanæ regulandæ ſunt per normam diuinorũ præceptorum. 42

Actiones humanæ per charitatem veluti per perpẽdiculũ menſurandæ ſunt. 43

Actiones ſuas homines mũdani amore proprio dirigunt. 44.

Adoleſcẽtes vt plurimũ agunt partes corporis,& quare. 62

Adoleſcentes maioris audaciæ, & ſpei ſunt. ibidem.

Adoleſcentum naturæ ferocitas frænanda eſt obedientia legis Dei. ibidem.& 63

Adoleſcentibus maximè vtilis obedientia. 63. 64.& 65

Adoleſcentũ inobedientiũ exẽpla. 63

Adoleſcens contemptus,Chriſtum redemptorem ſignificat in ſcriptura. 561

Aduocati,ſcribę,& procuratores cõparantur medicis ſanitatem protelantibus. 18

Agens ſecundarium nihil poteſt niſi virtute primi agẽtis. 166.

Aleph ſignificat doctrinã. 14

Alphabeti Hebraici literæ habent ſuas peculiares ſignificationes. ibidem.

Ambitio eſt ſimia charitatis, ſed diſsimili modo. 471

Amor diuinus & ſi ignis ſit nõ comburit ſed illuminat. 28

Amor Dei ſuper omnia ſe ſuperpoſuit. 38

Amore diuino nõ proprio omnia facienda. 44

Amor diuinus delectabiles facit noſtras operationes. 82

Amor facit, vt ipſa mors ſit amãti delectabilis,vt patet in martyribus. 83.&434

Amoris maximum ſignum eſt pati quẽquam in ſeipſo propter amicum. 85.& 86

Amor in Scripturis ſacris per ignē multoties ſignificatur. 163.
Amor meretritius, quomodo antiquitus depictus. 175
Angeli voluntatem Dei infalli biliter adimplent. 391
Angeli nomine cœli intelligun tur. ibidem. & 390.
Anima noſtra tunc eſt directa, quando Deum recto itinere attingit. 50
Anima id fit cuius ſpeculū con ſtituitur. 178
Animæ vita cōſiſtit ſuo modo in debita proportione virtu tum. 190
Anima habet ſuas ætates ſicut corpus. 205
Anima quare leuanda in Deū. 219.
Animæ dignitas pluribus argu mentis amplificatur. 324
Animæ pulchritudo in cordis munditia ſita eſt. 331
Animæ ſplēdor amittitur cum rebus inferioribus immiſce tur. ibidem.
Anima comparatur ſpeculo. ibidem.
Animā cœli aſpectus pulchrā, terræ dedecoratā reddit. 351 & 352.
Animæ purgatorij participes ſunt orationum Sāctorum. 280.
Animalia ruminantia munda in lege. 213
Animus hominis ab impijs tan gi non poteſt. 382
Appetitus vincitur fugiendo. 175.
Arca in qua erat vetus teſtamē tum quare ex lignis incorru ptibilibus. 161
Auaritia præcipuum impedi mentum mandatorum Dei. 167.
Auaritia reliqua vitia includit. ibidem.
Auaritia maxima abnegādi fi dem cauſa. 168
Auaritia potentiſsima ad tra hēdos animos hominum in quodcunque vitium etiam idololatriam. ibidem.
Auaritia quomodo dicatur ido lorum ſeruitus. 169
Auaritiæ nomine intelligi po teſt quodcunque tempora lium deſiderium. 170
Auaritia quomodo initiū om nium vitiorum. 171
Auari idololatræ quare. 167
Auarus nequior videtur Iudā. 169.
Auarus animā venalem habet. ibidem.
Auarus exuit pietatem. ibidē.
Auaro nihil ſceleſtius. ibidem.
Auarus magis amat diuitias, vt putreſiant quam alteri vſui ſint. 170
Auarus (contra ordinem natu ræ) non conatur vacuum in proximo adimplere. ibidem.

Auarus nulli bonus eſſe poteſt. ibidem.
Auarus oculis concupiſcit rem alienam. 172
Auarus appetit pecuniam ſine menſura. 168

B

BAptiſmus eſt ianua per quã ingredimur ad Eccleſiam. 22
per Baptiſmũ renouatur homo in nouum hominẽ. 66. & 67
per Baptiſmum conformamur Deo artifici noſtro. 67
de Baptiſmo vide plura. 66. 67 68.
Beatitudinis conſideratio maximè refert ad noſtras actiones dirigendas. 20
Beatitudo ſcopus noſtrarum actionum. 20
Beatitudinis deſiderium omnibus ingenitum eſt. 20. & 21.
Beatitudinẽ quærũt peccatores ſed non vbi quærenda eſt. 21
Beatitudo duplex altera in ſpe altera in re. 21
Beatitudo ſanctorum in patria explicatur in ſacris literis nomine quietis, ſtatus vero viæ per motum. 23
verſus Beatitudinẽ pergere debemus in hac via ſicut Sol verſus meridiem. 24
Beatitudo denotatur per perfectum diem qui non cognoſcit veſperum. 24
cũ Beatitudine magnã ſimilitudinẽ habeat pecunia. 83. 84
Beatitudinis cum pecunia egregia comparatio. 84
Beatitudo ſola replet deſideriũ hominis. 340. & 341.
Beatitudinis miſericordia omnes miſericordiæ effectꝰ eminenter includit. 340
Beatitudinis vita ſimpliciter & ſine addito vita dicitur. 341 342. & 343.
in Beatitudine nec mors nec quæ ad illam diſponunt locum habent. ibidem.
Beatus qui voluerit eſſe, ſit immaculatus. 21
Beatus dicitur, qui in hac vita legem Dei ſeruat non in re, ſed in ſpe. 22
Beatorum orationes nobis proficiunt. 281
Beatorum atque electorum in hac vita degẽtium mirabilis cõtra poſitio atq; figura. 281
Beatorum felicitas non perfecta ſi eſſent aliquid amiſſuri. 343.
Beneficia Dei erga hominẽ. 86
Beth litera Hebræa, quid ſignificet. 61

C.

CAin interficienti ſeptuplum reddendum eſſe in vindicta, quomodo intelligatur. 239
Canis in Scriptura ſignificat peccatorẽ immundum. 467

Canis in ſcriptura aliquando prædicatorē ſignificat. 468
Carnis venereę delectatiōes per funes qñq; ſignificātur. 275
Carnis maceratio ſanctis omnibus in vſu fuit. 295
ex Carne nra in qua naſcimur oritur timor labendi. 125
Carnis & ſpiritus diuerſiſsima natura ex qua prouenit diſſenſio inter illa. 126.&127.
Carnis rebellionis in cauſa eſt fomes. 127
Carnis & ſpiritus diſſenſio figurata in Iacob,& Eſau. 127
Carnis defectus, quare vocētur vetus homo. 176
Caro abſque rationis conſenſu multoties motꝰ exercet. 185
Catholici in rebus fidei Eccleſiæ ſanctorumque intelligentiam ſequuntur. 376.&377
Cælum eſt emporium vnde neceſſaria vehuntur. 218
Cælū verbū Dei obſeruat. 389
Charitas inter cæteras virtutes maximè appropinquat Deo. 37.
Charitas debet eſſe regula viarum noſtrarum. 42
Sine Charitate nullus actus eſt meritorius. 47
Charitas delectabiles facit labores,& ipſam mortē. 83.&434
Charitas in æternū manet eadem ſummo decore perficietur poſtea. 205.&206.
Charitati tribuuntur omnium virtutum effectus. 207
Charitas generat magnanimitatem. 207.&208.
Charitas actiōes noſtras ſuper terrena eleuat. 215.&216.
Charitas oritur ex ſpe. 224
Charitas per columnam ignis ſignificatur. 163
Charitas dicitur via Dei. 179
Charitas dicitur æquitas. 189
Charitas virtutes oēs facit gratas Deo meritaque ſanctorū menſurat. 280.&294.
Charitas eſt finis perfectionis. 297.
Charitas iuſtos oēs mēbra eiuſdē corporis conſtituit meritaque cōmunia reddit. 279
Charitatē quare appellet mandatum latum nimis. 413
Charitas operit delictatam propria quam aliena. ibidem.
Charitatis encomia proponuntur. 414
Charitas viam cæli (quæ arcta eſt) latam reddit. ibidem.
Charitatis præceptū in hac vita impleri nō poteſt in tota ſua latitudine. ibidem.
Charitas finis omnium præceptorum. 415
Charitas in ſcriptura ſignificatur per viſcera. 421
Charitas in Scriptura per ignē intelligitur. 422
Charitatis præceptū ad inimicos ſe extendere efficaciter probatur. 426

Charitas omnem iniquitatem facit odioſam. 438.
Charitas greſſus hominis facit pulchros. 535
De charitate reſpectu ad alias virtutes, vide multa. 47. & 48.
Chriſtiani mali ob ſua demerita relinquuntur à Deo. 71
Chriſtianorũ peccata grauiora quia ſcandaloſa. 72
Chriſtianus malus hoſpiti comparatur. 105
Chriſtus Dñs dicitur via. 22
In Chriſto quomodo ſumus ſancti & immaculati. 22
Chriſtus Dominus fideiiuſſor noſter fuit. 53
Chriſtus iuge ſacrificiũ corporis ſui ad quid reliquit. ibidẽ.
Chriſti viſcera per ſua vulnera nobis patent. 54
Chriſtum quomodo Deus dereliquit in cruce. 55
Iuſtitiam Dei in Chriſto, quid vocet Paulus. 77
Chriſti meritum, quãdo nobis communicatur efficimur iuſtitia Dei in illo. 77
Chriſti meritum non communicatur nobis niſi per fidem charitate formatam. 77
Chriſtus eſt via teſtimoniorum Dei. 85
Chriſti paſsio maximã fidẽ ſui erga nos amoris fecit. ibid.
Chriſtus lumen eſt. 102
Chriſtus finis legis iuſtitiarum, & teſtimoniorum. 161
Chriſtus vt verus ſacerdos quic quid in lege continebatur oſtendit. 102. & 162.
Chr̃s ex via ſemitã fecit. 163
Chriſtus quanto legem arctiorem tanto faciliorem fecit. ibidem.
Chriſti mors gentibus ſtultitia videbatur. 183
Chriſti mors potẽtia, & ſapientia. ibidem.
Chriſtus ęquitas Dei & noſtra. 188. & 189.
Chriſtus iuſtitia Dei & noſtra. ibidem.
Chriſtus dicitur ipſe vel ille. 193.
Chriſtus ſalutare Dei. 193. & 194.
Chriſtus Dei miſericordia. 194 & 195.
Chriſtus nos docuit operationes leuare in Deum. 215
Chriſti manus quare tornatiles. 216
Chriſtus ad hoc venit, vt animos ab his infimis diueleret. 216.
Chriſto vt homini cogitatiões noſtræ manifeſtæ ſunt. 265
Chriſtus quare facies Dei dicatur. 264. & ſeq.
Chriſtus ſolus omnes ſenſus ſpirituales, id eſt, dona gratiarum habuit. 266
Chriſtus paſcha electorũ. 443
Chriſtus ſecũdum diuinitatem lumen, ſecundum humani-

tatē lucerna dicit. 443. & 444
Christus quare lumē vitæ. 446
Christus altare Dei. 358
Christus dicitur dies. 400
Christus omniū virtutū ac præceptorum finis. 415
Christus quare omnis consummationis finis. 415. & seq.
Vsque ad Christi mortem nullus potuit dicere peccatum consummatum est, sed consummandum. 416
In morte Chri imperiū dæmonis finē habuit. 416. & 417.
In Christi morte hominū malitia consummata est. 417
Christus quare leoni comparetur. 418
In Christo, & eius cruce omnes virtutes ostēduntur. 418. & sequentibus.
Christus quare virga. 419
Amor Ionathæ ad Dauid amoris Christi erga nos typum gessit. ibidem.
Christus quare vnus. 442
Christus omnibus est lux. 442 & sequentibus.
Christus vnitati assimilat. 442
Clamor est actus orantis. 567
Clamor cordis exprimit magnum petentis affectum. 570
Cogitationes prauæ cum incipiunt facilius vincūtur. 472
Cōmunio Sanctorū quid. 279
Concionum sanctarum in deuoti carpuntur. 108
Concupiscere si solitarie sumatur est in malam partē. ibid.
Concupiscentia radix nostrorum operum. 163
Confessio in scriptura sumitur pro gratiarūm actione. 49
Confessio duplex, & laudis, & criminis. ibidem.
Conscientia mala cruciatus impiorum. 239
Consiliū sacerdotū cōtra Christum in domo Caiphæ. 119
Consilia nostra in Deo permanere debent. 123
Cōsilia impiorū infatuat Deus. 124.
Cōsulere debemus in omnibus negotijs nostris Deum. 123
Consuetudo quare difficilè repellatur. 63
Contemplatio maioris perfectionis, quā vita actiua. 361. & 362.
Contemplatio est mors quædam. 363
Contemplationi dediti stolidi ad res humanas gerendas habentur. 368
Contēplatio facit animā nō detineri officijs corporeis. 364
Contēplatiuis vita præsens tædium. 375
Cor humanum secundum se totum reddere Deo impossibile est in hac via. 27
Cor nostrum quanta cura seruandum. 48. & 49.
Cor aliquando pro tota anima accipitur. 51

Cor ſemper debemus habere ſurſum. ibidem.
Cor noſtrū ſanctis cōſideratio-nibus detineri debemus. 75
Cordis purificatio in cōiūctio-ne ad cœleſtia. 353. & 354.
Cordis puritas in hac vita non perfecta. ibidem.
Cor actib⁹ virtutū mūdat. 355
Cor debet habere octo, vt Deo ſeruiat. 397
Cor hominis arca legis Dei. 161
Corpus noſtrum quare pauimentum. 129
Creaturæ poſſunt diligi ſic, vt Dei dilectionem non impediant. 27
Creatura alteri creaturæ ſe com municat. 169. & 170.
Creaturæ ſpectant perfectionē à quo habuerūt originē. 325
Credere mādatis quid ſit. 298
Crux Chriſti oliua fuit. 54
In cruce Chriſti cōcupiſcentia peccati damnata eſt & cru-cifixa. 176
Crux Chriſti cōmēdat amici tiam Dei. 184
In Cruce perfectio totius legis, & ars bene viuendi. 184
Crucis meditatio efficaciſsimū remediū cōtra tētatiōes. 177
Crux Chriſti perfectiſsima ra-tio gloriandi. 184
Crux ſignū populi Iſrael. 649
Crux Chri fornax ferrea. ibid.
Crux Chriſti arbor vitæ. 650
Quid Crucis longitudo, latitu-do, ac pfundū ſignificēt. 651
In Cruce Chriſti explicatū fuit ænigma Samſonis. 652
Crux lectulus Salomonis, ara & inſigne victoriæ noſtræ. 653. vſque 655.

D.

DAmnati quare omnibus creaturis etiā viliſsimis contemptui erūt. 116
Damnatorū pœna figurata in Bethamitis. 116
Dauid grauius punitur ꝓpter ſuperbiā, quam ob adulteriū & homicidium. 347. & 348.
Dauid Regem Saulem benefi-cijs deuicit. 349
Dauid benefaciendo ex inimi-cis inſigne trophæum lucra-batur. ibidem.
Declinare à malo non ſatis eſt niſi feceris bonū. 87. & 88.
Delectatio venerea nimiū va-nitatis habet. 174
Deuotio effectus eſt lætitia. 84
Deus quomodo ſe ſubtrahat ſuis. 56. & 57.
Deus dicitur in ſcriptura; ali-qua facere quæ ſolū permit-tit fieri. 69
De⁹ quomodo dicat in ſcriptu-ra excæcare, indurare, &c. 69
Deus quomodo auxilium ſuū aliquibus deneget explica-tur exemplo. 70
Cū Deo oīa bona poſsident. 84
Dei cōſideratio delectationem parit. 86

Dei beneficia erga hominem. ibidem.
Deus ſe reuelat ei à quo diligitur. 107
Deus ſolus vniuerſale bonum eſt. 166
Deus cor hominis huc illucq; ferre poteſt. ibidem.
Deo duplex honor debetur. 167.
Deo adhærens immobilis fit. 177.
Deus taliter cauſa quod nullo modo effectus eſt. 218
Deo de ſuis effectibus maior cura eſt, quam cæteris cauſis ibidem.
Deus quomodo dicatur obliui ſci & pœnitere. 225
Tempus Dei dicitur quando iudicium impiorum exequetur. 141. & 142
Deus nobis naturam fragilem, ac facilem quare permiſit. 244.
Deus & ſi omni laude noſtra maior ſit ſummas ei laudes cantare debemus. 248
Non ſolum noctes, ſed & dies in Dei laudibus expendi debent. 251
Omni cura animum in Dei laudibus retinere debem⁹. 249
Dei vnius cognitio ex creaturis non ſolum haberi poteſt, ſed & Trinitatis veſtigiũ. 215
In aduerſis memores Dei eſſe debemus. 251. & ſeq.
Quæ dã operatur Deus potius, vt miſericordiam oſtendat quam vt omnibus communicanda exiſtimentur. 256. & ſequentibus.
Reſpectus gratiæ & Dei maieſtas & clara Dei viſio facies Dei in ſcriptura, quare dicantur. 262. & ſequentibus.
Deus plus largitur, quam ab eo petatur. 332
Dei omnipotẽtia per manus in ſcriptura exprimitur. 317
Deo cur potius miſericordiam inter cæteras virtutes attribuimus. 286
Deum ſummè bonum eſſe omni genere bonitatis comprobatur. 303
Deus iuſtos in hac vita affligi miſericorditer permittit. 287
Dei miſericordia cœlum etiam implet. 289
Deus ſiue penas inferat, ſiue beneficia largiat ſemper in omnibus ſe æquũ exhibet. 336
Deus, quando hominem creauit maximè ſibi complacuit. 324.
Deũ nõ niſi per effectus cognoſcere valemus. 289. & 304.
Deo omnia ſunt præſentia, & præterita & futura ratione æternitatis. 401
Quòd omnia ſeruiant Deo ſolùm verificabitur, quando Chriſtus tradiderit regnum Patri. 402

Deus non noſtra ſed nos quærit. 408.
Quanto maior cura Deo ſit de prædeſtinatis quàm de reprobis. 411.&412.
Deus nos expectat, vt ſaluet, diabolus vt perdat. ibidem.
Deus operationes noſtras ſponteas probat potiuſquam coactas. 422
Deus contraria via homines ad ſe allicere nititur, atque mundus. 436
Myſterium magnum contentum in nomine Dei Iehoua declaratur. 444
Deus ſicut finem inclinationē tribuit. 223
A Deo omnia pendent. 383
Deus aſpicit quoſdam vt ſaluet alios verò vt damnet. 526
Deus non prius eſt vltor quam homo peccator. 502
Derelictio Dei duplex altera electorum altera reproborum. 54.& 55
Deſperare nullus debet de Dei miſericordia. 239
Diaboli ſuggeſtiones quomodo vincendæ. 120.& 121
Diabolus quomodo nos quærat perdere. 422.
Dies præſentem vitā deſignat nox vero futuram. 501
Dies aliquando æternitatē aliquando fidem ſpe & charitate concomitātem ſignificat. 401.
Dies iudicij quare dicatur tempus omniū creaturarū. 242
Dilectionis Dei præceptū quomodo ſit intelligendum. 28. & 36.& 37.
Per dilectiōis Dei præceptum intelligimus quid ſit ſcopus diuini amoris. ibidem.
Dilectionis Dei præceptum in patria ex toto implebit. ibid.
Diligimus Deum ſuper omnia ſi ea in Deum referam⁹. ibid.
Diligendus eſt Deus infinitè. 36.& 37.
Dilectio creaturæ ad Deū exilis eſt. 38
Dilectio erga Deum & proximum eſt veluti centrū quod emittit lineas ad extrema. 42.
Diligere alia præter Deum eſt retorquere cor. 68
Diligēdos inimicos docet Chriſtus. 103
Diſcipulus, quid habere debeat. 81.& 82.
Diſpoſitiones humanæ nō ſufficiunt niſi præſto ſit diuinū auxilium. 76
Diuites non largientes eleemoſynas carpuntur. 43.&44
Diuitias quærentes quare prædones dicuntur. 94
Diuitiæ vel omnino auferunt, vel tepeſcere ſaltim faciūt diuinorum amorem. 529
Diuitiæ pedes animæ quaſi cōpedibus ligant. 530

Diuitiarum abundãtia iræ Dei ſignum eſſe ſolet. 531
Diuitijs affluere ac honoribus, & cæteris huius mundi bonis numinis irati ſignũ eſſe credendum eſt. 533.& 534
Doctores falſi non tam ſobolẽ ſpiritus quam propria commoda quærunt. 26
Doctrina ſacra ſobrietatem docet. 25
Doctrina ſpeculatiua ſine practica nihil proficit ad ſalutẽ quinimo culpam auget. 497

E

Ecclesia militãs permixtim habet bonos & malos. 33.
Eccleſia aliquando denominati à digniori parte. ibidem.
Eccleſia quomodo dicatur tota pulchra cũ etiam ſancti non careant venialibus. 34.
Eccleſiæ labia vittæ coccineæ quare aſsimilentur. 250.
Eccleſia ieiunijs & auſteritate vitæ fundata eſt. 370.
Eccleſia ſimpliciſsimo vtitur ſermone. 377.& 378
In eccleſia nunquam deficient iuſti. 382.& 383
Eccleſia polis cæli & arcæ Noe comparatur. 398
Eccleſia vtraq; idem conſtituit regnum vnde & merita communia ſunt. 281
Eccleſię vtriuſque conueniẽtia & diſcrimen. 281
Effectus ſuas reſpiciũt cauſas vt id accipiãt quo indigẽt. 217
Eloquiorũ Dei dulcedine omnis amaritudo noſtrorũ criminum mitigatur. 437
Ephimerũ animal vnum diem artificialem pro termino vitæ habet. 373
Eſſentia diuina mirabiles exſe efflat amores. 28

F

FAciem Deum nobis oſtẽdere & abſcõdere quid? 161.& 540.
Fœminæ viſus quid in anima faciat. 173
Fides cum charitate eſt lucerna ardens. 26
Fides ſuperat omnes ratiões naturales. ibidem.
Fides dirigit intellectum noſtrum. 50
In fide rationes quærere annuat meritum. 89.& 90
Fides fundamentũ totius ædificij Chriſtiani. 200.& 201.& 202.& 298.
Fides in peccatore cęleſtes excitat inſtinctus. 201.& 202
Fides in peccatore figurat per puellam captiuam in domũ Naaman. 202.
Fides informata charitate totã animam occupat. 353.
Fides inexercitata cito langueſcit. 381
Fides per triplicem funiculum

à Salomone deſcribitur. 273
Filium Dei ante incarnationē aſſumpſiſſe corporis humani figuram aeream ſi verum eſt quomodo intelligat. 320 & 321.
Filius Dei verbum quare dicatur. 392
Finis ſine modo diligitur. 167
Finis Deus præſtituēdus. ibid.
Fomes quare dicitur peccatum. 127.
Abſque fomite nullus dum viuit eſt Chriſto & eius matre demptis. 127. & 128
Fomitem non tollit gratia Dei. 128. & 129.
Fornicationis vitiū tollitur fugiendo occaſiones. 175
Fortè aduerbium quando dicit in certitudinem dicit incertitudinem antecedentis non conſequentis. 404
Beatus pater Franciſcus hoc ſolū orabat Deus meus & omnia mea. 84
Funis in diuinis literis dimenſionum ſortes, peccata, & fides deſignari ſolet. 272

G

GEntilicum populum deſignat filius Prodig⁹. 65. & 66.
Gentiles & Pagani lignis quomodo comparentur. 72
Gimel interpretatur retributio ſiue plenitudo. 93
Gimel à quibuſdam Hebræis interpretatur mercedem ſoluere. 98
Gloria beatorum, præſentis vitæ ærūnas valde ſuperat. 332
Gratia homo generatur. 224
Gratiam non præcedunt merita. 285
Gratia quare pruina dicat. 369
Gratiæ ſolus Deus pater. 384
Gratia reſpectu aliquorum dicitur lumen reſpectu vero aliorum lucerna. 445
Gratus erga accepta beneficia maiora meretur accipere. 79
Grati debemus eſſe diuinis beneficijs. 91. & 92

H

HÆretici & hypocritæ ſtudijs ſuis conantur victores videri. 26
Hæreticis aufertur verbum veritatis vſquequaque. 202. & 203.
Hæretici non communicāt meritis ſanctorum. 284
Hæretici mendacijs innituntur & proprium ſequuntur ſenſum. 375. & 376
Hæretici figuris & coloribus ſua dogmata ſcribunt. 377
Hæretici comparantur hyenæ quod eſt ſæuum animal ſermonem humanum aſſimilat. 478

Homo

Homo duplex interior & exterior & inter eos ciuile bellum. 61.& 126
Hominis exterioris partes quare vt plurimum agant adolescentes & iuuenes. 62
Hominis interioris & exterioris lites lex Dei componit. 64.& 65.
Homo quia obliuiosus est vocatur Hebraicè Enos. 91
Homo Dei imago cæteræ creaturæ vestigia. 100
Hominis interioris & exterioris diuersus appetitus depingitur. 126.& 127
Hominem animal chimericum quare appellabat Plato. 126
Homo de memoria sua aliquid boni promere debet vt meditetur. 249
Homo debet esse solicitus ad inquirendum bonum quod à Deo sperat. 259
Homo post recogitationē peccatorum & fletum confiteri debet. 268
Gratia Dei hominē promptū reddit ad eius mandata exequenda. 271
Homo propter Deum cætera propter hominē facta. 326
Homo solus per man' Dei creatus dicitur. 318
Homo cur erecto capite creatur. 323.& 322
Hominis formatio maximè manifestauit virtutem Dei. 318
Homo quomodo ad imaginē Dei factus intelligatur. 319
Solus homo inter visibiles creaturas Dei mandatis cōtrahire præsumit. 402
Homo secundum naturam habet quo tendat. 223
Homo per gratiam finem & inclinationem habet. ibidem.
Homo pudefit si videatur accedere ad vxorem quare. 386
Quam pauci sint homines qui possint Deo dicere tuus sum ego eleganter declaratur ex doctrina Ambr. 408.409. & 410.
Homo qui aduersitatibus resistit quam firmū habeat fundamentum. 412
Homo amore potius quam vi trahitur. 414
Extimantes se nihil quod gerāt habere dum secularia negotia non habent reprehenduntur. 423
Homo qui declinat ab vno peccato & in aliud relabitur cui assimiletur. 432
Quod non possit homo dici in gratia persistere nisi sustentetur à Deo. 432
Desideria hominis facilè ad altiora ascendunt si ex alto nascantur. 544
Humana natura post peccatū contemptibilis valde. 117
Humanum corpus est præ cæteris perfectissimum. 322

Humiles auditores illuminantur de ſermonibus Dei. 519
Humilitas eſt locus iuſtorū. 51
Humilitas teſtimonijs ſcripturæ laudatur. 113.& 114
Humilitas quandoque ſumitur pro pœnis perpeſsis. 298
Humilitas & māſuetudo ſapiētiam myſteriorum Dei impetrant. 516
Humilitas mater omnium virtutum præcipuè obedientiæ. 234
Humilitatis Chriſti,& ſuperbię diaboli pulchra contra poſitio ex D. Auguſtino. 235
Humilitas ſola liberat ab omnibus laqueis diaboli. 235
Humilitas facit orationē exaudibilem. 400
Humilitas quàm ſæpius in ſcripturis ſignificat afflictionē. 403.& 447.
Hypocritæ calamo comparantur. 412
Hypocritæ ſolo corpore ſe humiliant. 448

I

IMpiorum tormēta in inferno quare immenſa. 240
Impij non poterunt auertere mentem nec in inſtanti à ſuis tormentis. 239
Impij deſiderabunt mortem in inferno & nō veniet eis. ibid.
Impij quare deſperabunt in futuro. 238
Impij ſine fructu gemebunt in æternum. 238.& 239
Impij in futuro fremebunt contra ſe inſurgentes. 238
Impij in hoc ſeculo non ſe vident in futuro autem ſe videbunt. ibidem.
Impij heruæ aſsimilantur. 240
Impiorum ſtipendiū mors ęterna. 238
Impiorum tempus quod ſit. ibidem.
Impij quomodo mentiantur Deo. ibidem.
Impij quare in hac vita non puniantur. 551
Incarnationis verbi myſterium quò eleuauerit noſtram naturam. 117.& 118
In incarnatione Chriſti omnes miſericordiæ cōtinent. 195
poſt Incarnationem habemus quid inimico inſultanti reſpondeamus. 196
Incipientium, proficientium & perfectorum ſtatus. 32
Inferni pœnæ erga damnatos. 114.& 115.
Quare in inferno dicatur eſſe vmbra mortis. 241
Quare in inferno impij dicantur depaſci à morte. ibidem.
Iniqui odio habētur eſt ſermo formalis. 465
Iniquorum labia doloſa iuſtos perturbant. 537
Intellectū ſequat affectus. 109

Interdictis & eccleſiaſticis cenſuris non obedientes reprehenduntur. 39
Iob tres filię virtutes theologicas ſignificant. 401
Ad iuſtificationem quid requiratur. 76.&77.&78
Iudæi exprobrant Chriſtianis, quòd hominem crucifixum vt Deum colant. 182
Iudæi lõga expectatione Meſſiæ incuruati quare dicãtur. 359.& ſequentibus.
Iudex quæ vt rectè iudicet obſeruare debeat. 433.&434
Iudex attendere debet q̃ loco Dei ſit conſtitutus. 434
Iudicia iuſtitiæ Dei dicũtur flagella quæ immittit Deus, vt corrigamur. 443
Iudicia Dei iuſtis iucunda. 187 & ſequentibus.
Iudicia Dei maximum ſolatiũ afferunt iuſtis. 236
Iudicia Dei ſpem roborant. ibidem.
Iudicium Dei & impijs omnia proſperè cedere, bonis verò omnia ſiniſtrè. ibidem.
Iudiciorum Dei memoria facit ſtare æquales animos iuſtorum tam in aduerſis quàm in proſperis. ibidem.
Iuſtitia in omnibus Dei operibus inuenitur. 549
Deus nulli creaturæ debet aliquid ex iuſtitia, ſed ſibi ſoli. ibidem.
Iuſtitia in ſcripturis aliquando accipit̃ pro myſterijs Chriſti quibus iuſtificamur. 52.53
Iuſtitia duplex altera ſecundũ Deum alia ſecundum homines. 76.&77
Sola iuſtitia Dei iuſtificat. 77
Iuſtitia Dei in Chriſto eſt meritũ eius ſatisfactorium. ibidẽ.
Iuſtitiæ duæ partes. 87.& 88
Iuſtitiæ Dei gladius in hac vita in vagina miſericordiæ nobis continetur. In iudicio autem euaginabitur. 241
Iuſtitiæ Dei memoriã ſemper debet conſequi miſericordia Dei. 290
Iuſtorum motus quare vocetur aſcenſus. 51.& 52
Iuſti quare dicantur recti. 68
Iuſtus oĩa poſsidet quia Deum poſsidet. 84
Iuſti in hac vita ſeruiunt neceſſitatibus carnis, ſed in reſurrectione liberabuntur à tali ſeruitute. 91
Iuſtorum gaudiũ in hac vita occultum. 123
Iuſti & impij neceſſariò aliquãdo habebunt mutare ſortem, & illud dicetur tempus iuſtorum hoc verò impiorum. 237
Iuſtorum lachrymæ ſunt pluuiæ tempeſtiuæ. 238
Iuſtorũ tempus quod ſit. 240
Iuſti arboribus comparantur. ibidem.

Iuſtos afficit tædio quòd peccatores videant Deum floccipendere. 243
Iuſti conſiderantes naturæ flexibilitatē timere debēt. 244
Tribulationes accidūt iuſtis eo quòd legem Dei cuſtodiāt. 254.
Iuſtos quare tribulari permittat Deus. ibidem.
Iuſtorum cor nō turbatur etiā ſi corpus quibuſcunque affligatur tormentis. 271.272
Iuſtorum lætitia erigitur iuſtificationū Dei memoria. 245
Iuſti quàm peculiari ratione Dei eſſe dicantur. 410
Iuſti qua ratiōe holocauſta mē dulata dicantur offerre Deo. 412.
Iuſtis dies mortis quomodo ſit dies natalis. 416
Iuſtus qui lege Chriſti gubernatur ſapiētior eſt multis doctoribus. 431
Iuſti iudicia Dei deſiderāt. 433
Iuſto quomodo eloquia Dei dicantur eſſe dulcia. 434.435
Fauus melis à Samſone in ore leonis repertus ſignificat dulcedinem quam iuſti in Dei præceptorum executione inueniunt. 435
Iuſti ſolummodo percipiūt dulcedinem in laboribus & cruce repertam. 436
Iuſtorum lætitia in hac vita eſt veluti prælibatio quædā æternæ lætitiæ. 437
Iuſtorum lætitia ex meditatione ſermonū Dei cauſat. 438
Iuſti tribulationibus in virtute ſolidātur. 307.308.& 316.
Iuſtorum corda in bonū proximi ſemp ſunt inclinata. 309
Iuſti ad bona cōueniūt ſicut ad mala opera peccatores. 311
Iuſti gaudent de aliorū benefactis. 281.301.& 329
Iuſti, omnes delectationes in futurum reſeruant. 331
Iuſti vita impiorum condemnatio. 273
Iuſtus omni tēpore eſt paratus ad laudes Dei. 278
Iuſtorum afflictorū quandoq; egit Chriſtus perſonā. 274
Iuſtꝰ habet quatuor præcipuos inimicos. 274.& 306
Iuſtus vt damna eminentia animaduertat debet eſſe plenus oculis. 275
Iuſtos meritis aliorū participare multipliciter itelligit. 279
Iuſtorū multa bona opa in theſauris eccleſię reſeruantē. 280
Iuſtorū opera & ciuibꝰ cæleſtibus & animabus purgatorij cōmunia eſſe quomodo intelligatur. 280.& 281
Iuſtorū cibꝰ ſūt ſacramēta. 280
Iuſti ſunt mēbra Chri, quæ per charitatem augentur. 283
Iuſti propter varias rationes in hac vita affligunt. 287.289. 291.300.& 312.

Iuſtus amore nō timore debet Deo ſeruire. 293
Iuſti deſideria nūquam faciantur. 294
Iuſti non ſolum audiunt, ſed & diſcunt à Deo. 297
Iuſti à tribus exprobrantur. 198.
Iuſtus omnia huius mundi calcat. 206.& ſequent.
Iuſtus in publico fatetur virtutis opera. 210
Iuſti mutuò ſe iuuant. 350
Iuſto incongruè iungitur peccator. ibidem.
Iuſtorum conuictus conſentaneus. ibidem.
Iuſtus puritati animæ debet intendere. 353.& ſequent.
Iuſtus appetit iudicium impiorum. 358.& ſequent.
Iuſti aduentum Chriſti ſecundum expectantes incuruati incedunt. 359
Iuſti corpus ieiunijs & laboribus exponunt. 370.& ſeq.
Iuſti conterūt Satanam ſub pedibus ſuis. 373.& ſeq.
Iuſtus aurem ſuam quomodo perforare dicatur vt loquatᵉ quid Deus ſibi loquatᵉ. 387
Iuſtus perpetuo Chriſti ſeruicio mācipatur. ibid. & ſeq.
Iuſtus cælum dicitur. 591
Iuſtus Deo ſoli debet placere. 178.
Iuſti ſecuritas nuntium ſolutionis futuræ. 209
Iuſtus ſignum crucis ſigillat in fronte. 388
Iuſtus ex amore Deo obſequiū præſtat. ibidem.& ſeq.

L

LAchrymę dulces illę quæ ex deuotione & affectu animæ effundunt. 542
Lachrymæ amaræ quæ. 161
Lachrymæ veræ, inuiſibiles. 543.
Lachrymas pœnitētis ſequitur lætitia. 548
Lectio, vide Scriptura.
Legis diuinæ, varia nomina. 14 & 15.
Lex duo debet habere. 16
Legis diuinæ naturalis, & poſitiuæ differentia. 16
Lex diuina & naturalis indiſpēſabilis, poſitiua minime. 16 & 17.
Leges humanæ ſunt veluti telæ aranearum. 17
Lex Dei, teſtimoniū quare. 15
Lex eſt ſceptrum & liber quo iudicabit Deus. 15
Lex humana quandoque mutanda. 17
Lex humana, debet eſſe ſicut regula lesbia. 17
Legem iuſtitia facit pulchram. 18.
Lex decalogi breuiſsima. ibidē.
Leges humanæ quare non ſuffi ciant ad vitia arguenda. 18

Legis diuinæ cõditiones explicant & ampliãtur. 17. & 18
Lex diuina, lumen vultus Dei ſignatum ſupernos. 19
Legis robur in claritate à Deo. 19.
Lex dñi, illuminat corda. 19
Legis decalogi, prima tabula quæ præcepta contineat, & quæ ſecunda. 19
Lex decalogi, quantum ad omnia præcepta arbori ſcientiæ boni & mali cõparatur. 26
Lex Dei via quare. 122
Legem domini qęerentes beati in ſpe & immaculati in re. 25
Legem domini, aliqui requirũt, vt videantur docti. 25
Legis Dei ſcrutatores qui laudati? 25
Lex dñi quot ceremonijs promulgata in Sina. 35
Lex Dei Adæ & nobis diuerſimodè ſeruãda proponit. 35
Lex Dei infinitè obſeruanda quomodo. 36
Leges humanæ iniuſtæ niſi diuinis cedant. 38. 39. 40
Lex Dei animæ ſpeculum. 49
Lex Dei omnes alias in promiſſis excellit. 101
Legis veteris figuræ quaſi ſub velamine continebant Chriſtum. 101
Lex Dei, dicitur via iuſtitiarum & via mandatorum. 161
Lex ſpiritualis ſpiritualiter intelligenda. 162
Sine lege non peruenit ad Chriſtum. 162
Lex vetus coopertoriũ nouæ. 162.
Lex Dei in toto corde cuſtodienda. 162
Lex Dei in intellectu, in cõcupiſcibili iniraſcibili ſeruanda. 162.
Lex vetus non per ſe placebat, ſed in ordine ad nouã. 163
Lex iuſtitiam quam promittebat dare non poterat. 164
Lex Chriſti finis intentus à veteri. 380
In lege Dei omnia veritas. 380
Lex euangelica cæteris præeminet. 314
Legis Dei obſeruatio ſummũ iuſtorum deſiderium. 313
Legis diuinæ cuſtodia, vnde oriatur. 253
Lex diuina omnibus anteponenda. 258
Lex vetus in ſcriptura iuſtificationes Dei quare. 407
Lex quomodo diligatur cũ voluntati aduerſetur. 422
Lex lumen præſtat. 422
Lex euãgelica, ignea quare. 422
Lex diuina quomodo omni tẽpore meditanda. 423
Legis diuinæ intelligẽtia, cui fini ordinanda. 424. & 425
Lex Dei pſalterio dechacordo aſſimilatur. 428
Lex vetus figura nouæ. 430
Lex vetus ac noua rotis Ezechielis

chielis comparatur. 430
Lex vetus lucernæ noua luci comparatur. 446
Lex gratiæ eminet, ſcriptæ & naturali. 517

M

MAgnanimus nō velox ſed tardus. 207
ex Magnanimitate oritur fiducia. 208
Mandata Dei in gradu ſuperlatiuo obſeruanda. 36
in Mādatis Dei quaſi in ſpeculo nos proſpicere debemus. 49.
Mandata Dei ſine eius aſsiſtentia ſeruari non poſſunt. 54
Mādati & iuſtificationis diſcrimen. 91
Mandatorum Dei verus præceptor ſolus Deus eſt. 289
Mandata Dei tripliciter diligenda. 213
Mandata Dei propter præmiū amabilia. 214
Mandata, vide lex & præcepta.
Maria virgo contemplationibus carne debilitata interijt. 363.
Mariæ virginis, animam rapuit vis diuini amoris. 363
Maledicta omnia Dei contra peccatores, includūtur in illa ite maledicti. &c. 114
Manus ob tria leuādæ in Deū. 219.
Martyres nō erubeſcebāt Chriſti nomen. 45
Martyrib⁹ cur ſuauis mors. 83
Martyres corā Imperatoribus conſtanter ſunt locuti. 211. & 212.
Meditatio antecedit dilectionem. 212. & 213.
ex Meditatione diuinorū inardeſcit amor. 213
Meditatio, vide contemplatio.
Membra Chriſti, vide Iuſti.
Membrorum abſciſsio, in ſcriptura quid. 172
Mēdacium apud Hebræos, inſtabile ſignificat. 399
Miſericordia fundamentū operum Dei, & ipſius iuſtitiæ. 96. & 97.
Miſericordia alia iuſta alia iniuſta. 267. & 268.
Miſericordia Dei, tā iuſtis, quā peccatoribus patet. 284
Miſericordiā ſuam patefaciēdi olim Deus auidiſsimus fuit. 286.
Miſericordia Dei, vide Deus.
Miſericordiæ Dei effectus præcipuus afflictos cōſolari. 337
Miſericordiæ effectus, omnes nominæ miſerationum intelliguntur. 340
Moyſi man⁹ graues quare. 216
Motus lapidis ſurſum, violētus, deorſum naturalis. 165
Mors omnes humanas cogitationes vno ictu ſuccidit. 342
in Morte hominis tria concurrunt. 374
Muſica, & carmina ad quid ab homi-

hominibus adinuenta fuerint. 246
Muſica non ſolum ſenſui ſed rationi proportionatur. 246
Muſica animas hominũ diuerſimo dè diſponit. 247
Muſicæ ecclesiaſticæ ſic attendendum, vt à diuinis animus non diuertat. 247

N

NImis aduerbij variæ acceptiones. 35.&36
Media nox ad ſpiritualia aptiſsima. 276
Nox dupliciter ſumitur. 276

O

OBedientia maximè vtilis. 92.&63
Obedientia maximè Deo coniungit. 386
In obedientia vita & bonũ animæ. 386
Obliuiſci non debemus Dei. 91.&92.
Oculi ſunt, radices animæ. 216
Oculi ad tria leuandi. 219
Oculus corporis deficit, cum hæc inferiora dedignatur videre. 365
Oculo interiori Deus videtur. 365.&366.
Oculus exterior & mẽtis, vnus oculus quando ſunt. 366
Oculi interioris & exterioris concordia Deo grata. 366
Opera noſtra quid requirunt vt ſint meritoria. 76.&77
Opera practica in exequendis mandatis Dei, dicitur ſciẽtia ſanctorum. 78
Operationem perficit delectatio. 82
Opa delectabiliter faciẽda. 82
Operari ex habitu, eſt per modum naturę operari. 87
Operarium bonorum exercitium vtiliſsimum. 88.&89
Operum ſpiritualium exercitium, comparatur exercitio virtutum. 88.&89
Opa bonavide, Virtus. & Iuſti.
Opera exteriora inſtrumenta potiuſquam finis perfectionis. 297
Opera nra ex ſe nihil valẽt, niſi inixa meritis Chri. 332.333
Opera noſtra & vota præuenit Deus. 108
Operantes per amorem ſolum poſſunt perſeuerare. 293
Opprobria p Chriſto in ſummo honore habenda. 107
Opprobrij timor claudit appetitum vanæ gloriæ. 182
Oratio, vt ſit deuota, requirit cor in diuinis occupatũ. 75
Orationem laus præcedere debet. 78
Oratio in ſcriptura p eleuationem manuũ ſignificat. 217
Oratio, pura deuota & quieta. 217.
Oro q̃ſi vector de cælo omnia quæ deſunt nobis adducit. 218
Oratio eſt ſcala illa quàm vidit Iacob. 218

Oratio eſt quaſi rota maior, in horologio. 522
In oratione ardet charitas ſicut calor naturalis in humido radicali. 523
Oratio rectè deſignatur per oleum, in ſcriptura. 523
Oratio, omnes conuocat virtutes. 523

P

PAtientia eſt cauſa probationis. 204
Panis iuſtorum vide, Iuſti.
Patria cæleſtis vide, Gloria. & beatus Paulus in cruce Chriſti, ſe magnũ reputabat. 183
Pauli epiſtolæ ad Romanos argumentum. 77
Pax quid ſit, & quę ſint eius effectus. 635. vſque 639
Paupertas diuitijs melior. 534
Peccata venialia non tollũt pulchritudinem animæ. 34
Peccata venialia vitanda. 44
Peccati mortalis ratio in quo conſiſtat. 46
Peccati nomine vocatur aliquãdo hoſtia pro peccato. 77
Peccatum eſt opprobrium hominis. 184. 185. & 186
Peccata carnis opprobriũ maximum. 186. & 187
A peccato vinci & præcipuè carnis dedecus. 185
Peccati corpus, quomodo deſtruendum dicatur. 176. & 177.
Peccato vtraq; animæ pulchritudo maculatur. 352
Ex peccato oritur vermis conſcientiæ. 346
Peccatum integrũ nõ eſt dum ratio non aſſentitur. 269
Peccata & peccatores per funes ſignantur. 299
Peccatum Adæ cæteraq; pecata inferũt labores quos patimur. 299
Peccatum ſolum animæ miſeria dici poteſt. 528
Peccatum in Scriptura nihil. 477.
Peccans in vno quomodo ſiat omnium reus. 46
Peccator à philoſophis viua mors dicitur. 97
Peccator aliquando deſiderat velle non peccare. 109
Peccator mortuꝰ dicitur & quare. 97
Peccatores conſilium accipiũt quomodo iuſtos perdant; iuſti contra. 122
Peccatorum cor induratum in proximo è contra iuſtorum. 309.
Peccatores proſperitate ſuperbiunt, & deteriores fiũt. 308. & 317.
Peccatores aliqui flagellis Dei ad pœnitentiam non excitantur. 302
Peccatores ciues in terra. 105
Peccatores maledicuntur. 299
Peccatores comparantur latronibus. 311

Peccatores comparantur latronibus. 311
Peccatores, omnia iuſtorum in malum tribuunt. 307
Peccatores deſiderant mortem iuſtorum. 277. 307. & 330
Peccator ſemper gaudet de malo facto. 329
Peccatores in feſti ſunt iuſtis. 274. & 306.
Peccatorem funibus eſſe ligatū dupliciter intelligitur. 275
Peccator ab his funib⁹ ſine ſpeciali Dei auxilio ſolui nō poteſt. 276
Peccatoribus ſacramenta ſunt in mortem. 280
Peccator non eſt particeps bonorum operū iuſtorū. 284
Peccator ſemper inuidet iuſto. 330.
Peccatoribus quomodo omnia affluant. 292
Peccatores licentia peccādi deteriores fiunt. 309. & 312
Peccatores ſunt Deo ingratiſsimi. 326
Peccator ſemper deteriorē conſiliatorem quærit. 328
Peccatores quaſi vtrique parti aduocati litigātium, Deo & mūdo placere conātur. 480
Peccatores comparantur lacertis. 496
Peccatores truculenti, hericijs comparantur. 493
Peccatoris greſſus periculoſi. 269.
Peccatori conſideratio periculi in quo eſt vtilis. 270
Peccator conatur ſimiles ſibi facere. 231
Peccatores peccata confeſſa reiterantes, reprehendunt. 268
Peccatores, conferuntur filijs Agar. 428
Peccatores iudicia Dei declinare deſiderant. 433
Peccatores in tenebris ambulant. 445
Peccaſſe maxima pœna peccātium. 345. 346
Ad peccandū inducere exprobratio. 196
Pecunia omnium vitiorum nutrix. 171
Pecunia rapit affectum. 83
Pœnitens deſpereraret peccatorum grauitate, niſi Dei promiſſa pœnitentibus intueretur. 403
Pœnitentia peccata mutata cō decorant animam. 356
Peregrini vide, Deſideria. 95
Peregrini ſumus in hac vita. 93.
Peregrini conditiones. 94
Peregrinationis noſtræ figura. 94. & 95.
Phariſæi putabāt Meſsiam eſſe venturum, vt legem carnalem obſeruaret. 162
Phariſeorum error circa obſeruantiam.
Phariſæi amplitudinem ex lege Dei fecerant. 163

Pontifex,aliquando theſauros, eccleſiæ aperit. 280
Prædicator,alijs & non ſibi cõparati tegulæ & ſtatuæ ſalis. 79.& 80.
Prædicator debet tacere vbi viderit veritatem officere. 76
Prædicator prius ſe debet diſponere,quàm alijs prędicet. 79.& 80.
Prædicator virtutem ob temporalia fingens reprehenditur. 424
Prædicator audientibus verba pronuntiat, Deus autem mentes illuminat. 80
Prædicator,conſolatoria interdum prædicare debet. 43
Prædicator quare piſcatori cõparetur. 80.& 81
Prædicatores labia cordi debẽt conſonare. 81
Prędicator prius operetur dein de doceat. 191.& 205
Prædicator vtilior qui loquitur, & operatur. 192
In prædicatoribus veris eſt qd videamus & quid audiamus. 192.
Verus prædicator ſtellis quæ mouentur qui ſolum docet fixis comparatione. 192
Prædicator, compoſito ſermone ſonans ſolet,in ſuperbiam eleuari. 192.& 193
Prædicatori in peccatis manenti prohibetur à Domino prędicatio. 203
Prædicatores quando deficiũt verbis & operibus. 367
Prædicatores quare phaleratis loquuntur ſermonibus. 378
Prædicator vanus dulcia potiuſquã vtilia prædicat. 379
In prædicatore moderata eloquentia laudanda. 379
Præcepta affirmatiua,intelligũtur per mandata,negatiua vero per teſtimonia. 35
Prędcepta Dei,obſeruanda ſunt, non ſolum quoad ſubſtantiam ſed & prompte delecta biliter. 40
Præcepta omnia collectiuè poterat homo adimplere in ſtatu naturæ integræ non ita in ſtatu naturæ lapſæ.
Præcepta diuina,omnia ſeruanda. 46
Præcepta diuina vt volũtati tenacius inhæreant opus eſt, ea ore proloqui. 79
Prędcepta legis obſeruata vt ſint alicuius valoris quid requirant. 76
Præcepta Dei & ſi non ſemper opere ſaltim voluntate adimplenda. 110
Præcepta decem debent eſſe cõſiliarij iuſti. 122.& 123
Præceptum dilectionis ac amoris,citharæ comparatur. 426 427.
Intelligẽtia præceptorum Dei ſola potiùs peccatum quàm meritum inducit.

Præceptorum Dei obſeruatione ad veram ſapientiam præueniri debet. 489.& 440
Præcepta quare à propheta vocentur iudicia iuſtitiæ Dei. 446. & 447.
In prælato tria debent lucere. 367.
Proſopopeya quando. 366
Proſperitas, affert plurima offendicula. 529
Proſpera cuncta accidere argumentum indignationis Dei. 528.& 531.
Prudẽtia eſt neceſſariſsima virtus. 29
Pſalm. iſte beati immac. comparatur fluuio. 14
Pſalmus iſte fuit reuelatus Diuo Auguſt. ſub figura arboris ſitæ in medio paradiſi. 15
Pſalm. iſtum quare à beatitudine exordiatur Dauid. 20

R

Regis officium eſt amicos ex inimicis beneficijs conſtituere. 349
Religioſorum eſt oculos humi defixos habere. 365
Religiones antiquæ ieiunijs & auſteritate vitæ fundatę ſũt. 370.
Reprobos quomodo Deus deſerat. 59
Repelli à Deo, quid. 69
Repelli à facie Dei nulla miſerabilior ſors, quòd patet exemplis. 115.& 116
Retribuere in ſcriptura aliquando ſignificat ſolum tribuere. 95
Retributionum qoatuor genera. 96

S

Sacerdotes comedunt pecata populi. 545
Sacramentum, corporis & ſanguinis ſui cur inſtituerit Chriſtus. 53
In ſacramẽtis veteris legis Chriſti paſsio operabatur per modum cauſæ finalis in noſtris per modum efficientis. 407.
Sacerdotib⁹ ſors & pars Deus. 259.& 270.
Sancti etiam maximi, non carent venialibus Chriſto & eius matre exceptis. 34
Sanctorũ ſtatus in patria quomodo in ſcriptura explicetur. 38
Sancti omnes mediam noctem ad ſpiritualia eligebant. 277
Sancti omnes carnẽ, in media affli xere. 370
Sanitas ſine menſura appetitus. 168
Sapientia lauro nõ areſcenti cõparatur. 518
Senectutis labores & defectus egregie deſcribuntur. 575

Seruitus Dei honorifica. 388. & 389.
Seruus Chriſti perfectior quanto magis imagine Chriſti ſigillatus. 499
Scriptura non ſolum quærenda ſed ſcrutanda ad modum ſcrutinij. 26
In Scriptura ſacra eſt imago Dei. 26
Scriptura non ſuperficie tenus legenda. 26
Scripturam Phariſæi in litera tantum intelligunt. 27
Scripturæ intelligentia literalis & ſpiritualis per Moyſem in fiſcella deſignatur. 27
Scripturæ ſenſus myſtici ab aliquibus noſtri temporis non penetrantur. 27
Scriptura phraſi Hebræa pretioſa vocat abſcondita. 73
Scripturæ verbis debemus reſpondere diabolo, vt Chriſtus fecit. 74
Scriptura hoſtiam pro peccato vocat peccatum. 77
Scripturæ cortex velat veritatem ſpiritus. 102
Scripturæ mos eſt rerum irrationabilium obedientia noſtram proteruiam condemnare. 386
Scriptura ſimilitudinē rei, rem ipſam appellat. 390
Scriptura repetit eandem vocē cum decore & efficacia. 110 & 174.
Scripturæ lectio, nō otioſa, ſed laborioſa occupatio. 367
In Scripturæ lectione ſumma conſolatio eſt. 367
Et quanta bona ex illa ſequantur. 403. 404. & 405. oſtenditur.
In ſcriptura temporum & modorū mutatio frequēs. 344
Scripturæ ſacræ intelligētia cui fini ordinanda. 424. & 425
Scientia animum bene morigeratum requirit. 297
Similitudo aliquando non adæquat rem comparatā. 83
Spes animas erigit. 50. & 229
Spes noſtra ad cumulum Dei beneficiorum ſpectat. 216
Spes fortiſsimum ſolatiū in tribulationibus. 227
Spes comparatur anchoræ & aquis viuis ſalientibus in vitam æternam. 223. 224. & 227.
Spes poſt fidē generatur. 223
Spei ſubiectum voluntas. 224
Spes vera quænam ſit. 222. & 228.
Spes cauſa Deus & effectꝰ qui. 228.
Spes amplificat encomio Auguſtini. 229
Spes noſtra occulta. 197. 198
Spes ad plura erigenda quàm ad ea quæ cogitatione aſſequi poſſumus. 332
Spes chriſtiana ſpiritus dilatione lætitiam efficit. 248

Spes executioni præceptorum Dei innixi debet. 255
Spei quomodo opponat præsumptio. 255
Sperantes exemplo latronis se sola misericordia saluandos fore reprehenduntur. 256
Superbia figurata in filijs Enac. 111.
Superbia inter alia vitia Deum immediate respicit. 111
Superbia maximum peccatorū quadrupliciter. 231
Superbia in lege non habet sacrificiū pro expiatione. 231
Superbia vniuersaliſsimum vitium. 232
Superbia persuadet homini mā data Dei contemnere. ibid.
Superbia & cupiditas vnum sine altero, nunquam subsistit. 232
Superbia radix hæresum, & schismatum. 232
Superbia est sedes & origo, omnis peccati. 233
Superbia quomodo impediat gratiam. 233
Superbia conseruat vitia. 233
Superbia describitur. 234
Superbos Deus tanquam sibi propriè infestos ad certamē lacessit. 232
Superbus quia suus vult esse perdit, quod est, è contra humilis conseruatur. 408
Superbia Deo maximè displicet. 347
Superborū pœna propria confusio. 344
Superbus aduersus Deū se extollit. 344
Superbus cæcus est. 344
Superbus confunditur in hoc seculo, & in futuro. 345. & 347.
Sol duplicem habet motum. 389.

T

TEntationes diaboli, quomodo vincendæ. 120 &. 121.
in Tentationibus nemo desperare debet. 58
Tempus iustorum & iniustorū quod sit. 237. & 238.
Tempus quid. 399
Tēpus appellatione hodie designatur. 400
Tepidi & remissi in via Dei maximè timendi. 88
Terra præcepto Dei in æternū stat. 395
Terra hospitium hominū. 396
Testimonia Dei multiplicia, & mirabilia, quæ sint. 551
Testimonia Dei mirabilia sex titulis dicuntur. 514
Timor Domini, radici arboris comparatur. 379
Timor duplex. 180. & 181.
Timor seruilis quomodo ad legem veterē pertinebat. 484
Topazion quid. 504

Tribulatio occaſionaliter operatur patientiam. 204
Tribulatio cœlo quare mittenda. 338
in Tribulatione petendum auxilium. 338
in Tribulationibus, quomodo Deus ſuos derelinquat. 55. 56. 57.
Tumor mentis impedimẽtum eſt veritatis. 516
Thau Crucem figurabat. 649.

V

VAnis adhęrens, mutabilitati ſubiectus. 177
Vanagloria ſolet auocare homines nõ ſolum ab obſeruantia legis, ſed etiam à fide. 182
Verecundia, vel erubeſcẽtia nõ eſt propriè virtus. 45
Verecũdiam amittere ſignum eſt extremæ perditionis. 45.
Verba Dei in penetralibus cordis noſtri ſeruare debemus. 72. 74.
Verba Dei aliqui ore prædicãt non autem corde ſeruant. 72. 73.
Verba Dei ore tenus proferentes comparãtur lacunis. ibid.
Verba Dei ſunt arma ad ferendum inimicum. 74. 199.
Verba Dei vt faſciculum Myrrhæ inter vbera gerere debemus. 74. 75.
Verbum Dei, vide Prædicator.
Verbũ Dei qua ratione fauo ac melli cõparantur. 435. 438
Verbũ Dei aliquando pro Dei filio, aliquando pro locis ſacræ Scripturæ ſumitur. 443
Verbum Euangelij eſt nobis lumen. 445
Verbum Dei eſt vita interioris hominis. 230
Verba debẽt cõſonare cordi. 81
Verba noſtra licet ſecreta, & inuſitanter prolata, audiuntur à Deo. 465
Verbi Dei adulteri qui. 26
in Via Dei nõ progredi eſt regredi. 24
Viam Domini ambulantes nec ad dextram nec ad ſiniſtrã debent declinare. 42
Viarũ Dei veſtigia quæri poſſunt. 90
Virtutes morales, habent inter ſeſe connexionem. 47
nulla Virtus ſine alijs, poteſt eſſe in gradu perfecto. 47
Virtutes omnes charitate connectuntur. 47
Virtus, non habet meritũ ſine charitate. 47
Virtutis curſus eſt ſimilis motui naturali. 573
Virtutis exercitium, quaſi connaturalem illam facit. 221
Virtutũ opera qua ratione cõſummatiões appellẽtur. 415
finis Virtutũ eſt charitas. 415
Virgo Hebraicè dicitur; Alma. 73

Voluntas & intellectus ſupra ſeipſas reflectuntur. 108
Volũtas immediatè Deo ſubiectatur, & quoad eſſe, & quoad moueri. 165
Voluntas à ſolo Deo efficiẽter & directè mouetur. ibidem.
Voluntas ab intellectu, quoad ſpecificationem efficiẽter, à ſeipſa quoad exerciciũ mouetur. ibidem.
Voluntas habet ordinẽ ad vniuerſale bonum. 166
Voluntas Dei, per verbũ in ſcriptura ſignificatur. 389
Vox ob tria leuanda in Deum. 219.
Viſus nomine omnes alij ſenſus intelliguntur. 172
Vita inæqualitate, humorũ cõſiſtit. 190
Vita præſens nõ annis, ſed diebus computatur. 373
Vita præſens vnus dies. ibidem &. 251.
Vita præſens vno inſtanti claditur. ibidem.
Vita preſens, veluti ſcintilla per aerem tenebroſum aſcendẽs. ibid. & alia multa de breuitate eius in ſequentib. & 394.
Vitæ breuitatis meditatio plurimum prodeſt. 374.375
Vita præſens, ad nihil deſiderari debet niſi, vt Deo ſeruiamus. 89.99
In præſenti vita Deus protegit ſuos manu leua, in alia vero dextera. 106
Vita præſens, via eſt ad futurã. 22.
Vitam præſentem immaculatocale trãſire magna res eſt. 23
Vita præſens hyems eſt. 240
Vita præſenti aduerſitas præcedit proſperitatem. 251
Vita ſanctorum in ſtatu viæ in Sacris literis explicatur nomine motus. 23
In hac Vita poſſe obtineri terminum error eſt hæreticorũ. 23. & 24.
de Vita actiua, & contemplatiua agitur. 29.30.31.& 32.
Vita contemplatiua non omnibus facilis. 30
Reprehenduntur, qui ad vitæ contẽplatiuæ faſtigiũ adhuc carnales aſcẽdere volunt. 30
Vitam longiorem cur Deus homini tribuerit. 99
per Vnionem hypoſtaticam facta fuit communicatio idiomatum. 118
Vter triplici de cauſa aeri exponitur. 369

Z

ZElus eſt vehemẽtis amoris effectus. 553
Zelus duplex. 554
Inordinatus amor rerũ tẽporalium parit inuidiæ zelũ. 524

FINIS.

Errata ſic corrigito.

PAgina. 8. delectum lege dilectum. p. 10. prope. l. propter pag. 11. commẽdationis. l. commendationem. ibid. euangelium. l. euangelicus. pag. 12. ſœne. l. ſcœnæ. pag. 15. ſignũ. l. lignum. p. 17. conuiuere. l. connibere. pag. 23. ſic currite. l. ſic currite vt. pag. 26. in illis. l. illa. pag. 27. Ioan. 15. l. Ioan. 5. p. 37. minimus. l. nimius. pag. 39. ſuper collocatis. l. ſuper capita collocatis. pag. 45. iuſſum ſit. l. iuſtum ſit. pag. 49. damnatum. l. mandatũ. pag. 57. eum eis. l. cum eis. ibid. cermine. l. certamine. pag. 77. in vaſibus. l. in vaſis. pag. 78. ſcrire. l. ſcire. pag. 79. quomodo. l. quoniam. pag. 80. vaſibus. l. vaſis. pag. 81. exararent. l. exerarent. pag. 83. ſuaue. l. ſuauia. pag. 98. opera eius. l. operatiuus. pag. 160. de eo. l. de eis. pag. 166. poſsibilis. l. poſsibilem. pag. 207. oſtenſionem. l. extenſionem. pag. 112. cordis charitate. l. claritate. pag. 214. ſteterunt. l. terunt. pag. 220. perpetuentur. l. perpetrentur. pag. 336. qui impingdi. l. qui pingendi. pag. 260. vindicet. l. vendicet. pag. 273. circunſcripſit. l. circunſepſit. pag. 289. ſocietas. l. ſacietas. pag. 296. perniciofiſsimi. l. perniciſsimi. pagina. 355. quantum eſt. l. quartum eſt. pag. 393. iam illum. l. iam illam. pag. 367. petitio. l. petitionem. pag. 377. mendaciũ. l. mendacia. pag. 387. erubeſcat. l. erubeſcant. pag. 389. continuatio. l. concinnatio. ibid. ordinauit ſapientiam. l. ſapientia. pag. 428. infirmati. l. infirmitati. pag. 432. ſtatutis temporis. l. temporibus. pag. 426. ſemetipſum. l. temetipſum. ibid. carnem brachij ſui vocabit. l. vorabit. ibid. peccatum. l. primum. ibid. ſerpit. l. ſerpſit. pag. 465. perciperet. l. perciperent. pag. 487. qui ab ea. l. qui ea. pag. 489. de manibus. l. dæmonibus. pag. 493. in inſeruum. l. in infernum. pag. 504. amorte tuo. l. amore tuo. pag. 517. ſententia. l. ſcriptura. pag. 524. addendus. l. addens. pag. 527. in hominis. l. in homine. pag. 525. à ſe. l. ad ſe. pag. 528. diuites furi. l. fieri. ibid. acedia. l. accidia. pag. 530. in monte. l. in mẽte. pag. 535. momentis. l. monentis. pag. 542. timebit. l. timebis. pag. 557. anima mea. l. animam meam. pagina. 550. omnia infinita. l. infinite. pag. 572. vbicũque. l. præueni immaturitate. l. in maturitate. pag. 625. in virtutis viſu. l. vſu. pag. 627. ferant. l. fuerant. pagina. 649. ardatiſsime. l. ardentiſsime. ibid. appellabatur. l. appellatur. pag. 600. ne in aliquibus. l. ſe in aliquibus. pag. ternis. l. technis.

SALMANTICÆ

Excudebat apud Sanctum Stephanum
Antonius Renaut. 1584.



1348